COLLECTANEA
DOCTORVM
TAM VETERVM,
QVAM RECENTIORVM,
IN IVS PONTIFICIVM VNIVERSVM.
TOMVS QVINTVS,
IN QVO

Continetur Decretum GRATIANI

AVCTORE

AVGVSTINO BARBOSA I.V.D. LVSITANO,

PROTONOTARIO APOSTOLICO,

& S. Congregationis Indicis Consultore.

Hac postrema editione itidem recognitus, à mendis, quibus antea scatebat expurgatus; & plus tertiâ parte uberior factus.

Accessit quadrigeminus INDEX: I. eiusdem Decreti Canonum. II. Capitulorum, & legum incidenter discussarum: III. Rerum & verborum: IV. Materiarum legalium, à Doctoribus ex professo tractatarum, copiosissimus.

LVGDVNI,

Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ELENCHVS
DECRETI
CANONVM,
Qui in hoc quinto Tomo continentur.

Prior numerus paginam, posterior eiusdem paginæ columnam signat.

D

Disci

Mani

Nullam,

Presby

si

Elenchus Canonum Decreti.

RECEN

RECENSIO

Capitulorum, legum, & paragraphorum, qui in hoc Quinto Tomo incidenter discussi, & quandoque extra locum positi.

Primus numerus paginam, secundus eiusdem paginæ columnam denotat; tertius est marginalis.

EX DECRETALIBVS.

EX DECRETO.

EX CLEMENTINIS.

EX DECRETO.

EX CONC.ANTIOCHENO.

EX DIGESTIS.

EX CODICE.

EX INSTITVTIONIBVS.

COLLE

COLLECTANEA DOCTORVM,

Tam veterum, quàm recentiorum, qui super selectiora Capitula, & Glossas Decreti Gratiani, eorúmque intellectum ex professo, vel incidenter scripserunt.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus voluminis Decreti compilator natus fuit ex adulterio.*

2 *Gratianus vir religiosissimus in Monasterio S. Felicis Bononien. Ordinis S. Benedicti, in sacris, & diuinis litteris eruditissimus.*

3 *Decreti volumen compilauit Gratianus Bononia tempore Eugenij III. sub anno 1150.*

4 *Decreti volumen authenticũ non esse affirmãt aliqui.*

5 *Errores quos reperiantur in hoc Decreti volumine, ostenditur.*

6 *Decreti volumine reperiuntur quatuor species auctoritatum.*

7 *Sanctorum Patrum testimonia in Decreti volumine inserta ex longa Ecclesiæ consuetudine statuti Canonici robur obtinent, dummodo in contrarium aliqua Pontificia dispositio non appareat.*

8 *Gratiani compilatoris Decreti auctoritas à nullo hactenus Pontif. reperitur approbata, nec est authentica.*

9 *Palea quis fuerit, & de auctoritate suarum Capitulorum in hoc Decreti volumine insertorum.*

10 *Leges ciuiles insertæ in hoc Decreti volumine iuris Canonici vim non habent.*

In Proœmium Decreti Gratiani.

1 RATIANVS voluminis Decreti compilator, quamuis natus ea adulterio, vt referunt Cotras. *in paraph. Sacer. cã. n. 3.* Tiraq. *de nobilit. c. 13. n. 31.* Roias *de successionib. c. 15. n. 18 cum seqq.* Paleoth. *de noth & spuriis cap 66. litt. G.* Hippol de Marsil. de Columna *de Ecclesiast. reddit. orig. p. 1. c. 18. n. 4.* Iacob. Benn. *de priuileg. Iurisc. p. 3. priuil. 64. n. 9* fuit S. Felicis Bononiensis Ordinis S.
2 Benedicti, vir quidem religiosiss. vt legitur in eius vita inserta in hoc Decreti volumine, & referunt Alciat. *lib. 4. parerg. c. 13. in princ.* Th. Canan. *in repet. proœm. huius voluminis n. 120. cum seqq.* & in sacris, ac diuinis litteris eruditissimus, ex Petr. Magdal. *de numero testium in testamento requis. p. 2. c. 6. à n. 27.* Duaren. *in præfat. de sacris Eccles. minist. vers. vnum est à Gratiano,* Sarmien *de redditibus Ecclesiast. part. 3. c. 1. n. 2. ad fin & c. 4. n. 9* & in referendis SS. Patrum auctoritatibus diligentissimus, secundùm Couarr. *de sponsalib. part. 2 c. 6. § 11. n. 2. vers. hactenus Ambrosius,* de quo multa scribunt Cardin. Bellarm. *de scriptor. ecclesiast. anno Domini 1100. tit. de Gratiano, fol. 184.* Genebr. *in chronolog. lib 4. anno Christi 1159. vers. Gratianus,* Card. Baron. *tom. 12. annal. anno Christi 1122. n. 1. & an 1151 n. 6.* Turr. *lib 3. epist. c. 26.*

Compilauit vir iste doctissimus hoc Decreti volumen tempore Eugenij III. sub anno 1150. apud Bononiam in Monasterio S Felicis, vt notant gloss. *in c post appellationem § forma 2 q. 6* Felin. *in c. 2. n. 43. in fine. de rescript.* Ioan Calderin *in proœm. Decretal n. 16. cum seqq.* Cotras. *in paraphrasi Sacerd p. 4 cap 5. n. 2.* Bapt. de S. Blasio *in repet. Decreti num 4.* Thom. Canan. *in repet. proœm. Decreti n. 128* Maranj *de ordine iudic. p. 3. n 39.* Sebast. Medic. *de legibus, & statut. p 1 q. 3. n. 4.* Viuald *in candel. aureo in prologo num 3.* Triuem. *lib. 3. de viris illustrib S. Benedicti.* 3

Circa verò huius voluminis auctoritatem Doctores variè loquuntur, quidam enim authenticum non esse affirmant, cùm dictus Gratianus non habuerit potestatem legis condendæ, ac proinde eius dicta frequenter reprobantur, sicut dicta alterius Doctoris, ita Butr. *in proœm. Decretal. § satis num. 10. & 17.* Miles *in repert. verbo lex licet sit,* Rebuff. *in repet. l. quod iussit, in gloss. magna num. 10 ff de re iudic.* Gretser *pro defensione Bellarm. l. 2. de Roman. Pont. c. vlt. vers. quintum dubium, p. mihi 816* Andr. ab Exea *in rub. de constitut. n. 120* Anch. *in c. 1. eod. tit num. 50.* Alciat. *lib. 4. parerg cap. 13.* Petr. Magdalen *d p. 2. c 6. à n. 27.* & ideò plusquam quadraginta errores esse in hoc volumine repertes apud Felin *in c. 1. de rescript. n. 43. post princ.* Cæpol *de cognitione librorum iuris Canon. num. 18 & seqq.* Tiraq *de nobilit. cap 31. num. 538.* Roias *de heres p. 1 num. 58.* Petr. Magdalen. *d. par. 2. cap. 6. n. 28 cum seqq.* Cæs Contard. *in l. vnic. C. si de moment. possess. in secunda ratione decidendi, n. 39.* Verùm volumen hoc Decreti reperiri approbatum attestatur Abb *in cap. 2. de rescript. num. 9. vers. sed dico* vbi Felin. *num. 44.* subdens rationem, quia volumen Decreti communiter etiam à multis annis fuerit publicè lectum in scholis, vnde ipsius dicta tacitè approbata censentur. 4 5

Sed oportet aduertere in hoc volumine Decreti 6

reperiri præcipoè quatuor species auctoritatum, ad quas possunt illæ septem reduci, quas tradit Sebast. Med. in d. tract. de legibus, & statut. p. 1. q. 3. n. 13.

7 Prima est SS Patrum, qaorum testimonia quamuis ex se vim Canonum non habeant ad causarum decisionem, at ex longa Ecclesiæ consuetudine sic acceptantis, & publicè legi volumen hoc Decteti permittentis, quæ in eo inserta sunt Sanctorum dicta robur statuti Canonici obtinent, dummodo in contrarium aliqua Pontificia dispositio non appareat, vt docent Archid. in c. de his il 2. statim in princ. 50. dist. vbi Dominic. n. 2. vers. sed quæro nunquid, & Præpos. post 5. q. vers. redeundo ad text. Turrec. ibid. n. 5. vers. de his, dum quærunt nunquid standum sit decisioni illius text. eo quòd non sit Pontificis, nec Concilij generalis, sed Rabani Archiepiscopi ad Heribaldum, respondentq; standum esse, quia opus hoc Decreti recipit Romana Ecclesia quoad Capitula in eo contenta, idem Archid. in c. quis nesciat, ad fin. 9. dist. vbi Dominic. vers. quæro quid de volumine, Abb. in c. 2. n. 9. de rescript. vbi Felin. n. 43. vers. firmat, & Rip. num. 8. Turrec. in proœm. Decreti art. 8. n. 25. Thom. Canan. in repet. eiusdem proœm. num. 343. cum duobus seqq. Marant. de ordine iudic. part. 3. q. vnica, num 36. Anton. Cuch instit. maior. lib. 1. tit. 1. num. 5. Medin. de sacrorum hominum continentia lib. 2. c. 33. in fin. Dionys. Paul. de vera Patriarchal. sedium erect. cap. 4. num. 1. Fr. Emman. quæst. Reg. tom. 1. q. 6. art. 2. Sanchez de matr. lib. 9. disp. 12. n. 3.

Ex quibus apparet necessitatem habere obseruantiam decreta Conciliorum generalium, ac summorum Pontificum à Gratiano in hoc libro relata, eo quòd ab habentibus potestatem sunt condita, vt aduertunt Abb. in c. 2. de rescript. n. 9. vers. & præsupposito, & Felin. ibid. n. 44. vers. firmat etiam, Sanch. d. lib. 9. de matr. disp. 12. num 3. vers. præterea, vnicuique enim Canoni, qui in Decreto est, eadem fides danda est, quæ auctori eius datur, Rip. in lib. 1. n. 69. ff. si certum petat. Caiet. 2. 2. q. 88 art. 8. dub. vlt. §. ad primum dicitur, vbi Aragon. dub. 1. in solut. ad 2. in fine, Sot. de iustit. lib. 7. q. 3. art. 1. vers. aut ergo sunt: Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto 6. §. hinc sequitur deceptum fuisse. Et Gratiana referenti auctoritatem Concilij, seu Papæ credendum est, nisi ostendatur exemplar in contrarium, secundùm Felin. in d. c. 2. de rescript. n. 47. vbi Dec. n. 15. & Præpos. in hoc proœm. n. 4. Ratio esse potest, quia passim nostri Pontifices hanc fidem tribuunt Gratiano, patet in c. cùm Apostolica, de his quæ fiunt à Prælat. & in c. per tuas, de sent. excom. & in Clem. 1. col. 4. vers. nos eodem mandato, ibi, secundum formam in decretis de iureiur.

8 Secunda species est auctoritas ipsius Gratiani compilatoris huius voluminis, quæ à nullo hactenus Pontifice reperitur approbata, nec est authentica, vt tradunt Felin. d. n. 43. & Rip. vbi suprà à n. 77. Capra in lib. commun. opinion. verbo Decretorum, pag. 493. Costa in §. & quid si tantum p. 3. num. 196. Canis. in sum. iuris Canon. lib. 1. tit. 1. in annot. Soar. de legib. lib. 4. cap. 5. num. 6. Paul. Layman. in Theologia morali tract. 4. de legib. cap. 3. §. 3. num. 12. & alij citati suprà num 4.

9 Tertia est cuiusdam Paleæ, de quo nomine, & quisnam fuerit, sunt Doctorum variæ sententiæ, multi ea capita, in quibus res inanes tenues ac leues modicæque vtilitatis continentur, hoc nomine appellari censuerunt, vnde in Chronicis relatum extat Alexandriam ad Tarrum flumen conditam in gratiam Alexandri III. Summi Pont. Paleæ cognomen in contemptum à vicinis, qui Imperatorem Fedricum I. sequebantur, accepisse, vt referunt Platina & Illescas in Alexandro III. Sic cùm Corradus Imper. coronam Regni Italici, non Mediolani, secundùm veterum morem suscepisset, sed alibi, vulgo tunc ferebatur, Corona Paleæ fuisse redimitum, & sic hanc sententiam sequitur Alciat. lib. 12. parerg. c. 3. vers. ego compertum habeo. Sed Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de disp. & allegat. prope finem quem alij sequuntur, putat quemdam Protopaleam (quem Iason in rub. de action. addit Cardinalem fuisse) collectioni Gratiani capita hæc adiunxisse. Nonnulli verò fuisse discipulum Gratiani, & sua auctoritate inseruisse aliqua capitula in hoc volumine, quæ authentica non sunt, nec vllam faciunt fidem, sicut testantur Corset. in repert. Abbatis, verbo liber Decretorum, Baptist. de S. Blasio in repet. rub. Decreti num. 42. Sebast. Medic. d. p. 2. q. 3. n. 13. Petr. Magdalen. d. p. 2. cap. 6. n. 42. cum seqq. Anton. Augustin. ad Decretal. in præfat. ad Gregor. XIII. pag. 3. Cott. in memorab. verbo iurisperiti. §. deinde, Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 6. art. 2 vers. nam Palea, Card Baron. tom. 12. annal. Eccles. anno Christi. 1151. num. 6. in fine. Verùm ex pluribus diligentius super hac re factis illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani in margine primùm adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut legendum, quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum cum aliquo discrimine, vt habetur inter ea, de quibus lectorem in principio huius voluminis visum fuit admonere.

Quarta species est auctoritas Iurisconsultorum, 10
& Imp. secularium, quoniam sunt multæ leges ciuiles insertæ in hoc volumine, quæ tamen vim iuris Canonici minime habere dicuntur, quia Gratian. qui eas inseruit, non habuit talem potestatem; ita gl. verbo tractatus, vers. sed quæritur, in c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Abb. in d. cap. 2. de rescript. n. 9. in fine. vbi Felin. n. 39. idem Abb. in c. super eo, il 1. n. 4. & ibi Felin. n. 3. de testibus, Capra d. verbo Decretorum, vers. quare nec leges, pag. 493. & pag. 505. vers. leges per Gratianum, Marant. vbi supra n. 38. Baptista de S. Blasio in repet. d. rub. Decreti n. 8. Petr. Magdalen. d. p. 2. c. 6. n. 22. cum seqq. Burg. de Pace in l. 1. Tauri n. 270. Cæsar Contard. in l. vnica, C. si de moment. possess. in 2. ratione decidendi n. 30. cum seqq. Gutier. lib. 1. Canon. c. 21. n. 32. cum seqq. Sanch. de matr. lib. 9. disp. 12. n. 3. vers. fatentur tamen ferè omnes, Fr. Emman. d. art. 2. vers. quoad quartam. Quod adeo verum est vt habeat locum, quamuis tales leges ciuiles sint fauorabiles clericis, seu Ecclesiis, nihil enim suffragatur is fauor ad supplendum defectum potestatis in concedente, c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. & ibid. Abb. n. 15. Felin. n. 40. & Dec. n. 24. Declara tamen, nisi prædictæ leges essent per aliquem Canonem approbatæ, eo namque ipso suscipiunt vim legis canonicæ, vt optimè aduertit d. gl. verbo tractatus singularis, ex Perus. ibid. collect. 3. Abb. dicto num. 9. in fine, & ibi addit. lit. D.

S V M M A R I V M.

1 *Humanum genus, aut natura, aut moribus regi quomodo dicatur.*

2 *Lex in quatuor membra distinguitur, videlicet in legem æternam, naturalem, diuinam, & humanam.*

3 Lex

3 *Lex aut est diuina, aut humana.*
4 *Ius naturale quomodo intelligatur esse illud, quod in lege, & Euangelio continetur.*

Distinctio I.

1 Humanum genus aut natura, aut motibus tegi, ait Gratian. *in princ. huius dist.* quam diuisionem multi nituntur excusare, intelligentes per mores legem humanam positiuam, in quem etiam sensum vniuersum ius natura constare, aut lege, tradiderunt Plato, Arist. & Cic. quibus applaudit ex nostris Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. c. 4. n. 4.*

2 Verùm hæc iuris diuisio diminuta videtur, quia ad nullum ex prædictis membris reduci potest lex diuina positiua, quo etiam vitio laborat diuisio Vlpiani (cui se morem gerere velle dequit Conaous) in ius naturale, gentium, & Ciuile, *in l. 1. §. huius studij, in fin. ff. de iustit. & iure*, consonat Iustinian. *in §. vlt. Instit. eod.* Quare frequentiùs DD. quatuor membra distinguunt, scilicet legem æternam, naturalem, diuinam, & humanam, ita post D. Thom. Sot. Henriq. & alios, tenet Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 2. n.* [illegible] adhuc non satisfacit, quia vel Doctores in hac d[illegible] voluut comprehendere singula membra iuris, & [illegible] restat ius gentium, ius Canonicum, & pleraque alia, de quibus *infra in hac dist.* vel solùm comprehendere intendunt capita, ad quæ aliæ species reducuntur, & nunc sufficiebat pauciora membra distinguere, ad diuinam pertinet æterna, & naturalis. Omissis igitur aliis diuisionibus, de quibus D. Thom. *1. p. art. 17. c. 1. § 4.* Azor. *instit. moral p. 1. lib. 5. c. 1. q. 5.* placet diuisio Isidori *in c. omnes, proximè sequenti*,

3 quòd omnis lex aut est diuina, aut humana, ad hæc enim duo membra reducuntur reliqua omnia, vt eo loci ostendemus.

4 *Ius naturale est quod in lege, & Euangelio continetur*, Mirantur Doctores qua ratione dixerit *hic* Gratianus omnia, quæ in lege veteri, & Euangelio continentur, ad ius naturale pertinere, cùm in lege veteri multa sint cæremonialia, & iudicialia non à natura, sed à Deo specialiter data populo Israëlitico, quæ subinde per aduentum Christi Domini expirarunt, iuxta *reg. cap. translato, de constit.* cum similibus, & in lege Euangelica sint multa supernaturalia, quæ minimè ad legem naturæ spectant, sunt qui arbitrentur Gratianum in præsenti non describere ius naturale, sed ius diuinum positiuum, ita gloss. *in præsenti, verbo naturale*; sed meritò refelluntur per Turrec. *hic num.* 8. Alij contendunt omne ius diuinum esse naturale, sed illorum sententia omnino falsa est, vt bene probat Nauarr. *in princ. de pœnit. distinct. 5. num. 7.* Denique nonnulli veritati propiùs accedentes existimant prædicta verba Gratiani legenda esse per parenthesim, quasi velit Gratianus ius naturale esse quo quis iubetur aliis facere, quod sibi vult fieri, & hoc ius, inquit, in lege & Euangelio continetur, ita Nauar. *citato loco, numero 9. in fine*, & ante illum dixerat Sot. *de iustit. lib. 1. quæst. 4. ad 1.* Anton. de Fuertes *canon. lection. lib. 1. cap. 1.* quæ interpretatio bene defendi poterat, nisi ipse Grat. mentem suam aliter explicasset *in principio, distinct. 5. vers. sed enim ius naturale*. Ego igitur omissis his & aliis interpretationibus dicendum puto voluisse Gratianum, vt Doctores eius sensum non percipientes eadem tribuant, scilicet omnia, quæ in lege, & Euangelio continentur esse ius naturale, sed è conuerso omne ius naturale in lege, & Euangelio contineri, quatenus ibi Deus præcipit, vt vnusquisque alteri faciat, quod sibi vult fieri, & ne faciat alteri, quod sibi fieri non vult, his enim duobus, vt bonum faciamus, quod in posteriori insinuatur, continentur omnia præcepta legis naturalis, & consequenter in lege, & Euangelio, quibus hoc præcipitur, totam legem naturalem contineri non abs re dicit Gratianus, & in hunc sensum hæc verba posuisse ipsemet declarauit *in principio, vers. sed cùm naturale 5. distinct. & in capite vltimo, vers. his itaque 6. distinct.* atque ita post sanctum Thomam *1. 2. q. 94. art. 4. ad 1.* interpretantur Sotus *de iustit. lib. 1. quæst. 4. art. 4. ad 1.* Nauar. *in princip. de pœnit. distinct. 5. numero 9. pag. mihi* 219.

Lex, & Propheta. Cùm in sacris Scripturis lex Moysis soleat solùm lex vocari, vtpote lex Dei, ideo in præsenti verbum *lex* de lege Moysis intelligitur, *Prophetæ* autem de Prophetis veteris Testamenti, qui largiùs hîc accipiuntur pro omnibus libris sanctæ Scripturæ, & sic proprius huius text. sensus est, videlicet, hæc est enim lex & Prophetæ, id est, hoc præceptum includit quicquid in lege Moysis, & in omnibus libris sanctæ Scripturæ habetur, ita Abulensis *in cap. 7. super Matth. quæst.* 24. quem refert Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha *hic*.

In gloss. *Vultis*. ibi, *id est, debetis velle.* Notatur ad hoc quòd quamuis actus in liberam voluntatem alterius sit relictus, voluntas hæc non debet ad actum prohibitum, seu dolosum extendi, quia verbum *volo*, ad actum licitum & permissum, non autem ad actum regulatum ea voluntate corrupta referendum est, vt per Molin. *de primog. lib. 1. cap. 5. num. 16. cum seqq.*

Cap. Omnes leges. I. *Isid.*

Diuinas leges natura, humanas moribus constare ait S. Isidor. *lib. 5. etymolog. c. 2.* fuit ille Episcopus Hispalensis, qui plura opera edidit, sedere cœpit in Episcop. Sede anno Christi 596 & migrauit in cœlum anno 636. de quo multa scribunt Card. Bellarm. *de scriptoribus ecclesi. anno Domini 600. ad 700 tit. de Isidoro Hispalensi, pag.* 136. Posseuin. *in apparatu sacro tom. 2. lit. I.*

Diuina.] De lege diuina, & quotuplex sit, & quando cœperit obligare, vide latè Valent. *tom. 2. disp. 6. q. 6. puncto 1. & 2. & quæst. 8. puncto 1. cum seqq.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 13. cap* 13.

Humana.] De multiplici specie legis humanæ agunt Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5.* Ioan. de Salas, Franc. Soar. & Martinus Bonacin. *in special. tract. de legibus.*

Moribus constat.] Notatur ad hoc quòd consuetudo eiusdem est pœnæ, cuius est lex, quia eadem potestate oriuntur lex humana, & consuetudo, vt per Nauarr *de spol. cleric. §. 14. num. 7.*

In gloss. *Discrepant. ibi, diuina lex permittit, humana prohibet.* Errat hæc gloss. dum existimat discrepantiam, de qua in præsenti, ad leges diuinas & humanas esse referendam, quia Isidorus loquitur de discrepantia legum humanarum inter se, leges enim diuinæ naturales apud omnes gentes sunt eædem, nec leges humanæ possunt ab illis discrepare, vt per Mart. *de iurisd. p. 1. cap. 58. num.* 24.

Cap. Ius generale II.

Ius vnde dicatur, & quas habeat significationes, vide Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. cap. 2. num. 4.* Ioan. Salas *de legib. disp. 1. sect. 2. num. 7.* Molin. *de iustit. tr. 1. disp. 2.*

In gloss. *Ius generale* ibi, *& tamen contra illam æquitatem inducta est vsucapio, siue præscriptio.* Notatur

ad boc quod præscriptio introducta est de rigore iuris contra æquitatem naturalem, vt per Azo. *in sum. C. pro emptor. col.* 1. Bald. *in l. ancillam, num.* 11. *C. de furt.* Angel. & Alex. *in l. possessio quoque,* §. *etsi possessio ff. de acquir. possess.* Nat. *cons.* 610. *num.* 7. Sed meliùs dicitur introducta naturali æquitate suggerente propter booom publicum, vt sit aliquaodo litium finis, & ne dominia vagentur in incerto, vt censuerunt Ioan. Andr. Aoch. & Franch *in cap. possessor, de regulis iuris lib.* 6. ibi Cou. *p.* 3 *num.* 1. Mench. *illustr. cap.* 51.

In ead. gloss. ibi, *& hoc solum pro ratione sufficit.* Ergo dabilis est lex, cuius ratio sit sola voluntas legislatoris; sed contrarium est verius, & colligitur apertè ex text. *in cap. erit autem lex* 4 *dist.* amplectuntur B. Thom. 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 1. *ad* 3. Castr. *de l. pœn. c.* 1. *pag.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura an requiratur ad substantiam, & rationem legis, ostenditur, & num.* 2.
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Declaratur* §. *constat, Instit. de iure naturali, gentium & ciuili.*
5 *Priuilegij ad essentiam, & substantiam non pertinet, nec est necessarium, vt sit scriptum.*
6 *Scriptura necessaria est in priuilegiis quoad probationem.*

Cap. Lex est. III.

1 LEx est constitutio scripta.*] Ergo ad substantiam, & rationem legis requiritur scriptora, vt colligunt Sebast. Medic. & plures ab eo citati, *in tract. de legibus p.* 3. *quæst.* 11.

2 Verùm scripturam ad legis sobstantiam noo requiri, sed voce etiam aliove signo communitati denonciari posse, communis est Doctorum sententia, & probatur ex *c. constitutionis* 25. *q.* 1. Arist. *lib.* 10. *ethic. c.* 9. dum inquit, *scripta ne sint leges, an non scripta, nihil referre videtur,* Valent. *disp.* 6. *q.* 1. *punct.* 2. Mich. Aninyon. *de vnitate ouilis, & pastor. c.* 28 *n.* 6. *in fine,* Selu. *de benef. pag.* 3. *quæst.* 22. *num.* 2. *cum seqq.* Paleoth. *de nothis, & spur. cap.* 1. *num.* 10 *vers. vnde nec hodie,* Burg. de Pace *in l.* 3. *Tauri n* 378. *in princ.* Menoch. *de arbit. casu* 410. *num.* 25. *cum seqq* Ioan. de Salas *de leg. disp.* 1. *sect.* 9. *n.* 64. Soar. *in simili tract. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. *& lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 4. *& lib.* 9. *cap.* 11. *num.* 9. Bonacin. *in eodem tract, disp.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 4. *num.* 49. Becao *p.* 2. *tract.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 13. *num.* 166. Paul. Layman. *in Theologia morali tract.* 4. *de legibus, cap.* 2. *num.* 2. Motl. *in emporio iuris pag.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 8.

3 Non obstat text. *in præsenti,* dum ait legem esse constitutionem scripram, q uia hîc non asseritur uasi de ratione legis sit scriptura, sed quia lex vt plurimom, & regulariter loquendo, in scripturam redigitur, vt perpetua memoria inuiolata perseueret, ita respondent Bonacin. *dict. puncto* 4. *num.* 51. *in fine,* & Paul. Layman, *loco citato.*

4 Nec obstat §. *constat, Instit. de iure naturali gent. & ciuili,* dum ait hanc esse differentiam ioter consuetudinem, & legem, quòd consuetudo est ius non scriptum, lex verò est ius scriptum; ergo scriptura pertinere videtur ad sobstantiam, & essentiam legis, quia respoodetur ideo hanc coostitui differentiam inter consuetudinem, & legem, quòd coosuetudo constituitur vso, & non scriptura, lex verò vtplurimom, introducitor scripto, sed non semper, ac proinde noo licet inferre scripturam ad legis essentiam pertinere, ita Valer. Reginal. *d. lib.* 13. *num.* 166. Becan. *d. q.* 3. *n.* 3. Bonacin. *d. puncto* 4. *n.* 51. *vers. obiicies.*

Vnde infertur ad essentiam, seu substaotiam priuilegij non pertioere, nec esse necessarium, vt sit scriptum, seu per Bullam, aut per Breue coocessum, sed sufficere verba, vt probat text. *in Clem. dudum, vers. nos etenim, de sepult. gloss.* 1. per text. *ibi in cap. institutionis* 25. *quæst.* 2. Panorm. *in cap. in nostra, n.* 11. *de rescript.* Nauat. *cons.* 1. *num.* 1. *de priuileg.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 7. *art.* 5. Booacio. *d. puncto* 4. *num.* 51. D. Tamburin. *in suo nouissimo tract. de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 2. 5

Non obstat doctrioa gloss. *verbo in scriptis, in cap.* 1. *de censibus lib.* 6. dum habet quòd in priuilegiis necessaria est scriptura, arg. text. *in c. contra morem* 100. *dist.* ibi, *scriptis priuilegiis,* qoia respoodetur hoc esse intelligeodum quoad probationem, vt cum communi resoluunt Molio. *de primogen. lib.* 2. *c.* 8. *à n.* 8. Auendan. *l.* 31. *Tauri gloss.* 2. *à n.* 14. 6

Lex vnde dicatur vide Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ in proœm. gloss.* 1. *ex n.* 1. Castr. *de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. Cooan. *comment. iuris ciuilis lib.* 1. *c* 8. Modic. *in* §. *lex, Inst. de iure natur dub* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 1. *ex num.* 6. Decian. *in tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 5. Valeot. Decian. *tom.* 2. *lib.* 7. *puncto* 1. *cum seqq.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib.* 13. *c.* 1. *&* 2. Ioan. de Salas *de legib. disp.* 1. *sect.* 1. Soar. *in simili tr. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 9.

Cap. Mos est IV.

MOs est longa consuetudo, secundùm Isidor. *lib.* 5. *etymolog. cap.* 4. & hanc esse vsitatiorem moris acceptionem apud Latioos dicit Ioan. de Salas *de legib. disp* 19. *sect.* 1. *num.* 4. Differunt autem mos & consuetudo, secundum Varron. quia mos est in iudicio aoimi constitutos, quem sequi debet consuetodo, qoi scilicet omnium iudicio firmo, & certo comprobatur, vsque adeo vt coosuetudinem ioducat, id est, ab omnibus cùm res postulat, vsurpetur, & ita mos animi est, & voluntatis, coosuetudo autem actionis, ille præcedit, hæc sequitur, & non tam breui tempore perficitur, qoàm mos ipse, vt per Conan. *comment. iuris ciuilis lib.* 1. *c.* 10. *n.* 6. *ad fin.* & de eadem differentia inter morem & consuetudinem vide Roch. *de consuet. sect.* 1. *n.* 23. Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 3. *in præfat. tit. de consuet. n.* 38 Hoc etiam videtur differre inter morem & vsum, quòd vnus tam de frequentia actuom, quàm de singulis actibus dici potest, mos autem non dicitur propriè de voo actu, sed de frequentia actuum similium, vt per Soar. *de legibus, lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 3. *ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cùm deficit lex.*
2 *Consuetudo ex vi & efficacia sua potest legem abrogare.*
3 *Consuetudo non valet contra ius naturale.*
4 *Lex vbi deficit recurrendum est ad consuetudines, & leges Regni viciniores, & secundum eas iudicandum.*

Cap. Consuetudo V.

COosuetudo est ius quoddam motibus iostiturum, quod pro lege suscipitur cùm deficit lex, ita definit Isidorus quem refert Gratianus *in præsenti,* vide, Mich. 1

Mich. Gr. *tom. 1. commun. opinio. lib. 1. tit. 17. num. 199.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo Consuetudo, n. 1.* Paul. Layman. *in Theologia morali tract. 4. cap. 14. num. 1.* Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 2. in præfat. tract. de consuet. n. 1. & 43.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 69. art. 1. in princ.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 17. in princ.* Valer. Regioald. *in praxi fori pœnit. lib. 13. cap. 23. num. 241.* Ioan. de Salas *de legib. disp. 19. sect. 1. num. 4. & 6.* Soar. *in Simili tractat. lib. 7. cap. 1. num. 5. cum seqq.* vbi latè defendit hanc Isidori definitionem, licèt ab aliquibus impugnetur.

2 Io gloss. *cum deficit lex.* vbi, *consuetudini statur contra ius scriptum.* Ratio est, quia consuetudo ex vi, & efficacia sua potest legem abrogare, vt per Greg. *l. 1. tit. 2. p. 1.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ tit. de consuetud. in præfat. q. 5. n. 59.* Spin. *in speculo testam. p. 14. rubrica n. 17.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum, num. 24. C. de in integr. restit. minor.* Soar. *de legib. lib. 7. cap. 18.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 17.* Sayr. *in clauis Regia lib. 3. cap. 11. num. 2.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. C. concl. 805. & & 807.*

3 Non tamen contra ius naturale consuetudo valet, secundùm Duen. *reg. 157.* Mich. Grass. *tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 17. num. 308. pag. 245.* Brunor. à Sole. *in locis commun. verbo consuetudo num. 11.* Cardos. *in praxi iudicum, eodem verbo. num. 18.* Azor. *d. cap. 17. quæst. 3.* Sayr. *d. cap. 11. num. 4.* Farin. *fragm. crimin. p. 1. lit. C. num. 714.* vbi *num. 716.* quod nec valet contra ius diuinum.

4 Io eadem gloss. ibi, *& ad consuetudinem vicinarum prouinciarum sit recurrendum.* Ita Boër. *decis. 263. num. 3.* Menoch. *cons. 312. num. 13. & cons. 390. num. 22. & cons. 395. n. 9. & 10.* Cam. *decis. 16. num. 6. & decis. 144. num. 10.* Mascard. *conclus. 1415. n. 12.* Valasc. *cons. 51. num. 48. & cons. 70. num. 15.* Sic eodem modo vbi lex deficit, recurrendum est ad leges Regni vicinoris, & secundùm eas iudicandum, vt tradunt Rebuff. *ad lib. 114. in fine. ff. de verb. signif. pag. mihi 455.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 17. num. 215.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 119.* Marc. Anton. Pereg. *var. lib. 1. sub rub. de officio iudicis ordinar. num. 7.* Cabed. *Lusit. decis. 211. in fine part. 1.* Valasc. *in praxi partit. cap. 19. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Ius naturale est illud, quod natura omnia animantia docuit.*
2 *Homines feruntur, seu inclinantur à natura ipsa in duo genera actionum, quarum altera sunt hominibus communes cum reliquis animantibus, alia verè sunt solis hominibus propria.*
3 *Declaratur text. in cap. mulier 15. quæst. 1.*
4 *Duplex iuris gentium caput apparet ex duplici iuris naturalis capite.*
5 *Matrimonium pertinet ad ius naturale secundi capitis.*
6 *Matrimonium ex ipsa Dei institutione inter ipsos communes parentes Adamum, & Euam incœpit.*
7 *Vim vi repellere an ad ius naturale, vel gentium pertineat, ostenditur.*
8 *Ius naturale hominibus proprium describitur quòd sit lex à natura hominum mentibus insita.*
9 *Lex hominum mentibus naturaliter indita est illa conscientia, quæ ab iniuria arcet improbos, & in solitudine malè vexat etiam tyrannos non iudicijs. sed continuis mentis cruciatibus.*
10 *Præcepta naturalia in duplici notantur differentia vel dicuntur prima principia, quæ sunt propositiones quædam de se notæ, & quibus assentimur, absque aliquo rationis discursu, vel sunt conclusiones, quæ ex illis primis principijs deducuntur.*
11 *Legis naturalis attributum est primum quod vna, eadémque omnibus sit mortalibus.*
12 *Cilices ex rapto olim viuebant.*
13 *Massagetæ, & Lacedæmonij communes olim habebant vxores.*
14 *Persæ etiam filiarum suarum matrimonio vtebantur.*
15 *Lex naturalis est immutabilis quoad prima principia, quoad conclusiones verè, quæ ex illis proximè deducuntur, potest mutari aliquando in particulari propter aliquas speciales causas impedientes obseruantiam præcepti.*
16 *Gladium deponens penes aliquem si fiat furiosus, & illum repetat, recta ratio exigit, ne reddatur in ipsius deponentis euident periculum.*
17 *Dominiorum diuisio an sit de iure naturali, vel ad ius gentium, aut humanum pertineat, ostenditur, & num. 18.*
19 *Declaratur tex. in cap. quo iure, octaua distinctione.*
20 *Seruitus an fuerit contraria de iure gentium inducta, vel iuri naturali contraria, ostenditur.*
21 *Maris, & fœminæ coniunctio omnibus animantibus etiam brutis est iure naturali communis.*
22 *Matrimonium non est naturale quasi ex proprijs naturæ procedens, sed naturale est, idest, ex inclinatione naturali proueniens.*
23 *Legitima portio, siue successio in bonis parentum iure naturæ debita est filijs, secundùm vnam sententiam.*
24 *Ex iure Canonico,*
25 *Ex iure ciuili,*
26 *Ex lege Diuina,*
27 *Et ratione, iuncto n. 28.* } *probatur.*
29 *Successiones filiorum in bonis parentum origo, & necessitas quòd ex iure Ciuili proueniat qui Doctores teneant, referuntur.*
30 *Successio intestati iuris Ciuilis est.*
31 *Legitima filiorum lege, vel consuetudine mutari potest, declara vt num. 40.*
32 *Iure naturali communis erat omnium possessio.*
33 *Legitima originaliter pertinet ad legem naturalem; quoad quotam, & quantitatem pertinet ad legem humanam, & delaratur num. 36.*
34 *Legitima in totum tolli non potest, licèt possit in parte minui.*
35 *Iuris naturalis duplex caput ostenditur.*
37 *Declaratur text. in præsenti.*
38 *Alimentorum loco an successerit legitima, ostenditur.*
39 *Declaratur text. in cap. ius Quiritum, hac eadem distinctione.*
41 *Legitimorum, & illegitimorum differentia an lege ipsa naturali, & principio cognita fuerit, ostenditur.*
42 *Dominiorum distinctio an cognita fuerit de iure naturali, ostenditur.*

CAP. Ius naturale. VII.

IVs naturale definit Vlpian. *in l. 5. ius naturale. ff. de iustit. & iure*, quem sequitur Iustinian. *in princ. Instit. de iure natur.* esse illud, quod natura omnia animantia docuit. Verùm huic definitioni obstat reg. tex. *in cap. mulieri 15. q. 1.* ibi, *nec vllo modo legis capax est.* & ideo Vlpianum & Imp. irridet Laurent. Valla *lib. 4. elegant. c. 48.* & reprobat Soar. *de legib. lib. 1. c. 3. num. 8.* Vnde Isidor. hic inquit commune esse omnium nationum quod vbique instinctu naturæ, non constitutione habetur, consonat Iustin. *§. sed & naturalia. Instit. de iure natur.* ibi, *apud omnes gentes peræquè obseruantur* 1

nantur. Obstat deinde quòd ius hoc, quod naturalis ratio apud omnes gentes constituit, vocari ius gentium, non verò naturale, docuit Caius Iureconf. *in l. omnes, §. quod verò, ff. de iustit.* Quapropter non immeritò in hac difficultate explicanda nostri atque Theologi multum insudarunt, reprehendentes alij Iurisconsulti & Imperatoris diffinitionem, quos improbat Conan. *comment. lib. 1. cap. 4. num. 7.* alij verò asserentes duplex ius naturale, aliud primæuum, aliud secundarium, quos meritò reprobat idem Conan. *eod. lib. 1. cap. 5. num. 3.* alij aliter, atque aliter, vt videbis apud D. Thom. qui meminit de prædictis Iurisconsultorum auctoritatibus, 2. 2. *quæst. 57. art. 3.* Sot. *de iustit. lib. 3. quæst. 1. art. 3.* latè Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 2. à num. 6.* & ex nostris vltra Fortun. & scribentes communiter *in d. §. ius naturale.* Cou. *in reg. peccatum, p. 2. §. 11. à num. 4.* Ferrand. *in iuris partes lib. 1. cap. 3.* Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. c. 2. num. 19.* & alij, de quibus Alphan. *collect.* 821. Viuald. *in candel. aureo, p. 4. cap. 4. à princ.*

2 Pro solutione autem aduertere oportet in duo genera actionum homines ferri, seu inclinari à natura ipsa, quædam enim sunt hominibus communes cum reliquis animantibus, vt optimo exemplo ostendit Iureconf. in coniunctione maris, & fœminæ, & in filiorum educatione; aliæ verò sunt solis hominibus propriæ, veluti erga Deum Religio, & vt parentibus, & patriæ pareamus, de quibus *in l. veluti, ff. de iustit. & iure.* Habito respectu ad hoc duplex actionum genus, duplex quoque naturale ius in homine distinguitur, illud enim, quod homines inclinat ad actiones sibi cum brutis communes, generali nomine retento naturale, illud verò, quod inclinat ad actiones sibi proprias, ius gentium appellatur, vt inquit Vlpian. *in d. l. 1. in fine*, iuncta *d. l. omnes populi, §. quod verò.* de priori egerunt Iureconsulti, & Imperatores tanquam naturales Philosophi absolutè illud accipientes: de posteriori agunt sancti Patres, & Theologi, quia doctrinam suam solis hominibus ad æternam beatitudinem prodesse voluerunt. Difficultas verò ex *dict. cap. mulier*, soluitur si dicas quòd licèt ius illud omnibus
3 animantibus conueniat, in modo tamen est maxima differentia. nam hominibus ratione præditis lumine naturali, & per rationis discursum cognitum est, agunt enim propter finem, & causas rerum vident, bruta autem per solum instinctum, seu naturæ inclinationem mouentur, vt breuiter dicit Senec. *lib. 2. de ira cap. 16. Animalibus*, inquit, *pro ratione impetus, hominibus pro impetu ratio est*, quod latiùs exornauit Cicer. *lib. 5. Offic. in princ.* dum inquit, *principium generi animantium omni est à natura tributum*, &c. & addit, *sed inter hominem, & bellum hoc interest, quòd hæc tantùm sensu mouetur, homo autem, qui rationis est particeps, causas rerum videt*, &c. Vnde sicut omnia animalia posuit Iureconf. dicere potuisset, omnia creata, sed de animalibus solùm loquutus est, quia in ipsis maior aliqua similitudo cum hominibus reperitur, quàm in rebus insensibilibus, quæ liberiùs agunt, & non per appetitum sensitiuum, sicut bruta, & ita propter hanc similitudinem intelligetur Iureconsultum dicere bruta huius naturalis iuris peritis censeri, non propriè quidem vt homines, sicut eleganter explicat Petr. Fab. *semestr. lib. 2. c. 1. in princ.* & ante eum docuit Fortun. *in d. ius natu-*
4 *rale, num. 7.* Ex hoc autem duplici iuris naturalis capite duplex quoque Iuris gentium caput apparet, aliud, quod natura ipsa, seu naturalis ratio inter omnes homines constituit, & propriè naturale est: aliud verò, quod exigentibus necessitatibus omnes homines inter se constituerunt, de quo Iustin. *in §. ius autem gentium Instit. de iure natur.* & propriè humanum ius est, vt infra dicetur.

Præterea ex illo diuerso modo, quo ius naturale in
hominibus, & in brutis reperitur, explicantur exem- 5
pla à Iureconf. adducta, & in primis primum illud de maris, & fœminæ coniunctione, quam inquit à nobis matrimonium appellari, non sine maxima difficultate procedit, licet enim appetitus ille coniunctionis in omnibus animantibus reperiatur, quod tamen sit vnius ad vnam, & ad indiuiduam vitæ consuetudinem, vt definitur *in princ. Instit. de patria potest.* solis hominibus propriũ est, quare ad ius illud naturale secundi capitis, quod gentium appellatur, matrimonium pertinere contendunt Conan. *d. lib. 1. cap. 6. num.* 10. Petr. Fab. *vbi proximè*, scribens matrimonij vsum post tempora Cecropis incœpisse, & deinde omnium gentium vsu fuisse approbatum, quod ex fabulis videtur periisse, cùm potiùs ex sacris Litteris
petendum esset *Genes.* 2. *&* 3. vbi cum ipso humano 6
genere, scilicet inter ipsos communes parentes Adamum, & Euam ex Dei Optim. Max. institutione matrimonium incœpisse constat, vt explicat text. *in cap. vnic. de voto lib. 6.* & Concil. Trid. *sess. 24. in princ.* Quare meritò ex prædictis differentia inter homines, & bruta defenditur, cùm enim coniunctionis appetitus in homine secundùm rectam rationem debeat regulari, meritò non ad quamcumque fœminam, sed ad eam solam, quæ sibi legitimè fuerit coniuncta, accessus licitus censeri debet; quia verò recta etiam ratio postulat vt homines non solùm filios procreent, sed etiam eos ad diuinum cultum, æternam beatitudinem, & ad bonum totius communitatis instruant, quod non nisi multo tempore, & vtriusque parentis opera, & mutuo amore fieri poterat, meritò etiam in eis indiuidua illa vitæ consuetudo requiritur, de qua *in princ. Instit. de patria potest.* quod non solùm in homine, sed etiam in reliquis animantibus reperitur; videmus enim quòd si ad obtinendum finem à natura prætensum, scilicet propagationem prolis, sola mater sufficiat ad vagum accessum solummodo inclinando, si autem mater non sufficiat, sed vtriusque societas necessaria sit, vterque parens per illud tempus simul permanet, vt in auibus clarissimè cernitur, & de elephantibus, delphinis, & turturibus ex Plinio notat Petrus Greg. *Syntagm. Iuris lib. 8. c. 6. num.* 13. *&* 14. Hac igitur explicatione rectè defenditur primum hoc Iureconsulti exemplum cum aliis, quos aduertit Cou. *de sponsal p. 2. cap. 1. in princ. num.* 6. & cum D. Thom. & communi Theologorum, quos latè refert Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 1. §. 2. iuncta lit. R.*

Ex illo etiam diuerso modo iuris naturalis in bru- 7
tis, & hominibus intelligi potest difficile responsum Iureconsulti Florentini *in l. vt vim, ff. de iustit. & iure*, dum relatum ad immediatè præcedentia probat vim vi repellere ad ius gentium pertinere, quem multis defendere nititur Ribera *lib. 1. obseruat. c. 1.* repugnante Vlpiano *in l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. pauper* vbi etiam brutis licitum esse violentiam sibi illatam vi repellere, expressè docet, & latè explicat Balduin. *ad leges rusticas tit. 6. num.* 7. & probatur ex præcitatis Ciceronis verbis, & aliis elegantissimis eiusdem *in orat. pro Milone*, & exemplis, quæ adducit Conan. *d. lib. 1. cap. 6. num. 7. & 9.* Quare Bart. à quo non discrepat Fortun. *num.* 10. ibi interpretatur duobus modis defensionem posse considerari, vel simpliciter, & absolutè, vel cum moderamine inculpatæ tutelæ, de quo *in l. scientiam. §. si quis cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & in Clem. si furiosus, ad fin. de homicid.* priori modo fatentur esse iuris naturalis, quia eodem modo omnibus animantibus commune est, diuerso tamen modo, nempe in hominibus secundùm rectam rationem, ideóque oportere moderamen illud in defensione obseruare,

In

in brutis verò per solum impetum, & sine vlla moderationis ratione, vt post Cou.Sot. & Viuald. explicat Syat. *de lib. 3. cap.2.num.8.* expendentes text. *in l. 4. ff. ad l. Aquil. & in Clem. pastoralis, de re iudic. ad fin.* quibus probatur defensionem iuris naturalis esse, quæ tamen non concludunt ad propositum, vt bene aduertit Ribera *citato loco.* Ad auctoritatem verò Florentini *in d. l. 3.* respondetur cum Conan. *d. cap. 6. num. 9.* exemplum ibi positum non esse coniungendum cum immediatè præcedentibus, quasi referatur ad ius gentium, sed potiùs pertinere ad ius naturale, de quo etiam *in d. l. 1. §. vlt.* Iureconsultus loquutus erat, cùm enim de vtroque doctrinam posuerit, voluit Trebonianus ex aliis Iureconsultis exempla vtriusque adducere, vt vtriusque vim, & differentiam magis explicaret.

8 Primo ergo illo capite iuris naturalis omisso, quod omnibus animantibus commune est, ius naturale hominibus proprium ex mente D. Thom. 1.2. *quæst.91.art* 2. & Concil. Colonien. *pag.* 237. D. Anton. & aliorum, quos refert Viuald. *d. cap.* 4. *num.* 3. & Sayt. *d. cap.* 2. *num.* 6. describitur quod sit lex à natura singulorum mentibus indita, consonat text. *hic*, ibi, *instinctu natura*, explicat Sot. *d. lib.* 1. *quæst.* 4. *art.* 1. Per naturam autem non intelligas naturam creatam, sed naturantem, idest, Deum, cum *gloss.* 1. *in* 1. *intellectu in d. §. ius naturale*, vbi latè explicat Fortun. *à num.* 52. de qua naturali lege D. Thom. quem alij communiter sequuntur, intelliguot vulgarem versum Psalm 4. *Quis ostendet nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, quasi Deus totius naturæ Auctor mentibus nostris lumen impresserit, quo possimus bonum eligere, & malum reprobare, quamuis aliter versum illum intelligant D. August. Hector Pintus *in Danielem cap.* 2. & alij, quos refert Viuald. *citato loco num.* 5. & 8. Ad hanc etiam naturalem legem pertinet illud Pauli ad Roman. 2. *Gentes, quæ legem* (scilicet *scriptam*)

9 *non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt.* eiusmodi enim legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Hæc lex hominum mentibus indita illa conscientia est, quæ ab iniuria arcet improbos, & in solitudine malè vexat etiam tyrannos non iudiciis, sed continuis mentis cruciatibus, vt eleganter describit, & ex Plutarcho confirmat Conan. *d. lib.* 1. *c.* 1. *à num.* 8. Oncala *opusc. c.* 9. *cui tit. Conscientia quem obliget.* Hæc denique est illa synderesis, quæ hominum animos instigat ad bonum faciendum, & malum vitandum, de qua D. Thom. 1. *p. quæst.* 79. *art.* 12. ad hoc etiam vnicum præceptum reliqua omnia legis naturalis reducuntur, docente eodem S. Thom. 1. 2. *q.* 94. *art.* 2. explicat Sot. *d. q.* 4. *art.* 1. quod manifestius fiet si aduertas ius hoc naturale nihil aliud esse quàm collectionem quandam plurium præceptorum naturalium, vt docet Iureconsf. *in l.* 1. §. *huius*

10 *studij*, ibi, *collectum est enim, &c. ff. de iustitia.* Hæc autem in duplici notantur differentia, vel enim dicuntur prima principia, quæ sunt propositiones quædam de se notæ, & quibus assentimur absque aliquo rationis discursu, vel sunt conclusiones, quæ ex illis primis principiis deducuntur, & dicuntur secunda præcepta; quemadmodù enim in speculatiuis primum principium per se notum, & indemonstrabile est quod non est simul negare, & affirmare, quòd hoc sit, & non sit; sic etiam in practicis principium quoddam primum, & per se notum est, scilicet, bonum est faciendum, quia quicquid homo appetit sub ratione boni, vel veri, vel apparentis appetere certum est, ex quo communi principio statim sequitur; ergo Deus colendus, parentibus, & patriæ obediendum, ex illo verò malum est fugiendum. statim sequitur; Ergo nihil illicitum est admittendum, atque etiam ergo iniuria nulli inferenda, atque illud quod tibi non vis, alteri ne facias, de quo Gratian. *in princ. huius dist.* & sumpsit ex Tobia *cap.* 4. & *Matth.* 7. & consequenter depositum est reddendum, adulterium non est faciendum, & similia, quæ prosequitur Sayt. *d. loco num.* 10. Vnde iam conciliabis auctoritatem Iureconsf. *in d. §. huius studij*, asserentis plura esse præcepta iuris naturalis, cum doctrina D. Thom. dum asserit vnicum esse præceptum, id est, commune, & generale, quod reliqua omnia, de quibus Iureconsulti, sub se comprehendit. Ex quibus intelliges text. difficilem *in princip. huius dist.* dum Gratian. definit Ius naturale esse, quod in lege, & Euangelio continetur, prout eo in loco explicauimus.

Huius autem legis naturalis attributa duo sunt præcipua, primum quòd vna, eademque omnibus est mortalibus, vt Isidor. docet in præsenti, ibi, *omnium nationum*, & Iureconsf. *in d. l. omnes. §. quod verò. ff. de iust. & iure*, ibi, *apud omnes gentes*, consonat Iustin. *in d. §. sed & naturalia*, & ex prædicta descriptione apertè deducitur, & resoluit D. Thom. & Sot. *proximè citatis locis*, & alij de quibus Sayt. *d. cap.* 2. *num.* 10 optimè in hoc proposito aduertentes distinguendum esse inter prima principia, & secunda principia, illa enim vbique eadem sunt non solùm quoad rectitudinis veritatem, sed etiam quoad cognitionem, nullus enim, si capax sit rationis, adeò stupidus est, qui non approbet omnia illa præcepta, bonum est faciendum, & similia; hæc autem secunda, scilicet præcepta ab his, vel illis populis non cognoscuntur, quia scilicet visionis nubibus excæcati luminis naturalis radios non perspiciunt, vel ob prauam consuetudinem non rectè applicant communia illa præcepta actionibus particularibus, vt scribit Paul. *ad Roman.* 1. & cernitur in multis, quæ legi naturali manifestissimè sunt contraria, & tamen à plerisque gentibus, & populis tanquam licita admittuntur, & approbantur. Cilices enim ex rapto olim viuebant, non damnantes furtum, quod de aliis scribit Alex. ab Alexandro *dierum genialium lib.* 6. *cap.* 10. Massageræ, & Lacedæmonij communes habebant vxores, quod de aliis ostendit Petr. Fab. *d. lib.* 2. *c.* 1. & pleniùs Polyd. Virgil. *de inuentorib. rerum lib.* 1. *c.* 4. & de his meminit text. *in d. c. dilectissimis, vers. denique* 12. *q.* 1. licèt ineptè gloss. *verbo coniuges*, quam sequuntur Doctores communiter, & Viuald. *d. p.* 4. *cap.* 6. *n.* 16. interpretentur non quoad carnis vsum, sed alia obsequia; meliùs enim refertur ad mores Græcorum, idest, Lacedæmoniorum, de quibus proximè. Persæ etiā filiarum suarum matrimonio vtebantur, vt latè prosequitur Cæl. Rhodigin. *lectionum antiq. lib.* 10. *c.* 18 & latissimè Tiraquel. *l.* 7. *connub. p.* 7 *gloss.* 1. *num.* 32. *cum seqq.* Alij denique alia deteriora legi naturæ esse contraria non intellexerunt, de quibus Paul. *ad Roman. c.* 1. & prosequitur Castro *de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 14. *post princ.* Conan. *lib.* 1. *commentar. cap.* 1. *num.* 3. & post alios Sayt. *d cap* 2. *num.* 11. 11 12 13 14

Secundum huius legis naturalis attributum est quòd sit immutabilis, vt docet Iustin *in d. §. sed & naturalia*, ibi, *firma atque immutabilia*, consonat Gratian. *in princ.* 5. *dist.* & *in cap. vlt.* 6. *dist.* ibi, *manet immobile*, & de hac naturali lege intelligunt ur aurea D. Augustini verba *lib.* 2. *Confess. cap.* 4. hæc lex scripta est in cordibus hominum, quam nec vlla quidem delet iniquitas, explicat S. Thom. *d. q.* 94. *art.* 5. Sor. *d. q.* 4. *art.* 5. & faciunt elegantissima Cicer. verba *lib.* 3. *de Republ* quem ad idem propositum adducit Con *de sponsalib. p.* 1. *c.* 6. §. 9. *num.* 4. quæ conclusio quoad prima principia apud omnes indubitabilis est, nullo enim casu deficere possunt, vel variari. Circa secunda verò præcepta, seu 15

conclusiones, quæ ex illis primis proximè deducentur, resoluunt mutari non posse, cùm rectum sit in communi quod lex naturalis præcipit, vt bene sentit Cicer. *lib. 3. de Republ.* posse tamen mutari in particulari propter aliquas speciales causas impedientes obseruantiam talium præceptorum, vel quia mutatis rebus, circa quas versatur, deficit necessitas consequentiarum per quas illa præcepta ex iure naturali deducuntur; sicque magis ex parte rerum, quàm ex parte ipsius legis contingit mutatio, atque ita resoluunt Diuus Thom. quem reliqui omnes sequuntur *proximè citatis locis*, & ita explicatur Iureconsultus *in l. ius ciuile. ff. de instit. & iure*, ibi, *cùm aliquid addimus, vel detrahimus.*

16 Exempla autem accommodatissima sunt ex *l. bona fides. ff. depositi*, vbi Iureconsf. aliquot adducit casus, in quibus ratio illa naturalis, quæ postulat rei depositæ traditionem, deficere noscitur, addunt Doctores aliud de eo, qui gladium deposuit, & factus furiosus illum repetit, recta enim ratio exigit ne reddatur in ipsius deponentis euidens periculum.

17 Aliud exemplum est de dominiorum diuisione, indéque conciliatur ardua difficultas, ne dicam antinomia, dum aliquando Iureconsulti, atque Pontifices diuisionem hanc ad ius hoc naturale, quod naturalis ratio inter omnes gentes peræquè constituit, *l. 1. ff. de acquirendo rerum domin.* §. *singulorum*, *Instit. de rerum diuis.* textu *in præsenti*, ibi, *acquisitio eorum*, &c. referunt. Aliquando verò ad ius humanum, *c. quo iure* 8. *dist.* Aliquando ad ius gentium, *l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure*, & per consequens earundem rerum diuisio à iure naturali recedit, consonant auctoritates, quibus rerum omnium communicatio ad ius naturale referunt, textu *in præsenti*, ibi, *communis rerum omnium possessio*, & docuit expressè Clemens I. *in cap. dilectissimis* 12. *quæst.* 1. dum inquit communem omnium vsum, quæ in hoc mundo sunt, omnibus esse debuisse; sed per iniquitatem alium dixisse hoc meum. Verùm omissis variis interpretationibus, de quibus Fortun. *in d.* §. *ius naturale, num.* 19. Cou. *in reg. peccatum p.* 2 §. 11. *à num.* 2. & latè Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p.* 1. *cap.* 1. *per tot.* facilè ex dictis omnia conciliabis cum D. Thom. 1. *p q.* 98. *art.* 1. *ad* 3. quem sequuntur proximè citati, & Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 20. quòd communis omnium possessio in statu naturæ integræ communis omnibus esse debuit, sed post eam corruptam status rerum postulauit, & condecens fuit inducere dominiorum distinctionem, quia iam eo statu communio præstaret occasionem discordiæ, iuxta reg. textu. *in l. cùm pater.* 79. § *dulcissimis. ff. de legat* 2. aliáque sequerentur incommoda, quæ diligenter prosequitur Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 11. atque ita intelliges verba illa text. *in d. cap. dilectissimis*, ibi, *per iniquitatem*, quod scilicet iniquitas causam dedit diuisioni, non verò quòd diuisio naturali æquitati fuerit contraria, vt perperam *ibi* gloss. interpretatur, quam meritò improbat Sot. *d. lib.* 4 *q.* 7. *art.* 2. *ad* 2.

18 Nullatenus tamen dicere possumus hanc dominiorum diuisionem ad ius purè humanum necessariò pertinere, quod ex proximè dictis, & auctoritate text. *in d. cap. quo iure*, videmur colligere D. Thom. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 2. *ad* 1. Conrad. *de contract. tract.* 1. *concl.* 3. & 4. Mench. *illustr. cap.* 54. *num.* 2. Molin. *d. disp.* 20. *concl.* 2. magis enim ex proximè dictis sequitur post naturæ corruptionem naturalem rationem inter omnes gentes constituisse, vt dominia distinguerentur, subindéque talis constitutio ad ius gentium primæuum, quod naturale vocant Iureconsulti, & cum humano genere dicitur incœpisse, est referẽda, vt expressè probat *d. l.* 1. & *d.* §. *singulorum*, atque ita ex mente D. Thom. 2. 2. *p.* 57. *ar.* 3. *ad* 3. explicãt Caiet. *d. q.* 66. *art.* 2. *ad fin.* latè Fortun. *in d.* §. *ius naturale*, *num.* 20. & 23. Conan. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. Pinel. *d. cap.* 1. *à n.* 17. Valasc. *de iure emphyt. q.* 3. *n.* 3.

19 Nec obstat text. *in d. cap. quo iure*, vel enim intelligitur secundùm doctrinam Pauli Castren. quam communiter receptam dicit Mench. *vbi proximè*, de rebus immobilibus, quarum acquisitionem ius naturale nunquam agnouit, quod tamen latè improbat Fortun. *d. num.* 19. Vel secundò ex Conano appellasse Augustinum ius humanum ius illud gentium primæuum, quod licèt iuris naturalis pars sit, humanum tamen appellatur, quia solis hominibus proprium est, & non tam natura ipsa, quàm hominum iudicio etiam per consequentias à iure naturali deducitur, sed repugnant verba text. ibi, *Iura autem humana, iura Imperatoris sunt.* Quare ex mente Caietani dicendum est solum probare Augustinum modos acquirendi à iure Ciuili inductos, non tamen negare rerum diuisionem secundùm naturalem rationem per proximas consequentias inter omnes homines inductam esse, & consequenter ad ius naturale secundi capitis pertinere, de quo *suprà*.

20 Denique illud exemplum est in materia æquè difficili, scilicet de seruitute, quam contrariam de iure gentium fuisse inductam, inquit Iureconsf. *in l. libertas. ff. de statu homin.* & Iustinian. *in* §. *seruitus. Institut. de iure personar.* Cùm enim iure naturali homines liberi nascerentur, *l. manumissiones. ff. de iustit. Auth. quibus modis naturales effic. leg.* §. *liceat*, *collat.* 6. textu *in præsenti*, ibi, *omnium vna libertas*, iam sequitur seruitutem iure naturali esse contrariam, vt infert Iustin. *in* §. *ius. Inst. de iure natur.* & sic conuincitur resolutio eorum, qui distinguunt inter ius naturale, positiuum, seu præceptiuum, & negatiuum, seu per non repugnantiam, quale esse inquiunt libertatem, quam iuris naturalis esse ea solùm ratione volunt, quia ius naturale eam permittebat, & contrarium, scilicet seruitutem, non induxit, ita D. Thom. *d.* 94. *art.* 5. *ad* 3. Sequitur Sot. *de iustit. lib.* 4. *quæst.* 3. *art.* 1. *ad* 1. Conan *lib.* 1. *cap.* 6. *à num.* 8. & non displicuit Couarr. *dicto* §. 11. *num.* 3. *vers.* 2. Nau. Aragon. atque alij, quos refert Sayr. *lib.* 9. *capit.* 6. *num.* 9. Sed non plenè resoluunt prædictas difficultates, præcipuè illam, quæ colligitur ex dictis iuribus apertè constituentibus seruitutem iuri naturali esse contrariam, quod non conuenit iuri naturali, nisi præceptiuo: omissa etiam alia interpretatio, forsan magis grata audientibus quàm vera, quam adducit Paleoth. *de nothis, & spuriys cap.* 2. *num.* 3. meliùs ex dictis resoluitur difficultas considerato duplici naturæ statu integro, scilicet ante peccatum primi parentis, quo attento condecens erat, & ratio naturalis postulabat, vt omnes liberi nascerentur, sicque prima naturæ intentio fuit omnes homines liberos producere, vel post naturam corruptam, quo considerato sicut condecens fuit, & secundùm naturalem rationem, vt qui bello iustè occidi poterant, seruarentur potiùs, vnde serui sunt dicti, *d. l. libertas*, §. *serui autem*, *Instit. de iure. person.* & per consequens si sola prima rerum constitutio spectetur rectè in dictis iuribus, seruitus iuri naturali contraria dicitur, positis verò iustis circumstantiis, mutatóque primo illo naturæ statu, rectè ipsa naturalis ratio inter omnes gentes admisit seruitutem, indéque suo respectu seruitus dicitur naturalem habere rationem, comprobat totum discursum D. Augustin. *de Ciuitate Dei lib.* 19. *cap.* 15. dum inquit, Nullus naturæ in qua priùs hominem Deus condidit, seruus est hominis, aut peccati, &

deinde

deinde, quia si contra eam legem non esset factum nihil esset pœnali seruiture coërcendam, ideoque Apostolus seruos monet subditos esse dominis suis, vt deducitur ex Paulo 1. *ad Timoth.6.* ex quibus inter Christianos seruitutem licitam esse definiunt Concilia,& Pontifices *in cap. si quis seruum 1. & 2. 17.q.4.*& resoluunt latè Fortun.*in d.l. manumissiones à n.3.*& post D.Th.Sot.*lib.4.q.1. art.2. ad arg.*Cou. *vbi proximè,*& Molin.*de iustitia,tr.1.disp.4. concl.3. & tract.2. disp.32. ad finem*, atque alij quos magis probat Sayr.*d.n.9.*

21 *Vt viri, & fœmina coniunctio.*] Notatur ad hoe quòd maris, & fœminæ coniunctio omnibus animantibus etiam brutis est iure naturali communis, vt per Cou.*de sponsalibus,pag.2.cap.1.in princ.num.6.* Spin.*in speculo testam. gloss.14.princ.num.59.* Matrimonium verò non est naturale quasi ex propriis

22 naturæ prouenienś, sicuti moueri sursum est naturale igni,quia libero contrahentium arbitrio celebratur,est tamen naturale,id est,ex inclinatione naturali proueniens, quod quidem secundum assumptum, vt bene explicetur obseruandum est duo intendere naturam cuiuslibet, nempe seipsum conseruare,& perficere,& quia hoc perpetuò fieri nequit, intendit secundò saltem per indiniduorum multiplicationem conseruari : hæc duplex naturæ intentio ex duplici appetitu oritur, quorum alter est ad cibum,quo vita conseruatur, alter verò ad generationem per quam natura multiplicatur, quæ vt facilius fierent,addit natura delectationem,quæ condimentum operationum est, teste philosopho 10. *ethic.c 4.*cùm autem sit natura perfecta,non tantum intendit generationem, sed etiam prolem ipsam ad perfectionem vsque perducere,& ad perfectum hominis statum, vt homo est, habent enim filij à parentibus esse, nutrimentum, & instructionem, 18. *ethic.c.12.* ad quod necessarium erat matrimonium, vt parentes illa conferant puero, & quia matrimonium conducit ad hunc naturæ finem, dicitur homini naturale ita D. Thom.*in 4. dist.26. q.1. art.1.* Sanch.*d.matrim.lib.2.disp.2.*

23 *Liberorum successio.*] Notatur ad hoe quòd filiis legitima portio, siue successio in bonis parentum iure naturæ debita est, vt per Abb *in c. Raynutius n. 12.de testam.* Ant.Gom.*tom.1.var.c.1. n.1, cum seqq.* Cottas.*lib.3.miscel.c.16 à n 3.*Roias *de success.c.7.in princ.*Molin *de primog.lib.2.cap.1. à num 14.*Spin.*in speculo testam.gloss.17. à n.19.* Mich. Grass.*de success. §.1 in prin.*Azot.*instit.moral p.2.lib 2.c.17.*nouissimè Anton.de Fuertes *Canon.lect.lib.1. c.2.* quorum sententia multipliciter probatur.

24 Primò ex iure Canonico *in c.Raynutius*, ibi,*portio iure naturæ debita,cap.Raynaldus*,ibi,*partem debitam iure naturæ,de testam.cap.2.eod.tit.lib.6.*

25 Secundò ex iure Ciuili,vt *in l.nam etsi parentibus*, ibi,*naturalem erga filios charitatem, ff. de inoffic. test. & in l.cum ratio ff.de bonis damnat.*dum inquit,cùm ratio naturalis quasi lex quædam tacita parentum liberis hæreditatem adiciat, velut ad debitam successionem eos vocando,*auth hoc amplius*, ibi, *præter debitum naturale,de fideicom.* optim.text. *in auth.de hered.& falcid §.1.*ibi, *tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur*, hæc dictio, *tanquam*, imperfectionem denotat, si ad alia prædicta iura aduertamus, in quibus hæc obligatio sine ea imponitur, iuncta gloss.*verbo quasi debitum, in c. Parochianos,de decim.* recepta ab omnibus, *ibi*, & a Boët. *decis.44. num.29.*Hippolyt *sing.236.*

26 Tertiò ex lege diuina hoc ipsum ostenditur,nam ante omnes scriptas leges legimus *Gen.13.*Abrahamum,& Loth bona patris defuncti inter se diuisisse,& *Leuit.25.& Numer.27.*statuitur de hæreditate ad posteros transmittenda, vnde Paul, ad Galat.5.*si filius,ergo hæres,*

Quartò ratione probatur,nam filiis hanc succes- 27
sionem deberi alimentorum loco,ne scilicet solatio & præsidio destituti fame pereant,probat text.opt. *in auth.de trien.& semisse,in fine principij collat.3.* ibi, *non vult filiorum fame morientium, sed viuere valentium vocari pater*,consonat *l.quisquis,§ ad filias*, ibi, *habeant mediocrem potius alimoniam, C.ad legem Iul. maiest.* Constat autem iure naturali filiis legitimis deberi alimenta iuxta text.*in præsenti,l.1.§.ius naturale*,ibi,*hinc educatio ff de instit.& iure.* ergo & successio eodem iure naturali debita est.

Quintò,& vltimò hoc ipsum ostenditur,quia ius 28
naturale est ratio quædam hominum mentibus insita,qua absque vlla scripta lege ducimur,& impellimur,iuxta illud Psalmi 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*,Genebrard & omnes ferè Patres de hoc lumine naturali interpretantur. Ideoque Iureconsulti,& Imperatores dicunt ius naturale esse,quod apud omnes gentes peræque obseruatur sine vlla constitutione. *§.sed & naturalia, Instit.de iure natur.*consonat Isidorus *hic.*Constat autem omnibus gentibus ab ipsa natura hoe insitum esse, vt multa filiis suis parent, diligenterque seruent, vt post mortem relinquant,sicut probat text. *in l. pen. ff.de bonis liber.*ibi,*ex voto parant*,id est,ardenti desiderio,& hoc est parentum commune votum,de quo dicit Iurecons.*in l.scripto,in fine.ff.vnde liberi.*

Verùm contrariam partem, quòd scilicet huius 29
successionis filiorum in bonis parentum origo, & necessitas ex iure Ciuili proueniat,tuentur Dyn. *in reg.indultum,num.22.cum seqq lib 6.* Bart.*in leg. Titio centum,§.Titio genero n.6. ff de condition.& demonstr.* & multi, quos in huius sententiæ confirmationem adducit Mench.*de successione,lib.2 § 20 num.296.* ex quibus,& Albert Brun. communiter receptam profitetur Corduba de Lara *in l.si quis à liberis. §. idem rescripsit,à num.149.ff.de liber agnosc.*& alij hinc resoluentes valere legem, quæ permittit parentibus, ne teneantur nec possint nomine legitimæ filiis suis quicquam relinquere, & multis latè contendit Sermien. *lib.2.select.cap.14. num. 6.* ex quibus hanc communem dicit Ceuall.*commun. contra commun.q. 112.in princ.*& refert alios idem attestantes, Crass. *d §.legitima q.42.num.2.*Spin.parum sibi constans *in speculo testam.gloss. 19. a n.19.* suadent plura, & non leniora fundamenta.

Primò,quia ad legem duodecim tabularum id re- 30
fert text.*in l.lege duodecim tabularum,C de legit.hær.*

Secundò,quia intestati successio iuris Ciuilis est, *l.lege hoc verbo 130.ff.de verb.signif. §. intestatorum, Instit.de hered.quæ ab intest.* Constat autem hanc legitimam filiorum esse partem successionis ab intestato,*l.Papinianus.§.si quis mortis.ff.de inoffic. testam. illud C.de collation.*

Tertiò,quia si legitima esset debita iure naturali, 31
non posset immutari lege,aut consuetudine, ex reg. *l.eas ff de cap diminut.d.§.sed & naturalia,cap.vlt.de consuetud.*Constat autem lege,vel consuetudine, legitimam filiorum variè mutatam esse,iure enim antiquissimo omnia bona patris velut patrimonium filiorum adhuc viuente patre ad ipsos deferri,itaut non de nouo acquirere, sed dominium continuare mortuo patre videantur, *d.l.cum ratio, l.in suis ff de liber.& posthum.* Deinde iure Digestorum, & Codicis quarta tantùm pars pro filiorum legitima constituta est,*d.l.Papinianus. §.quarta,l.cum quæritur.C.*

reda

eod. tit. de inoff. test. Deinde iure nouissimo authenticorum tertia pars fuit constituta cum distinctione de qua text. *in d. auth. de trien. & semisse, in princ.* Iure Regio Lusitanorum *in Ordin. lib. 4. tit.* 82. per contrarium totum patris patrimonium legitima est filiorum, excepta tertia; in aliis verò nationibus necessitas relinquendi legitimam sublata est, vt de statutis Italiæ, & aliarum Prouinciarum testantur *suprà* citati. Denique varias causas propter quas parentibus licet filios legitima priuare, enumerat tex. *in auth. vt cum, de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum*, notant nostri *in c. licet, de voto.*

Quartò, quia si legitima hæc lege naturali debeatur, æquales essent in successione parentum filij legitimi, & naturales, ac spurij. Probatur consequentia, quia attenta lege naturali inter legitimos, vel naturales, & spurios nulla est differentia, *auth. quibus modis naturales effic. § liceat*, & tamen in spuriis nullo modo, naturalibus verò longè diuersum constituit lex Ciuilis, vt constat ex *l. 1. l. 2. auth. licet & per tot. C. de natural. liber.*

32 Quintò, & vltimò facit, quia iure naturali communis erat omnium possessio, vt probat text. *in præsens, & in cap. dilectissimis* 12. *q.* 1. Deinde verò iure gentium, seu similium dominiorum distinctio inducta est, *c. quod iure* 8. *dist.* ergo non potest hæc successio originem ducere ex iure naturali, quo dominij diuisio condita non erat, cùm hæc successio dominij translationem de vno in alterum necessariò præsupponat.

33 His ita pro vtraque parte adductis difficilis redditur huius quæst. resolutio, & ideo aliqui supradictas pugnantes sententias conciliare nituntur, aut enim, inquiunt, agimus de legitima originaliter, aut de quota, seu quantitate: si de legitima ipsa, & eius origine, ad legem naturalem pertinet, si de quota, seu quantitate, pertinet ad legem humanam, ita omnes tenere, nemine discrepante, *in l. in quartum ff. ad l. falcid.* post Picum, & Berengar. *ibi* testatur Crass. *d §. legitimar. quæst.* 42. Roias *de successión. cap. 7. n. 7.*
34 & consequenter referunt legitimam in totum tolli non posse, licet possit in parte minui, in quo posteriori omnes conuenire ex Imola *in d. §. Titio genero*, & multis aliis testatur Crass. *d. q* 41. *num.* 1. Cou *de sponsal. part.* 2. *c.* 8. §. 6. *n.* 5. & multi, quos refert Spin. *d. gloss.* 18 *n.* 8.

Verùm adhuc hæc conciliatio difficultates propositas non resoluit, aliquæ enim ex iis, quas secundo loco proposuimus, videntur concludere quòd origo huius successionis ad ius naturale, quo dominiorum distinctio cognita non erat, referri non potest, sicut & aliæ videntur concludere non solùm quotam, verùm etiam legitimam ipsam, eiusque originem simpliciter iuris Ciuilis esse, & ideo potuisse leges multis in casibus eam non solùm minuere, sed in totum tollere, in qua difficultate Costan. *select. c.* 15. *per tot.* omnes præcitatas opiniones improbat, concludens tandem *n.* 3. hanc successionem originem traxisse à iure gentium, quotam verò, seu determinationem certæ partis à lege Ciuili fuisse statutam.

35 Sed vt meliùs percipiatur hæc Costani distinctio, quæ ad verum propiùs accedit, & argumenta contraria, & inter se repugnantia concilientur, præmittendum est iuris naturalis duplex esse caput, alterum quod inclinat ad eas actiones, quæ cum brutis animantibus communes sunt hominibus, de quo agit. *d. §. ius naturale*, ibi, *quod natura omnia animantia docuit*; obseruata tamen inter homines, & bruta ea differentia, quòd hæc sensu mouentur, homo rationis est particeps; & per causas rei videt, & intelligit consequentia, docente Tullio *offic.* 1. & in hunc sensum intelliguntur exempla Iureconsulti, maris, & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio, & educatio. Alterum caput iuris naturalis est, quod inclinat ad actiones solis hominibus proprias, vt est religio erga Deum, obsequium in parentes, & in patriam, ideoque ius gentium appellatur, quia solis gentibus, seu hominibus conuenit. Prius autem naturale dicitur generali nomine retento, quia illud natura omnibus animantibus, seu potius omnibus rebus creatis indixit: quam duplicem iuris naturalis diuisionem hoc modo explicatam apertè tradit tex. *in eod. §. ius naturale*, dum in fine concludit ius gentium à naturali in eo solùm differre, quòd hoc omnibus animantibus, illud solis hominibus inter se commune sit, sed non ideo minus hoc quoque posterius naturale est, probat text. *in leg. omnes. §. quod verò ff de Iustit.* ibi, *quod verò naturalis ratio inter homines constituit, & inter omnes gentes, &c.* text. opt. *in §. singulorum, Institut. de rerum diuis.* ibi, *Ius naturale, quod sicut diximus, appellatur ius gentium.* Ex qua duplici iuris naturalis distinctione duplex etiam distinguendum est iuris gentium caput, alterum scilicet, quod propriè esse naturale diximus, & ius gentium ea solùm ratione dicitur, quod solis hominibus conuenit, ad differentiam alterius, quod omnibus animantibus commune est. Alterum verò ius gentium est, quod non ipsa naturalis ratio inter homines constituit, sed gentes omnes necessitatibus sibi constituerunt, vt explicat Iustinian. *in §. ius gentium*, ibi, *gentes humana iura quædam sibi constituerunt, Instit. de iure natur.* iunctis exemplis, quæ adducit de bello, & de seruitutibus, cum similibus quamuis enim hæc omnia fundamentum habeant in dictamine rationis naturalis, non tamen propriè, & immediatè deducuntur ex naturalibus principiis, sed maiori indigent ratiocinio, quod alibi latè, Deo dante, faciemus.

Hac igitur doctrina præhabita ad nostram quæ- 36
stionem reuertendo resoluo verissimam esse concordiam inter duas opiniones priores contrarias suprà adductas, vt scilicet prior, quæ legitimam, seu successionem filiorum in bonis parentum affirmat iuris naturalis esse, procedat, & intelligatur quoad originem ipsius successionis, intelligendo deinde de iure naturali posterioris capitis, quod solis hominibus proprium est, & ius gentium à Iureconsultis dicitus, atque ita de iure gentium primi capitis. Secunda verò opinio, quæ hanc legitimam, & filiorum successionem ait iuris Ciuilis esse, intelligatur de legitima quoad quotam, seu quantitatem, quæ iuris Ciuilis esse libenter agnoscimus.

Vnde iam facilè conciliantur fundamenta omnia 37
vtriusq; partis, quæ enim pro priori sententia adduximus dum successionem hanc ad ius naturale refert, nullam habent difficultatem si de hoc iure naturali secundi capitis intelligantur, vt *in d. l. cum ratio*, cum similibus; sic etiam bene procedit quod ex ipsa lege diuina ante omnes scriptas leges antiquos PP. fecisse legimus. Circa auctoritatem Isidori in hoc nostro tex. aliquis remanet scrupulus si aduertas text. ponere successionem filiorum inter exempla, quæ pertinent ad primum caput iuris naturalis, scilicet procreatio liberorum, & educatio, quod tamen erit absurdum dicere de successione, minimè enim brutis conuenit, & deinde cum nostra pugnat resolutione. Sed dupliciter respondetur, vel litteram vulgarem vitiatam esse, vbi enim *successio* legimus, *susceptio*, id est, procreatio liberorum, legitur in origina

gina

ginali apud Isidor. vt gloss. *hic* sentit, & necessariò retinendam contendit Mench. *d. §. 20. n. 301.* & maximè conuenit si aduertas Isidorum fuisse sequutum exempla Iurisconsulti *in d. § ius naturale*, & loco illius particulæ, *procreatio*, reperiri repositam illam *successio*, quare meliùs *susceptio* legitur, sicque in tribus Codicibus manuscriptis Isidori se legisse, & in aliquot Gratiani libris, testantur eruditissimi Patres, qui iussu Gregorij XIII. volumen Decreti emendarunt, in notis ad hunc text. quod etiam aduerterat Anton. August. *in tract. de emendatione Gratiani lib. 1. dial. 19.* Quòd si vulgarem litteram retinendam aliquis existimauerit, responderi poterit non omnia exempla *hic* posita ad primum caput iuris naturalis pertinere, vt patet in restitutione rei depositæ, & in acquisitione eorum, quæ terra, mari, cœloque capiuntur, quam ad secundum caput iuris naturalis, quod gentium Iureconsulti dicunt, pertinere docet Iustinian. *in d. § singulorum*, & apertiùs *l. 1 ff. de acquir. rerum domin.*

38 Similiter parùm vrgent rationes, quas in eiusdem primæ sententiæ confirmationem adduximus. nam circa vltimam nulla est difficultas, imo illa est ratio, quæ apertiùs nostræ resolutionis veritatem demonstrat, quia nititur communi illo parentum voto, quo omnia filiis suis parant, *d. l pen. ff de bonis libert.* seu thesaurizant, docente B. Paulo 2. *ad Corinth.* 12. refertur *in c. prædicator. 16. q. 1.* quod solis hominibus, minimè verò brutis conuenit. Alia ratio, quam de alimentis adduximus, in quorum locum successit legitima, aliquid difficultatis habet, tum quia alimenta ad primum caput iuris naturalis pertinent, *d. §. ius naturale*, tum & fortiùs, quia si hæc ratio alimentorum ad legitimam necessariam inferret consequentiam, sequeretur legitimam esse necessariò relinquendam iuxta modum pro alimentis necessarium, & tamen compertum est longè minus legib. esse definitum, vt cõstat ex *d. auth. de trien. & semisse*; sequeretur etiã necessarium non esse filiis diuitibus legitimam relinquere, quemadmodum constat eis alimenta non deberi, ex *d. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff de liber. agnosc.* quod tamen falsum est ex *d. auth. cùm de appellat. cognoscitur. §. aliud quoque capitulum.* Deinde superstite patre posset filius legitimam petere, sicut potest eo viuo petere alimenta *d. l. si quis à liberis, in princ. ff. de liberis agnosc.* quod tamen de legitima nemo dicet, est enim contra text. *in l. 1. § præmatura ff de collat. bonor. l. pater filiũ ff. de inoffic. test.* aliaq; ex hac ratione sequentur absurda, quæ colligit Costan. *d. cap. 15 à n. 24.* quare rationem istam ad nostrum propositum firmam non esse cum eodẽ Costano libenter fatemur.

39 Ad argumenta verò, quæ pro secunda opinione adduximus, eadem facilitate ex dictis resoluuntur, nam primum, & secundum ex *l. lege duodecim tabularum, & l. lege hoc venire*, cum similibus, *& in c. ius Quiritum, hac dist. 1* solùm euincunt hanc successionem filiorum iuris Ciuilis esse quoad quotam, modum, & formam successionis, minimè verò quoad originem, quam iuris gentium esse ostendimus, imo in successionibus è contrà iure gentium seu naturali fuisse inductam ab intestato successionem parentum in bonis filiorum, & transuersalium inter se magis communiter receptum est, quia ratione ipsa naturali gentes cognouerunt æquum esse & iustum, vt morientium bona ad proximiores consanguineos deferantur, si ipsi viuentes de iis non disposuerunt, vt probat text. sic intelligendus (à multis enim difficilis reputatus) *in l. vlt. ff. quorum bonor.* nam de consanguineis agens ait quòd lex ipsa naturæ eos successores facit, consonat text. *in d. auth. de heredib. & falcid. in fine princ.* ibi, *secundum naturam*, &c. quamuis enim lex Ciuilis successionis ordinem, & modum legitimarum hæreditatum definiuerit, vt scilicet hæres repræsentet defunctum, in quo secundùm totum rigorem verificatur, quod ait text. *in d. c. ius Quiritum*, ibi, *legitimarum successionum*, negari tamen non potest alias etiam gentes præter Romanum populum agnouisse hanc successionem abintestato inter consanguineos, vt prosequitur multos adducens, ex quibus magis communem testatur Crass. *d. § 1. n. 4.* Costan. *d. lib. 1. selectar. c. 6. n. 4.* Card. Manric. *de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 14. n. 26.* aduertendo illud inter successionem filiorum, vel collateralium interesse, quòd licèt vtraque fundamentum habeat in ratione naturali, illa tamen, scilicet filiorum, proximè, & per immediatas consequentias, de quibus suprà, à naturali ratione deducitur, hæc verò, scilicet transuersalium, non immediata proximè, sed maiori indiget ratiocinio.

Ad tertium de statutis, seu legibus prouinciarum, 40 quæ filios in totum à legitima excludunt, vel ea maxima ex parte minuunt, respondetur id posse Principem, seu legem humanam vbi subsit causa, seu circunstantia, quæ concludat, eo casu deficere rationem, quæ in communi suadet, & imponit hanc necessitatem parentibus, quamuis enim legitima ad secundum caput iuris naturalis pertinere noscatur, vt suprà diximus, & lex, seu princeps directè, & propriè ea, quæ iuris naturalis sunt, tollere vel immutare non possit, potest tamen indirectè, & impropriè, scilicet quando occurrit causa, seu circunstantia, quæ cessare faciat illius legis iustitiam, seu rectitudinem rationis propter quam illud, quod in communi rectum erat, & iustum, differt ab ea rectitudine in illo casu particulari; vnde iam infertur vera ratio decidendi ad *d. §. aliud quoque capitulum*, vbi variæ commemorantur causæ ob quas lex permittit parentibus vt in totum filios exhæredes faciant, & legitima priuent; sunt enim omnes illæ causæ ingratitudinis filiorum in parentes, quod in eos, per quos viuere acceperunt, manus intulerunt iniuriosas, vel similia, tali posita circunstantia ipsa naturalis ratio, quæ docet vt filiis benemerentibus parentes omnia ex voto parent, postulat vt ingrato, & impio filio omnia pietatis denegentur officia. *l. 1. C. de ingratis liberis l. Titius ff. de obseq.*

Circa quartum de illegitimis, quos legitimis pa- 41 res esse diximus attento iure naturali, tamen à parentum successione repelli, dupliciter respondetur. Primò verius esse lege ipsa naturali, & à principio creati generis humani legitimorum, & illegitimorum cognitam fuisse differentiam, quemadmodum & matrimonium à quo legitimi fiunt, eodem iure cognitum fuisse negari non potest, ex *d. §. ius naturale.* Ad text. verò *in citato §. liceat*, respondetur, Iureconsultos, & Imperatores, qui perfectè fidei nostræ mysteria non cognouerunt, illud fuisse opinatos contra apertissima sacræ Paginæ testimonia, vt tradit Paleoth. *de nothis, & spur. c. 2.* Vel forsan responderi potest secundùm sensum Iureconsultorum, quòd licet stando in statu naturæ integræ omnes filij legitimi nascerentur, postquam tamen ad concupiscentiam diuersio legitimorum, & illegitimorum differẽtiam emicuit, iustissimis rationibus fuit etiam constituta differentia circa successionem, sed ad nostrum propositum illa est præcipua quòd extra matrimonium, ex quo nascuntur legitimi, reliqui filij patrem certum demonstrare non possunt, *leg. vulgo concepit. ff. de statu homin.* & quia mater certa est

l. quia

l. quia semper. ff. de in ius vocan. meritò spurios patri omnino insuccessibiles lex reddidit, matri verò non ita; quia autem naturales ea vnica concubina domi retenta nascuntur, subindeq; de patre maior aliqua potest haberi certitudo, non omnino eos à paterna successione lex reiicit, vt alibi latiùs probauimus.

41 Vltima ratio, quòd iure naturali cognita non fuerit dominiorum distinctio, quam successio supponit, non pugnat cum nostra resolutione, originem enim huius successionis iuri gentium tribuit, quo attento dominium, & acquisitionem rerum cognitam fuisse dubium non est, ex *d. §. singulorum. d. l. 1.* cum similibus. Deinde respondetur quòd licèt à principio res omnes communes fuerint, & gentes deinde rerum dominia diuiserint, ita exigentibus necessitatibus, supposita ea diuisione dictat naturalis ratio, vt parentes ex bonis, quæ habent, partem aliquam filiis relinquant, ea qua viuere, suisque necessitatibus valeant prouidere, sicut in multis aliis iuris naturalis Doctores solent obseruare, exemplum illud est expeditum in materia simoniæ, in qua si lex Canonica, seu Pontifex aliquid facit spirituale, scilicet per annexionem, veluti si beneficium de nouo erigat, ratio ipsa dictat quòd si illud postquam spiritualibus annexum est pretio æstimetur, illicitè fit, & simonia committitur legibus diuinis prohibita, vt ex communi sententia resoluit Soar. *de Relig. tom. 1. tr. 2. de simonia lib. 4. c. 24. n. 5.* inferens non posse Papam titulum beneficij vendere. Aliud exemplum est in vsucapione, qui modus est acquirendi dominium iure Ciuili inductus, *d. c. ius Quiritum, l. 1. & per tot. ff. de vsucap.* postquam tamen per eam dominium acquisitum est, ratio naturalis docet ne à domino, qui ita acquisiuit, sine facto suo auferatur etiam à Principe, ex doctrina *gl. vlt. in l. vlt. C. si contra ius, vel vtil. publ.* communiter recepta, vt latè comprobat, Pinel *in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. c. 2. n. 4.* & post eum Salzed. *in addit. ad Bernard. reg. 209. ampl. 1.*

Et omnium vna libertas] Vtrùm autem aliqua sit seruitus inducta iure naturali? vide Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 11. n. 5.* Nauar. *in cap. ita quorundam de Iudæ. notab. 11. gloss. pen. num. 1. cum seqq.*

Item depositæ] Notatur ad hoc quod est de iure naturali dominium rei depositæ restituendæ deponenti, vt per Sot. *de iust. lib. 4. q. 3. art. 3.* & licèt Hottom. *in l. 1. n. 9. ff. de iust. & iure*, reprehendat in hoc Isidor. *in præsenti*, tamen illum bene defendit Pinel. *in rub. de rescind. vend. p. 1. c. 1. n. 16. ad fin.*

Cap. Ius Ciuile. VIII.

De iure Ciuili, eius origine, causa, & diuisione latè agunt Budæ. *ad Pandectas in annot. leg. ius Ciuile. ff. de iust. & iure, pag. 10. & 11.* Zaz. *de interp. iuris Ciuil. tit. 4.* Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. c. 13. n. 1.* Tiber. Decian. *tr. crimin. lib. 2. cap. 13. per tot.* Ferand. *lib. 1. explicat. c. 5.* Pichard. *in §. sed ius quidem, ex n. 1. Instit. de iure natur.* Azot. *instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 1. vers. secundo diuiditur*, Ioan. de Salas *de legibus disp. 2. sect. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 13. cap. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Ius gentium alij primæuum, alij secundarium dixerunt, sed reprobantur, num. 2.*

3 *Ius gentium aliud propriè naturale est, quod scilicet naturalis ratio absque aliqua constitutione apud omnes gentes constituit.*

4 *Ius gentium aliud humanum dicitur, quod scilicet non naturalis ratio constituit inter homines, sed homines ipsi & gentes necessitatibus exigentibus sibi constituerunt.*

5 *Ius gentium, quod naturalis ratio constituit, ex primis principiis iuris naturalis proximè, & immediatè deducitur, alterum verò, quod humanum dicitur, non ita proximè, & immediatè deducitur, sed longius à dictis principiis distat.*

6 *Ius gentium primæuum est immutabile, licèt in rebus ipsis, circa quas versatur, aliquando mutatio contingat, aliud verò secundarium quamuis ex parte, in totum tamen mutari non potest.*

7 *Ius gentium secundarium ex iusta causa aliquo casu per Principem, vel consuetudinem mutari potest.*

8 *Dominium quæsitum iure gentium an tolli possit à Principe? remissiuè.*

9 *Furari licet rem propriam cùm aliter consequi non potest.*

10 *Seruus, vel captiuus fugiens à domino suo, cùm furtum sui ipsius faciat, tenetur in conscientia.*

11 *Capti in bello iusto ex parte capientium, iniusto verò ex parte aduersariorum, quando ad suos fugere possint, ostenditur.*

Cap. Ius gentium. IX.

Ivs gentium quid dicatur variè Doctores tradiderunt, inter quos communis inualuit sententia, quòd duplex sit, primæuum alterum, quod statim cum ipso humano genere incœpit, veluti obseruatio fidei datæ erga Deum, Religio, & similia, de quibus *in l. veluti. ff. d. iust.* & hoc ad ius naturale pertinere inquiunt: alterum verò secundarium, quod non cum ipso humano genere incœpit, sed deinde homines, & vniuersæ gentes sibi constituerunt, vt bella, seruitutes, & similia, de quibus *in l. ex hoc iure. ff. de iust.* & hoc resoluunt propriè humanum esse, ita Bart. *in l. si id quod, n. 2. ff. de condict. indeb.* quem sequuntur Ias. & alij communiter, teste Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. c. 1. n. 11.* 1

Verùm ab hac communi resolutione recedunt Conan. *lib. 1. commentar. cap. 5. num. 3. & 8.* & post Aretin. Fortun. & plures alij, quos refert Pinel. *de c. 1. n. 10.* & constanter Valasc. *de iure emphyt. quæst. 3. à num. 6.* Mouentur autem, quia inquiunt nullibi in iure nostro reperiri hanc duplicis iuris gentium distinctionem. Deinde quia distinguere ius gentium per ætates, nihil aliud est quàm dicere, hoc est de iure Ciuili antiquo; hoc de nouiori, ex qua tamen distinctione neque duplex oritur iuris Ciuilis species. Adde fortiùs quòd ex illa differentia iuris gentium, quod cum ipso humano genere incœpit, vel alterius, quod postea introductum est, non efficitur quòd minus vtrumque ad ius naturale pertineat, si recta ratio per proximas consequentias ex primis legis naturalis præceptis deducta id iustum esse, & adæquatum humano generi dictauerit. Qua etiam ratione conuincitur aliorum explicatio, qui ius gentium vnum esse contendentes, duplex in eo caput distinguunt, alterúmque referunt ad ea, quæ in statu naturæ integræ per dictamen rationis naturalis constituta sunt, vt erga Deum Religio; alterū verò ad ea, quæ attento naturæ corruptæ statu eodem dictamine sunt constituta, vt bellū, seruitus, & similia; parum enim hæc resolutio à præcedēti differt, eodémque laborat vitio, siue enim naturæ integræ, siue corruptæ statū consideremus, quicquid naturalis ratio per necessarias, & proximas cōsequentias dictat, ad ius naturale pertinet ex dictis; & patet ex præcepto de red- 2

deoda

penda re deposita, si enim naturam integram spectemus, nec domioiorum erat distinctio, neque consequenter depositum, & tamen dominiorum facta diuisione post naturam corruptam, iuris naturalis est depositum reddere, quia ex primis principiis per proximas consequentias id concluditur, & probat text. *in cap. ius naturale*, ibi, *item deposita rei, &c. sup. hac dist.*

3 Quare tenendum est ius gentium duplex esse,
aliud, quod propriè naturale est, quod scilicet naturalis ratio absque aliqua coostitutione apud omnes
gentes constituit, dicitúrque ius gentium ea solùm ratione, quòd solis gentibus proprium est, non verò reliquis animantibus commune, vt expressit Iureconf.
4 *in l. 1. in fine, cum seqq. ff. de iustit. & iure.* Aliud
verò propriè humanum est, quod scilicet non naturalis ratio constituit inter homines, sed homines ipsi & gentes necessitatibus exigentibus sibi constituerunt, de quo Instin. *in §. ius autem gentium, Instit. de iure natur.* vbi sic explicauit, & exempla accommodata proposuit, ex quo desumpsit Gratianus textum in præsenti, atque ita ex eodem §. ibi, *gentes humanæ iura quidem sibi constituerunt*, iuncto §. *ius autem Ciuile, Instit. eod.* ibi, *naturalis ratio inter omnes gentes*
5 *constituit*, apertè colligitur duplex hoc ius gentium,
scilicet quod naturalis ratio constituit, vel quod homines ipsi sibi constituerunt, explicatúrque magis si aduertas quòd licèt vtrumque ius gentium fundamentum, & radices habeat in dictamine legis naturalis, in eo tamen maxima est inter vtrumque differentia. nam prius ex primis principiis iuris naturalis proximè, & immediatè deducitur, itaut facili negotio, & sine longiori discursu conclusioni ex illis principiis deductæ assentiamor, vt sunt omoia præcepta Decalogi; at verò posterius non ita proxime, & immediate deducitur, sed longiùs a dictis principiis distat & maiori indiget ratiocinio, vt ex naturæ principiis conclusio referatur, sicut sentit Sot. *de iustit. lib. 1. quæst. 5. art. 3.* quem laudat Valasc. *d. quæst. 3. num. 2.* & sequitur Sayt. *in claui Regia lib. 3. cap. 4. num. 7.* & explicauit melius quàm omnes Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 11. num. 4.*

6 Eáque possita distinctione iam infertur, ius gen-
tium primæuum, quod ex primis principiis per proximas, & necessarias consequentias deducitur, esse immutabile, licèt in rebus ipsis, circa quas versatur, aliquando mutatio contingat; aliud verò secundarium in totum etiam mutari non posse videtur certissimum, tum ex auctoritate text. *in §. sed & naturalia, Instit. de iure natur.* in quo planè de vtroque iure gentium videtur egisse Iustinianus, propter aduersatiuam, de qua *in vers. fin.* ibi, *Ea verò, quæ ipsa sibi quæque ciuitas constituit, sæpè mutari solent*; ostendit enim his verbis agere de omni iure in antecedenti vers. quod non est proprium cuiusque ciuitatis, sed omnium gentium, siue per proximas, siue per remotas consequentias deducatur à iure naturali. Et deinde ratione ostenditur, quia cùm ius hoc suam vim habeat obligandi non solùm ex cuiusque Principis, seu ciuitatis constitutione, sed qui ex communi omnium nationum consensu, bonæ Reipublicæ administrationi adæquatum existimatur, & ideò apud omnes peræquè obseruatur, ideò vt in totum tollatur, omnium nationum consensus esset necessarius, vt aduertit Molin. *de iustitia tractat. 1. disput. 5.* Si verò Princeps intra sui imperij limites illud velit abrogare, potestate sua abuti censendus erit, cùm nulla ad id possit iusta causa subsistere, vt in totum subditos suos priuet vsu eorum, quæ naturali dictamine reliquæ omnes gentes approbarunt, veluti, si Rex, vel Imperator statuat ne sint emptiones, venditiones, locationes, permutationes, vel similes contractus, manifestissima enim apparent incommoda, quæ inde sequerentur, ex quibus licèt Molin. *proximè citato loco* asserat se non dubitare quòd non valeret mutatio hæc in totum si per Principem fieret, dubitandum tamen maximè censeo; quòd autem peccaret mortaliter, nemo dubitat.

Data verò iusta causa huiusmodi ius gentium casu 7
aliquo per Principem, vel consuetudinem mutari posse videtur etiam certissimum, ex auctoritate text. *in l. ius ciuile. ff. de instit.* & patent manifestissima exempla, nam licèt dominia iure gentium, siue primæuo, siue secundario distincta sint, iustissimis tamen rationibus in Ecclesia primitiua omnes Christianā pietatem profitentes, & multo deinde tempore Clerici, & vsque adhuc Monachi vitam communem retinuerunt. *cap. dilectissimis 12. quæst. 1.* Sic etiam licèt seruitus eodem iure gentium sit introducta, iustissimè tamen admisit consuetudo ne Chistiani à Christianis bello capti serui fiant capientium, vt resoluit Bart. *in l. hostes, num. 16. in fine. ff de captiuis*, receptus ex multis, de quibus Cou. *d. §. 11 num. 6.* Costan. *lib. 1. selectar. cap. 2. num. 20.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 33.* Valasc. *cons. 30. num. 3.* Ratio verò quare ius gentium hoc casu inter Christianos mutatum est, illa reddi solet, quia repugnat Christianæ charitati, per quam omnes vnum corpus sumus in Christo, vt ex Paul. 1. *ad Corinth. 12.* explicat text. *in cap. ad mensam 11. quæst. 3.* quòd Christiani bello capti, sicut bruta animantia, serui fiant aliorum Christianorum capientiū, & consequenter in iis non habere, locum fictionem, postliminij, vel legis Corneliæ, neque alia iura, quæ de veris captiuis loquuntur *toto tit ff. de captiu. & post li-*
min reuersis, notauit Bart. & reliqui omnes, qui eum se- 8
quuntur. An autem dominium quæsitum iure gentium tolli possit à Principe, diuersa inspectio, & alterius loci est, interim resolue cum Pinel. *in d. p. 1. cap. 2.* stante iusta causa id posse Principem, ea deficiente minimè, sicut neque illud, quod iure Ciuili quæsitum est, vt alibi opportuniùs.

Quæ autem sint iuris gentium, & de exemplis relatis ab Isidor. in præsenti firmante illa omnia ad ius gentium pertinere, vide Cou. *in reg. peccatum part. 2. §. 11. ii princ.* Nauar. *in cap. ita quorumdam, de Iudæ. notab. 11. gloss. pen. num. 3.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 2. cap. 10.* Vasq. *1. 2. disput. 157. cap. 3. & 4.* Molin. *de instit. tract. 5. disp. 9. num. 1.* Soar. *de legib. lib 2. cap. 18. per tot.* & latè de iure gentium agunt Zaz. *de iuris ciuilis interp. tit. 3.* Forcat. *dial. 30.* Pinel. *in rub. de rescind. vend. p. 1. cap. 1. num. 3.* Rosci. *lib. 2. memorabil. cap. 8.* Soar. & Vasq. *citatis locis*, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 1. vers. secundò diuiditur*, Sulas *de legib. disp. 2. sect. 3. cum seqq.*

In gloss. *Sedium.* ibi, *nisi fortè alio modo non posset eum* 9
consequi, &c. Notatur ad hoc quòd licet furari rem propriam, cùm aliter cōsequi non potest, vt per Cou. *lib. 1. var. c. 2. num. 15.* Reb. *in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, notab. 9. num. 13.* Decian. *tract crim. lib. 2 c. 13. num. 9.* Menoch. *remed. 1. recuper. num. 313. & remed. 9. num. 191.* Zerol. *in praxi Episcopi p. 1. verbo compensatio.* Brunot. à Sole *in locis communib. l. verbo furtum. 1.* Cald. Perei. *de empt. & vendit. cap. 24. n. 63.*

In gloss. *Seruituteē.* ibi, *& secundùm hoc peccat tali-*
ter captus, &c. Notatur ad hoc quòd seruus, vel cap- 10
tiuus fugiens à domino suo, cùm furtum sui ipsius faciat, tenetur in conscientia, vt per Couar. *l. 1. var. cap. 2. num. 10. vers. in secunda*, Azeued *ad tit. 1. num. 26. lib. 2. noua recopil. pag. 126.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 34. quæst. 3.* S. Antonin. *p. 3. tit. 3. c. 6. §. 4.* Nauar. *in man.*

cap. 17. *num.* 103. Molin. *de instit. tract. 2. disput.* 37. quod limitant prædicti Doctores, nisi taliter captus ad suam patriam redeat, & sequitur Vasq. 1. 2. *disput.* 174. *c.* 1. *num.* 8. Non est tamen improbabile quòd capti in bello etiam iusto ex parte capientium, iniusto autem ex parte aduersariorum ad suos fugere possunt absque peccato, modò scandalum, & specialis permanendi pollicitatio absit, secondùm Sot. *lib.* 4. *de instit. q.* 5. *art.* 2. *conc.* 3. Cou. *in reg. peccatum p.* 2. §. 11. *n.* 6. Vasq. 1. 2. *tom.* 2. *c. disp.* 174. *c.* 1. *num.* 8. Petr. Nau. *de rest. cap.* 1. *num.* 200. Ioan. Malder. *in* 2. 2. *q.* 40. *art.* 1. Paul. Laymann *in Theologia morali lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 16. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo peccatum, differ.* 5.

S V M M A R I V M.

1 *Intellectus verus ad hunc text. vbi praestetur, ostenditur.*
2 *Iudæi legibus Romanorum, & iure communi vtuntur, quia dicuntur & ipsi de populo Romano subditique sunt illius Principis, & ciuitatis in qua morantur.*
3 *Iudæi ligantur statutis, & consuetudinibus illius ciuitatis in qua morantur.*
4 *Iudæi sunt de populo ciuitatis, quamuis non sint de populo Ecclesiæ.*

Cap. Ius Quiritum. XII.

1 Circa intellectum huius text. vide quæ dixi ad *cap. ius naturale, hac dist. num.* 39. & reperi. Inquisitor. *verbo ius Quiritum, pag.* 507.

2 In gloss. *Quod nulli.* ibi, *vt dicitur quòd Iudæi vtuntur Romano iure,* &c. Notatur ad hoc quòd Iudæi ideò legibus Romanorum, & iure communi vtuntur, quia dicuntur & ipsi de populo Romano, subditique sunt illius Principis, & ciuitatis in qua morantur, vt per Alex. *cons.* 75. *num.* 6. *& seq. lib.* 5. *& cons.* 99. *num.* 3. *lib.* 6. *& cons.* 16. *num.* 13. *& seq. lib.* 7. Natt *consil.* 620. *num.* 18. Brun. *de cessione bonorum, q.* 36. *num.* 3. *in* 4. *quæst. princ.* Roland. *cons.* 35. *num.* 8. *& seq. & num.* 38. *lib.* 2. Tiraq. *de primog. quæst.* 66. *num.* 19. Patil. *cons.* 2. *num.* 9. *lib.* 4. Marquar. *de Iude part.* 2. *cap.* 1. *sub num* 9. Menoch. *remed.* 9. *recup. num.* 291. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 5. *vers. dicuntur enim Iudæi de populo Romano,* Surd. *decis.* 133. *num.* 2. Farin. *fragment. criminal. part.* 2. *lit. I. num.* 622. D. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. l.* 2. *cap.* 14. *num.* 3.

3 Amplia vt non solùm Iudæi ligentur iure communi, & legibus Romanorum, vt suprà dixi, sed etiam ligentur statutis, & consuetudinibus illius ciuitatis, in qua morantur, & cuius, vt pariter dixi, subditi dicuntur, sicuti docent Tiraq. *d. q.* 66. *num.* 4. *vers. & præterea statuta, & num.* 14. *&* 19. Roland. *cons* 35. *num.* 8. *& seq. iuncto num.* 42. *cum seqq. lib.* 2. Menoch. *d. remed.* 9. *num.* 290. Marqua. *d. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *in fine, & num.* 4. Bec. *cons.* 84. *num.* 7. Laderch. *cons.* 115. *num.* 2. *lib.* 1 Card. Tusc. *lit. I. conclus.* 371. *num.* 23. *& concl.* 373. *num.* 18. Farin. *d. lit. I. num.* 623.

4 Ricciul. *d. cap.* 14. *num.* 4. Sunt enim Hebræi de populo ciuitatis, quamuis non sint de populo Ecclesiæ, Soc. *in cons.* 70. *num.* 3. *lib.* 1. Natt. *cons.* 62. *proph n.* 8. Bec. *d. cons.* 84. *num.* 6. quos refert, & sequitur Ricciul. *vbi proximè.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius Ciuile scriptum in quinque partes diuidit Papinianus, & in sex Iustinianus.*
2 *Gubernationis omnis ratio, vel est monarchia, vel Aristocratia, vel Democratia, vel regimen ex prædictis commixtum.*
3 *Lex illa dicitur, quam populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante ferebat.*
4 *Constitutiones Principum pertinent ad Monarchiam.*
5 *Principi quod placuit legis habet vigorem, quod intelligitur non de quacumque Principis voluntate, sed tantùm de deliberata, & secundùm rectam rationem regulata.*
6 *Senatusconsulta erant illa, quæ Senatus iubebat, & constituebat.*
7 *Responsa prudentum quæ fuerint, ostenditur.*
8 *Plebiscita pertinent ad Democratiam, quæ scilicet plebs plebeio Magistratu interrogante constituebat.*

Distinctio II.

Vs Ciuile scriptum in quinque par- 1
tes diuidit Papinian. *in l. ius autem ff.*
de inst. scilicet in Leges, Plebiscita, Se-
natusconsulta, Constitutiones Princi-
pum, & Responsa prudentum, addit que
ius Prætorium, veluti speciem à iure
Ciuili distinctam, quia scilicet iuris Ciuilis adiuuandi,
supplendi, vel corrigendi causa introductum est. Sed
meliùs omnes has sex species generali iuris Ciuilis ap-
pellatione contineri docuit Iustinian. *in §. constat,*
vers. scriptum. Instit. de iure natur. sequitur Gratian.
in princ. huius distinct. vbi, deinde singulas species vter-
que latiùs explicauit, & vltra scribentes eisdem locis,
latè Conan. *comment iuris Ciuilis lib.* 1. *cap.* 13. *cum*
seqq Anton. August. *de legib. cap.* 5. Viuald. *in candelab.*
aureo p. 4. *cap.* 9. *num.* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 4.
num. 6.
Huius autem in sex membra diuisionis rationem
petendam esse explicant communiter Theologi ex 2
diuerso administrationis modo, vt per D. Thom. 2. 2.
quæst. 95. *art.* 4. quem sequuntur Sot. *de instit. lib.* 1.
quæst. 5. *art.* 3 *ad* 2. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 19.
quæst. 5. *vers.* 3. inquiunt enim quòd quemadmodum
omnis gubernationis ratio, vel est Monarchia, quan-
do Ciuitas, aut Respublica ab vno gubernatur; vel
Aristocratia, quæ est regimen Optimatum; vel De-
mocratia, quæ est omnium, vel multorum, seu po-
puli gubernatio; vel denique est regimen ex prædi-
ctis commixtum, veluti ex Principe, & Optimatibus.
Sic etiam iuxta hos varios gubernandi modos variæ
distinguuntur iuris species nam ad vltimum hoc regi-
men ex aliis commixtum lex pertinet, quæ speciali
nomine illa dicitur, quam Populus Romanus Sena-
torio Magistratu interrogante ferebat, de qua *in §.* 3
lex. Instit. de iure natur. & meminit Gratian, *in princ.*
huius dist. explicat Conan. *d. lib.* 1. *cap.* 13. *per tot.* &
ante eum Gellius *noctium Atticar. lib.* 10. *capit.* 20.
Alex. ab Alexand. *dierum genial lib.* 6. *cap.* 23. vbi latè
prosequitur Tiraq. explicantes quomodo in his ter-
minis populus à plebe, quæ plebiscitum constitue-
bat, distinguatur. Ad Monarchiam pertinent constitu- 4
tiones Principum, de quibus *in l.* 1. *ff. de constit. Prin-*
cip. & in §. & sed & quod Principi, Instit. de iure natur.
quæ iura, dum inquiunt quod Principi placuit legis 5
habere vigorem, intelliguntur non de quacumque
Principis

Principis voluntate, sed tamen de deliberata, &
secundum rectam rationem regulata, iuxta ea, quæ
de legis attributis tradit Isid. *in cap. erit autem lex,*
inf. 4. dist. vbi dicimus; ex quo ita explicarunt D.
Thom. 1. 2. *quæst.90. art.1. ad 3.* Sot. *de instit. lib. 1.*
6 *quæst.1. art. 1. col.pen.*& Ribeira *lib.1. obseruat. cap.37.*
Ad Aristocratiam pertinent Senatusconsulta, quę erant
illa, quæ Senatus iubebat, & constituebat, §. *Senatusconsultum, Instit. de iure natur.* de quibus quo ordine,
& solemnitate, & à quibus fierent, tradit multa Conan *d. lib.1. cap 13.* Petr. Grego. *syntagm. iuris lib. 43.*
7 *cap. 25. à num. 23. cum seqq.* Ad eadem etiam reducuntur responsa prudentum, de quibus *in §. responsa prudentum, Instit. de iure natur.* Circa quæ adnotabis,
quòd licèt Doctores nonnulli generaliter illum
textum intelligant de responsis omnium Iureconsultorum, & alij aliter controuertant, vt per Conan
lib. 1. cap. 15. à num. 3. Corras. *epist. quæst. cap. 6.*
Petr. Gregor. *lib. 18. cap. 12. à numero 2.* Istè Cabed. *diuersorum iuris argumentorum, lib. 2. cap. 1.* Verum est
solum fuisse permissum certis quibusdam Iureconsultis à Cæsare, vt contra iuris rigorem aliquid possent
statuere, cæteris verò solummodò secundùm ius
commune licuisset respondere, vt docet Iureconsultus *in lib. 2. §. primus,* iunctis præcedentibus, *ff. de origine iuris,* & ita intelligitur text. *in §. responsa,* ibi, *quibus permissum erat iura condere. Instit. de iure natur.* Ad
8 Democratiam pertinet plebiscita, quæ scilicet plebs
plebeio Magistratu interrogante constituebat, de quibus *in §. plebiscitum, Instit. de iure natur.* explicat Conan. *d. cap. 13. à num. 5.* Petr. Grg. *lib. 43. cap. 34. à princ. & num. 7.* iunctis resolutis per Gellium, Alex. ad Alex. & Tiraquell. *dictis locis.*

Cap. Plebiscita. II.

Plebiscita eæ leges dicuntur, quas sola plebs sciuit, vnde plebiscitum non lex vocatur illud quod non populus vniuersus, sed plebs tantùm constituebat, vt per Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. cap. 13. num. 5. &* Budæ. *ad Pandectas in l. posteriore. ff. de orig. iuris, pag. 1.* Vasquez *1. 2. disp. 157. cap. 5. n. 35.* Pichard. *in §. plebiscitum, num. 1 & 2. Instit. de iure natur.* Plebiscita primùm lege Horatia, & Valeria latis anno ab Vrbe condita 304. vim legis habere cœperunt, deinde lege Hortensia lata anno 467. idem clariùs statutum fuit, sicut refert Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 2. cap. 27. num. 5. & 6.*

Cap. Senatusconsultum. III.

Populus Romanus ad regimen ciuitatis centum viros deputabat, qui Senatores appellabantur qui vbi aliqua lex noua facienda erat, in vnum congregabantur, ad casum propositum decidendum, & decisio per illos facta erat lex quæ vocabatur Senatusconsultum, vt per Corras. *in tractat. de redigen. ius ad artem, lib. 1. cap. 12.* Modic. *in §. Senatusconsultum, Instit. de iure natur. dubit. 1. in princ.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 2. cap. 18. ex num. 1.* Vasquez *1. 2. disput. 157. cap. 5. num. 36.* De Senatusconsultis, & de Senatu legitimo, & indicto, vide Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. cap. 14. num. 1.*

Cap. Constitutio Principum. IV.

Constitutionem appellari quam Rex, vel Imper. constituebat ex Isidor. colligit Gratian. *in præsenti,* & notaut Rebuff. *in proœm. legum Galliæ. num. 4.* Ludou. Gom. *in c. statutum n. 2. de rescript. lib. 6.* quod-

Barbos. Collect. *Tom. V.*

cumque enim Princeps per epistolam constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit legem esse constat ex traditis per Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. cap. 16. num. 1.* Gouean. *lib. 1. var. cap. 30.* Decian. *in tract. crimin. lib. 2. cap. 30. num. 1. 14. 16. 18. & 20.* Corras. *lib. 6. miscel. cap. 8.* Duaren. *lib. 2. disput. cap. 19.* Pichard. *in §. sed & quod Principi, num. 1. Instit. de iure naturali.* Vasquez *disp. 157. cap. 5. num. 38. cum seqq.* Ioan de Salas *de legib. disp. 2. sect. 8. num. 42. cum seqq.*

Cap. Responsa prudentum. V.

De responsis & auctoritate prudentum vide latè Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. cap. 15. numero 3. cum seqq.* Decian. *in tract. crimin. lib. 2. cap. 31. num. 3. cum seqq.* Pichard. *in §. responsa prudentum nu. 1. Instit. de iure natur.* vbi ait quòd responsa prudentum vim legis habebant, litibúsque & contentionibus finem imponebant; sed hoc de illis prudentum scriptis intelligitur, quæ Principes probabant, nemini enim licebat de iure consulentibus respondere, nisi quibus ipse Princeps permisisset. Plures autem fuerunt ij, quibus ius publicè respondendi datum fuerat, quos ex professo connumerat Pompon. *in l. 2. §. iuris Ciuilis scientiam ff. de orig. iuris,* prosequuntur Conan. *d. cap. 15. num. 14.* Decian. *d. cap. 31. num. 6. cum seqq.*

Cap. Quædam etiam leges. VI.

Isidorus *lib. 5. etymologiarum cap. 14.* relatus in hoc textu, ait quòd sub Octauiano Cæsare suffecti Consules Papius, & Poppæus legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia Poppæa, continens patrum præmia pro suscipiendis liberis; super quo ex Dione *lib. 56.* aduertit Couar. *de sponsalib p. 2. cap. 8. in initio, num. 4.* legem hanc latam fuisse sub Augusto à Marco Papio, & Quinto Poppæo ea parte anni Consulibus, qui & vxoribus, & liberis carebant, reférique plura huius legis Papiæ capita, quorum vnum erat, vt si vir, & vxor filios non haberent, quos alter alteri reliquisset, decima pars fisco adiudicaretur, qua in parte dicta lex sublata fuit per *l. fin. C. de infirm. pœn. cælib.* Erat præterea in eadem lege Papia sancitum ad puniendos cælibes, vt qui à vicesimo quinto anno vxorem non haberent, nihil ex testamento lucrarentur, nisi ipsi testanti genere proximi forent, qui verò filios non habuissent medietatem relictorum sibimet amittebant, vt scribit Sozomen. *lib. 1. Histor. Tripart. cap. 10.* dicens à Constantino has cælibatus pœnas sublatas fuisse, prout illum refert Cou. *vbi sup. num. 5.*

Suffecti consules. illi dicebantur qui pro aliis substituebantur, vt ex Isidor. Suet. & Lamprid. tradit Brisson. *de verb. signif. lib. 17. verbo suffectus Consul.* Alciat. *lib. 3. dispat. cap. 3.*

Papia & Poppæa.] De lege Papia, & Poppæa à Papio primùm rogata, postea à Poppæo Sabino sub Augusto emandata, aucta, & ab eodem lata, vide Conan. *lib. 8. iuris Ciuilis c. 1. à num. 5.* Cou. *de sponsal. p. 2. c. 7. §. 8 num 2. & 3.* Lipsi. *in comment. ad 3. annal. Cornelij Taciti pag. 136.*

Cap. Satyra. VII.

De hac lege Satyra meminit Lucilius Poëta dum ait,

Per Satyram ædilem factum qui legibus vluat,

quem refert Christoph. Landin. *in præfat. sermon. ad Horat,* & Dionys. Lambin. *in Horat. lib. 1. Satyr. 1.*

meminit etiam Salluſt. *in Iugurtha*, prout refert Ioan. Britannic. *in præfat. ad Iuuen* & Ioan. Baptiſt. *in præfat. ad Perſium*, & de ea agit, textumque allegat & explicat Anton. Auguſt. *de legibus & ſenatuſconſ. pag. mihi* 185.

DISTINCTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Canon Græcè Latinè regula nuncupatur.*
2 *Canon propriè dicitur id, quod ſtatuitur in vniuerſali Concilio.*
3 *Canon largo modo continet etiam alias Eccleſiaſticas conſtitutiones, quàm Concilij generalis.*
4 *Quaternaria in Canone opportunè apparent.*

CAP. Canon. I.

1 CANON Græcè Latinè regula nuncupatur, vt definit Iſidor *lib. 6. etymolog. c. 16.* quem infert Grat an. *in præſenti.* & ex eo colligunt Abb. *in cap. 1. num. 1. de conſtitut.* Declan. *in tractat. crim. lib. 2. cap. 18. num. 1.* Turrecr. *in proœm. Decreti num.* 2. Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 1. cap. 6.* Ioan. Salas *de legib. diſp. 1. ſect. 5. num. 17. poſt med.* Dionyſ. Paul. *de vera quatuor*
2 *Patriarchal. ſedium erect. cap. 12. num.* 60. Et quamuis propriè Canon dicatur id, quod ſtatuitur in vniuerſali Concilio, vt notat gloſſ. *verbo omnes. verſ. Canon dici-*
3 *tur, in princip. huius diſt.* tamen largo modo continet etiam alias Eccleſiaſticas conſtitutiones, quàm Concilij generalis, vt benè tradunt Doctores *in cap. 1. de conſtit.* & maximè Aton. Burg. *in repet. n. 1. & ſeq.* Hippol. Riminald. *num. 14. & ſeq.* Ferret. *num. 1.* quos refert Dionyſ. Paul. *dict. cap. 12. num. 66.*

4 In gloſſ. *Canon.* ibi, *habet autem Canon ſub ſe quatuor ſpecies.* Cùm Canon propriè determinatio ſit Concilij generalis, vt *ſuprà* diximus, quaternaria etiam in eo opportunè apparent, tum quia receptus mos fuit in Eccleſia Dei, vt Euangelicus Codex quatuor Euangeliſtarum, *Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis*, in medio conſeſſus generalis Concilij celebrandi in Regia quadam ſede collocabantur, vt patet ex Chalcedonenſi Concil. *act. 1.* & obſeruant Cardin. Baror. *in Annalibus Eccleſiaſt. tom. 1. ſub anno Chriſti* 325. *pag.* 273. *verſ. quod dupli. ratione, & tom. 6 ſub anno Chriſti* 451. *pag.* 141. *verſ. conſeſſu autem, & verſ. ſed etſi qua ſunt.* Tum quia in eo concurrunt quatuor genera hominum, ex Card. Reginaldo Polo *de Concil. in quæſt.* 34. & Prælati in quatuor nationes diuiduntur, & res in eo ſtatuendæ per quatuor diſputationes diſcuſſæ approbantur, iuxta Cæremon. Roman. *lib. 1. ſect. 14 cap. 5. in princip. & in verſ. generalis.* Tum etiam, quia ad illud celebrandum quatuor conditiones requiruntur, quas expendit Cardin. Bellarm. *tom. 1. controu. 4. lib. 1. cap. 17. verſ. reſpondeo, & verſ. ſeq.* Tum denique, quia Prælati ad illud vocandi quatuor requiſita habere debent, ſapientiam, vitæ ſanctitatem, experientiam, & zelum, vt tarigit Gryſald, *in deciſionib. Cathol. fid. verb. Concilium, num.* 48.

SVMMARIVM.

1 *Ius Canonicum ſcientiarum omnium ſcientia dicitur.*
2 *Ius Canonicum dicitur quaſi regula, qua homines ab Eccleſiaſticis Prælatis ad rectè viuendum, & ſpirituale bonum diriguntur.*
3 *Ius Canonicum componitur ex Decretis Pontificum, vel Conciliorum, vel Legatorum, Abbatum, & aliorum Prælatorum inferiorum, vel tandem ex dictis Sanctorum Patrum, vbi in contrarium nulla adeſt Canonica auctoritas.*
4 *Decreta Pontificum omnimodam habent ſimilitudinem cum conſtitutionibus Principum.*
5 *Papa quicquid vel cum Cardinalium conſilio, ſeu per ſe ſtatuit, lex eſt, firmámque habet autoritatem.*
6 *Iuris Canonici origo nedum à Papa, ſed à Chriſto Domino procedit.*
7 *Ius Canonicum plerumque ius diuinum appellatur.*
8 *Canones ſacri ſuggerente Spiritu ſancto conſcripti fuerunt.*

CAP. Regula. II.

REgula vnde dicatur tradit ex Iſidor. Gratianus *in præſenti* ex quo Turrec. *in proœm. Decreti n. 3.* colligit regulam ex eo dictam, vel quòd regat, vel quòd rectam viuendi normam præbeat, & ex hoc text. infert Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 1. q. 66. art. 1. verſ. quarta regula eſt*, officiū regulæ eſſe ordinare partes ad totum.

Ius Canonicum, quod ſcientiarum omnium ſcientiam dicit, Hoſt. *in Sum. in princ. num.* 11. & notat Vitald. *in candel aur. part. 4 cap 8. num.* 10. ſtrictè acceptum, prout à naturali, diuino, gentium, & ciuili diſtinguitur, dicitur quaſi regula, qua homines ab Eccleſiaſticis Prælatis ad rectè viuendum, & ſpirituale bonum diriguntur; vt docet Iſidor. *in præſenti.* & tetigit Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. ſedium erect. capit* 12. *num.* 60. Componitur autem vel ex Decretis Pontificum, vel Conciliorum. Concilia verò aut Vniuerſalia ſunt, aut Prouincialia, vt benè diſtinguit text. *in præſenti*, vel tandem ſunt Epiſcopalia, vel Synodalia, de quibus *in cap. annis ſingulis* 18. *diſt. & in cap. quod ſuper his, de maiorit. & obed.* & in propoſito notat Viguer. *de inſtit cap.* 17. §. 1. *verſ.* 1. Vel conſtat ex Decretis Legatorum, Abbatum, & aliorum Prælatorum inferiorum, de quibus *in cap. vlt. de offic. deleg.* Vel tandem conſtat ex dictis Sanctorum Patrum, de quibus *in cap. ſancta, §. iam nunc, & in cap. de libellis* 15. *diſt.* quod quidem intelligendum eſt, vbi in contrarium nulla adeſt Canonica auctoritas, vt ſatis ſignificat *dict. cap. de libellis*, & diximus *ſuprà in proœm. num.* 7. quòd ſi in contrarium adſit, illi omninò eſt adhærendum; & ita intelligitur text. *in cap. ergo ſolis* 9. *diſt.* Primum illud membrum, ſcilicet Decreta Pontificum omnimodam habent ſimilitudinem cum conſtitutionibus Principum, quemadmodum enim illæ legis habent vigorem, ſiue Princeps edicto decreuerit, ſiue per epiſtolam ſtatuerit, vel etiam cognoſcens fuerit interlocutus, iuxta *l. 1. ff. de conſtit. Princip. iuncta l. vlt. C. de legib.* ita etiam quicquid Pontifex, vel cum Cardinalium conſilio, ſeu per ſe ſtatuit, lex eſt, firmámque habet auctoritatem, vt videmus in conſtitutionibus, & Bullis, ac epiſtolis, quas vocamus Decretales, de quibus *in cap. quidam, cum ſeqq.* 25. *q. 1. & in c. 1. §. quibus, 19. diſt.* iunctis reſolutis per Viuald. *d. cap. 8. à num.* 18. & 33.

Quicquid aliqui Nouatores, & alij deperditi homines iuris Canonici auctoritatem, & dignitatem labefactare tentauerint, vt patet ex iis, quæ referunt Nicol. Boër. *deciſ.* 16. incip. *Percutiens, num.* 3. & Adrianus Papa VI. *in Breui ad Federicum Saxoniæ Ducem aduerſus Lutherum*, incip. *Satis, ac pluſquam ſatis, verſ. Sacroſanctis. in tom. 5. Concil. pag.* 201. dum hic Sanctiſſimorum Patrum Decreta, & Eccleſiaſticos Canones igne publicè concremare non dubitauit; alter

alter verò, Ferrariensis videlicet *in sua practica ciuili*, (criminaliter tamen) scribere ausos fuit, quòd iura Canonica ad placitum sint, & sine ratione condita? nihilominus tamen ipsius Canonici iuris origo nedum à Papa, sed à Christo Domino procedit, vt post alios aduertit Franc. Conti. *in repet. rub. de constitut. num. 93.* in tantum iuri diuino inhæret, & in ratione naturali fundatur, ex Hippol. Rimin. *in repet. cap. 1. num. 46.*
7 *de constit.* quod plerumque ius diuinum appellator, vt aduertit Ludou. Gom. *in rep. cap. vt animarum, n. 19. de constitut. lib. 6.* Melch. Cano ex Iureconsultis id explicans,
8 *de locis Theolog. lib. 5. cap. 5. vers. tertio verò.* Fuerunt enim sacri Canones suggerẽte Spiritu sancto conscripti, *cap. igitur, cap. violatores, cap. ideò 25. quæst. 2.* Thom. Ferrar. *caut. 19. num. 2. in fine*, Franc. Arias *in repet. cap. porrò, num. 63. de sentent. excommun.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuata leges eo quòd in priuato ferantur.*

2 *Priuilegium definitur, quòd sit lex priuata seu ius singulare contra ius commune indultum.*

3 *Ius singulare, de quo in l. ius singulare, ff. de legibus an idem sit quod priuilegium, ostenditur.*

4 *Beneficium præter ius conceditur, & ideò distinguitur à priuilegio, quod contra ius commune datur.*

5 *Legis de ratione est, quòd in communune feratur, non in singulos.*

6 *Lex omnis præceptum continet.*

7 *Priuilegio partes quando renunciare non possint.*

Cap. Priuilegia III.

1 PRiuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatæ leges. nam priuilegium inde dictum est quòd in priuato feratur, ita ait Isidor. *lib. 5. etymol. cap. 18.* quem refert Gracian. *in cap. vlt. vers. aequae 25. q. 1.* ibi, *quasi priuatalegia,* &c. Brisson. *de verborum iuris significat. verbo priuilegium*, Gell. *noctium Atticarum lib. 10. cap. 20.* vbi sic scribit, *Non sunt generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis concepta, quocirca priuilegia potiùs vocari debent, quia veteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus.*

2 Priuilegium igitur strictè & in specie sumptum communiter definitur quòd sit lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum, ita Host. *in sum. de priuil. §. 1.* Reip. *in rub. de priu. num. 19.* Abb. *in cap. olim. num. 7. & in cap. Abbate, num. 6. de verb. signif.* Seb. Medic. *tit. de legib. & statut. p. 4. q. 33. & de definition. q. 17.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 7 art. 1.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1.* Petr. Gregor. *de iuris arte, cap. 7. num. 14.* Henric. Gauis. *in sum. iuris Canon. lib. 1. tit. 2. §. duplex genus placitorum*, Reuard. *tom. 1. ad leges. duodecim tabularum, cap. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloss. 35. à num. 5.* Ioan. de Salas *de legib. disp. 1. sect. 7. num. 43. & sect. 8. num. 44 post princ. & disp. 17. sect. 1. num. 2.* Suar. *in simili tract. l. 8. cap. 1. num. 3.* Valer. Reginald. *in paxi fori pœn. lib. 13. c. 22. num. 231.*

Ponitur, *Lex priuata, seu ius singulare*, loco gene-
3 ris, tum quia vtrumque eandem habet significandi vim, tum quia legis priuatæ, & iuris singularis appellatio latius patet quàm priuilegij; quamuis enim Doctores certent an ius singulare, de quo *l. ius singulare, ff. de legibus*, idem sit & priuilegium, affirmantibus pluribus ex *suprà* citatis, negantibus aliis, qui docent ius singulare non esse indulgentiam illam, quæ contra ius commune conceditur, sed eam iuris partem, quam Iurisprudentes auctoritate sua constituerunt, de qua *in §. responsa prudentum, Instit. de iure natur.* vt explicat. Conan. *commentar. iuris Ciuilis lib. 1. cap. 5. num. 15.* & partim consentit Cuiac. *lib. 15. obseru. 8. & in l. si it, qui pro emptore, in princ. ff. de vsucap.* meliùs tamen sentit Alexand. Turamini *in l. 1. num. 9. & 10. ff. de legibus*, dum distinguit, priuilegium à iure singulari tanquam genus à specie. nam ius singulare ex vi nominis significat quicquid specialiter conceditur; ratione verò adiecti vel priuilegium erit in specie, si contra ius commune concedatur, vt *in d. l. ius singulare*, ibi, *contra tenorem rationis*, id est, contra ius commune, vel aliud iuxta qualitatem, quæ fuerit adiecta. Benè igitur loco generis ponuntur illæ particulæ; differentiæ verò loco adiiciuntur alia verba, *contra ius commune* vt per eam à rescripto strictè sumpto, quod ad iuris communis obseruantiam emanat, secundùm ea, quæ adduximus *ad rub. de rescript. in 6.* & à beneficio, quod 4
præter ius conceditur, distinguatur, vt explicant Selu. *de benefic. p. quæst. 1. num. 4.* Rebuff. *in praxi tit. quid sit beneficium*, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. q. 5.*

Non obstat quòd de ratione legis est, quòd in com- 5
mune feratur, non in singulos, *cap. erit autem lex 4. dist.* vbi dixi, quòd priuilegio conuenire non videtur, vt ostendit ipsius definitio, ibi, *priuata*; quia respondetur quòd licèt priuilegia certæ personæ concedantur, semper tamen in commune bonum ordinantur, & in eo habent fundamentum, quod sufficit ad perfectam legis rationem, vt latè explicaui *ad d. cap. erit autem lex.*

Nec etiam obstat quòd omnis lex præceptum con-
tinet, *l. 1. ff. de legib.* cuius est proprium necessita- 6
tem imponere, *cap. vlt. vers. quod præcipitur 14. quæst. 1.* quod etiam non conuenit priuilegio, cui
partes liberè non possunt renunciare, *l. penult. C. de* 7
pactis, respondetur enim inprimis nihil concludere respectu priuelegiorum, quæ fauorem publicum concernunt, & quibus partes nequeunt renunciare, iuxta *cap si diligenti, de foro compet.* deinde etiam in aliis, quæ priuatum fauorem respiciunt, necessitatem importare aliquo modo; licèt enim priuatis, quibus conceduntur priuilegia, præceptum impositum non sit, vt illis necessariò vti debeant, respectu tamen aliorum, siue iudicum, siue priuatorum necessitas imponitur, quia ea obseruare tenentur, & consequenter præceptum, & veram legis rationem continent, ex adductis per Suar. *de legib. lib. 1. cap. 14. num. 8. & lib. 8. cap. 1. num. 3. & cap. 23. à princip. & omnia à num. 7.*

§. Officium.

Vt dare libellum repudij]Gratianus in præsenti præsupponere videtur quòd repudia Iudæis fuerunt permissa non tanquam licita, sed tanquam minus mala, quod etiam tradunt Alphons. de Castro *de lege pœnali cap. 11. in 3. princ. arg.* Sot. *in 4. dist. 33. q. 2. art. 2. conclus. 2.* Tiraq. *l. 9. connub. gloss. 1. num. 5. & de retractu in præfat. num. 59.* Nauar. *cons. 3. in fine, de conaetis. coniug. in nouis.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris p. 8. l. 9. cap. 16. num. 1. & part. 3. lib. 22. cap. 3. num. 22.* Verùm quamuis hæc opinio sit probabilis, probabilior tamen est contraria, quam tuentur S. Antonin. *p. 3. tit. 24. cap. 10. §. 3.* Abulen. *in Matth. cap. 19. quæst. 46. & q. 51.* Martin. Lesdem. *2. 4. q. 69. art 7 dub. 1.* Verac. *in speculo coniug. part. 1. art. 10. conclus. 1. & 2.* Petr. Sot. *lect. 13. de matrim. diffic. 2.* Petr. de Lesma *de matrim.*

q.68.ar.1.in solut.ad 14 *obiect.* Henriq. *in sum.lib.* 11. *de matrim. cap.* 10. §. 13.Soar.*de legib.lib.9.cap.4.n.* 9. *&* 10.Plures,quos refert &,sequitur Sanch.*de matrim. lib.*10.*disp.*1.*num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Permissio inter precipuas legis virtutes connumeratur.*

2 *Potestas legis humana ad permittenda minora mala vt impediantur maiora,qua & vnde originem habuit, ostenditur.*

3 *Declaratur text.in l.in causa 16. §. idem Pomponius,ff. de minor. & in l.item pretio. 22. §. vlt. ff. locati.*

4 *Meretrices permittuntur ad nefandam libidinem auertendam.*

5 *Permissa non approbantur.*

Cap. Omnis. IV.

Legis officium quadruplex esse ex Isidot.tradit Gratian. *in præsenti*, permittere scilicet,vetate,punire, & præcipere, quam diuisionem tradit etiam iureconf. *in l. legis virtus. ff. de legib.* & explicant Ioan.de Salas *de legib.disp.* 3.*sect.*3. Soar.*in simili tract.lib.*1.*cap.* 15.*num.*2.*&* 9.vbi *cap.*16.*num.* 2.subdit omnes istos effectus non conuenire singulis legibus; & an dentur aliqui præter istos quatuor,vide eundem Salas *d. disp.*
1 3.*sect.*6.Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*13.*cap.* 2.Soar.*d.lib.*1.*cap.*17.

Permittit.) Inter præcipuas legir virtutes permissio connumeratur *in l. legis virtus, ff. de legib.* & probat text. *in præsenti* ibi, *omnis autem lex aut permittit aliquid*, &c. *& in cap. duo mala*, *& in cap. nerui,*
2 *prope fin.* 13.*dist.& in c. hac ratione.in fin.* 31.*q.*1.gloss. *hic,verbo permittit*,cum concordantiis per eam adductis, iunctis iis, quæ circa iustitiam, & potestatem legis humanæ ad permittenda minora mala,vt impediantur maiora,resoluunt D. Thom. 2. 2.*q.*93.*art.* 3. *&* 1.2.*q.*10.*art.* 11. Suar. *de legib. lib.*3.*cap.*15. *&* 16. Sanch.*de matrim lib.* 2. *disp.* 39.*sub num.* 2. Azor. *instit. moral. lib.* 5.*q.* 5.*cap.*5. & alij plures,cum quibus prosequitur Tiraq.*l.9.connub.num.*1.*& seqq.* Castr. *de lege pœnali lib.* 2. *cap.* 9. Cou. *de sponsal. p.* 1. *c.* 4. *in princip.sub num.*9. *& var. lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 11. hanc legis humanæ potestatem deducentes ab ipsamet lege æterna, & à naturali, dum scilicet huiusmodi leges licèt prohibeant omnia peccata, & per consequens ea committentes semper obligentur in foro conscientiæ, tamen non omnia puniunt, neque puniri iubent in foro externo, & in hoc sæculo, sed potiùs multa permittunt in hoc sensu, ne maiora bona impedirentur,vel mala maiora sequerentur,id quod explicat cæteris meliùs, Suar. *d. cap.* 15. vbi *num.* 7. respondet ad locum Augustini *de libero arbitrio lib.* 1. *cap.* 5. *&* 6. dicentis legem æternam nullum peccatum permittere.

3 Quam quidem legis humanæ sic permittentis deriuationem agnoscens Iureconsultus Pomponius relatus ab Vlpiano *in l. in causa.* §. *idem Pomponius, ff. de minoribus*. & Iureconf. Paul. *in l. item si pretio* 22. §. *vlt. ff. locati*, aiunt in pretio emptionis, & venditionis, videlicet intra,non vltra dimidiam iusti, secundùm *l.* 2. *C. de rescind. vendit. & cap.pen.de empt.* naturaliter licere contrahentibus se circumscribere, naturaliter,inquam,licere,id est, permitti a lege naturæ, id est,à ratione naturali semper dictante hanc permissionem, quoties illum contigerit expedire ad maiora mala vitanda, prout sanè vitantur, videlicet lites, quarum nullus finis esset in Republ. si ex qualibet læsione in pretio contractus reuocarentur,& actio ciuilis daretur pro huiusmodi circumscriptione materiali solùm, & non formali, nec dante causam contractui, & insuper ex illa nimia æqualitatis obseruatione commercia ipsa turbarentur, prout illa duo iura, quoad prædictum quidem verbum *licere* explicant frequentiùs Doctores, non quidem de aliqua legis approbatione,quæ dehonestatem, & iniustitiam prædictæ læsionis, & restituendi obligationem tollat, sed de permissione supradicta in foro externo, vt ex Bald. & Alberic. post antiquiores in eisdem iuribus, & post alios Nauar. *in cap. qualitas,n.*41.*cum seqq. de pœnit. dist.* 5. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *à num.* 11. Tiraq. *l.9.connub.à num.7.*sic explicantem verba text. alioquin difficilia, *in l. non omne* 186. *in princ. & in l. semper* 153.*ff. de regul. iuris, & in l. semper* 42. *in princ.ff.de ritu nupt.*Suar.*d.c.*15.*sub n.*10. Azor.*d.lib.*5. *cap.* 21. *col.* 2. *vers. sunt etiam*,& post Fortun. & alios Pinel. *in l.* 2. *p.* 1. *à num.* 35. *C. de rescind. vend.* vbi *num.*16 bene respondet ad text. prima facie negantem hanc læsionis permissionem *in l. iure succursum* 6. *in fine* ibi, *quia bono, & æquo non conueniat*, *&c. ff. de iure dot.*

Sic etiam procedunt plures permissiones malorum, quæ vt minora tolerantur passim in Republ. ad vitanda maiora, vt prosequuntur omnes Doctores 4
suprà citati *in princip.*quarum altera maximè cernitur in meretricibus ad nefandam libidinem auertendam, iuxta ea,quæ ex aliis congerunt Cou. *d. num.* 9. *col.* 1. Nau *in man.cap.*17.*sub.n.*195. Mench. *illustr. cap.* 48. *ex num.* 1. Roias *de successionibus cap.* 10. *ex num.* 27. Matiens. *l.*6. *gloss* 1.*num.*13. *tit.*8. *lib.* 5. *nona recop.* & alij plures, dequibus Cened. *ad Decretal. collect.* 146. *num.* 2. latè exornantes decisionem text. facientis mentionem huius permissionis, *in cap. inter opera, de sponsalib.*

Permissio autem, de qua hic text. agit, non est per- 5
missio facti,quia talis non est effectus legis,sed permissio iuris, quæ regulariter at tribui solet malis actibus, & de illis maximè intelligitur,vt per Soar.*de legib.lib.* 1. *cap.*15.*ex num.* 5.*vsque ad num.*12.*& cap.*16.*n num.* 4.Salas *in simili tract.disput.*3 *sect.*4.*num.*15.Vasq. 1.2. *q.*92.*art.*2 *num.*

Aut vetat.) Vitia vetare est alius effectus legis,de quo vide Vasquez *d.q.* 92. *art.* 2.*num.*9.*in fine*, Salas *d. disp* 3.*sect.*3.Soar.*d.cap.*15. *ex num.* 2. Azor.*instit. moral p.*1.*lib.*5.*c.*5.*q.*3.

Aut punit. Hic est alius effectus legis, cuius proprium punire,de quo vide Vasq.*d.q* 92.*art.*2.*n.*10. Salas *d. disput.* 3. *sect.* 4. *n.* 17.*& sect.* 5. *num.*20.*in fine*, Azor.*S.cap.*5.*q.*4.*cum seqq.* Soar. *d. cap.*15.*n.*11. *&* 14.

Præcipit.) Legis virtus esse præcipere cùm aliquando actus humani sunt boni, & illos lex præcipit, defendit S. Thom. 1. 2. *q.* 92. *art.* 2. sequuntur Valent. *d. disp.* 3. *sect.* 3. *n.* 3.Soar.*d.cap.*15.*num.*2.*&* 3. Azor. *d.cap.*5 *q.*5.

Diuina.) Verbum hoc cum seqq. vsque ad finem non sunt in codicibus Isidori,nec in aliquot exemplaribus Vaticanis Gratiani, & ideo legendum tantùm, *aut præcipit*, vt sit quædam additio ad numerationem Isidori.nam lex humana etiam præcipit,vt obseruant Vasquez *d.art.*2.*n.*10.Soar.*d.cap.*15.*num.*1. Salas *d.sect.*3.*num.*12.

In gloss *Permittit.* ibi,*& quæ permittimus non approbamus.*Refert Farin.*part.*4.*consil.*30.*num.*221.*in fine.*

Distinctio IV.

SVMMARIVM.

1 *Legis virtus est quòd subditos non solùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum exhortatione bonos efficiat.*

2 *Ætas omnis hominum post peccatum primi parentis ad malum prona cœpit esse.*

3 *Protestas leges condendi immediatè à Christo Domino in lege Euangelica data fuit Petro, & reliquis Apostolis.*

4 *Præcepta à principio nascentis Ecclesiæ ab ipsis Apostolis tradita sunt.*

Cap. Factæ sunt. I.

1 LLA inter alias legis virtutes minima non est, quòd subditos non solùm metu pœnarú, verùm etiam præmiorum exhortatione boons efficiat, vt insinuat Isidor. *lib.6 etymolog.cap.* 20. relatus in præsenti, dum ait factæ sont leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, & multis comprobant Seb. Medic. *in cap. erit autem lex, à num.4. in fin. hac dist.* Perez *in proœm. Ordin. q.*15. Rebuff. *in proœm. ad leges Galliæ gloss.* 1. *n.*9. & 14. Mascard. *de probat. q.*2. *num.*2. Fusc. *de visitat. lib.*1. *cap.*17. *num.* 22. Sayt. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 2. *num. vlt.* & *cap.*3. *num.* 2. Turamin. *de legib. p.*1. *cap.*6. *à num.* 10. Vasq. 1. 2. *disp.* 151. *num.* 3. & 19. Suar. *de legib.*
2 *lib.*1. *cap.*15. *num.*9. & *cap.*17. *num.*13. nam post peccatum primi patentis omnis hominum ætas ad malum prona cœpit esse, vt inquit text. *in c. omnis ætas*, 12. *q.*1. & naturæ lumen maxima ex parte obscuratum est, ac subinde lege opus fuit, quæ nos velut manu duceret ad virtutis opera, atque etiam à vitiis diuerteret, in quem sensum Dauid. *Psalm.* 118. dixit, *Lucerna pedibus meis verbum tuum*, explicat latiùs S. Thom. 1. 2. *quæst.* 95. Viguer. *de instit. cap.* 17. Sot. *de instit. lib.*1. *quæst.*5. optim. Ioan. Pap. *in præfat. præcepti, non mœchaberis, post princ.* In lege verò Euangelica potestatem
3 hanc leges condendi immediatè à Christo Domino datam Petro, & reliquis Apostolis ex pluribus argumentis manifestum est, primò ex auctoritate ipsius Christi Ioan. 21. *Pasce oues meas*, & Matth. 10. *Si Ecclesiam non audierit, &c.* & Matth. 16. *Quocumque ligaueris*, & Ioan. 20. *Sicut me misit Pater, & ego mitto vos*, iuncta auctoritate Deuteron. 17. *facies quæcumque dixerint*, & ibi, *qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio*, &c. refertur *in cap. per venerabilem, vers. rationibus, qui filij sint legit.* quibus omnibus potestatem ferendarum legum, & imponendi iusta præcepta, & obligationem eisdem obtemperandi contineri latè comprobat Cardin. Bellarmin. *lib.*4. *de Romano Pontif. cap.*16. Secundò confirmatur ex auctoritate Regum *lib.*1. *cap.*13. de qua *in cap.*2. *de maiorit. &*
4 *obed.* & ex Apost. *ad Rom. c.*13. Tertiò ex antiquitate præceptorum, quæ à principio nascentis Ecclesiæ ab ipsis Apostolis tradita sunt vt constat ex Act. *cap.* 15. ibi, *vt abstineatis, &c.* & ex multis aliis, quæ latè prosequitur Martin. de Ayala *de traditionib. p.* 3. *tit. de antiquitate sanctorum Canonum Apostolorum*, & Thom. Boss. *de signis Ecclesiæ lib.* 18. *cap.* 15. & confirmat Card. Baron. *in annalibus Ecclesiast. tom.* 1. *anno Christi* 53. *cap.* 4. *cum seqq.* quæ Apostolorum, & sequentium successorum præcepta firmissimè retinenda, & obseruanda comprobat Gregorius relatus *in c. præceptis* 12. *dist.* Damas. *in cap. violatores.* Vrbanus *in c. sunt quidam* 25. *q.* 1. rursus Gregor. *in cap. institut.* & Nicolaus *in c. si quis dogmata*, cum multis *ibid.* 25. *q.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Legis conditiones, siue proprietates quæ sint, remissiuè.*

2 *Lex debet esse honesta.*

3 *Lex vt iusta sit, seruata æqualitate proportionis subditis secundùm eorum vires, & facultates proposita esse debet.*

4 *Lex dicitur iniusta, quando subditis onus inæqualiter imponitur, vel quando repugnat legi, & præcepto diuino, item quando aduersatur bono communi, & quando transcendit, & excedit potestatem legislatoris.*

5 *Lex debet esse possibilis secundùm naturam.*

6 *Lex debet esse loco, temporique conueniens.*

7 *Lex non debet in priuatum commodum alicuius institui, sed in communem, siue Reipublicæ vtilitatem cedere.*

8 *Leges aliquando continent bonum commune primò & principaliter, aliquando secundariò.*

9 *Lex à priuilegio in quo differat, ostenditur.*

10 *Lex debet esse clara.*

11 *Legibus in communi quæ conueniunt, omnésque effectus, qui eis tribuuntur, priuilegiis etiam conuenire certum est.*

12 *Omnia, quæ prædicantur de genere, debent prædicari de singulis speciebus.*

13 *Lege requiruntur quatuor causæ, efficiens scilicet, materialis, formalis, & finalis.*

14 *Condere qui potest, potest & soluere.*

15 *Lex extra territorium constituentis non obligat.*

16 *Priuilegium extra Episcopi concedentis diœcesim; vel Principis extra suam Prouinciam prodesse non potest.*

17 *Licentiam obtinent ab Inquisitoribus Lusitaniæ ad legendos libros prohibitos, ea vti non potest in Hispania.*

18 *Priuilegium concessum ratione certi loci, vel certæ rei, extincta re extinguitur, nec prodest respectu alterius.*

19 *Priuilegij ad rationem perfectam constituendam scriptura necessaria non est.*

20 *Mens in lege verbis præfertur.*

21 *Intentio in priuilegiis est attendenda, & verbis præferenda.*

22 *Priuilegiorum pro interpretatione non ad alium, quam ad concedentem erit recurrendum.*

23 *Priuilegium quomodo dicatur ordinari ad bonum commune, ostenditur.*

24 *Legis de ratione est quòd sit ordinatio rationis.*

25 *Ius dicitur, quia semper iustum est, & æquum.*

26 *Declaratur text. in l. ius singulare. ff. de legibus.*

Cap. Erit autem lex. II.

Legis conditiones, siue proprietates Isidor. nobis tradit. *lib.*1. *etymol. cap.*21. relatus *in præsenti textu*, quem satis explicant S. Thom 1. 2. *q.* 95. *art.*3. Castro *de lege pœnali. lib.*1. *cap.* 1. *col.*3. Sot. *de instit. lib.* 1. *quæst.*5. *art.* 3. Morl. *in emporio iuris in prælud num.* 42. 1
& 43. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 1. Azor. *instit. mor. part.*1 *lib.*5. *cap.*5. Nau. *in man. c* 23. *num.*48. Bonacin. *de legib. disput.* 1. *q.*1. *puncto* 4. Paul. Layman. *in Theologia morali tract.* 4. *c.*1. *à num.* 5.

2 *Honesta.* Hæc conditio quòd lex debet esse hone-
sta, respicit materiam legis secundum dictum eius-
dem Isidor. *lib.5. etymolog.cap.3.* relati *in cap.consue-
tude 1.dist.* Lex erit quòd ratione constiterit, religio-
ni conueniat, disciplinæ congruat, de qua legis mate-
ria latè agunt Vasq. 1.2. *disp.*155. *cap.* 1.*num.*6.Salas
*de legib.disp.*1.*sect.*9. *num.*57. Soar.*in simili tract.lib.*1.
c. 9. *num.* 7. Bonacin. *d. q.* 1. *punct.* 6.Laymann. *dict.
tract.* 4. *cap.* 4.

3 *Iusta.* Hæc conditio respicit formam legis, quæ
seruata æqualitate proportionis subditis secundùm
eorum vires, & facultates proposita esse debet, sicuti
docent S. Thom. 1.2. *quæst.*96.*art.*4. Syluest.*in summ.
verbo lex, quæst.* 5. Carbo *de legib.* 6.*disp.* 10.Bonacin.
de legib. disput. 1.*quæst.* 1. *punct.* 1. *num.*4. *&* *punct.*4.
num. 4. Suar. *in simili tract. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 14.
4 Laymann *d. tract.* 4. *cap.* 1. *num.* E contrario enim
lex dicitur iniusta, quando subditis onus inæqualiter
imponitur, non seruata debita proportione, vt si pau-
per sine rationabili causa æquali, aut maiori onere sol-
uendi grauetur quàm diues, secundùm Sot. *de instit.
iib.*1. *quæst.* 6. *art.* 4. *concl.* 1. *&* 3. Castr. *de lege pœ-
nali lib.* 1. *cap.* 5. Molin. *de iustit. tract.*5. *de iurisdict.
disp.* 73. *num.* 2.Suar.*de cap.* 9. *num.*16.Syar. *d.lib.* 3.
*cap.*7.*n.*3.Bonacin.*d.disp.* 1.*quæst.*1.*punct.*7. §.3.vbi ex-
plicat quibus modis dicatur lex iniusta ad hoc, vt non
obliget in conscientia, & resoluit legem dici iniustam,
quando repugnat legi & præcepto diuino, item quan-
do aduersatur bono communi, item quando transcen-
dit, & excedit facultatem, & potestatem legislatoris,
item quando subditis imponitur onus improportio-
natum causæ, & denique quando fundatur in falsa
præsumptione contra rei veritatem notam illi, contra
quem fertur lex, & his modis ait legem iniustam non
obligare in conscientia, nec peccare, qui legem illis
modis iniustam non obseruat, præciso scandalo, & per-
turbatione Reip.

5 *Possibilis secundùm naturam,* &c.] Hanc legis con-
ditionem explicant Molin. *de iustit.tom.* 6. *tractat.* 5.
disput. 6. *vers. item quòd sit possibilis*, Suar. *de legib.
lib.* 1.*capit.* 9. *num.* 15 .*cum seqq.*Cardos. *in praxi iu-
dicum, verbo lex, num.* 3. breuiter Laymann *dict.tra-
ctat.*4.*cap.*1. *num.* . .*vers.tertio.*Vasq.1.2. *disp.*155.*cap.*
1.*num.* 8. *&* 9. Salas *d. disput.* 1.*sect.*9. *num.*55.*& seq.*
qui omnes tradunt legem debere esse non tantùm de
re honesta, nec tantum æqualiter subditis imponi,
sed etiam debere esse possibilem tum respectu naturæ,
tum respectu consuetudinis patriæ; nam si inducere-
tur ieiunium in pane solo & aqua per totam Quadra-
gesimam, videretur impossibile secundùm naturam
subditorum, addúntque secundùm patriæ mores &
consuetudinem impossibile aliquid iudicari, verb.gr.
si lex iuberet, vt æquo honore tractarentur rustici, &
nobiles.

6 *Loco, temporique conueniens.*] Inter legis virtu-
tes, & conditiones illa poni solet, quòd loco tempori-
que sit conueniens, licèt enim lex sit de re secundùm
se honesta, æquali, & possibili, potest ratione loci,
aut circunstantiæ temporis, reddi impossibilis, & in-
honesta, de qua Castro *de lege pœnali, lib.*1.*cap.* 1.
pag. 5. Conan. *comment. iuris Ciuilis lib.* 1.*cap.*9.*n.*3.
Sayr.*in claui Regia lib.*3.*cap.*3.*num.*6. Vasq. *d.cap.* 1.
*num.*9.*in fine.* ex arte Medicorum adducentes similitu-
dinem, quos constat pro morborum qualitate diuersa
adhibere remedia.

7 *Nullo priuato commodo*, &c.] Hæc est alia legis
conditio, vt scilicet non debeat in priuatum com-
modum alicuius constitui, sed in communem, siue
Reip. vtilitatem cedere, nam lex est commune præ-
ceptum, communis Reip. sponsio, *l.* 1. *ff. de legibus*
S. Thom. 1.2. *quæst.*90. *art.*2. Mench. *illustr. cap.* 31.
num. 26. Sayr. *dict. lib.*3.*cap.* 1. *num.* 4. *&* *cap.*3.*n.* 5.
Laymann *dict. tractat.* 4. *capit.* 1. *num.* 5. & de hac
conditione vide S. Thom. *lib.* 3. *de regimine Princip.
cap.* 11. Rebuff. *in proœm. ad leges Galliæ tom.*1. *art.*1.
gloss. 1. *num.* 16. Nauarr.*in comment. de finib. num.*28.
Manch.*de success.prog. in præfat.num.*70. *&* 78. Vasq.
d. disp. 151. *cap.* 2. *&* 3. Salas *de legib.disput.*1.*sect.* 7.
Soar. *in simili tract.lib.* 1. *cap.* 7.Id tamen diuersimo- 8
dè contingit, aliquando namque leges continent bo-
num commune primò, & principaliter ita vt immedia-
tè vtilitas ad Remp. pertineat, in consequentiam ve-
rò, & secundariò ad priuatos, provt sunt leges quæ
statui Reip. prouidentes vel lites exterminant, vel de-
licta puniunt, seu de rebus sacris, aut de Sacerdoti-
bus disponunt, & omnes aliæ similes, in quibus vti-
litas executionis immediatè confertur in Rempubl. in
consequentiam verò in priuatos: aliquando verò con-
tinent bonum priuatum primò, & immediatè, se-
cundariò verò vtilitas in Rempubl. dimanat, & ita
respiciunt bonum commune mediante priuato, vt sunt
leges, quibus conseruantur patrimonia singulorum,
vel quibus consulitur fragilitati minorum, vel mulie-
rum imbecillitati, & similes, ex quarum executione
principaliter, & immediatè confertur vtilitas in eos-
dem priuatos, qui bona sua conseruant, & medianti-
bus illis in Rempubl, manat vtilitas, cuius interest
subditos esse locupletes, & ne quisquam illorum sua
re malè vtatur, *Auth. vt iudices sine quoquo suffragio,
§. considerauimus*, *collat.* 9. §. *fin. Instit. de ys, qui sunt
sui,* colligitur hæc distinctio ex *l.* 1. §. *huius study, ff. de
iustit, & iure,* & eam intendunt Bart. *in l. si quis pro
eo. ff. de fideiuss. & in l. ius publicum ff. de pactis,* Abb. *in
cap.cùm contingat, num.*5. *&* 6. *ff de iureiur.* explicant
Nau. *in cap.cùm minister, num.*28.*cum seqq.*23.*quæst.*5.
Couar.*in c. quamuis pactum, p.*2.§.1.*num.* 6.D.Barbos.
*in l.*1.*part.*1.*à num.*64. *ff soluto matrimon.*Suar.*de legi-
bus lib.*2.*cap.*26.*num.*2.

In eo differt à priuilegio, quòd est lex priuata, siue 9
personalis, vt optimè declarat Cicer. *lib.* 3. *de legib.
Maiores nostri in personas priuatas leges ferri noluerũt,
id est enim priuilegium.* Quamuis priuilegium alicui
personarum generi concessum consideretur, ratione
tamen aliorum, qui immunitatem personis priuile-
giatis seruare tenentur, eatenus legis rationem habe-
re censetur, vt adnotauit Suar. *de legibus lib.*1.*cap.*
14.*num.*8.

Manifesta quoque.] Lex ergo debet esse clara, vt 10
passim iura proclamant *in l.leges sacratissimas.C.de le-
gibus l.lege Leonis* 10.vbi *gloss. pen.C.de pactis,* dicens
quòd legi in claritate nihil est proprius, *& in l. tam
a.* §. *hoc autem. C. de veteri iure enucl.* vbi sub pœna
falsi prohibetur, ne quis leges per signorum obscuri-
tates ausus sit conscribere, & *in auth. de testam. im-
perf.* vbi gloss. *verbo clara, collat.* 8. dum ait quòd lex
ideò debet fieri cum magna deliberatione, vt clara sit,
cap. indicantem 30. *quæst.* 1. *cap. Abbate, de verbor. si-
gnific.* cum aliis citatis ab Emman de Valle *de incan-
tat & ensalm .sect.* 1.*cap.*5.*num.*23. vbi addit quòd lex
dubia sibi ipsi parat insidias, & *n.*24. subdit legem ha-
bentem multiplicem intellectum non posse allegari ad
decisionem causarum.

Omnia supradicta, quæ legibus in communi con- 11
ueniunt, & ad earum perfectam rationem requi-
runtur, omnésque effectus, qui eis tribuuntur, pri-
uilegiis etiam conueniunt, & cum sua proportio-
ne applicantur; probatur, quia priuilegium defini-
tur, quòd sit lex priuata, &c. vt notaui *in collect. ad
rub. de rescript. lib.* 6. *num* 3. & sic legem genus
esse ad quod reducitur priuilegium, sed principium 12
est

est notissimum apud nostros, & Philosophos, quòd omnia, quæ prædicantur de genere, debent prædicari de singulis speciebus, notant omnes per text. *ibi in l. iuris gentium § sed si fraudandi, in fin. ff. de pactis, & in l. si quid earum 45. §. inter emptum. ff. de legat.* 3. cum aliis, de quibus Euerard. *in topicis legalibus loco* 61. & ex Aristot. Agricola *de inuent. dialect. lib.* 1. *cap.* 6. Igitur meritò hanc resolutionem firmat
13 Suar. *de legibus lib.* 8. *cap.* 12. *in princip.* Quemadmodum enim in lege quatuor causæ tequiruntur, efficiens scilicet, à qua fit, id est, publica legitimi superioris auctoritas, materialis, ex qua & hæc dicitur vel remota actuum, scilicet ad quos dirigitur, & circa quos versatur, vel proxima, scilicet verba materialiter sumpta, formalis, per quam scilicet, mens, sententia legis, & finalis propter quam, id est, bonum commune, de quibus multa scripserunt Enuius *de princip. iuris lib.* 4. Wesemb. *in paratitla Digestor. tit. de legibus* §. 3. *cum seqq.* Tutamin. *ad eundem tit. cap.* 3. *cum seqq.* Suar. *de legibus lib.* 1. *cap.* 13. *cum præcedentibus*, Bonacin. *in simili tractatu disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 5. *cum seqq.* Paul. Laymann. *in Theologia morali tract.* 4. *de legibus cap.* 4. ita etiam in priuilegiis has quatuor causas considerari oportet.

Requiritur igitur pro causa efficiente priuilegij (vt
14 in lege) potestas aliqua proportionata, & hæc censetur omnis illa, quæ legem facere potest, ex reg. vulgari, quòd is demum, qui concedere potest, potest & soluere. *l.* 3. *ff. de re iudic. l. vltim. C. de legibus. cap. verbum, de pænit. dist.* 1. cum similibus, de quibus Garc. Falcon. *reg.* 110. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 16. *quæst.* 1. *num.* 4. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.* 3. *alleg.* 51. *num.* 1. ideò omnem, & solum illum, qui legem condere valet, etiam priuilegium concedere posse, resoluunt Azor. *d. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 22. *quæst.* 3. Salas *de legibus disp.* 17. *sect.* 3. *numero* 27. Suar. *in simili tractat. lib.* 8. *cap.* 9. & 10. Bonacin. *eodem tract. disp.* 1. *quæst.* 3. *puncto* 2. *num.* 1. Paul Laymann. *dict. tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 14. Ascan. Tamburin. *d. quæst.* 1. *num.* 1.

Vnde sequitur quòd quemadmodum lex extra ter-
15 ritorium constituentis non obligat, *cap.* 1. *de constit. lib.* 6. Cou. *in cap. alma mater p.* 1. §. 10. *num.* 3. Lessi. *de insti. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 8. Rebello *de obligat. instit. p.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *de festis. cap.* 13. & *de legib. lib.* 3. *cap.* 32. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 18. Paul. Laym. *d. tract.* 4. *cap.* 11.
16 *num.* 1. ita nec priuilegium extra Episcopi concedentis diœcesim, vel Principis extra suam prouinciam prodesse potest, vt post Azor. notat Salas *d. disp.* 17. *sect.* 10. & Suar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 26. vbi eleganti distinctione vniuersam resoluit materiam, vel enim Episcopus, aut alius superior in suo territorio priuilegium concedit ad faciendum actum speciali statuto prohibitum solùm in sua diœcesi, & tunc certum est prodesse priuilegium extra eam, quæ prohibitio ad illud territorium non extenditur; aut priuilegium conceditor ad faciendum actum speciali statuto prohibitum etiam in aliis diœcesibus, & ad eas non proderit priuilegiom ex regula prædicta; & hinc est quòd il-
17 li, qui ab Inquisitoribus Lusitaniæ licentiam habent ad legendos libros prohibitos, ea vti non possunt in Hispania, vt post Nauar. *consil.* 6. *de priuileg. in nouis*, probant Salas, & Suar. *locis proximè citatis*, quamuis ex eodem Nauarr. contrarium resoluat Azor. *dict. lib.* 5. *cap.* 23. *quæst.* 6. aut priuilegium conceditur ad gerendum actum iure communi prohibitum, & subdistinguitur, vel enim priuilegium remouet à persona concedenti subiecta impedimentum iuris, velut si Legatus hominem suæ prouinciæ illegitimè natum natalibus restituat, & certum est vbique posse priuilegio vti, & ad Ordines promoueri, aut priuilegium impedimentum in totum non remouet, vt ex rigore videbatur adhærendum regulæ prædictæ negatiuæ, sed ex æquitate, & vsu probabilis est distinctio per Suar. *vbi proximè num.* 14. *cum seqq.* dum subdistinguit, quòd vel conceditur priuilegium ex causa casum certum respiciente, veluti vt in locis à mari distantibus lacticinia, & carnes comedantur diebus prohibitis, & extra illum non prodest priuilegium; vel denique ex causa cohærente personæ, veluti propter infirmitatem, & vbique prodesse ostendit Suar. *dicto num.* 14. comprobans exemplo quotidiano de Religiosis, & facit regul. vulgaris, *priuilegium personale personam sequitur*, *lib.* 6. cum similibus.

Ex causa etiam materiali, quæ remota, seu obie- 18
ctiua dicitur, sequitur priuilegium concessum ratione certi loci, vel certæ rei extincta re extingui, nec prodesse respectu alterius. *cap. cùm capella* 16. *de priuileg.* sicut personale viri concessum alteri non prodest, *cap. sanè* 9. *eodem tit.* Ex materiali autem proxima, quam verba esse diximus, sequitur requiri, & sufficere ad priuilegij substantiam signum aliquod sensibile, quod corporis, vt in homine, vicem subeat, & ex quo ad cognitionem causæ formalis, idest, mentis, deuenire possimus, secundùm Suar. *de legibus lib.* 3. *cap.* 20. & in priuilegiis *lib.* 8. *cap.* 12. *à num.* 1. Sufficiunt ergo verba, nec scriptura erit ne- 19
cessaria ad perfectam priuilegij rationem constituendam, vt probat text. *in Clem. dudum, vers. nos etenim*, ibi, *priuilegia, gratias, indulgentias verbo, seu scripto, &c. de sepultur.* cum aliis *suprà* adductis *in collect. ad cap. lex est*, 1. *dist.*

Ex causa verò formali, quam mentem, & sen- 20
sum verborum diximus, sequitur quòd quemadmodum in lege mens verbis præfertur, *cap. intelligentia, de verborum significat. l. scire. §. aliud. ff. de excusat. tutor.* ita etiam in priuilegiis præcipuè est attendenda intentio, & verbis præferenda, *cap. quanto* 26. *post* 21
princip. de priuileg. Denique ex eadem causa formali sequitur, quòd quemadmodum oportet quòd sensus legis clarus sit, sicut probat text. *in præsenti*, itaut si aliquod obscurum irrepserit ad ipsum legislatorem, non ad alium sit pro interpretatione recurrendum. *l.* 1. *l. leges. l. vlt. C. de legib.* cum aliis adductis à Paul. Layman. *dict. tract.* 4. *de legibus capit.* 18. *de interpretatione legum*, ita etiam priuilegiorum verba manifestum sensum debent continere, & pro eorum interpre- 22
tatione non ad alium quàm concedentem est recurrendum, *l. Neratius. ff. de regul. iuris. l. ex facto, ff. de vulgari, cap. cùm venissent, de indic.* cum similibus, de quibus Anton. Gabr. *lib.* 6. *comment tit. de regul. iuris, concl.* 3. *à num.* 7. Burg. de Pace *in proœm. legum. Tauri à num.* 307. Henriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 29. §. 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5 *à num.* 35. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 26. *quæst.* 6. apud quos videbis varias huius regulæ limitationes, & declarationes.

Ex causa denique finali, propter quam, id est, bo- 23
num commune, procedit quòd quemadmodum de intrinseca ratione legis est quòd ordinetur ad bonum commune, ita etiam priuilegium, quia licèt illud certæ personæ concedatur, ac proinde lex priuata, seu ius singulare dicatur, vt in dicta definitione, quod legi non conuenit; quæ in commune fertur, non in singulos, vt probant text. *in præsenti, l.* 1. ibi, *commune præceptum, l. iura* 8 *ff. de legibus*, semper tamen in commune bonum ordinatur, & in eo fundamentum habere debet, quicquid dicant Sot. *de instit. lib.* 1.

lib.1.q.1.art.1.ad 2.& Canis.*in summ.iuris Canon.lib.1. tit.5.§. duplex genus placitorum.*

24 Hinc etiam quemadmodum de ratione legis est, quòd sit ordinatio rationis, ex D.Thom. 1.2. *quæst.9. art.1.*& ius dicitur iustum,quia semper iustum est, &
25 æquum,*lib.1. in princip.l.penult.ff.de iustitia, & iure*; eodem modo si priuilegium lex est, seu ius, prout definiri solet, iustum quoque esse, nec à iustitia, & rationis dictamine deuiare debet. Non obstat text. *in l. ius singulare, ff. de legibus*, quia respondet eleganter *ibi* Turamin. *numero 11. cum sequentib.* aduertens non dicere Iureconf. absolutè esse priuilegia contra rationem, sed contra tenorem rationis, quia duplex iuris ratio considerari potest, illa propter quam vniuersaliter lex data est, hæc primò se offert aspectui, & hæc illa est, de qua Iureconf. *in l. quod verò 23. ff. de legibus.* Altera verò, quæ in casu particulari occurrit, quam ipse vocat postremam, vt in exemplis vulgaribus ait lex generaliter depositum esse reddendum, & optima ratione ne fidem fallas, & tamen si m or alia ratio in casu particulari potest occurrere,si furiosus repetat ensem depositum,vt damno Reipubl. alios occidat,& in exemplo minorum, qui ætatis facilitate læsi sunt, vt *in l.bona fides,ff.depositi,& in l.1. ff. de minorib.* & benè explicat Petr.Gregor.*ad rubr.de rescript.cap.1. num.4.& 5.*Sic igitur eodem modo inter legem,& priuilegium illud interest, quòd lex generali ratione immediatè bonum commune respicit, priuilegium verò ex ratione particulari remotè in illud dirigitur, vt explicat Vasquez 1.2. *disp.151.num.19.*

SVMMARIVM.

1 *Legis ad essentiam requiritur, vt promulgata, siue Communitati denuntiata sit.*

2 *Promulgatio in priuilegiis necessaria non est, nisi dentur per viam legis, & num.3.*

4 *Legis de conditione est, vt sit vsu recepta, seu acceptata.*

5 *Legis vis, & substantia an à populi acceptatione dependeat, ostenditur, & num.6.*

7 *Lex tunc vsu recepta, & acceptata dicitur, quando non vnus, vel duo eam recipiunt, sed maior pars Communitatis eam recipit*

8 *Lex recepta num sit necne in dubio pro ipsa præsumendum est, vt qui illam in fauorem suæ causæ allegat, onus probandi in aduersarium reyciat, qui legem receptam negat.*

9 *Lex si quandoque seruetur, & quandoque non, an censeatur vsu recepta, an verò abrogata, ostenditur.*

10 *Lex, seu constitutio Principis vsu non recepta, subditos non ligat.*

11 *Lex, quæ non est vsu recepta, vt non obliget, an requiratur vt Princeps sciat legem non esse vsu receptam, & toleret ipsius non vsum, ostenditur, & num.12. & 13.*

14 *Lex promulgata, sed à maiori populi parte prætextu rationabilis causæ non recepta, censetur spatio decem annorum per non vsum abrogata.*

15 *Lex Ecclesiastica vt aboleatur via præscriptionis requiritur spatium 40. annorum.*

16 *Lex seu constitutio vbi per contrariam consuetudinem legitimè præscriptam abrogata censetur, non requiritur Principis scientia.*

17 *Præscriptio vt currat aduersus legem superioris non requiritur eius scientia, & tacitus consensus.*

18 *Bona fides non requiritur ad præscribendum aduersus legem si Princeps sciens toleret, secus si ignoret.*

CAP. In istis. III. *August.*

AVgustin. *in lib. de vera Relig. cap.31.* quem re- 1
fert Gratian. *in præsenti*, ait non esse de legibus iudicandum, sed secundùm ipsas decidendum, de quo agunt Nauarr. *in rub. de iudic. num. 71.* Menoch. *de præsumpt.lib.5.præs.1.*Henriq.*in summ.lib.13.cap.17. §.6.lit.F.*

Leges instituuntur,cùm promulgantur, &c. Ad legis essentiam requiri,vt promulgata,siue Communitati denunciata sit,tradunt,& explicant S.Thom.1.2.*quæst. 90.art.4.*Sot.*de iustit. lib.1. quæst.1.art.4.* Mench. *illust. cap.44.*Greg.de Valent. *tom.2.disput.7.quæst.5.punct. 5.* Ioan.Garc. *reg.196.* Bursat.*cons.200. n. 102. cum seqq. vol.2.* Castr.*lib.1.de lege pœnali, cap.1.col.10. vers.hoc tamen hac conditione,*Anton. Gabr.*commun.lib.6.tit.de legib.& constitut.conclus.* Azeued.*l.1.num.7.cum seqq. tit.1.lib.1.noua recopil.*Mexia *in tract. tassa panis, conclus.7.num.9. & 10.* Sebast. Medic.*in tract. de legibus, & statut.p.4.q.34.*Gab.Vasq.1.2.*tom.2.disput. 156.cap. 2.* citati à Cened.*ad Decretal. collect.1. num. 3.* Zerol. *in praxi Episcop.part.1. verbo pragmatica, in princip.* Nicol.Garc.*de benef.part.5. cap.8.à num. 14.* Stephan. Gratian. *Marchia decis.100.num.10.& seqq.* Azor. *instit.moral.p.1.lib.5.cap.3.quæst.1.*Farinac. *fragment.crimin.p.1.lit.C.num.643.cum seqq.& p.4.cons.65. lit.A.* Soar.*de legib.lib.1. cap.11.& lib.3 cap.16 .*& 18.Sayr. *in claui Regia lib.3.cap.5.per tot.& de censur.lib.1.cap. 7.num.3.* F. Emman. *quæst.Regul tom.1. quæst.6.artic.3.* Molin.*de iustit. tract.5.disput.70.num.1.*Salas.*de legib. disput.12.sect.1.*Bonacin.*in simili tract.disput.1.quæst.1. punct.4.num.6. cum seqq.* Paul Laymann. *in Theologia morali tractat.4 de legibus cap.2. de promulgatione legis.*

Cùm autem priuilegium sit priuata lex, vt defini- 2
ri solet à Doctoribus, quos citaui *in collect.ad rub. de rescript. lib.6. num. 3.* & de perfecta ratione legis est, quòd legitimè sit promulgata, secundùm *supra* citatos; igitur & in priuilegiis promulgatio necessaria est, vt probat text. *in l.pen. ad fin.* ibi, *ea die, quo promulgata est, C. de decurion. lib.10.* In contrarium tamen facit quòd leges ideò promulgantur, quia in commune feruntur,& eis omnes homines viuere debent, *l. leges, C. de legib.cap.1. vers. quod nec, de postul. Prælat.* quod non conuenit priuilegiis, quæ dantur in singulorum commodum, & ideò non simpliciter leges dicuntur, sed cum adiectione, *priuata*, vt per citatos per me *in collect.ad d.rub.* Confirmatur etiam vsu, nunquam enim vidimus, vel audiuimus priuilegia particularia publicè promulgari, sed solùm iudicibus intimari, vt ea faciant obseruari, qui à tergo solent scribere,vt obseruetur sicut in eo continetur,quibus rationibus in priuilegiis, quæ per se dantur, id est, non per viam legis,resoluit Bart.*in dict.l.leges,num.2.* & nostri communiter *in cap.2.de constitut.*Felin.*ibi num.7. vers. tertia limitatio,*Fr.Emman.*quæst.Regul.tom.1.q.7.art.6.* Azor,*dict.cap.3.q.vlt.* Salas *de legib. disput.19.sect.5.à num.31.& 34.*

Dixi, *quæ per se dantur*, quia si dentur per viam le-
gis, promulgationem requirunt, cùm sequantur na- 3
turam ipsius legis, iuxta reg. *accessorium, de regulis iuris. lib.6.* cum vulgaribus,notat gloss. *verbo de cætero, ad med. in proœmio Clementinarum*, & sequuntur omnes proximè citati,& in his terminis procedit *dict. l.pen.* in aliis verò rationes in contrarium adductæ, & text.*in cap.1. vers. nec obstaret, de concess.præb. lib.6.* faciens differentiam inter leges generales & priuilegia, seu concessiones speciales, quòd in his eius, cui conceduntur, notitia sufficiat, in legibus non ita,

ita,ſed aliorum, cum quibus actus gerendus eſt, notitia requiratur.

4 *Firmantur cùm moribus vtentium approbantur.*) Ergo de conditione legis eſt vt ſit vſu recepta, ſeu acceptata, de quo vide Syluest. *verbo lex, quaſt.6.* Abb. *in cap. fin.num.13.de conſuet.* Nauat. *in man. cap.23.n.41. & conſ. 18. num. 1.de ſtatu mon.* Natt. *conſ.628.num. 13. & 14. vol.3.* Emm. Sa *verbo lex, num. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 420.num. 10. & conſ. 75. num. 90.* Conar. *lib. 2. variar. cap. 16.num.6. verſ. quinto*, Perez *ad lib. 5. Ordinam. tit. 7. pag. 202. col. 2.* Henriq. *in ſum. lib.7.cap. 20. §. 1. & lib.13. cap. 17. §. 6.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 8. num. 25.* Azeued. *l. 1. num. 8. tit. 1. lib. 2. noua recop.* Fr. Emman. *quaſt. Regular. tom. 1. quaſt. 6. art. 10.* Flamin. Pariſ. *de reſignation. benefic. lib. 12. quaſt. 9. num. 26.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo contractus cenſuales, verſ. ad 1.* Quarant. *in ſumm. Bullary, verbo alienatio, num. 48.* Valent. *diſput. 7. quaſt. 5. dub. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 4.quaſt.1.* Sayr. *in claui Regia lib.3. cap. 5. num.14.* Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper. lib.2.concluſ. 60. coron. 2.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ.cap.202.n. 17.* Ioan. de Salas *de legibus diſp. 13. ſect.1.& 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit.lib. 13, num.160.* Bonacin. *dict. puncto 4.num.27.* Paul. Layman. *dict. tract.4.cap.1.*

5 Sed an vis, & ſubſtantia legis à populi acceptatione dependeat, ſolet à Doctoribus in dubium reuocari, quidam enim id affirmant ea ratione, qua leges ad populum ferri cenſentur, ea tacita conditione ſi ab ipſo acceptatæ fuerint, alioquin vim nullam obligandi habituræ, & ideò hanc partem ſuſtinent Maior, *in 4.diſt.14.q.4.contra 2.concluſ.* Armil. *in ſumm. verbo lex, num.11.* Driedon. *lib.1.de libert.Chriſtiana cap.9.conſid. 2.* Nau. *in man.c.23.num.41.& conſ.1.q.5.de conſtit.* Fr. Emman. *d.q.6.* Azor. *dict. cap.4.quaſ.1.* Duen. *reg.79. n, 5.* Roland *de lucro dotis, quaſt.99.*

6 Verùm oppoſita ſententia abſolutè, ac per ſe loquendo, verior eſt, quæ dictat leges Principis, vel Magiſtratus abſoluti, minimè dependere à populi acceptatione, & conſenſu, ſed mox vt legitimè promulgatæ ſunt, obligare populum ad acceptationem? ratio eſt, quia poſtquam populus omnem ſuam poteſtatem in vnum Regem, vel paucos Optimates abſolutè contulit, poſſunt hi, & niſi aliud ſignificent, cenſendi ſunt etiam velle iſtis ſuis legibus obligare ſubditos ad recipiendum, & parendum, cùm alioquin vltima, & ſuprema poteſtas gubernandi non penes Regem vel Optimates, ſed penes populum foret, ideòque non eſſet forma Reip. Monarchicæ, vel Ariſtocraticæ, ſed potiùs Democraticæ? quod verò attinet ad legem Pontificiam, eo multo minus à populi acceptatione pendet, quandoquidem Summus Pontifex ſupremam in Eccleſia poteſtatem non à populo per electionem, ſed immediatè à Chriſto accipit, ex vi primæ inſtitutionis, ac promiſſionis Sancto Petro factæ *Matth.16.& Ioan. 21.* Quare hanc partē optimo iure tenent Caſtro *lib.1. de lege pænali, cap. 1.* Ioan. Medina *in C. de reſtitut. quaſt. 36. ad 5.* Barthol. Med. *12. q. 7. art. 3. ad fin.* Greg. de Valent. *tom. 2. diſp. 2. quaſt.5.dub.4.* Suar. *d. legibus lib. 3. cap. 19. num. 4.* quos refert, & ſequitur Layman. *vbi ſuprà n. 1*, firmans concluſionem, quòd licèt lex tam Pontificia, quàm Imperatoria ſubſtātiam ſuam, & intrinſecam vim ſubditos obligandi promulgatione acquirat, accidentaliter tamen perficitur, & confirmatur per populi acceptationem, & vſum, ſubdens *ibid.* hanc proculdubio fuiſſe mentem Gratiani *in præſenti.*

7 Dicitur autem lex vſu recepta, & acceptata, quando non vnus, vel duo eam recipiunt, ſed maior pars Communitatis eam recipit, faciendo quod lex præcipit, aut illam approbando verbo, vel ſcripto, aut illam non reiiciendo, ac improbando, & viceuerſa dicitur vſu non recepta, quando populus, vel maior pars illius proſequitur facere, quod facere conſueuerat ante legis promulgationem, ſiue ſciat legem promulgatam eſſe, ſiue ignoret, ita Nauarr. *conſil. 1. de conſtitut. quaſt. 6. num. 31.* Azor. *dict. cap.4.quaſt.1.* Valer. Reginald. *d.lib.13.num.164.* Salas *de legib.diſp.13. ſect.1. num. 9.* Suar. *in ſimili tractatu lib. 3. cap. 19. n. 9. & lib.4.cap.16.num.9.*

Porrò in dubio num lex recepta ſit, necne, pro ipſa 8
præſumendum eſt, vt qui eam in fauorem ſuæ cauſæ allegat, intentionem fundatam habeat, onúſque probandi in aduerſarium reiiciat, qui legem receptam negat, ſicuti docent Dec. *conſ.649. num.9.* Curt. iun. *conſ. 129.num.12.* Nau. *conſ.575.num.33. verſ. non obſtat, lib. 3.* Benintend. *deciſ. 13.num. 9.* Roland. *conſ. 99.num. 39.lib.1.* Herculan. *de negatiua,n. 26. verſ. infertur 28.* Maſcar. *de probation. 1332.n. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 1.* vbi intelligit quando lex fuit ſemel obſeruata, & vſu recepta, Fr. Emman. *quaſt. Regular. tom. 1. quaſt. 6. art. 21.* Seraphin. *deciſ. 153. num.2.deciſ.113. num.3.* Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretatione, concl. 6. à n. 94. cum ſeqq.* Card. Tuſc. *lit. L. concluſ. 257. num. 2. & 4.* Layman. *dict. tract.4.cap.3.num.6.*

Si autem lex quandoque ſeruetur, & quandoque
non, an cenſeatur vſu recepta, an verò abrogata: vi- 9
de Felin. *in d. cap. 1. numer. 11. verſ. quinta declaratio*, vbi concludere videtur in hoc attendendum eſſe quod ſeruat, vel non ſeruat maior pars, Rimin ſen. *conſ.110.num.19.lib.1.* Aretin. *conſ 11.num.5.* qui dicere videntur, quòd ſi lex in parte ſeruetur, & in parte non, tunc non præſumitur vſu recepta, prout eos ſic dicentes refert: & ſequitur Card. Tuſch. *d.lit. L.concluſ. 257. num. 13.* Hippol. Remin. *conſ.249.n.27.lib.3.* vbi dicit iſto caſu attendendum eſſe id, quod frequentiùs fuit ſeruatum, Alderan. Maſcard. *dict. concluſ. 9. num. 90.*

Lex igitur, ſeu conſtitutio Principis vſu non re- 10
cepta ſubditos non ligat, vt hic text. probat *in fine*, vbi, *aliter agentes transgreſſionis reos non arguit*, & adnotarunt Archid. *num.1.cum ſeqq.* Bellam. *in princ. & num. 1.*& Turrec. *num.2.& 3.in præſenti*, gloſſ. & Doct. *in cap. 1. de treuga, & pace*, Alder. Maſcard. *d. concl. 6. num. 77. cum ſeqq.* vbi addit, quòd intrans ſeruare ſtatuta, non tenetur ſeruare ea, quæ vſu recepta non ſunt, & *num* 86. ſubdit quòd lex, ſeu conſtitutio tollitur non ſolùm quando nunquam fuit vſu recepta, ſed etiam quando vſu recepta contraria conſuetudine abrogata fuit.

Sed vt lex, quæ non eſt vſu recepta, non obliget, 11
an requiratur vt Princeps ſciat legem non eſſe vſu receptam, & toleret ipſius non vſum; in qua quæſt. ſcientiam, & conſenſum Principis requiri tenent Præpoſit. *hic num. 3. poſt med. col. 4. verſ. vel quod, & verſ. tertia concluſio.* Doct. *in dict. cap.1. de treuga, & pace*, & præcipuè Butr. *num. 23. in fine*, Imol. *col. pen. in fin. num. 9.* Felin. *poſt num. 6. in verbo lex noua, & num.13.* Pure. *deciſ.1. num.4. verſ. ergo vt detur contrarius vſus lib. 1.* Benintend. *deciſ. 13. num. 9.* Syluest. *verbo lex q. 6.* Card. Tuſch. *lit. L. concluſ. 257. num. 12.* Couar. *var. lib. 2. cap.16. ſub num.6. verſ. quinto*, Capr. *concluſ.14. num. 6. & 8.* Valer. Reginald. *dict. lib. 13. num. 164.*

Contrarium verò, immo ſufficere tacitum ipſius Principis conſenſum, qui conſiſtit in tacita illa conditione, ſi acceptetur, ſub qua Princeps legem condere videtur, ſuſtinent Azor. *d. p.1. lib. 5. cap.4. quaſt. 2.*

Ioan.

Ioan. de Salas.*de legib. disp.13. sect.2.num.13.*Suar. *in simili tract.lib.4.cap.16.num.*10. & alij quos refert, & sequitor Bonacin.*d. punct.4 num.45.*

Ego tamen distinguendum esse puto, vtrùm legis-
13 lator populi repugnantiam sciat, & conniueat, an verò ignoret, an denique sciat, & ad legis obseruationem per exequotores compellat. Primo caso censetur legem reuocare tanquam subditis difficilem, & incommodam; in secundo verò legis obligatio durat, donec legitimæ præscriptionis tempus decurratur; in tertio denique si legislator promulgatæ legis obseruationem compellat, transgressoresque puniat, tunc singuli eam obseruare tenentur, si iosta sit, etiam si maior Communitatis pars resistat; ita Nau. *consil.1. quæst.5.de constitut.* & Layman.*d.tract.4.cap.3. num.3. vers.tertium.*

14 Legitimæ autem præscriptionis tempus, quod requiritur vt lex promulgata, sed à maiori populi parte prætextu rationabilis causæ non recepta, per non vsum abrogata censeatur, est cursus, seu consuetudo decem annorum. nam cùm lex iam recepta, & vsu confirmata per contrariam consuetudinem abrogari possit iuxta *cap. vlt. de consuetud.* multò magis ab initio per non vsum ei derogari poterit: & ideò ita tenent Butr. *in d.cap.1.num.23. vers.non obstat,* Imol. *col. fin. n. 9. in fine, vers.& sic eodem modo.* Capt. *concl.14.n.10. & 17.* Cephal.*cons.96.num.21.lib.1.& cons.129. n.9. in to.eod.lib.1.& cons.155.num 17.lib.2.* Benintend. *decis. 13.num.9.* Duen.*reg.138.in 5.limit.* Cou. *d. cap.16.sub. num. 6. vers. quinto,* Roland. *cons.99.num.9. lib2.* Plot. *de in litem iurando n.321. vers.& lapsus decennij.* Hieron.Gabr.*cons.84.num.1.lib.2.* Decian.*resp.31.num. 42. lib.2.* Alderan.Mascard.*d.concl.6.num.83.* Azor.*d.lib.5. cap.4.quæst.4.* Soar.*de legib.lib.4.c.16.num. 11. & lib. 7. cap.18.num.11.* Layman.*d. tract.4.cap.3.num. 4.* Bonacin.*d.puncto 4.num.47.*

15 Ad aboleodam verò via præscriptionis legem ecclesiasticam spatium 40. annorum requiritur, *cap. vlt. de consuetud. lib. 6.* Imol.*in d.cap.1.col.fin. in fine,* vbi Felin.*n.13. in 7.declar.vers. considerabam tertiò,* Capt. *d.concl.14.n.12.& 17.* Card. Tusch. *d. lit.L.concl.257. num. 16. & 22.* Soar. *d. lib.7.cap.12.num. 12.* Bonacio. *vbi suprà,* Layman. *d. num 4.* Et quamuis aliqui hoc ipsum intelligant de lege vsu iam recepta, itaut in desuetudinem tunc non abeat, nec per contrariam consuetudinem abrogata censeatur nisi illa fuerit præscripta per annos 40. quasi sufficiant decem anni si nunquam vsu recepta fuit, vt colligitur ex allegatis per Præpos.*hic col. 3. num. 3.& 4.* Imol.*in d.cap.1. num. 9.* & *vbi* Abb. *sub num. 4. vers. si verò aliqui,* & Felin. *num.11.in 5.declar.& n.13.in 7.declar.vers.quod autem dicitur,* Capt.*d.consil.14.num.13.* Hieron. Gabr. *d.cons.84.num.62.lib.2.* Soar.*d.lib.7.cap.18.num. 12. in princ.vers.sed hi loquuntur,* & alij non plures asserant hoc casu, vbi scilicet lex nunquam vsu recepta fuit, nullam requiri præscriptionem, nec temporis lapsum, sed sufficere aliquos actus contrarios, ex quorum numero sunt Butr. *in d. cap. 1. num.23.in fine.* vbi, Abb. *col.2.num.4.vers.ego sic distinguerem,* Aretin. *cons. 11. num.5.vers.sed ostenditur,* Capr. *d. conclus.14. num. 7.* Cephal.*cons.129.num. 10. vers. immo videtur sufficere, lib. 1.* & alij citati à Bonacin. *d. num. 47.* Tamen hæc nostra resolutio vera est non solùm vbi lex Ecclesiastica fuerit iam vsu recepta, sed etiam quando adhuc non fuerit recepta, vt resoluit Layman.*d.num. 4.* subdens quòd etsi fortasse primi, quibus lex data fuit, præsertim Metropolitani, Episcopi, &c. peccauerint eam non recipiendo, & in vsum deducendo: horum tamen successores si Pontificiam, v. g. constitutionem post longam temporis moram nunquam in diœcesi receptam, vel obseruatam videant, per non vsum titulo præscriptionis sublatam credere possuot.

His aotem casibus, quibus lex, seu constitutio per 16
contrariam consuetudinem legitimè præscriptam abrogata censetur, non requiritur Principis scientia, difficile aoim est eundem Principem scire omnes consuetudines, quæ seruantur, secundùm gloss. *hic in verbo abrogata, in fine,* & *ibidem* Præpos.*num.1. in princ. & num.3.ad fin.vers.si autem.* Imol. *in d.c.1.col.pen.in fine num.9.vers.sed aduerte,* vbi etiam Felin.*num.13.in 7.& vlt. declarat.* Plot. *de in litem iurando num. 321.* Put. *decis.1.in fine lib.1.* Alderan. Mascard.*d.concl.6.n.91. & seq.* Soar.*lib.7.de leg. cap. 18. n.11.vers.neque hic fit distinctio, & num. 14.*

In gloss. *Abrogata,* vbi, *etiam sine scientia Principis,* &c. Notatur ad hoe quòd ad præscribendum ad- 17
oersùs legem superioris non requiritur eius scientia, & tacitus consensus, vt per S. Antonin.*p.1. tit. 16. §. 2.* Ioan.Fab. *ad §. ex non scripto,num. 8. Instit. de iure natur.gent. & ciuil.* Roch.*de consuetud. sect.4.num. 24.* Azor. *instit. moral p.1.lib. 5.cap.18 quæst.7.* Sanch. *de matrim.lib.7.disp. 4. num. 12. & 14.* Ioan. de Salas *de legib.disput.19.sect.4.num.37.* Soar. *in simili tract.lib. 7. cap.13.num.7.& cap.18.num.15* Paul. Layman *in Theologia morali tractat.4. de legibus cap. 24. num. 10.* vbi
num.11. resoloit ad præscribendum aduersùs legem bo- 18
nam fidem non requiri si Princeps sciens toleret, ac proinde tacitè abrogationi consentire censeatur. Si verò præscribatur aduersùs legem Principe ignotante, tunc ad huiusmodi præscriptionem, sicut ad omnem aliam bona fides requiritur, sioe qua impossibile est consuetudinem præscriptiuam inchoare, sicuti resoluunt Azor.*instit.moral.p.1.lib.5.cap.17.quæst. 6.* Soar. *de defensione fidei Cathol.lib.4.cap.32.num. 20.* Verum tamen licèt primi temerè, & non sine culpa legem Reipub. vtilem transgredientes præscriptionem re ipsa inchoare non potoerint, horum tamen successores videntes legem ab antecessoribos suis non obseruatam, existimare possunt, & in dubio præsumere illos habuisse iustam legis non seruandæ causam, & ita illorum vestigiis insistentes præscriptionem inchoare, vel quasi bona fide ab antecessoribus inchota fuisset, tandem perficere, sicut optimè explicat Sot. *de iustit. lib. 1.q.7.art.2.ad 2.* quem refert, & sequitur Layman. *loco proximè citato.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici septem hebdomadibus ante Pascha à carne, & delitijs abstinebant ex decreto Telesphori, quod deinde contraria consuetudine abrogatum fuit.*

2 *Quadragenarium ieiunium non iure diuino sed Apostolica traditione, & iure Canonico celebratur.*

3 *Quadragesima, & omnibus diebus, quibus ex institutione Ecclesiæ ieiunare tenemur, ab esu carnium est omnino abstinendum.*

4 *Carnium appellatione veniunt illa, quæ sunt animalium, quæ extra aquam diu naturaliter viuere queunt.*

Cap. Statuimus. IV. *Telesphor.*

Telesphorus Papa ad omnes Episcopos *epist. 1.* relatus in hoc text. statuit clericos septem hebdomadibus ante Pascha à carne, & deliciis abstinendos esse, referunt Albin. *de diuinis offic. cap. de Septuagesima,* & alij citati ab Azor.*instit.moral.p.1.lib.7.cap.16. q.1.* & subdit idem Azor. *eod. lib.7.cap.12.quæst.2.vers.*

cum

niam ergo, Telesphorum non hoc præceptom tune temporis runctis in vnitietsum dedisse, sed clericis dumraxat, qui suni (vt ipse air) in sortem Domini vocati ; quia sicut discreta debet esse vita clericorum à laicorum conuersatione, ira & in ieionio debet esse discretio. Verùm hoc Telesphori decretom contraria consuerudine ahrogatum fuit, vt asserit Fr.Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.*100. *art.* 2. & in Gallia Synodus Aurelianensis IV. abtogauit, & expressè Sacerdotihus omnibus est decrerum, vt ante Paschæ solemnitatem non sepiuagesima, sexagesima, vel quinqoagesima, sed quadragesima teoeantur vt te-
2 statur Azor *loco proximè citato*. Vnde colligitur Quadragesimarum ieiunium non iure diuino, sed Apostolica traditione, siue mandato, & iure Canonico, ac generali Ecclesiæ consuerudine coli, & celehtati, sicuti tesoluont Medin. *in tract. de ieiunio quæst.*2. Martin. Ledesm. *in* 4. *p.* 2. *quæst.* 17. *art. dub.* 1. Nau. *in man. cap.* 21. *num.* 11. Henriq. *in sum lib.* 4. *cap.* 13. §. 8. Azor *d. lib.* 7. *cap.* 11. *q.* 1. De ieiunio quinquagesimæ, circa quod & quænam fuerit eius origo, & institutio, vide Alphons. Chacon *de varia ieiuniorum obseruãtia, statim in princ.* Cou. *lib.* 4. *var. cap.* 20. *n.* 6. *ad med.* Lessi *de iustit. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 25. *cum seqq.*

3 In Quadragesima, & omnihus diebus, quibus ex institotione Ecclesiæ ieiuoare tenemur, ah esu carnium esse omniod abstinendom, ex Sanctis Patribus, & Conciliis comprohant Cou. *var. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 15. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 6. vhi *in fine* cum
4 Maior. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 3. suhdit nomine carnium intelligi eas, quæ sunt animalium, quæ extra aquam diu naturaliter viuere queunt. Rationem autem præstat Isidor. *de offic. lib.* 1. *cap.* 44. dum air, Bonum est non manducare carnem, non quia carnes malæ sunt, ideò prohibentur, sed quia illarum epulæ luxuriam carnis gignunt, sunt enim fomes, & nuttimeotum omnium vitiorum.

Io gloss. *Statuimus, vt septem* 1. ibi, *sed dic quòd istud cap. non tenet quia hodie quinquagesima non seruatur*, &c. Notarur ad hoc quòd necessiras ieiunandi potest tolli per conttariam consuetudinem, vt per Syluest. *verbo ieiunium q.* 2. *num.* 7. Rosel. *eod. verbo num.* 8. Medin. *in C. de ieiunio, cap. de consuetudine legem ieiunij dissoluente*, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *vers. primò quæritur.*

Cap. Quadragesima. V.

Idem, & Ambros.

PRæpos. *in præsenti num.* 1. ex hoc text. colligit sub statuto habente quòd committens tale delictum in Quadragesima tali pœna puniatur, non includi, qui in quatuor diebus, qui primam Domioicam præcedunt, illud commirteret qoia Quadragesima non habet nisi sex hebdomadas, dies namque primam Dominicam præcedentes non pertinere ad Quadragesimam, sed suh qoinquagesima collocari obseruat ipse, vnde Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 13. §. 8. *in fine*, & Lessi. *de instit. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 63. per hunc text. aduertunt olim Quadtagesimale ieiuniom pro laicis incepisse feria secunda post eam, quæ nunc dicitur prima Dominica Quadragesimæ.

SVMMARIVM.

1 *Carnium vsu prohibito prohibetur vsus ouorum, lactis, & aliarum huiusmodi, quæ à carne originem trahunt.*

2 *Consuetudo loci facit de licito licitum, excusátque à pœnis temporalibus delinquentes.*
3 *Consuetudo praua excusat à pœna exteriori, non autem à peccato, & culpa.*
4 *Multitudini in delictis parcitur.*

Cap. Denique. IV.

DE auctoritate huius text. agens Viuald. *in candel. aureo p.* 3. *cap.* 15. *num.* 18. aduertit quod quamuis inter opera S. Bernardi non inueniatur epistola ex qua dicitur desumptus, sufficit tameo Ecclesiæ auctoritas, quæ iam Canonem istum approhauit, maximè post correctiooem & emendationem à Gregorio XIII. factam.

Per autem, &c.) Vulgò colligitur prohihito vsu 1
carnium prohiberi vsum ouorum, lactis, & aliorum huiusmodi, quæ à carne originem trahunt, vt per Cou. *var. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 14. Naua. *in man. cap.* 21. *num.* 11. Bonacos. *commun. crimen. p.* 1. *verbo ieiunans, fol.* 97. *& p.* 2. *verbo ieiunium, fol.* 35. Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 13. §. 8. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 2. Ita è conuerso data facultate alicui, vt in diebus quadragenariis oua comedat, poterit vti lacte, caseo, & hutyro, quia hæc omoia eiusdem videntur esse rationis, cùm ex carne ducant originem, ita Medin. *in instruct. Confess. lib.* 1. *cap.* 15. §. 10. Azor. *d. cap.* 10. *quæst.* 4. vbi *quæst.* 5. suhdit illum, cui ex priuilegio licet oua comedere, posse simul cum ouis vti piscihus ne fastidiat. De cihis prohibitis, quihus ieiunantes vti non dehent, vide Gregor. Lop. *l.* 4. *gloss. pen. tit.* 23. *part.* 1. Cou. *lib.* 4. *var. cap.* 20. *num.* 15. Nauar. *in man. cap.* 21. *num.* 5. Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 13. § 7. Lessi. *de iustit. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. vbi ex *num.* 22. agit an caupo peccet si die ieionij cœnam apponat, aut cibos vetitos.

Exhortando.) Notatur ad hoc quòd inobediens coosilio non obligatur, atque ita illud non ohseruando, non peccat. nam consilium importat solùm exhortationem, quæ tantùm liberam voluntatem excitat, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 380. *n.* 3.

In gloss. *Dignitas*. ihi, *cùm illæ solùm dicantur priuatæ personæ, quæ non habent dignitatem*. Sequitur Tiraq. *de nobilit. cap.* 8. *num.* 3. *&* 10.

In gloss. *Consuetudine*. ihi, *consuetudo excusat in delictis*, &c. Notarur ad hoc quòd consuetudo loci fa- 2
cit de illicito licitum, excusátque à pœnis temporalihus contrahentes, homicidas, falsarios, & quoslibet alios delinquentes, vt per Marsil. *cons.* 12. *num* 6. *vol.* 1. Roland. *cons.* 75. *n.* 42. *cũ seqq. lib.* 1. *& cons.* 58. *num.* 19. *lib.* 4. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 83. *num.* 56. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 19. *num.* 22. Mexi. *in tract. tassa panis concl.* 3. *num.* 25. Farin. *in praxi crim. p.* 1 *q.* 10. *num.* 45. Et sic quòd praua consuetudo excuset 3
à pœna exteriori, licèt ea non excuset à peccato, & culpa, ex hac gloss. colligunt Roman. *sing.* 19. & Cremens. *sing.* 149. quos refert, & sequitur Cou. *in cap. quamuis pactum p.* 1. § 7. *num.* 12. *vers. quid, de consuetudine, in princ.* Paul. Fust. *lit. C. sing.* 9. *vers. sed obstat*, Flamin. Paris. *de resign benefic. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 121. Brun. à Sole *in loco comm. verbo consuetudo* 16.

In gloss. *Venia*. ihi, *licèt non puniat eos propter mul-* 4
titudinem. Sequitur Tiraquel. *de pœnis temper. cap.* 47. *num.* 14.

In ead. gloss. ihi, *non est dicendum*, &c. Notatur ad hoc quòd tolerantia Papæ, qui solùm permittit, & non approbat actum, non facit eum licitum, vt per Nauarr. *cons.* 15. *num.* 11. *de empt. & vend. in nouis.*

SVMMARIVM.

1 *Iuris naturalis materia vbi tractetur, ostenditur.*

2 *Fœtus in masculo dicitur animatus post 40. dies, in fœmina verò post dies 80.*

3 *Fœtus an animatus, vel inanimatus in dubio præsumatur, ostenditur.*

DISTINCTIO V.

1 REVERTIT noster Gratianus in hac *dist.* 5. ad ius naturale, de quo *dist.* 1. egerat, & nos latè tractauimus *ad cap. ius naturale, ead.* 1 *dist.* ideò in præsenti nihil de eo à nobis dicendum est.

2 In gloss. *Quadraginta* ibi, *quia tot diebus mortuus est partus ante infusionem animæ,* &c. Notatur ad hoc quòd in masculo fœtus dicitur animatus post 40. dies, in fœmina autem post dies 80. vt per Nauar. *cons.* 46. *num.* 2. *de homicid. in nouis*, Viuald. *in candel. aureo tractat. de irregul. tit. ex homicid. volunt. num.* 230. *& seq.* Cornel. de Cornel. *ad cap.* 12. *Leuis. num.* 5. Molin. *de iustit. tractat.* 3. *disput.* 17. *num.* 1. Farin. *in praxi crimin.* 143. Sayr. *de censuris lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 2. Auil. *eodem tract. part.* 7. *disput.* 6. *sect.* 4 *dub.* 1. *vers. pro explicatione*
3 *conditionis.* Si autem non constiterit fœtuuo esse tot dierum, ac proinde nesciatur an animatos, vel inanimatus fuerit, in dubio quoad exclusionem pœnæ quandu criminaliter agitur, fœtus præsumitur potius inanimatus, quàm animatus, secus ad effectum incurrendi irregularitatem, quam in dubio incursam esse præsumendum est, quia in dubio tutior pars eligenda est, tutiúsque est putare fœtum fuisse animatum, quàm inanimatum, iuxta ea, quæ tradunt Sot. *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 1. *art. conclus.* 4. Cou. *in Clem. si furiosus part.* 1. *in princ. num.* 3. Nau. *in man. cap.* 17. *num.* 183. *&* 212. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 9. *vers. si verò dubium sit, & d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 5. Auil. *d. part.* 7. *disp.* 6. *sect.* 4. *vers. tertia conclusio.*

SVMMARIVM.

1 *Debitum petere de tempore, quo mater sobolem lactat, nulla culpa est.*

2 *Consuetudo praua in coniugibus est, vt filios suos, quos gignunt, matres nutrire negligant, eósque ad nutriendum alijs mulieribus, tradant.*

3 *Matres si ex iusta causa filios suos alijs nutriendos tradant, nullum peccatum contrahunt.*

4 *Debitum petere de tempore, quo re vera durat immunditia illa corporalis post partum, nulla est culpa.*

5 *Menstrui tempore prohibetur commisceri cum vxoribus ob prolis damnum.*

6 *Debitum tempore purgationis, vel menstrui reddi non debet, nisi immineret periculum fornicationis.*

7 *Corrupta per vim non consecratur inter Virgines.*

CAP. Ad eius. IV. *Greg.*

1 EX hoc text. *in princ.* (quem ex Gregorio ad Augustinum Cantuariensem Episcopum desumpsit Gratianus *in præsenti*, sicut refert Tiraq. *de nobilitate cap.* 28. *num.* 83.) quidam colligunt esse peccatum mortale debitum petere de tempore, quo mater sobolem lactat, ex illis verbis, *Ad eius verò concubitum vir accedere non debet, quousque qui gignitur, ablactetur.* Ita Butr. *in rub. de sponsalibus, num.* 14. & *ibi* Alex. de Neuo *num.* 21. *casu.* 2. Tiraq. *l.* 15. *connub. num.* 13. Sed verius est nullam contrahi culpam, cùm solùm sit consilium eo tempore debitum non petere, prout tradunt Rich. *in* 4. *dist.* 32. *art.* 4. *quæst.* 1. Asten *in sum. p.* 1. *lib* 8. *tit.* 10. *art.* 4. *q. vltim.* Rosel. *verbo debitum num.* 9. Tortec. hîc *num.* 1. quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disput.* 22. *num.* 14.

Vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, 2
&c.) Prouidentia naturæ, inquit Macrob. *lib.* 5. *Saturnal. cap.* 11. fecit cum ipso partu alimoniæ copiam nasci, nam postquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus effinxit, atque alui superna conscendens in naturam lactis albescit, vt recens natis idem sit altor, qui fuerat fabricator; vnde Gelli. *lib.* 12. *noctium Attic. cap.* 1. ait esse contra naturam imperfectum, atque dimidiatum matris genus peperisse, & statim à sese abiecisse, non enim fœminis mammarum vbera, quasi quosdam næuulos venustiores, aut ornandi pectoris causa, sed alendorum liberorum gratia natura dedit, & ideò summa cum ratione Gregorius *in præsenti* manifestè ait prauam irrepsisse in coniugibus consuetudinem, vt filios suos, quos gignunt, matres nutrire negligant, eósque ad nutriendum aliis mulieribus tradant; quod tamen si iusta ex causa faciant matres, veluti ob naturam imbecillem, vel ob inopiam, seu propter indecentiam, nullum ea re peccatum contrahere testantur Cou. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 8 §. 6. *num* 13. Nau. *in man. cap.* 14. *num.* 17. *vers. decimosexto.* Rebuff. *ad leg. Gallia tom.* 1. *in præfat. tit. de consuet. num.* 47. Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 81. *cum seqq.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 56. *num.* 25. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4 *quæst.* 3. vbi etiam subdit non esse facilè, & temerè vt lethale peccatum damnandum si matresfamil. 3
sine iusta causa atque legitima filios suos alieno, non proprio lacte nutriant, præcipue si mulieribus bonæ vitæ ac morum tradantur, a quibus diligenter ali solent.

Nisi purgationis tempus prius transierit, viris suis 4
non debent admisceri.) Ergo de tempore, quo re vera durat immunditia illa corporalis post partum, videtur esse mortale petere debitum, nec esse reddendum cessante fornicationis periculo, vt per Butr. *in rub. de sponsalib. num.* 14. & Alex de Neuo *ibidem num.* 21. *casu* 1. Sed nullam esse culpam tunc debitum exigere, cùm text. *in præsenti* loquatur de consilio, meritò tenent Turrec. *hîc num.* 5. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 15. §. 7. & plures, quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 9. *disput.* 22. *num.* 11.

In gloss. *Ablactetur.* ibi, *ideò autem prohibetur illis* 5
temporibus commisceri cum eis, quia ex tali coitu nascuntur morbosi, & leprosi. Notatur ad hoc quòd tempore menstrui prohibetur commisceri cum vxoribus ob prolis damnum, quæ varijs morbis affecta solet tunc concipi, vt latè probat plura in huius concubitus detestationem adducens Tiraq. *l.* 15. *connub. num.* 128. *cum seqq.* & tangit Sanch *d. lib.* 9. *disp.* 21. *num.* 2. Vtrùm autem debitum eo tempore petere sit peccatum mortale, an veniale, vel an nullum incurratur, dicam *in collect. ad gloss. verbo conceptus, in cap. si causa* 33. *quæst.* 4.

In ead. gloss. ibi, *sed quid si mulier petat debitum à* 6
vero tempore menstrui, vel tempore purgationis? dico quòd non reddet debitum ei, nisi timeretur fornicatio eius. Sequuntur Butr. Alex. de Neuo, Turr. & alij citati à Sanch. *d. lib.* 9. *disp.* 21. *n.* 12. & in vxore quod minimè teneatur reddere debitum nisi coniux sentiat exigenti periculum fornicationis imminere, firmant Viguer. *instit. c.* 16. §. 7. *vers. decimo, &* Henriq. *d. lib.* 11. *c.* 15. §. 7.

In

In gloss. *Inuita ibi, corrupta per vim non consecrabitur inter virgines.* Vide D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrimon. part. 2. num.* 106.

Notatur etiam ad hoc vt quòd quis inuitus patitur, nullum ei debet parare præiudicium, vt per Tiraquel. *de retract. lig. 5. 1 gloss. 18. num. 39.*

Distinctio VI.

SVMMARIVM.

1 *Pollutionis, vel illusionis nocturnæ materia, & an & quando post illam valeat Sacerdos Missam celebrare, remissiuè.*

2 *Pollutio quoties sequitur præter intentionem ex causa aliqua necessaria, vel conuenienti corpori, tunc nulla est culpa non desistere à causa illa, quamuis in ea præuideatur pollutio inde subsequenda.*

3 *Pollutio præuisa in gula veniali non obstat sumptioni Eucharistiæ, & an obstaret si gula esset mortalis, ostenditur num. 4.*

Cap. Testamentum. I. *Greg.*

1 De multiplici genere nocturnæ pollutionis, vel illusionis, & an, & quando post illam valeat Sacerdos Missam celebrare, quisquis sumere Corpus Christi possit, agit optimè S. Greg. *resp. 11. ad Augustinum*, relatus *in hoc text.* de cuius materia tractant Palud. *in 4. dist. 9. q. 3.* Caiet. *in sum. verbo Communio sacramentalis. vers. quartum est reuerentia, & deuotio, & verbo pollutio*, Syluest. *in summ. verbo Eucharistia lib. 3. num. 12. & verbo pollutio nocturna*, Victor. *de Sacram. tit. de Eucharistia num. 81.* Tabien. *verb. Communicare num. 38. cum seqq.* Abb. *in cap. significatum n. 4. vers. quid enim, de præbend.* Dec. *in cap. ad audientiam, num. 4. de rescript.* Sot. *in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 7.* Paludan. *in 4. dist. 9. q. 3.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 27. vers. 15.* Ludou. Lopez *in instruct. conscientiæ p. 1. cap. 11. col. 108. cum seqq.* Guilelm. Benedict. *in cap. Raynutius p. 3. verbo qui cum alia matrim. num. 114.* Alphons. de Verac. *in spec. coniug. p. 3. art. 17. concl. 1. & 2.* Sebast. Medic. *in sum. peccat. p. 2. tit. 8. q. 36. & in summ. Decreti, de consecrat. dist. 2. art. 15.* Ioseph. Angles *in floribus Theolog. in quæst. de soluendo debitum, pag. 346.* Petr. Plac. *de delictis cap. 31. n. 7.* Cou. *in Clem. si furiosus p. 3. in initio num. 7* Nau. *in man. cap. 21. num. 51.* Medin. *p. 1. instr. de Confessores cap. 14. § 42. vers. la primera, & cap. 16. § 2. vers. lo vndecimo*, Sim. Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 24. num. 3. vers. tempus, & lib. 5. cap. 1. num. 8. cum seqq.* Tiraq. *de pœnis tempor. causa 5. num. 9. in fine, & ad l. 5. conaub. num. 111. cum seq.* Paul. Fusc. *lit. C. sing.* 8. Stephan. de Gaëta *in repet. c. ad limina 30. q. 1. § 6. nu. 115. & 116.* Anton. Cordub. *in quæst. Theolog. lib. 1. q. 7.* Petr. à Nauarra *tom. 1. de restitut. lib. 2. cap. 1. num. 43. cum seqq.* Viuald. *in candel. aureo tit. de Sacram. Eucharistia num. 111.* Lodou. Beia *respons. casuum conscientiæ p. 1. casu* 8. Henriq. *in sum. lib. 8. c. 51. §.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 38. n. 33.* Valent. *tom. 4. disp. 6. q. 8. puncto* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 111. cum seqq.* Barthol. ab Angelis *de Sacram. dial. 4. § 221.* Petr. de Ledesm. *in sum. p. 1. vbi de Eucharistia c. 13. vers. tercera conclusion*, Bonacin. *de Sacram. disput. 4. q. 6. puncto 2. n. 3. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 3. c. 24.* Vasq. 1. 2. *disp. 207. c. 1. & 2.*

2 *Et quidem cùm ex natura*, &c.] Notatur ad hoc quòd quoties pollutio sequitur præter intentionem ex causa aliqua necessaria, vel conuenienti corpori, tunc nulla est culpa non desistere à causa illa, quamuis in ea præuideatur pollutio inde subsequenda, quia ille patiens pollutionem potius patitur, quàm agat; Ita docent S. Thom. 2. 2. *q. 154. art. 5. in corpore*, Nau. *in man. cap. 16. num. 7.* Valent. 2. 2. *disput. 9. q. 3. puncto 3. §. cùm autem causa*, Petr. Nauar. *lib. 2. de restitut. cap. 3. dub. 2. de indirectè occidente nu. 131. in noua edit.* Iacob. de Graff. *d. p. 1. lib. 2. cap. 87. in fine*, Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. cap. 18. in fine.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 211. n. 1.* & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 9. disput. 45. num. 4.* vbi *num. 5.* idem dicendum esse asserit, quamuis ea causa licita, in quam pollutio præuidetur, sit illicita ratione circumstantiæ extrinsecæ nihil ad pollutionem conferentis, & *num. 6.* hanc doctrinam temperat, nisi probabile consensus in pollutionis delectationem periculum subsit, tunc enim quantumuis causa licita sit, est ab ea abstinendum sub culpa lethali.

Notatur etiam ad hoc quòd pollutio nocturna, quæ accidit ex superfluitate vel infirmitate, non est timenda, nec impedit sumptionem Eucharistiæ, vt per Syluest. *in summ. verbo Eucharistia 3. vers. decimò quæritur, num. 1.* Nau. *in man. cap. 11. num. 51. vers. minus autem*, Viual. *in candel. aureo p. 1. de Sacram. Euchar. num. 110.* Ludou. Beia *responsor. casuum conscient. part. 1. casu* 8. *ad fin.* Cordub. *quæst. Theolog. lib. 1. q. 7.* Soar. *de Sacrament. disputat. 68. art. 8. sect. 2. vers. dico igitur primò.* Vasq. *tom. 3. de Euchar. disput. 210. art. 7. num. 19. & 20.* Vnde ad expellendum semen corruptum, vel ad sedandum pruritum licet refricare verenda cum periculo pollutionis, non tamen consensus in ea, vt post Sanch. Filliuc. Reginald. & Bonacin. quos refert & sequitur, resoluit Ioan. Sanci. *in suis disput. selectis disput. 21. num. 29.* & docet Villalob. *in summ. tom. 2. tract. 40. diffic. 16. num. 4. & 5.* vbi cum Sanch. *d. lib. 9. disp. 17. num. 19.* subdit fas esse confricare verenda ad expellendum semen corruptum, licèt præter intentionem sequatur veri seminis emissio, & licèt fœmina id conaretur efficere, non solùm fricatione partium verendarum, sed etiam cum intromissione digitorum vsque ad os vteri, & hanc opinionem tuetur etiam Bonacin. *de matrim. q. 4. puncto 10. n. 12.* Et ratio est, quia in his casibus pollutio sequitur præter intentionem operantis, refert Diana *resol. moral. p. 2. tract. 2 miscellan. resol. 56.*

Cùm verò vltrà modum appetitus gula, &c.] Notatur ad hoc quòd pollutio præuisa in gula veniali non obstat sumptioni Eucharistiæ, sicut obstaret si gula esset mortalis, per S. Antonin. *p. 2. tit. 6. cap. 5. paulò post princip. vers. & nota quòd quamuis*, Angel. *verbo pollutio in 2.* Syluest. *eod. verbo in fine, & verbo virginitas quæst. 4.* Nau. *in man. cap. 16. num. 8.* & alios citatos à Sanch. *d. disput. 45. num. 17.* Sed huiusmodi pollutionem præuisam in gulæ peccato etiam mortali, vt in ebrietate, vel nimia comestione mortali, non habere specialem pollutionis malitiam mortalem, nisi sit intenta, aut sit probabile consensus periculum, colligitur ex Vasq. 1. 2. *quæst. 74. artic. 8 disput. 115. num. 9.* dum dicit esse peccatum mortale quoties applicatur causa, quæ ex se nullum alium habet effectum, & per se tendit ad pollutionem, vt tactus, secus si alium habeat effectum, vt crapula mortalis, & fauet Suar. *3. p. quæst. 80. art. 7. paulò prius.* vbi tradit tunc solùm in causa pollutionis reperiri culpam mortalem ratione pollutionis præuisæ quando actio, quæ fuit causa pollutionis, ex natura sua est turpis, & ordinata ad actus venereos excitandos, & consummandos, secus quando illa actio in suo genere habet aliàs malitiam mortalem non tamen vt est causa pollutionis, sequitur Sanch. *d. disp. 45. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Precepta omnia Legis Veteris, vel sunt moralia, vel iudicialia, vel caremonialia.*

2 *Moralia precepta Legis Veteris adhuc durant, & immutabilia sunt, quia scilicet naturalia erant, & vti talia hodie obligant.*

3 *Iudicia, & caremonialia precepta per aduentum Christi Domini, & Legis Eua ᵛ·lica promulgationem omninò cessarunt.*

4 *Iudicialia precepta mortua sunt, quia non habent vim obligandi, non tamen mortifera, quia per legem humanam suscitari non inconuenit.*

5 *Caremonialia precepta, qua talia, & mortua sunt, quia non obligant, & mortifera, quoniam per legem humanam suscitari non possunt.*

6 *Caremonialia precepta, qua non figurabant ad aduentum Christi, sed ad deuotionem pertinebant, licitè Lege Euangelica retinentur.*

7 *Declaratur text. in prasenti in vers. his itaque.*

8 *Caremonialia precepta quo tempore coeperunt esse mortifera, ostenditur.*

9 *Euangely sufficiens promulgatio quo anno facta censeatur, ostenditur.*

10 *Lex vetus quomodo aliquando cessauerit cùm à Deo data sit, qui immutabilis est, & eam vt aeternam stabiliuit, ostenditur.*

11 *Euangelium dicitur Graco nomine, quasi bonum, optatum, seu faustum afferens nuncium.*

12 *Lex noua dicitur scripta non quòd in lapideis tabulis, vt vetus, vel atramento scripta sit, sed in cordibus hominum, & num. 13. respondetur aliquibus obiectionibus.*

14 *Euangelica lex ab ipso Deo Christo Domino ore proprio promulgata est, at verò lex vetus per Angelos ordinata est.*

15 *Lex vetus ad tempus duratura data est, Euangelica verò vsque ad finem mundi.*

16 *Lex vetus pro solo populo Israëlitico data est, lex verò Euangelica non soli populo illi, sed vniuerso mundo, omnique creatura data est.*

17 *Infideles bello compelli non debent suscipere Euangelium cùm non inuiti, sed volentes Christianam Fidem suscipere teneantur.*

18 *Lex vetus sensibile, & terrenum bonum suis cultoribus promittebat, lex verò Euangelica bona spiritualia.*

19 *Lex vetus onus graue, & importabile, lex noua suaue dicitur continere.*

CAP. Non est. vlt.

1 PRæceptorum omnium Legis Veteris imperfectam diuisionem tradit Gratian. *in prasenti*, optima verò illa est, quæ etiam in tria membra fit, quòd scilicet vel sint moralia, vel iudicialia, vel cæremonialia, ex auctoritate *Deuteron. cap.* 6. hæc sunt præcepta cæremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit Dominus, &c. explicant D. Thom. 1.2. *quæst.* 99. *art.* 1. *cum seqq.* Sot. *de instit. lib.* 2. *quæst.* 2. *art.* 2. Sayr. *in claui Regia lib* 4. *cap.* 1 *à num* 6. latè Cornel. de Cornel. *in fine comment. ad Pentateuchum*, Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 1. *post princ.* cuius diuisionis conuenientiam aliqui explicant in eo consistere, quoniam cùm humanæ actiones institui debeant, vel in ordine ad Deum, vel in ordine ad proximum, vel in ordine ad se ipsum, per cæremonialia inquiunt homines institui ad cultum Deo exibendum, per iudicialia ad iustitiam, & æquabilitatem cum proximo, per moralia ad actiones proprias in ordine ad seipsum componendas; sed non plenè satisfacit si aduertas per moralia quoque ad Deum, & proximum homines in multis ordinari, vt ex præceptis Decalogi apparet. Moralia igitur sunt naturales obligationes, quæ versantur circa actus vitiorum, & virtutum, ostendúntque quomodo malum fugiendum, & bonum sit faciendum, quia verò vltra obligationes naturales in lege ponebantur alia præcepta positiua, & hæc vel ad cultum Religionis, vel ad ciuilem, & politicam gubernationem spectabant, priora cæremonialia, posteriora iudicialia dicta sunt, significauitque Paul. hanc trimembrem distinctionem *ad Roman.* 7. his verbis, *mandatum sanctum, iustum, & bonum*; sanctum ad cæremonialia videtur retulisse, quia specialiter circa Dei cultum versabantur, quæ autem Deo specialiter dicantur, sancta dicuntur, *capit.* 1. *in fine*, *de success. ab intest.* iustum ad iudicialia, bonum, id est, honestum ad moralia, vt aduertit S. Thom. *d. quæst.* 99. *artic.* 4. quem omnes sequuntur. Quamuis autem in eadem Lege Veteri aliqua essent consilia seu mandata, quæ non obligabant cum tanto rigore sicut præcepta, veluti de votis emittendis, hæc tamen, & alia similia ad aliquod ex prædictis tribus membris necessariò reducuntur. nam consilium, & obligatio vouendi quamuis in materia cæremoniali sit, in se tamen morale est, iuxta illud Psalmi 25. *Vouete, & reddite*, de quo *in cap. magna, de voto*, atque ita diuisionem illam in tria membra adæquatam esse D. Thom. *dict. articul.* 4. & alij communiter concludunt, vt constat ex præcitatis.

Inter hæc autem præcepta notabilis est differen- 2
tia, nam moralia adhuc durant, & immutabilia sunt,
quia scilicet naturalia erant, & vti talia hodie obli-
gant, non verò quatenus legalia, vt probat Gratian. *in*
prasenti. Iudicialia verò, & cæremonialia per aduen-
tum Christi Domini, & Legis Euangelicæ promul- 3
gationem omninò cessarunt, iuxta *cap.* 1. *de purificat.*
post. partum, cap. translato, de constitut. ex quibus no-
tauit S. Thom. 1.2. *quæst.* 103. *art.* 4. *iuncta quæst.* 104.
art. 3. ex quo etiam notabilis inter iudicialia, & cære-
monialia colligitur differentia, quamuis enim vtra-
que per aduentum Christi sint euacuata, iudicialia ta- 4
men mortua sunt, quia non habent vim obligandi, non
tamen mortifera, quia per legem humanam suscitari
non inconuenit, vt in præcepto de decimis soluendis,
quòd licèt quoad congruam sustentationem iuris na-
turalis sit, quoad quotam tamen, id est, decimam par-
tem fructuum, tanquam ecclesiasticum hodie obligat,
quia lex Canonica legem illam veterem renouauit,
vt notant omnes per text. *ibi in cap. Parochianos de*
decimis, quos *ibi* ad saturitatem citauimus, & in mul-
tis aliis, de quibus *in toto tit. de iniur. & in cap.* 1. *de*
homicid. & passim alibi.

Per contrarium verò cæremonialia qua talia, & mor- 5
tua sunt, quia non obligant, & mortifera, quoniam per legem humanam suscitari non poterunt, cum enim qua cæremonialia principaliter, & per se instituta sint ad figuranda Christi venturi mysteria, illorum obseruatio post Christi aduentum præiudicat fidei veritati, qua profitemur Christum venisse, & mysteria omnia, quorum illæ cæremoniæ erant figuræ, iam impleta esse, vnde meritò tales cæremonias obseruantes, vt verè hæretici condemnantur, *in cap.* 3. *& in cap. contra Christianos, de haret. lib.* 6. prosequitur latissimè Albertin. *in rub. illius tit. q.* 12. *§.* 4. *n.* 11. *cum seqq.* Brun. *de caremon. lib.* 4. *cap.* 8.

Dixi, *qua talia*, quia illa quæ non figurabant ad 6
aduentum Christi, sed ad deuotionem pertinebant, licitè Lege Euangelica retinentur, vt sunt templa, vestes,

vestes, altare, & similia, quæ & rem, & nomen tenent, vsu tamen, significatione, & intentione differunt post Christi aduentum, vt explicat D. August. *epist.86.* comprobat text. *in cap.1.de consecr.dist.* 1. latè prosequitur Brun. *citato loco*, & Stephan. Durant. *de ritib. Ecclesiæ lib.1.capit.2.cum seqq.* secus etiam in aliquibus præceptis iudicialibus, licèt detur aliqua significatio in futurum, quia tamen id erat in consequentiam lege Canonica suscitari non inconuenit, vt in præcepto de decimis explicat D.Thom. *dict. quæst.87 art.1.*

7 Hinc etiam patet intellectus ad text. *in præsenti, in vers. his itaque*, dum docet præcepta cæremonialia, veluti de Agno, & similia, licèt quoad superficiem videantur mutata, tamen secundùm moralem intelligentiam, & mysticam interpretationem, mutabilitatem nescire nonnulli explicant, ex doctrina S. Thom. 1. 2. *quæst. 99.artic.3.ad.2.* quòd præcepta cæremonialia aliqua ex parte ad legem naturalem pertinebant, ex alia verò ad cæremonias, vt exemplo de Sabbato sanctificando, quòd enim Deus colatur præceptum naturale est, quòd verò Sabbatum ad diuinum cultum determinaretur ceremoniale est, & ad legem positiuam pertinet, vt notant omnes *in capit. licet, de ferijs*, atque ita inquiunt ex ea parte, qua naturale est, adhuc durare, cessasse verò ex ea, qua cæremoniale erat. Sed alius videtur illorum verborum sensus si aduertas mysticam interpretationem idem esse, quod absconditum, seu latentem, per quam aliud, seu plus intelligitur, quàm littera, & verba sonant *cap.1. in princ. vers. ad exhibendum, de sacra vnct.* ideò meliùs explicabis cum Bruno, & Albertino *dictis locis*, sensum Gratiani *in præsenti* esse quòd licèt cæremonialia præcepta secundùm corticem litteræ cessauerint, & iam non obligent, quoad moralem tamen sensum, & mysticam interpretationem, quæ sub illo verborum cortice latebat, adhuc durant, & licitè seruari possunt, & debent, quod exemplis fit manifestissimum. *Deuteron.22.* dicitur, *non arabis in boue simul, & asino, non indueris vestimento, quod ex lana, linóque contextum est*, si solam verborum superficiem consideres, cessabit omninò præceptum, nec enim in boue, & asino arare, nec ex lana, & lino vestes contextas induere vetamur in lege Euangelica, secus si mysticam interpretationem attendas, secundùm quam in illis verbis præcipiebatur ne homines disparis Religionis, vel professionis insimul sociarentur, vt interpretatur *cap. in noua 16.quæst.7.& cap.causam 17.de elect.* iuncta *Clem.1.eod tit.* ex quibus constat secundum hunc sensum præcepta illa non cessasse, sed adhuc durare, vel si sensus ad hos deriuetur, qui in Christiana Religione miscent Iudaicos ritus, & Circumcisionem cum Baptismo, vt sentit Pieri. *hierogl. lib. 4. vers. versicoloris*, & damnatam esse heresim inquit text. *in cap. maiores, in princ. vers. absit, de Baptismo.* Aliud exemplum de præcepto de non edendis carnibus porcinis, adducit Albert. *d.loco*, & rectè procedit si aduertas animal illud hominis lasciui, & luxuriosi hieroglyphicum Ægyptiis fuisse, & sentit Horat. *in epist.* dum inquit, *Epicurei de grege porcorum*, explicat Pier. *lib.19.§.luxuriosæ delitiæ.*

8 De tempore autem, quo cæremonialia præcepta cœperant esse mortifera, celebris est inter scribentes controuersia. Diuus enim Hieronymus inquit statim post Christi sacratissimã Passionem, per quam omnia Legis veteris consummata sunt, quando *Ioan.19.* dixit, *consummatum est*, & Sacerdotium translatum fuit, in cuius rei signum velum Templi scissum fuisse interpretes adnotarunt, nec deinceps licitum fuit in cæremoniis Legis veteris spem ponere, iuxta illud Pauli, *si circumcidimini, Christus nihil vobis prodest*, & refertur *in d. cap. maiores, in princ.* Verùm D. Augustinus, quem sequitur S.Thom. 1.2. *quæst.103, artic. 4.* & communis schola Theologorum, vt constat ex Sot. *de iustitia lib. 2.quæst.5. artic. 4.* Albertin. *dict. §. 4. à num. 20.* & multis, quos latissimè refert Henriq. *lib.2, cap. 2 §. 4.* quibus adde Suar. *tom.3.disp.17.sect.4.* resoluunt Legem veterem mortuam statim fuisse per mortem Christi, vt primæ sententiæ fundamenta concludunt, non tamen mortiferam, nisi post sufficientem Euangelij promulgationem, ad quam vsque inquiunt licitum fuisse, qui ex Iudæis conuertebantur, eam obseruare. Pro qua sententia solet expendi Conc. Trid. *sess. 6. cap.4.* ibi, *post Euangelium promulgatum.* Sic Paulus post Christi Passionem circumcidit Timotheum *Act.cap.16, & cap.21.* purificauit se, atque etiã more Nazaræorum caput totondit, & Petrus se à Gentibus segregabat, licitè quidem, & à Pauli *ad Galat. 2.* reprehensione liberum reddunt Patres, ex quibus explicat latè Card.Baron. *tom.1.anno Christi 51.cap.23. cum seqq.* Conueniénsque maximè fuit tempus illud velmi per dispensationem indulgeri, tum vt sufficiens notitia nouæ Legis per promulgationem haberetur, tum etiam vt lex vetus, & Synagoga religiosè, & cum honore aliquo sepeliretur: quemadmodum enim defunctorum corpora propinquorum officiis ad sepulturam ducuntur, nec continuò deferenda sunt; sic Lex vetus aliquo tempore post Christi aduentum vt mortuam seruari non inconueniens, ita scilicet vt spem in ea non ponerent quasi ad salutem necessaria, vt post D.Thom. explicant omnes proximè citati, & optunè Brun. *dict.cap.8. pag.3.*

Quo autem anno sufficiens Euangelij promulgatio facta censeatur, variæ etiam sunt Patrum sententiæ, alij enim id referunt ad diem Pentecostes, in quo *Actor. 2.* Apostoli Spiritu sancto repleti sunt, & summus ille præco Petrus in Regia Vrbe Hierusalem summam doctrinæ Euangelicæ explicauit. Alij verò probabilius censent fuisse tempus excidij Hierusalem facti à Tito, & Vespasiano anno XL. post Christi Passionem, quo tempore mortui erant omnes Apostoli, atque etiam vltimus Ioannes, qui per omnes Orbis Prouincias diuisi in vniuersa terra Euangelicam doctrinam prædicauerant, iuxta illud Psalmi 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum*, &c. iuncta auctoritate Pauli ad Colos. 1. *Euangelium, quod audistis, prædicatum est in vniuersa creatura.* atque ita multis adductis ex antiquioribus, & recentioribus concludit Henriquez *d.c.2 §.7.* quem vide. 9

Si verò quærat aliquis quomodo Lex vetus aliquando cessauerit cùm à Deo data sit, qui immotabilis est, & eam vt æternam stabiliuit, Circumcisio enim Genes. 17. *Fœdus æternum*, & ritus Agni Paschalis *Exodi 12.* sempiternus dicitur; respondebitur cum D. Augustino, quem sequitur S. Thom. *ad Hebræ. 7 lect. 3.* Brun. *d.capit.8 pag. 5.* Albertin. *num. 16. dictis locis*, diuinam prouidentiam immobilem semper permansisse, legem autem pro temporum diuersitate mutationem recepisse, vt de legibus humanis, inquit Pont. *in cap. non debet, de consang. & affinit.* ea tamen inter vtrasque adhibita differentia, quòd humanæ licèt à principio vt perpetuæ duraturæ statuantur, mutatione tamen temporum, & rerum mutationem admittunt; hæc verò Lex diuina statim à principio ad tempus data est, vt docet Paul. *ad Galat. 3.* lex posita est donec veniret ad semen, idest, Christus, de quo proximè dixerat, *semini tuo, qui est Christus*, & consonat auctoritas Lucæ cap. 16. *lex & Prophetæ vsque ad Ioannem*, & ex ipsa Lege veteri sunt apertissima testimonia, in primis illud *Hierem.cap.31.* 10

vbi promittitur fœdus nouum, dicendo autem nouum vetauit prius, vt explicat Paul. *ad Hebra.* 8. Deinde Leuit. 26. *vetera nouis superuenientibus abijcietis*, & tandem Malachiæ cap. 1. *non est mihi voluntas in vobis, dixit Dominus, & munus non suscipiam de manu vestra*, &c. quæ sequuntur iuncta interpretatione Concilij Trid. *sess. 22. cap. 1.* vbi illam auctoritatem accommodat ad purissimum Eucharistiæ Sacramentum, in quod cultus Legis veteris commutandus. Vlteriùs optima similitudine confirmatur, quemadmodum enim paterfamilias pro diuersitate temporum diuersas gubernandi normas suis accommodat, ita non inconuenit quòd Deus populo suo olim leges tribuerit illi tempori conuenientes, & quibus Christus venturus spectabatur, diuersas autem post ipsius Christi aduentum, & adimpleta omnia, quorum lex vmbra, & figura erat, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 11. *hæc autem omnia in figura contingebant illis*; sicut etiam Euangelij pædagogum legem vocat idem Paul. *ad Galat.* 41. quasi hæc pro pueris, & infirmis, illud pro viris iam perfectis datum sit. Ad auctoritates verò quibus probatur precepta illius legis data esse vt perpetuò duratura, dupliciter respondetur, primò perpetua censeri vel in se, vel in mysteriis, quæ repræsentabat, sicut ritus agni Paschalis durat in vero agno Christo per illum repræsentato, vt in simili de promissione bonorum temporalium agens explicat Nicolaus de Lyra *in Exod.* 15. Vel secundò respondetur illam particulam, *in æternum*, non semper significare æternam permanentiam vsque ad finem seculi, sed aliquando durationem longæuam, & indefinitam, vnde *Exod.* 15. additur, *in æternum & vltrà*; quare in æternum ea precepta non impropriè dicuntur constituta, quia per tempus à Deo prædestinatum sunt constituta, intra quod nemo ea mutare poterat, atque ita interpretatur Abulens. *in Exod. cap.* 18.

11 Sublata igitur Lege veteri, Lex successit Euangelica, quæ est secunda legis diuinæ scriptæ species, diciturque Euangelium Græco nomine, quasi bonum, optatum, seu faustum afferens nuncium, quid enim eo nuncio lætius? quo annunciatur filium Dei procurandæ salutis nostræ causa hominem factum, morteque sua peccata nostra condonari, solui inimicitiam inter Deum & hominem, vt inquit Concil. Colonien. *in explicat. Decalogi* 5. *lex noua*, explicat optimè Maldonat. *in explicat. Euangelij cap.* 1. in eandémque coincidunt plures aliæ acceptationes, & descriptiones, quas adducit Viuald. *in candel. aureo p.* 4. *cap* 7. *à num.* 2.

12 Dicitur autem scripta lex noua, non quòd in lapideis tabulis, vt vetus, vel attamento scripta sit, sed in cordibus hominum, vt docet Paul. 2. *ad Corinth. c.* 3. *& ad Hebraeos, cap.* 7. adducens illud Hieremiæ 31. *Dabo legem meam in visceribus eorũ*, explicat D. Thom. 1. 2. *quæst.* 106. *art.* 1. Sot. *lib.* 2. *quæst.* 7. *art.* 1. Viuald. *in candel. aureo part.* 4. *cap.* 7. *num.* 11. multiplicem eius differentiæ adducentes rationem, inter quas præcipua illa est, quam adducit D. Thom. quòd scilicet vnaquæque res illud videtur esse, quod in ea est potissimum, quia verò illud in quod præcipuè Lex Euangelica consistit, est gratia Spiritus sancti, quæ datur per fidem Christi, ex dicta auctoritate Ioan. 1. *gratia facta per Iesum Christum*, vnde ipsius aduentus plenitudo temporis dicitur in Trident. *sess.* 6. *cap.* 1. *&* 2. vbi hanc vtriusque Legis explicauit differentiam, & Paul. *ad Romanos* 8. Euangelium Legem Spiritus appellauit, & nos Gratiæ legem antonomasticè appellamus, quia vetus pœnas, noua autem veniam promittit, & misericordiam pœnitentibus, explicat text. opt. *in cap. hæc autem cap. in lege* 23 *quæst.* 4. cùm ergo gratia non scribatur exteriùs, sed interiùs in anima infundatur, meritò Lex Euangelica non attamento, sed in cordibus scripta dicitur.

Contra quam rationem nonnulli replicant quòd licèt Lex Euangelica præcipuè gratiam promittat, eáque sit in anima, gratia tamen ipsa non est lex, sed effectus legis, lex verò circa agenda exteriùs dari oportuit, cùm detur hominibus, qui sensibus vtuntur, quod si exteriùs dari oportuit, scripto potius quàm verbo dari debuit, quia scripturæ permanent, & certiores sunt quàm verba, plusque veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur, vt Iustinian. inquit *in §. vlt. Instit. de gradib.* vbi gloss. adducit illud Horatij, *Segnius irritant animos*, &c. iunctis multis, quæ eleganter adducit Ferrand. *ad iuris partes libr.* 2. *capit.* 86. Sed respondetur argumentum concludere oportuisse Legem Euangelicam sensibiliter, & exteriùs proponi, sed non inde sequitur necessarium fuisse vt ab ipso Christo scriberetur, tum quia id, quod scribere oporteret, poterat sufficienter fieri per suos ministros, Apostolos scilicet, tum quia per se, & absolutè non erat necessarium, quia traditio Ecclesiæ cum interna, & speciali gubernatione Spiritus sancti sufficiens erat ad conseruandam memoriam huius legis Christi verbo prædicatæ, vt enim inquit Chrysost. *in prologo super Matth.* vice librorum gratia Spiritus sancti deberemus vti; sed quia illam excussimus, litteræ sunt inuentæ, refert Sot. *dict. artic.* 1. vbi præterea explicat Legem Euangelicam non consistere in externis verbis sine Spiritus sancti gratia, vt eleganter etiam inquit text. *in capit. Marcion.* 1. *quæst.* 1. Sed in fide etiam & eius dictamine, quod ab ipso Deo mentibus imprimitur, quia verò hæc fides viua esse debet per gratiam, quam efficaciter hæc lex confert, ex Conc. Trid. *vbi proximè* meritò dicitur lex cordibus indita. Vnde iam explicatur difficultas, quæ statim hic suboritur, videtur enim ex dictis inferri nullam inter legem naturalem, & Euangelicam remanere differentiam, cùm vtraque mentibus hominum sit indita, iuxta modò dicta, iunctis iis, quæ de lege naturali *suprà* resoluimus; sed respondetur quòd licèt vtraque mentibus sit indita, in eo tamen differunt, quia lex naturæ est notitia naturalis, quæ à natura ipsa animis nostris indita est, & concreta gentibus etiam non incognita, iuxta præcitatam Pauli auctoritatem *ad Roman.* 2. gentes, quæ legem non habent, naturaliter faciunt, quæ sunt legis, at verò Euangelica non est notitia naturaliter nobis indita, sed mysterium à seculis absconditum supernaturaliter nobis per Christum reuelatum, iuxta illud Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis*, atque ita hanc differentiam notarunt D. Thom. & Sot. *ad* 2. *dictis locis*, & latiùs explicat Colonien. Concil. *vbi suprà, vers. ex præcedentibus.* 13

Vnde iam ex dictis colliguntur plures differentiæ inter Legem veterem, & Euangelicam, seu excellentiæ, quibus hæc illam antecellit, quas latè prosequuntur Albertin. *dict. quæst.* 12. § *à num.* 14. Sot. *dict. lib.* 2. *quæst.* 8. *art.* 2. *ad argumenta*, Viuald. *dict. cap.* 6. *à num.* 23. Prima est quòd Lex vetus scripta est in tabulis lapideis, Euangelica in cordibus hominum, ex modò dictis. Ex qua proximè secunda consequitur differentia, nam Euangelica ab ipso Deo Christo Domino ore proprio promulgata est, Matth. cap. 5. *Aperiens os suum docebat eos*, quæ verba non pleonasmum, sed mysterium aliquod, & maximum continere notant Patres, & primum, quod ad nostrum facit propositum, illud esse volunt B. Augustinus, & Gregorius quòd Christus, qui antè Prophetarum os aperiebat, nunc 14

suum

suum aperiens docebat. *Beati pauperes*, &c. vt videtur explicasse D. Paul. *ad Hebr.* 1. dum inquit, *Olim Deus loquens in Patribus, in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio*, quem ita explicat Sot. *d. lib.* 2. *q.* 1. *art.* 2. *concl.* 3. atque ita plura referens hoc non improbat Maldonat. *eod. cap.* 5. *vers. secundo.* At verò Lex vetus per Angelos ordinata est, & Moysis ministerio promulgata, ex dicta auctoritate Pauli ad Galat. 3. *lex data est per Angelos in manu mediatoris*, & Act. 7. *hic est qui fuit in solitudine cum Angelo, qui accepit verba vitæ dare nobis*, & inferiùs, *qui accepistis legem in dispositione Angelorum*, quod ad illius legis imperfectionem pertinere docuit D. Thom. 1. 2. *quæst.* 98. *art.* 3. Cùm enim lex esset seruitutis, per ministros inferiores dari conueniens erat, quòd verè Deus immediatè in persona sua hominibus loqueretur, eisque legem daret, perfectio erat, quæ Euangelicæ legi reseruabatur.

15 Tertia differentia est, quòd Vetus ad tempus duratura data est, vt suprà ostendimus, Euangelica verò vsque ad finem mundi: certum enim est nunquam abrogandam, vel in aliam legem, quæ hominibus viatoribus conueniat, commutandam. Vnde *Lucæ.* 1. Regnum Christi æternum dicitur, & *Matth. vlt.* promisit Christus *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*, & *Psalm.* 109. iuncta auctoritate Pauli *ad Hebræos* 7. Sacerdotium æternum. Connexio autem inter Legem, & Sacerdotium notissima est ex text. *in cap. translato, de constit.* Sic etiam in forma Calicis ex antiquissima Ecclesię traditione dicitur, Noui, & æterni testamenti mysterium, explicat Innoc. III. *in cap. cùm Martha, in princ. de celebrat. Missar.* vbi *in vers. cæterùm*, hanc inter Nouum, & Vetus Testamentum notat differentiam, quòd vetus fuit transitorium, nouum æternum est, & resoluit D. Thom. 1. 2. *quæst.* 106. *art.* 4. Albertin. *d.* §. 4. *num.* 35. *vers.* 7. Sot. *d. lib.* 2. *quæst.* 7. *art.* 4.

16 Quarta differentia est quòd Lex vetus pro solo populo Israëlitico data est, vt ex ipsius verbis apertè colligitur, quæ semper ad populum illum diriguntur Deuteron. cap. 1. & Exod. 19. *Eritis mihi in populum peculiarem*, & Psalm. 149. *non fecit taliter omni nationi*, Vnde Paul. *ad Roman.* 4. interrogat quæ vtilitas circuncisionis? & respondet multùm per omnem modum, quia credita sunt illis eloquia Dei, & *cap.* 3. quorum adoptio, & legislatio. Ex quibus ita resoluit D. Thom. 1. 2. *quæst.* 98. *art.* 4. & 5. Sot. *d. lib.* 2. *quæst.* 1. *art.* 3. apud quos vide rationes quare huic populo specialiter, non verò aliis lex illa data sit. At verò Lex Euangelica non soli populo illi, sed vniuerso mundo, omnique creaturæ data est, vt constat ex verbis Christi Domini Lucæ 16. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*, idest, omnibus hominibus, vt videtur declarasse Matth. cap. vlt. in fine, *Docete omnes gentes*, vt eleganter ibi explicauit Maldonat. atque rationem quare Matth. 10. *Mittens Apostolos*, præcepit, *in viam gentium ne abieritis*, &c. Nunc verò eos dimittit in vniuersam terram ibi vide, notátque hanc vtriusque Legis differentiam Sot. *d. quæst.* 8. *art.* 1. *vers.* 4.

17 Vnde Albertin. post Ioan. Maior. *in d. rub. de hæret. quæst.* 8. *num.* 4. *cum seqq.* & Castr. *de iust. hæretic. punit. lib.* 2. *cap.* 14. atque alij grauissimi Auctores colligebant iustam causam inferendi bellum infidelibus, qui fidem Christi nunquam susceperunt, hanc esse, si Euangelium, Fidémque Christianam suscipere recusant, quia cùm ex modò dictis ad id lege diuina teneantur, meritò inquiunt eam suscipere etiam bello compelli posse, eámque sufficientem fuisse causam vt Indis noui Orbis bellum iustè inferretur, atque vt Hispanis subiicerentur. Sed verius, & receptius est, ex eo quòd Euangelium suscipere teneantur, non inferri quòd bello compelli debeant, cùm non inuiti, sed volentes Christianam Fidem suscipere debeant, atque ita decidit Tolet. Concil. *in cap. de Iudæis* 45. *dist. c. dispar.* 23. *q.* 8. text. opt. *in l. Christianis C. de paganis*, ex quibus latè comprobant Victor. *in relect.* 5. *de Indis sect.* 2. *à num.* 7. & *omninò num.* 15. Cou. *in reg. peccatum part.* 2. §. 10. *per tot.* & deducitur ex doctrina D. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. & 9. ex quo notauit Henriquez *in sum lib.* 2. *cap.* 4. §. 8. & latissimè prosequuntur Bannes *ead. q.* 10. *art* 10 *dubit.* 3. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 105. *in fin.* & *disput.* 106 *per totam.*

Quinta differentia ex est quòd Lex vetus sensibile, & terrenum bonum suis cultoribus promittebat, iuxta illud Esaiæ cap. 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis*; at verò Euangelica bona spiritualia, vt constat ex initio prædicationis ipsius Christi Matth. 4. *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum Cælorum*, & Matth. 5. *Beati pauperes*, &c. vnde etiam Lex vetus dicitur externos tantummodo actus præcipere, non autem internos. Quare etiam Christus Matth. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum Cælorum*, quibus verbis clarissimè opponit virtutem, & excellentiam Legis Euangelicæ Legi Veteri, atque ita hanc etiam differentiam notarunt Sot. & Viuald. *dictis locis*, & *cap.* 7. *num.* 4. Sayr. *dict. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. 18

Sexta differentia est, quòd Lex vetus onus graue, & importabile, lex noua suaue dicitur continere, tum quia hæc ad opera, & præcepta inducit per charitatem, & amorem, illa pœnarum timore, vt prosequitur text. *in d. cap. hæc autem* §. *in lege* 23. *q.* 4. indéque eleganter D. August. *in lib. contra Adimantum* dicit, breuis differentia Legis, & Euangelij est timor, & amor, tum etiam quia Legis veteris innumera erant præcepta, & nonnulla difficillima, sexcenta enim in ea connumerari ex Rabbinis aduertit Albertin. *d. q.* 12. §. 4 *num.* 26. & sexcenta & tredecim, quia tot sunt ossa in humano corpore, post Albertum Magnum, & alios notat Viuald. *d. cap.* 6. Lex verò Euangelica pauciora habet præcepta, moralia enim non obligant qua talia, sed quia naturalia sunt, iudicialia verò nulla posuit Christus, cæremonialia autem paucissima sunt, paucisque & manifestis Sacramentorum ritibus continentur, septem scilicet, quæ omnia non omnibus sunt necessaria. Quod verò maiorem aliquam habet difficultatem Confessio auricularis, quæ tamen difficultas maximis aliis vtilitatibus compensatur, propter quas, quod de virtute dicebat Plato, de Confessionis præcepto dici solet radices amaras esse, fructus verò suauissimos, atque ita hanc differentiam post D. Thom. 1. 2. *quæst.* 108. *art.* 4. prosequitur latè Albertin. *d.* §. 4. *à num.* 24. Sot. *d. q.* 8. *art.* 2. *per tot.* Viual *d. cap.* 7. *à num.* 12. Sayr. *d. num.* 4. *vers. denique.* 19

§. His itaque.

Manet immobile.) Notatur ad hoc quòd præcepta moralia veteris legis non expirarunt à passo Christo, quia sunt naturalia, & pe manebunt in perpetuum, vt per Greg. Lop. *l.* 3 2. *gloss.* 3. *vers. vt dixi superius, tit.* 9. *part.* 6. Roch. *in cap. vlt. de consuetud. sect.* 2. *num.* 1. Rebuff. *tom.* 3 *ad leges Galliæ, in præfat. tit. de consuetud. n.* 45. Nauar. *de datis & promiss.* 3. *octauo noto, num.* 13. *post princip.*

Ex quo Cain, &c.) Gratianus *in præsenti* credit ius consuetudinarium ab eo tempore exordium habuisse, ex quo Cain ciuitatem ædificasse legitur, &

 sic

sic postquam homines conuenientes in vnum cœperunt simul habitare, ita Roch. *de consuet. in præfat. num.* 2. Rebuff. *d. loco num.* 5. Nau. *in cap. nouit. de iudic. notab.* 3. *num.* 154.

DISTINCTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Legum iusta præcepta quis primus gentes docuit non bene constat.*

2 *Romulus legum initium posuit, editis scilicet Legibus Curiatis, Numa verò multa addidit, quæ legibus Romuli deerant.*

3 *Leges de rebus Diuinis, & Sacris primus explicauit Moyses.*

4 *Rempublicam magis expedit optimis legum præceptis, quàm optimo Principe gubernari.*

5 *Principem, seu aliquam superiorem potestatem in vnaquaque Republ. esse oportet, cui reliqui parere debeant.*

6 *Principum potestas in ferendis legibus quare ad Legem diuinam referatur, ostenditur.*

CAP. Moyses. I. *Isidor.*

1 QVis fuerit primus, qui iusta legum præcepta Gentes docuit non satis constat, quidam enim ad Cererem id referunt, Ouid. *Metamorph.* 15. Virgil. 4. *Æneid.* explicat Pierius *hyerog. lib.* 22. Alij vero ad Cain, & Nembroth, vt ex *Genes. cap.* 1. colligit Isidor. relatus *in cap. vlt. ad fin.* 6. *dist.* Græcis autem Phoronæus primùm leges dedisse, Solonem Atheniensibus, Lycurgum, Lacedæmoniis, docet idem Isidor. relatus *in præsenti text.* & alios aliis, vt prosequuntur Alex. ab Alex. *dierum genialium lib.* 6. *c.* 10. & Cassan. *in Catalogo gloriæ mundi part.* 10. *consil.* 19. Inter Romanos verò Romulo id tribuit Pompon. *in l.* 2. *ff. de origine iuris, in princ.* licèt eius successori Numæ Pompilio id tribuat Isidor. *in præsenti*; sed facilè com-
2 ponuntur, certum est enim legum initium Romulum posuisse, editis scilicet legibus Curiatis, quarum meminit Iurecons. *in dict. l.* 2. *in princ. ff. de orig. iuris*, explicat Alex. ab Alex. *dict. lib.* 1. *cap.* 17. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 18. *cap.* 13. *num.* 2. Sed quia deinde Numa Vrbem nouam conditam vi, & armis, iure, legibúsque ac moribus de integro condere parat, vt inquit Liu. *lib.* 1. *decad.* 1. multáque addidit, quæ legibus Romuli deerant, vt scribit Alicarnas. *lib.* 1. Vrbemque ipsam ad meliorem reduxit formam, & cumulatissimè satisfecit optimæ Reipub. gubernationi, vt prosequitur Carol. Sigon. *de iure antiquo Romanorum lib.* 1. *cap.* 3. non immeritò Numam auctorem fuisse legum Populi Romani ait Isidorus. Illud tamen certum est leges de rebus Diuinis, & Sacris primum explicasse
3 Moysen, vt docet *hic* Isidorus, & comprobat latè Polyd. Virgil. *de inuentorib. rerum lib.* 2. *cap.* 1. vbi ostendit ipsum Moysen fuisse multò ante Cererem, Solonem, Lycurgum, & alios, qui primi legum Auctores traduntur. Non dicas tamen Moysen tulisse Hebræis legem, sed quam Deus latam à se ipsi Moysi tradidit, illam eis promulgasse, secundùm S. Thom. 1. 2. *q.* 98. *art.* 1. 2. & 3. Modic. *in §. lex est, Instit. de iure nat. dub.* 1. *n.* 7. Nauar. *in princip. de pœnit. dist.* 5. *num.* 7. Vasq. 1. 1. *disp.* 150. *cap.* 3. Intellige Deum non per se immediatè, sed per Angelos Moysi legé dedisse, & antiquis Patriarchis apparuisse, vt obseruant Petr. Thyræ. *lib.* 1. *de spirituum apparitionibus, c.* 4. *lib.* 1. *de apparit. visib. c.* 24. & *lib.* 2. *de apparit. vocali, cap.* 15. & *lib.* 3. *de apparit. imagin. cap.* 15. Molin. *part.* 1. *quæst.* 51. *disp.* 2. *vers. quod attinet*, Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 4. *c.* 1. *quæst.* 1. Valent. *tom.* 1. *disp.* 4. *quæst.* 2. *puncto* 2. Ribeira *in cap.* 1. *epist. ad Hebræos à num.* 3. Pereira *in cap.* 31. *Genes. disp.* 1. & *in cap.* 3. *Exodi disp.* 6. Pined. *in cap.* 1. *Iob, vers. sextò, in fine*, Barradas *tom.* 1. *concord. lib.* 1. *c.* 15. Lorin. *in cap.* 7. *Act. num.* 30. Suar. *de Angelis lib.* 6. *cap.* 20. §. 25. *cum seqq.* & *de legib. lib.* 9. *cap.* 2.

Antiqua fuit inter veteres Philosophos disceptatio, 4
vtrùm expediret magis Remp. optimis legum præceptis, an verò optimo Principe gubernari, in qua semper eorum præualuit sententia, qui pro bonis legibus pugnabant, vt docuit Aristot. 3. *Polyt. cap.* 11. & 12. & *ethic.* 5. *cap.* 4. quem deinde alij constanter secuti sunt, vt constat ex Franc. Patritio *de Regno lib.* 1. *in princ.* Sot. *de instit. lib.* 1. *quæst.* 5. *art.* 1. *ad* 4. Castr. Valent. & alij, ex quibus communem comprobat Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *capit.* 3. *numer.* 3. apud quos videbis vniuscuiusque partis rationes. Quamuis autem
alij in contrarias abierint sententias, nunquam tamen 5
aliquis dubitauit expedire, immo oportere in vnaquaque Republica esse aliquam superiorem potestatem, seu Principem, cui reliqui parere debeant, eleganter enim scribit Cicer. 3. *de legib.* quòd sine Imperio, nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse Mundus potest, ratióque colligitur ex Tacito *annalium* 1. dum inquit, vnum est Imperij corpus, vnius animo regendum videtur, exornat latè Lipsius *Politicor. lib.* 2. *capit.* 1. & 2. Virgil. Polydor. *dict. cap.* 1. exemplóque brutorum animantium comprobat S. Hieronymus *in cap. in apibus* 7. *quæst.* 1. & ex Philosophis Con. *practicar. cap.* 1. *num.* 1. Sic quamuis à principio homines in syluis vitam degerent, nullam colentes Religionem, nullúmque humanitatis officium, postquam tamen lumine ipso naturali ducti ad ciuilem societatem congregati ciuitates condere cœperunt, statim intellexerunt sine legibus, & iudicibus, qui iustitiam singulis administrarent, non posse consistere, vt optimè docuit Iustinian. *in §. singulorum, Instit. de rerum diuis.* consonat Isidor. *in cap. vlt. §. ius vero* 6. *dist.* eleganter prosequitur Conan. *comment. iuris Ciuilis lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. & *cap.* 7. *à princip.* & Lusitanus noster Osorius *de nobilit. ciuil.* §. 2. comprobátque totum hunc discursum Iurecons. Pompon. *in d. l.* 2. *in princip. ff. de origine iuris*; quamuis enim narret initio Romanæ Ciuitatis populum sine certa lege, & sine certo iure omnia agere instituisse, idest, sine certis scriptis legibus, statim tunc subiungit, quòd omnia manu à Regis gubernabantur, hi enim ex more, ac rationis & æquitatis præscripto, quod sibi rectum videbatur, præcipiebant.

Ex quibus colligitur ratio, quare Principum potestas 6
in ferendis legibus, & obligatio subditorum obediendi eorum præceptis ad legem diuinam referatur, ex Paul. *ad Roman.* 13. refertur *in capit. qui resistet.* 11. *quæst.* 3. & rursus leges diuinitus dicuntur per ora Principum promulgatæ *in capit. vlt.* 16. *quæst.* 3. quia scilicet Deus ipse mediante lumine naturali Principibus hanc potestatem concessit, Prouerb. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt*, explicat August. *in c. quo iure* 8. *dist.* exornat Couar. *d. c.* 1. *n.* 6.

Decem viros.] Qui fuerint enumerat Marant. *de ordine iudic. part.* 3. *num.* 20.

CAP. Fuerunt. II.

DE legibus XII. tabularum, de quibus hic text. loquitur, videndi sunt Conan. *lib.* 3. *de iure Ciuili*

uili,cap.11.n.2.vers. quo tempore, Alex. ab Alex. *lib.6. dierum genial.cap.10. non longè post.princip.vers.ex his*, Anton. August.*de legibus,& senatusconf.pag.mihi* 217. Decian. *tract.crimin. lib.2. cap.26.* Azor. *instit. moral. part.1.lib.6.cap.63.per tot.*

Distinctio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, meum,& suum,*spectant ad dominium.*
2 *Meum dicitur, quod ex re mea prouenit.*
3 *Imperatorum constitutiones super rebus Ecclesiasticis non valent,nisi confirmata sint ab Ecclesia.*

Cap. Quo iure. I. *Augustin.*

NOnne *iure humano* ,&c.] Notatur ad hoc quòd iure humano, seu Gentium rerum diuisio fuit introducta,de quo tamen vide S. Thom. 2.2. *quæst.66. art. 2. ad 1.* Scot. *in 4.distinct.15. quæst. 2. articul.1.* Conan. *lib. 1. iuris Ciuilis cap.6. num.5.* Medina. *in C.de rebus restit. quæst.1.concl.3.vers.quibus non obstantibus* , Salon.2.2. *quæst.4.art.1.& 2.* Molin *de instit.tract.2.disp.10.concl. 1.& 2.*Nau.*in cap.nouit.de iudic.notab.3.num.22.ad fin.* Mart.*de iurisd.lib.1. cap.1. num.12.* At verò communiter receptum est omnem rerum diuisionem virtualiter quidem iure Gentium fuisse inductam , non tamen actualiter, cùm plures sint diuisiones , quæ licèt ad illam iuris gentium diuisionem , velut partes ad totum reducantur; per se tamen considera.tæ non ad ius gentium , sed ad Ciuile potiùs spectant. Nec contrarium resoluit text. *in præsenti.* dum omnem tribuit diuisionem iuri Ciuili , ibi, *tolle iura Imperatorum*, &c. quia D. Augustinus *hic* omnes iuris opiniones ad duas tantùm reduxit , nempe ius humanum , & diuinum, proinde sicut ius naturale ad diuinum, ita meritò ius gentium(quod constat esse humanum)ad ius Imperatorum reducitur.

1 In gloss. *Meum est.* ibi, *hæc verba* meum , & suum *spectant ad dominium.* Ita Nauar.*comment.2.de Regularib.num.1.*Menoch. *cons.456.num.16.* Cald. Pereira *de emption. & vendit.cap.10.num.2.* Ego ipse *in tract. de dictionib.vsufreq.dict.198.num.7.*secundùm Lugdunen. impress. Meum enim dicitur,quòd ex re mea prouenit,
2 Menoch.*cons.106.num.182.& num.236 & num.239.& consil.115.num.60.*

3 In gloss.*Leges.* ibi,*constitutiones Imperatorum super rebus Ecclesiasticis non valuissent,nisi postea confirmata fuissent ab Ecclesia.* Vide Azot.*instit moral.p.2.lib.10. cap.7.quæst.9.*Surd.*cons.301.num.9.*Suar. *de legib.lib.3. cap.34.* Stephan. Gratian. *discept. forens.cap.164.num. 12.& 13.*Cardin. Baron.*tom.7.annalium Ecclesia anno Christi 565.pag.486.*Mart. *de iurisdict. p.4.cent.1.casu 1.num.21.& casu 19.& casu 86.num.10.& cent.2. casu 137.num.6.*Fr.Anton.de Sousa *in relect.de censur.Bullæ Cœnæ disput.76.cap.15 num.4.*

Cap. Quæ contra mores. II.

VIde dicta *in collectan.ad cap. illa inf.12. dist.* Et notatur hic text. ad hoc quòd aduersùs naturale ius nulla consuetudine agere licet, vt per Sylu. *in sum. verbo consuetudo §.1.num.2.ad med.*Greg.Lop.*l.3.gloss. 1.tit.2.part.1.*Petr.Rauen.*de consuetud. sect.3. num.51.* Nauar.*de redditib.Eccles.q.1.mon.24.n.1.*Soar.*de legib. lib.7.cap.6.num.4.*

Turpis est pars.] Ergo subditi partes suæ Reip.sunt, vt per Nauar.*cons.7. num.11.in fine, de iureparron.* Simanch. *de Cathol. instit.cap.4.à princ.*

In gloss.*Aut peregrini.* ibi, *soli perpetuè habitantes, obligantur legibus ciuitatis,&c.* Ita Lesch... .4.q.17. *art.3.fol.104.col.1.§.tertio dico*, Angl *in floribus Theolog.1.p.q.4.de ieiunio,ante dub.1. diffic.2.fol.386.* Azor. *instit.moral.p.2.lib.1.cap. 16.q.9.* plures , quos refert Sanch. *de matrim.lib.3. disput. 18. num. 8.* vbi tamen *num. 9.* credit sufficere , vt aliquis teneatur legibus,& consuetudinibus alicuius oppidi, vt maiori anni parte ibi sit habitaturus & subdit Dominic. *hic vers.cogitate tamen*,& Felin. *in cap. quod clerici, statim in princ. de foro compet.* reprobare hanc glossam dum comparat scholares peregrinis , quia inquiunt , quamuis minimè scholares acquirant domicilium in loco studij defectu animi perpetuò habitandi , sortiuntur tamen forum: Vnde videtur innuere aduenas non obligari legibus loci in quo morantur, vt notant Comitol.*respons. moral.quæst.57.num.1.* Soa: *tom.1. de Relig. lib.2. cap.14. num.2.* sed contrarium verius est , vt probant Nauar. *in man.cap.13.num 5. vers.infertur tertio , & cap. 23.num.120.*Bart.*in l.cunctos populos n.14.cum seqq.C. de sum.Trinit.*Decian.*tract.crim. lib.2. cap.35.num.21. & 26.*Henriq.*in summ.lib.7.cap.13 §.8.*Soar. *d.cap.14. num.9.& de legib.lib.3.cap.23.num.3. cum seqq.*Sanch. *d.disput.18.num.4.& in præcepta Decalogi tom.1. lib.1: cap.12.ex num. 19.*

Cap. Mala. III. *Nicol.*

RAdicitus extirpandam esse perniciosam consuetudinem, docet Nicol. Pontifex *in hoc text.* & ex eo colligunt Petr.Rauen. *de consuet.sect.2. num.43.*Iacob: de Graffis *in aureis decis.p.1.lib.3.cap.19.n.48.* Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ,in præfat. tit. de consuetud. n.44:* Abb.*in cap.cùm venerabilis, num. 4. de consuet. & in cap.cùm consuetudinis , num. 3. in fine, & in cap. cum tanto,num.4. eod.tit.*Paul.Fusc, *lit. C.sing.9.* Tiraq. *de retract.lig. in præfat, n. 68. vers. nam si hæc consuetudo:* Rebuff.*in proœmio ad leges Galliæ gloss.5.n.114.*Salazar *de vsu,& consuetud.cap.3. in princip.* Petr. Magdalen, *de num.testium in testam part.1.cap.12. n.76.* Matiens. *l.8.gloss.10. tit.11. lib.5. nouæ recopil* Menoch. *de præsumpt.lib.2. præs.1. num.9.cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept at.forens.cap.88. num.19.*

Cap. Si consuetudinem. V. *Greg.*

GRegorius relatus per Grat: *in præsenti* ait quamlibet consuetudinem veritati esse postponendam, quia consuetudinem ratio , & veritas semper excludit, de quo vide Roch. *de consuet. sect. 1. num.14.*Rebuff. *ad leges Galliæ.tom.5. in præfat. tit. de consuetud: num.44.*Iacob. de Graffis *in aureis decis. part. 2. lib.3: cap.19.num.48.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo præsumitur iusta,ac sancta,& magna cum ratione introducta.*
2 *Lex informans per consuetudinem abrogari potest.*
3 *Consuetudo attenditur in præcedentiis , in soluendis gabellis,in decimis,in locationibus, in emphyteusi, & in testamentis.*
4 *Consuetudo debet obtineri in contradictorio iudicio.*
5 *Consuetudo requirit scientiam , & consensum Principis.*
6 *Consuetudo requirit pro substantia totius , vel saltem maioris partis populi consensum.*

Cap.

Cap. Frustrà. VII. *Augustin.*

AVgustinus *lib.4. de Baptismo, contrà Donatistas capit. 5.* relatus in hoc text. ait consuetudinem veritati frustrà opponi, vt per Roch. *cap. vlt. de consuetud. sect.7. ex num.18. & sect.1. num.14.* Petr. Rauen. *de consuet. sect.2. num.13.* Abb. *in cap. vlt. num 14. de consuet.* vbi Anchar. *num.6. ad med. & num.7. vers. sed hic tertiò.*

1 Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 1. num.* 4. ex hoc text. colligit consuetudinem præsumi iustam, ac sanctè, & magna eum ratione introductam.

2 In gloss. *Consuetudinem.* ibi, *item ratione consuetudinis potest Episcopus*, &c. Notatur ad hoc quòd lex informans, puta quæ formam, seu solemnitatem substantialem actibus præscribit, vel certas personas ad contrahendum, eligendum, &c. incapaces reddit, per consuetudinem abrogari potest, vt per Suar. *de legib. lib.7. cap. 19. num.14.* Salas *eodem tract. disp.16 sect.10.* Sanch. *de matrim. lib.7. disp.4. n.13. cum seqq.* Coninck *in 3. part. tom.2. disp.30. dub.1. conclus.6.* Laymann. *in Theol. morali tract.4. c.24. num.13.*

3 In eadem gloss. ibi, *item in aliis casibus*, &c. Plures reperiuntur in iure casus vltra *hic* expressos, in quibus attenditur consuetudo, veluti in præcedentiis, & prælationibus, Menoch. *cons.126. num.3. & cons.302. num. 43.* Ioan. Garc. *de nobil. gloss.48. §.3. num. 22.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 106. num.8.* Rot. *decis. 595 num.1.* apud Farin. *part.4. diuers.* In decimis Gutier. *practic. lib.1. q.19 num.3.* In soluendis gabellis Menoch. *cons.9. num.7. & consil.21. num.15.* In locationibus Surd. *decis.131. num.2.* In emphyteusi Cald. Pereira *de potestate eligendi cap.6. n.3.* In testamentis, Menoch. *consil. 302. num.43. cum sequent.*

4 In eadem gloss. ibi, *item quod obtinuerit in iudicio.* Vide Mascard. *de probat. concl 427. num.3.* Flamin. *de resignat. benefic. lib.3. q.6. num.28.* Bernad. Græuæ *in pract. Cameræ Imperial. lib.2. concl.31. num.17. cum seq.* Ceual. *commun. contra commun q.358.*

5 In eadem gloss. ibi, *item quòd sit de scientia Principis inducta, non tamen de tolerantia.* Vide Duen. *reg.141.* Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ, in præf. tit. de consuetud. num.36.* Vasq. *1.2. disp.177. cap.2. num.19.* Salas *de legib. disput.19. sect.4. num.37. ad fin. & num.40.* Mich. Graff. *tom.2. commun. opin. lib.1. tit.17. n.368. pag.147.* Valasc. *consil.162. num.17.* Bernard. Græuæ. *dict. conclus.11. à num.34.* Mench. *vsufreq. cap.3. num.3.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib.5. cap.18. q.9.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.1. q.6. art.12.* Ceuall. *comm. quæst.357. num.3.* Cardos. *in praxi indic. verbo consuetudo, num.5.* Sanch. *de matrimon. lib.7. disputat.4. num.12. & 14. & disput. 17. num.7. & disput.82. num.20.* Suar. *de legib. lib.7. cap.13. num.7. & 11.*

6 In eadem gloss. ibi, *item maior pars populi consueuerit illa consuetudine vti.* Vide Mich. Graff. *d. tit.16. n.302.* Valasc. *d. cons.162. num.16.* Mascard. *concl.423. num.3.* Ceuall. *d. quæst.357. num.7.* Cardos. *d. num.5.* Rebell. *de oblig. iustit. p.2. lib.1 quæst.5. num.17.* Suar. *de legib. lib.7. cap.9. num.12.*

Distinctio IX.

Summarium.

1 *Principem legibus suis obtemperare iustum est.*
2 *Princeps saltem directiuè propria lege tenetur.*
3 *Princeps suis legibus quoad vim coactiuam, & pœnas in foro exteriori solutus est.*
4 *Principi quis dicere auderet, cur ita facis.*

Cap. Iustum. II. *Isidor.*

SANCTVS Isidorus *lib.3. sententiarum, de summo bono, cap.52.* relatus *in hoc. text.* ait iustum esse Principem legibus obtemperare suis, concordant. *cap. si incompetenter 2. quæst.7. l. ex imperfecto. ff. de legat. 3. l. digna vox C. de legib. §. vltim. Instit. quibus modis* 1
testam. infirm. vnde Principem saltem directiuè pro- 2
pria lege teneri, resoluunt Sot. *de iustitia lib.1. q.6. art. 7. concl.3.* S. Thom. *1.2. quæst.96. art.5. ad 3.* Greg. Lop. *l.16. tit.1. p.1. gloss.1.* Cou. *in cap. alma mater p.1. §. 1. n. 3. & 4.* Nauar. *in cap. si quando, except.8. num.12. & 13. de rescriptis.* Rebuff. *in proœm. ad leges Galliæ, gloss. 1. num 54.* Ioseph. Ludou. Perus. *dec. 71. num.26.* Mexi. *in tract. tassæ panis concl.5. num.52.* Menoch. *de arbitr. quæst.7. num.70. & consil.331. num.64.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Princeps 10.* Mench. *illustr. lib.1. cap.1. à num.19. & cap. 2. num.1. & cap. 26. num. 13.* Gondiss. Mendez de Cabed. *diuersorum iuris argument. lib.3. cap.1. num.3.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.146. num. 1. & 2.* Fachin. *controuer. lib. 1. cap. 2.* Surd. *de aliment. tit.1. q.1. à num.10.* Flamin. *de resignat. benefic. lib.3. q.1. à num.16.* Bobadil. *in sua Politica lib.2. cap. 10. num.51.* Sayr. *in claui Regia lib.3. cap.4. num.10.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.5. cap.11. q.1. ad fin.* Ioan. Pineda *tom.2. in Iob cap.34. vers.18. pag.637.* Suar. *de legibus lib.3. cap.35. à num.25.* Georg. de Cabed. *Lusit. decis.78. & 79. num.1 p.3.* Morl. *in emporio iuris p. 1. tit.1. q.1. per tot.* Sanch. *de matrim. lib.8. disp.17. num.31.*
pariter resoluentes Principem suis legibus, quoad vim 3
coactiuam, & pœnas in foro exteriori solutum esse, quis
enim Principi dicere audeat, cur ita facis, Afflict. *decis.* 4
265. num.61. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.5. consid. 35. vers. & vt semel,* Mench *d. cap.1. num. 4.* Menoch. *cons.103. num.38. & cons.181. num.24.* Pereg. *de iure fisci lib.1. tract.3. num.4. & 64.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. quæst.97. num.25. & 26.*

Damnare iura, &c. Ergo Princeps facta pace cum hostibus non posse bona illis remittere, quæ subditi sui tempore belli acquisierunt absque illorum subditorum consensu, vt per Gam. *Lusitan. decis.335. n.5.*

Cap. Noli. III. *Augustin.*

AVgustinus *in prologo. lib. 3. de Trinitate* relatus à Gratiano *in præsenti textu,* ostendere vult Sanctorum Patrum scripta non esse pro lege suscipienda, ac necessariò admittenda. Sunt etenim multa, quæ ab ipso Augustino traduntur; quorum contraria placuerunt Hieronymo, & alia, quæ etsi ad Religionem, & fidem pertineant, possunt in controuersiam deduci, & examinari an sint contraria veritati, quæ eo tempore latebat, postea verò in lucem prodierit Ecclesia Catholica definiente; vnde gloss. *in præsenti, verbo in istis*, temerè, ac falsò scripsit postea à Gelasio *in cap. Sancta Romana 15. dist.* scripta Augustini, & aliorum Sanctorum Patrum authentica censeri, ac pronunciari, vt vsque ad vltimum iota necessariò recipiantur, nam Gelasij testimonium *in dict. cap. Sancta Romana*, quod ipse præstat tantùm Leonis Papæ epistolæ ad Flauianum, cæteris Sanctorum virorum scriptis itidem tribuere mera est hallucinatio, ac temeritas viri parum intelligentis, & ideò optimo iure huius glossæ interpretationem improbant, ac refellunt Alphons. de Castro *lib.1. de hæresib. cap.7.* Cou. *ver. lib.4. cap.16. num. 6. in vers. Item epistolam, in fine.* nisi dicamus vnios, aut duorum Sanctorum auctoritatem in his, quæ ad sacras literas, & doctrinam fidei pertinent, probabile quidem

dem argumentum subministrare posse, firmum verò non esse, in quo sensu potest intelligi Castr. *citato loco*, vt eleganter tradit Can. *de locis Theologicis lib. 7. cap. 3. concl. 2.* Quando verò est concors omnium sanctorum Patrum, atque Doctorum Ecclesiæ sententia, & sensus circa fidem, & sacram Scripturam, tunc omnino tenenda est, quo pacto intelligunt dictam gloss. *in præsenti* Cordub. *in quæst. Theolog. lib. 4. quæst. 1. propos. 6. vers. tertium signum*, Soar. *de Fide disp. 5. sect. 3. num. 13.*

Cap. Ego solis. V.

AVgustinus ad Hieron *epist. 19.* relatus *in hoc text.* scribit in Scripturis Canonicis mendacia non admitti, quoniam aliter Deus, qui illarum omnium primus creditur auctor, suspectus de mendacio haberetur, quod Christianæ aures audire horrent, vide Castr. *de iusta heret. punit. lib. 1. cap. 4 vers. prima via*, Soar. *de Fide disp. 5. sect. 3. n. 7. & 8.* Franc. de Mendoça *tom. 1. in lib. 1. Regum anno 1. 2. proœm. sect. 3.*

In gloss. *Probabiles. i. i, ratio æquiualet. Canoni.* De quo vide Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 7. q. 1. n. 12. vers. sextum.*

Cap. Vt veterum. VI.

EX hoc text. quatenus veterum librorum meminit, colligit Tiraq. *de iure primog. in præfat. num. 155.* quod in libris corrigendis præferuntur seniores.

In gloss. *Græci.* ibi, *quia inter istos tres August. Hieron. & Gregor.* &c. Notatur ad hoc quòd Augustino magis credendum est in disputationibus, Hieronymo in historiis & translationibus, Gregorio in moralibus, vide Panorm. *in cap. ne innitaris n. 2. & 3. de constitut.* vbi Felin. *num. 8.* Azeued. *ad rub. tit. 1. num. 21. lib. 2. noua recop.* Augustinus tamen fatetur se multis in rebus Hieronymo esse minorem *epist. 97. ad Hieronym.* quia Hieronymus ætate erat grandior, Christianus à puero, insuper linguarum peritia excellebat, nullâque aliquando hæresi fuerat deformatus, vel spuria sobole auctus, vt obseruat Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 4. anno Christi 382. num. 25. vers. ex his autem.*

In ead. gloss. ibi, *& est hic argumentum quòd quantumcumque authenticum sit aliquod instrumentum, si tamen de ipso aliquid in dubium reuocatur, semper exhibendum sit illud, à quo originem ducit.* Vide Perez. *l. 2. tit. 6. lib. 2. Ordin. pag. 257.* Azeued. *l. 16. num. 4. tit. 25. lib. 4. noua recop.*

Et ideò falsum præsumi instrumentum, ex quo originale non reperitur, tradiderunt Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 735. q. 86. & de arbitrar. casu 187. num. 31.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 187. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum in parte falsum, reputatur falsum in totum.*

2 *Falsitas reperta in vno capitulo instrumenti, non tollit in totum fidem in aliis capitulis diuersis, & separatis.*

3 *Falsitas reperta, & commissa per Notarium vitiat instrumentum totum, quando illa respicit solemnia, seu substantialia instrumenti, non autem secus.*

4 *Falsitas vbi nullo modo respicit negotium, de quo agitur, non vitiat instrumentum in totum.*

5 *Falsitas quando consistit circa rem, cuius veritas aliunde demonstratur, vel in re tenui, & modica, vel in aliquo accessorio, non vitiat instrumentum in totum.*

6 *Instrumentis partes quando constat ex confessione partis esse veras, falsitas in vna non vitiat illud in totum.*

Cap. Si ad scripturas VII.

1 IN gloss. *Quid in eis arg. quòd si instrumenta, vel attestationes pro parte inueniuntur falsa, quòd in totum reprobantur.* Vulgariter allegari solet hæc gloss. an hoc, quòd instrumentum in parte falsum, reputatur falsum in totum, eiúsque fides pariter, & in totum prosternitur. Ita Doctores *in l. si ex falsis. C. de transact.* vbi Cyn. *num. 5.* Bart. *num. 1. vers. aut instrumentum, & in secunda lect. vers. si de vitio falsitatis*, Bald. *num. 14.* Alberic. *num. 4.* Angel. *num. 1.* Paul. de Castr. *num. 12. in princ.* Alex. *num. 10.* & Ias. *num. 9.* Canonistæ nostri *in cap. fraternitatis, de hæreticis*, de Host. *num. 6. in princip.* Ioan. Andr. *num. 1. vers. decimus*, Felin. *n. 61.* & Mar. Socin. *num. 11. vers. secundo casu*, Corn. *cons. 16. num. 23. lib. 1.* Cephal. *consil. 358. num. 56. lib. 3.* Bernard. *regul. 342. in princip.* Menoch. *de præsumption. lib. 5. præsumpt. 21.* Mascard. *de probation. concl. 742.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 25. num. 3.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo instrumentum num. 25.*

2 Amplia, vt non solùm procedat, quoad capitula connexa, & accessoria, vt expressè tenet gloss. *in præsenti*, & admittunt tanquam sine dubio Mascard. *d. concl. 742. num. 13.* & Menoch *d. præsumpt. 21. num. 15. 16. & 31.* sed etiam in separatis, & diuersis, si credimus Anchar. *in dict. cap. fraternitatis, num. 2. col. 1. vers. & hoc dicunt*, & *ibi* Butr. *num. 4.* Marian. Socin. *num. 11. vers. secundo casu, & num. 12.* Bald. *cons. 66. num. 4. versic. aut super pluribus, lib. 3.* Verùm contrarium, immò quòd falsitas reperta in vno capitulo instrumenti non tollat in totum fidem in aliis capitulis diuersis, & separatis, resoluit hæc gloss. & maiori Doctorum calculo recipitur, vt videre est ex multis, quos referunt, & sequuntur Gabr. *lib. 7. commun. conclus. 3. num. 4. ampl. 2.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 36. cap. 5. num. 3.* Mascard. *d. concl. 742. num. 5. & 11. cum seq.* Menoch. *d. præsumpt. 21. num. 42.*

3 Intellige principalem huius glossæ sententiam procedere, quando falsitas respicit solemnia seu substantialia instrumenti, vel, vt alij dicunt, quando respicit ea, in quibus est vis totius instrumenti, & de quibus Notarius de visu facit fidem, prout est in loco, & tempore, rogitu, testibus, & similia; in his enim falsitas reperta, & commissa per Notarium, etiam per verba narratiua, & enunciatiua, circa solemnia tamen, & substantialia, vitiat instrumentum in totum. ita Gabr. *dict. conclus. 3. num. 5.* Bernard. *regò. 348. in 1. ampliat.* Mascard. *dict. conclus. 742. num. 2.* Menoch. *dict. præsumpt. 11. num. 6. & 27.* Fachin. *controuers. lib. 9. cap. 79. vers. istu ergó.* Vnde secus erit dicendum, si falsitas non respiciat substantiam instru- 4
menti, vel eius circumstantias substantiales, tunc enim non vitiat totum instrumentum, putà si Notarius dicit contrahentem esse de vna terra, vel Parochia, de qua non sit; item si dixit contrahentem esse filium, consanguineum, vel affinem alicuius, & non sit, idem si dixerit, actum in domo Titij, & domus non erat Titij, sed alterius, & his similia, secundum nostros Canonistas *in dict. cap. fraternitatis*, vbi Innoc. *num. 1.* Host. *num. 7.* Ioan. Andr. *num. 1. col. 1. vers. si autem errauit*, Ancbar. *num. 2.* Butr. *num. 4. vers. secus si mentitus est.* Abb. *num. 4. vers. sed si falsitas*, Mar. Socin. *num. 14. vers secus si errauit*, & Card. Zabarel. *num. 1. col. 1. in 5. opposit. vers. aliquãdo.* Idem etiam vbi falsitas nullo

nullo modo respici negotiom, de quo agitur, Mascard. *d. conclus.* 742. *num.* 8. *cum seqq.* Menoch. *d. præsumpt.* 21. *num.* 10.

Limita quando falsitas consistit circa rem, cuius ve-
5 ritas aliunde demonstratur, vt per Bernard. *reg.* 348. *fallent.* 3. Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 8. Mascard. *d. concl.* 742. *num.* 8. & 9. Menoch. *d. præsumpt.* 21. *num.* 11. Vel commissa est io re tenui, & modica, Gabr. *d. concl.* 3. *n.* 11. Mascard. *d. concl.* 742. *num.* 21. Menoch. *d. præsumpt.* 21. *num.* 18. Vel reperitur in aliquo accessorio, veloti pœna vel fideiussore, Bernard. *reg.* 348. *fallent.* 2. Mascard. *dict. concl.* 742. *num.* 19. Menoch. *d. præsumpt.* 21. *num.* 14. & *seq.* Vel denique quando ex coofessione partis constat alias instrumenti partes esse veras. Gabr. *d. concl.* 3. *num.* 5. & *in* 1. *limit.* Menoch. *dict. præsumpt.* 21. *num.* 7. & 8. Mascard. *d. concl.* 742. *num.* 16.

Distinctio X.

Summarium.

1 *Leges seculares veluti inferiores sacris Canonibus famulantur.*
2 *Legi, aut Principi seculari nulla competit potestas in materia spirituali, & inter personas Ecclesiasticas.*
3 *Lex Canonica præualet seculari in materia peccati nutritiua.*
4 *Lex Ciuilis inter laicos in suo foro debet obseruari si materia temporalis sit, nec subsit ratio peccati.*
5 *Declaratur text. in cap. dilecti 6. de iudic.*
6 *Cap. 1. de arbitr. lib. 6. debet in foro ciuili, & inter laicos obseruari.*
7 *Papa solus Episcopatus diuidit.*
8 *Papa etiam inuito Episcopo potest Episcopatum diuidere.*

Cap. Lege I. *Nicol.*

1 Nicolavs Papa scribeos ad Episcopos in Concilio apod Coouicinum congregatos, *in præsenti text.* relatus, elegantibus, & disertis verbis probat leges secolares velot inferiores sacris Canonibus famulari, quod elegaoter comprobat Felix Pont. *in cap. certum est, hac eadem dist.* vbi, *Regiam voluntatem Sacerdotes Christi studeatis subdere, non præferre*, &c. quod & Imperatores ipsi profiteri noo erubescunt, vt refertur *in cap. Valentinianus* 63. *dist.* ibi, *talem itaque in Pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus Imperium, syncerè nostra capita submittamus*, & deducitur ea iis, quæ circa vtriusque potestatis spiritualis scilicet, & temporalis, distinctionem docent generaliter Pontifices *in cap. solitæ, de maiorit. & obed.* text. opt. *in extrauag. vnam sanctam vers. vterque, eodem tit.* vbi post molta concludit, oportet gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem subiici potestati, cum multis aliis, quæ adducunt Viguer. *institut. Theolog. cap.* 17. §. 2. *vers.* 6. Viuald. *in candel. aureo p.* 4. *cap.* 9. *num.* 1. Bobadil. *in sua Politica lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. & 39. Suar. *de legib. lib.* 4. *cap.* 11. *à num.* 6. & 9. Vnde infert Abb. *in cap. clerici, de iudic.* scientiam Canonicam legali, & Doctorem iuris Canonici Doctori legum esse præferendum, quod post alios comprobat Dec. *in cap. super specula* 28. *num.* 3. *de priuileg.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 10. *consid.* 17. & eleganti discursu tradit Fortun. *de vltimo fine iuris à num.* 11. & 49. *cum seqq.* Benni. *de priuileg. Doctorum in proœm. p.* 3. *num.* 21. Azeued. *ad l.* 2. *num.* 4. *tit.* 14. *lib.* 6. *nouæ recop.*

Quod quidem notabiliter declatandum venit, vt
recte procedat in materia spirituali, & inter perso- 2
nas Ecclesiasticas. nàm io his certum est legi, aut Principi seculari nollam competere potestatem. iuxta reg. text. *in cap. Ecclesia, de constitut.* proinde in eis non solùm legem Canonicam præualere, sed omnino obseruandam esse, veluti in materia decimarum, *cap. tuæ*, §. 1. *de decim.* vbi dixi, & in materia iuramenti *cap. vlt. de foro compet. in* 6. cum aliis, de quibus Cou. *in cap. quamuis part.* 1. §. 5. *num.* 6. Gutier. *de iuram. confir. p.* 3. *cap.* 12. & Cened. *ad Sextum collect.* 22. quibus addo Corn. *de absolut. iuram. prælud.* 3. *à num.* 10. Seraphin. *de priuileg. iuram priuil.* 66. Matt. *de iurisdict. p.* 2. *cap.* 9. in materia matrimoniali, *cap. tuam, de ordine cognit. cap. causam quæ, cap. lator*, vbi dixi, *qui filij sint legitim.*

Procedit etiam facilè supradicta resolutio in mate- 3
ria peccati notritiua, in qua certum est legem Canonicam præualere, neqoe Ciuili, quæ peccatum fouet, standum esse, vt generaliter decidit text. *in cap. vlt. de præscript.* accommodatum exemplom adducēs de præscriptione cum mala fide, explicant Marant. *de ordin. iudic.* 3. *p. num.* 64. & citati a Garc. Falcon. *reg.* 57. *à num.* 7. & in materia vsurarū probat *cap.* 1. & 3. & *per tot. de vsur.* text. opt. *in Clem.* 1. *eodem tit.* Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *à princip.* Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 18 *à n.* 7. Aliud exemplum adducit Henric. Caois. *in tract. differentiarum vtriusque iuris, differ.* 17. de materia text. *in c. vlt. de sepult.* & *in cap. in litteris, de raptoribus*, dum ratione peccati, vt ab eo defuncti liberentur, coguntur vbi hæredes damnum ex delicto proueniens restituere, contra ea, quæ notantur *in l. vnic. C. ne ex delictis defunct.* Sic etiam licèt iure Ciuili constitutum sit pro regula, interdictum *vnde vi* noo dari contra singularem successorem, *l. cum à te, ff. de vi, & vi arm.* ratione tamen peccati iure Canonico contra scienter succedentem in vitio prouisum est, *in cap. sæpe, de restitut. spoliat.* ea ea ratione, quòd ad periculum animæ non multom intersit iniustè retinere, aut iouadere alienum vt notat Canis. *vbi suprà differ.* 15.

Extra hos verò casus si materia temporalis sit, nec 4
ratio peccati subsit, lex Ciuilis debet Canonicæ præualere, & in suo foro inter laicos obseruari, iuxta regulat. *in cap. cùm ad verum* 96. *dist.* & *in cap. nouit. in princip. de iudic.* explicat Ceuall. *commun. contrar.*
in præfat. num. 50. *cum sequentib.* & ad propositum 5
exemplum adducit Canis. *d. tract. differ.* 10. *ex cap. dilecti* 6. *de iudic.* vbi multi putant probari attēto iure Canonico actiouis nomen in libello exprimere necesse non esse, cùm iure Ciuili sine actione nullus valeat experiri *l. si pupilli.* §. *vlt. ff. de negot. gestis*; vnde vnam hanc esse differentiam ex aliis iuris Canooici, & Ciuilis profitetur Butr. *in princip.* & Barbat. *num.* 25. *in d. c. dilecti*, & velut communem tradit Dec. *in l. edita, num.* 2. *C. de edendo*, sed minimè text. ille hoc probat, sed solùm quòd attento iure Canonico, non attenditur quo nomine actio intentetur, quod etiam de iure Ciuili verum esse profitentur Doctores communiter *in dicta l. edita*, minimè verò admittit sine actione posse quempiam experiri, atque ita eam differentiam contra Butr. improbant *ibi* Abb. Felin. & communiter Doctores, Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 10. *num.* 6. Aze-
ued. *ad l.* 1. *num.* 6. *tit.* 2. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Illud verò 6
exemplum faciliùs procedit, quod adducit Canis. *differ.* 8. *ex cap.* 2. *de arbitr. lib.* 6. dum statuit, vt duo ex tribus arbitris possint in causa procedere, tertio contumaciter, vel voluotariè absente; debet enim in foro ciuili, & inter laicos seruari contraria regula iuris Ciuilis, de qua *in l. si in tres, ff. de arbitr.* vt benè notauit gloss. *in d. cap.* 2. recepta communiter secundùm

Aoton.

Anton. Gom. *l.* 38.*Tauri num.* 4.Rebuff. *ad leges Gallia in proœm.gloss.*1. *ad finem*, Mantu. *dialog.*64.Simili modo discuttere poteris circa materiam text. *in cap. vt debitus, de appellat. & in cap.cùm tibi, de testam.* & circa duas quartas, de quibus *in cap. Rainutius, & in c. Rainaldus, eodem tit.* & circa alias LIV. vtriusque iuris differentias, quas commemorat Canis. *dict. tractat.* & circa XCVIII. quas ponit Galuan. *in simili tract. differentiarum legum, & Canonum, &* CC. quas adducit Baptista de S.Blasio, & demum CCLXXVII. quas congessit Zoannet. *sub repet.text. in c.2.de accusat.*

7 In gloss. *Diuisis.* ibi, *Papa Episcopatus diuidit.* Ita Host. *in cap.cùm contingat, num.*11.*de foro compet.* vbi Butr. *num.*11.*vers. de consuetudine.*Panorm. *num.* 18.& Bellam. *n.*15.*vers.tamen certum est,*Rot.*decis.*324.*n.*2. apud.Farin.*part.*1 *recent.*

8 In gloss. *Diuisiones*, ibi, *nec Papa inuito Episcopo*, &c. Notatur ad hoc, quòd Papa inuito Episcopo non potest diuidere Episcopatum prætérquam ex causa, vt per Abb. *in cap. vlt. sub num.* 12.*vers. & vide, de confirm. vtili, & inter suas quæstiones q.*1. *num.*17. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 42.*ad fin. de constit.* Nauar. *de spol.cleric.*§.3.*num.*2.Sed contrarium meritò resoluit Melch. Lother. *de re benefic. lib.*1. *q.*11. *num.* 31. *cum seqq.* vbi reprobat hanc glossam, & respondet fundamentis per sequaces adductis, ac declarat doctrinam Abb. *d.q.*1.*num*12. *vers.consilium tamen Collegij*, existimantis in noua constitutione Sedis Episcopalis, & dismembratione, assignantionéque diœceseon requiri consilium Collegij Cardinalium, vt procedat respectu necessitatis directiuæ, & intrinsecæ, non verò respectu necessitatis coactiuæ, & extrinsecæ, prout declarat etiam Card.Paleotb.*de sacr.Consist.consult.part.*1.*q.*3.*in resp.ad* 3.*argum.*

Cap. Non licet. II. *Symmach.*

Symmachus Papa *in sexta Synodo Romana tempore Theod. Regis*, relatus *in hoc text.* asserit Imperatori, vel cuiquam non licere aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quidquam, quod Euangelicis, Propheticis, aut Apostolicis regulis obuiet, agere; & ideo Pontificem & Imperatorem non posse dispensando vinculum legis diuinæ soluere, tenent S.Thom. 1. 2.*q.*97.*art.*4.*ad.* 3. Soar. *de legibus lib.* 10. *cap.* 6. *num.* 7. Vnde neminem obedire debere suo superiori, siue Principi, siue domino, siue patri, aut marito in prohibitis à iure diuino, & à sacris Scripturis, ex hoc text. colligunt Nau. *in rub.de indic.*§.13.*princ. num.* 5. *vers. quibus duobus*, Iacob de Graff. *in aureis decision.p.*2.*lib.*3.*cap.*25.*rub.de obedientia,n.*7.Farinac. *in praxi crimin. p.* 3.*quæst.* 97. *num.*5.*&* 6. Amplia vt idem sit in prohibitis à iure naturali, in quibus non esse obdiendum Principi, & obedientem non excusari per hunc text. scripserunt Archid.*in cap.rescripta num.* 2. *vers. si iure naturali* 25. *quæst.*2. Bellam. *ibid. col.*1.*num.*2. *in princip.* Grammat. *cons.*32.*num.*8. vbi secus resoluit in prohibitis à iure positiuo, scripto, vel consuetudinario.

Cap Si in adiutorium. VII. *August.*

Gloss. *verbo ciuem, in præsenti text.* ait Paulum ciuem Romanum se appellare, quia pater eius societatem contraxerat cum Romanis, & in signum fuit data ei penula, quam additio marginalis describit esse vestem consularem, qua induebantur consules ingredientes Curiam, & de ea meminit ipse Paul. 2.*ad Timoth. cap.* 4. *num.*13. dum inquit *penulam, quam reliqui Troade*, & addunt *ibi* Anselm. Lyra, Carthus. & Hugo Gardin. Lorin. *in cap.*22.*num.*28. *Act. Apost.* Cardin.Baron. *tom.*1. *annimal. Eccles.anno Christi* 48. *num.* 7. & S. Ambros. relatos à Magalanio *citato loco* Pauli, penulam esse vestem consularem, quam Pauli pater à Romanis acceperat, ipse verò Paulus à patre in argumentum nobilitatis, & ciuilitatis Romanæ.

Ex hac gloss. colligit etiam Boër. *decis.*160.*num.*22. *&* 23. quòd appellatione *ciuis* comprehenditur ciuis priuilegio factus, de quo vide quæ latè dixi *in tract. de appellat.verborum vtriusque iuris signific.appell.*113. *num.*5.

SVMMARIVM.

1 *Potestas duplex reperitur distincta, spiritualis scilicet à Christo Domino in Lege Gratiæ supernaturaliter data, & temporalis à Deo, naturaque ipsa naturaliter data in finem naturalem, & num.* 2. *vbi respondetur contrariis.*

3 *Imperium an à solo Deo habeatur, vel à Papa pendeat, ostenditur, & num.*4.

5 *Papa quandoque vtramque potestatem sibi assumit.*

Cap. Quoniam VIII.

Nicol. I.

Duplex reperitur distincta potestas, spiritualis scilicet à Christo Domino in lege Gratiæ supernaturaliter data, qua homines ad finem supernaturalem, æternámque beatudinem dirigerentur; alia temporalis à Deo, naturáque ipsa naturaliter data in finem naturalem, vt scilicet temporalis Respublica in pace, & tranquillitate gubernetur, floreat, & conseruetur: quam distinctionem, & vtriusque potestatis finem satis docet Cyprian. *in præsenti*, confirmat text. vulgaris *in cap. cùm ad verum* 96. *dist. cap.solita, de maiorit.* Extrau. *vnam sanctam, eodem tit. inter commun*, & text. opt. *in cap.nos si competenter.* §. *notandum* 2.*quæst.*7. Neque id solum attestantur Pontifices, verùm etiam ex ipsis Imperatoribus Iustinianus *in authent. quomodo oporteat Episcopos, collat.*1.ibi.*Sacerdotium, & Imperium, illud Diuinis ministrans, hoc autem temporalibus præsidens.* Facit elegans Imper. Valentini auctoritas in electione Ambrosij, relata *in cap. Valentiniano* 93. *dist.* ibi, *ego commiseram corpora, tu autem animas.* Vnde Theodoret. *lib.* 5.*Histor.cap.*17. scribit Ambrosium dixisse Theodosio Imperat. *Purpura Imperatores facit, non Sacerdotes.* Denique in Lege veteri adest testimonium *in* 2. *Paral.cap.*19. vbi inquit Iosaphat Rex, *Azarias Sacerdos, & Pontifex in omnibus, quæ ad Deum pertinent, præsidebit. porrò Zabadias super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent*, & *cap.*26. *in eodem Paralip.*2. Quibus & aliis fundamentis spiritualem Clauium potestatem secularibus Principibus minimè competere docent Victor. *de potest. Eccles.relect.*2.*sect.*4. *num.*2. Nauar. *in cap.nouit. notab.* 3.*à num.*23.*de iudic.* Con.*prædic.cap.*11.*num.*2. *vers.prima conclusio*, latè Cardin. Bellarm. *tom.*1. *controu.*3. *lib.*1. *cap.*7.*per tot.* latè refutans contrarium errorem Henrici VIII. Angliæ Regis, qui Ecclesiæ Anglicanæ caput se constituit, eodémque modo censuit alios Principes suprema esse capita Ecclesiæ in suis Imperiis, atque Regnis.

Neque iam obstat præcipuum, quod ille suam adstruebat sententiam, fundamentum ex Regum Legis veteris exemplo, dum legimus Moysen, Iosue, Dauid, Salomonem, atque alios, qui Duces, atque

Reges erant, negotiis Religionis se immiscuisse; nam primò respondetur Moysen non solùm Regem, sed etiam Sacerdotem fuisse, vt constat Psalm. 98. *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius*, reliquos autem si quando sacra munera obierunt, non tanquam Reges, sed tanquam Prophetas, vel aliis rationibus ex potestare quadam extraordinaria gessisse, comprobar Cardin. Bellarm. *dict. cap. 7. ad finem.* Neque tamen inde negandum est in illa lege sacra ministeria solis Sacerdotibus, non autem Regibus fuisse permissa, iuxta prædictas auctoritates 2. *Paralip.* 19. & 26. Adducitur præterea auctoritas Pauli *ad Roman.* 13. dum inquit, *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit*, & ibi, *Dei minister*, refertur *in cap. omnis anima, de censibus*, vnde inquiunt, custodiam & conseruationem Legis diuinæ Regibus, & Principibus esse commissam; sed facilè respondetur fatendo Principem potestatem habere respectu spiritualium, sed ministerialem, quatenus scilicet opus est ad spiritualium defensionem, & potestatis spiritualis obsequium, vt optimè explicat Pont. *in Extrauag. vnam sanctam, vers. in hac, de maiorit. inter communes*, confirmat Couar. *in reg. peccatam part.* 2. §. 9. *num.* 7. Mench. *illustr. cap.* 20. *cum seq.* & passim alij disputantes, an Summus Pontifex temporalem habeat potestatem. Neque obstat auctoritas Petr. 1. *c.* 2. ibi, *Regi tanquam praecellenti.* nam respondetur clericos Regi subditos esse, quatenus homines politici sunt, & partes Reipublicæ ciuilis, iuxta ea, quæ notantur *in cap.* 2. *per text.* ibi, *de immun. Eccles.* & quæ Henriquez *in sum. lib.* 10. *cap.* 15. §. 5.

In gloss. *Discreuit. & imperium à solo Deo habe-*
3 *tur*, &c. Sed non proximè, non enim Deus per se ipsum Imperatorem elegit, vel creauit, sed voluit vt ab Ecclesia, siue Romano Pontifice, cui totius Ecclesiæ administrationem commisit, eligeretur, & crearetur; vnde quia Pontifex id facit ratione muneris, & officij, quo fungitur; ideò ipse est, qui proximè per se ipsum, vel per alium Imperatori iurisdictionem, & potestatem tribuit, ipse est, qui electum Imperatorem vngit, consecrat, coronat, & patronum, ac protectorem Ecclesiæ facit, *cap. venerabilem, de elect. Clem.* 1. *d. iureiuran. Clem. pastoralis, de re iudic.* propter quæ iura, & alia Romanorum Pontificum Decreta, Imperium a Romano Pontifice esse, & pendere, & Imperatorem ab eo suam iurisdictionem, & potestatem habere, docent Augustin. Triumph. *de potestate Papa q.* 39. *art.* 1. *&* 2. S. Anton. *part.* 3. *tit.* 22. *cap.* 5. §. 15. Abb. *in dict. cap. venerabilem, num.* 11. *& cons.* 28. *part.* 1. Syluest. *in summ. verbo Papa, quæst.* 10. Castald. *de Imper. quæst.* 50. *à princip.* Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.* 1. *c.* 13. Mench. *illustr. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 23. Matt. *de iurisdict. part.* 1. *cap.* 32. *à princip.* Azor. *institut moral. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 2. *quæst.* 1.

Quod quidem eo maximè procedit post transla-
4 tionem Imperij à Græcis in Germanos à Summo Pontifice factam, vt in effectu considerant Nauar. *in cap. nouit, de iudic. notab.* 3. *num.* 127. *cum seqq.* Molin. *de iustit. tractat.* 2. *disput.* 24. *& disput.* 2 . *col. penult. vers. ad primam.* Cardin. Bellarmin. *controuers.* 3. *generali de Romano Pontifice, lib.* 5. *cap.* 8. *versic. septimum*, Suar. *de legibus lib.* 3. *cap.* 7. *sub num.* 7. *iuncto num.* 12. *&* 13.

In eadem gloss. ibi, *licèt Papa quandoque vtram-*
5 *que potestatem sibi assumat.* Vide Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 62. *artic.* 7. & quæ latè dixi *in tract. de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 2. ferè per totum.

Distinctio XI.

Cap. Vsus. I. *Nicol.* I.

Sidorus *in synonymis lib.* 2. relatus per Gratianum *in præsenti*, ait prauum vsum ratione superari & lege, vnde vulgò colligitur quòd vsus non excusat in iis, quæ de sui natura mala, & detestabilia sunt, de quo vide Felin. *in c. ea quanum.* 1. *in fine, de simon.* Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 10. *num.* 26. In quo autem differat vsus à more, tradit Soar. *de legibus lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 3. *ad fin.* quòd scilicet vsus tam de frequentia actuum, quàm de singulis actibus dici, potest, mos autem non dicitur propriè de vno actu, sed de frequentia actuum similium.

Cap. Ecclesiasticarum. V. *Basil.*

BAsilius *in lib. de Spiritu sancto cap.* 26. huius text. auctor, vt refert Nauar. *in Enchirid. de orat. cap.* 4. *num.* 6. meminit Apostolicæ traditionis, de qua plura congerit Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 10. *num.* 3. *ante fin.* & illius nomine intelligitur illa, quam Apostoli ex ore Christi acceperunt, vel quam illi tanquam instrumenta Spiritus sancti, seu dictante Spiritu sancto tradiderunt Ecclesiæ, non verò ea, quam historia tantùm continuat à tempore Apostolorum deductam, hæc enim non facit rem de fide, Soar. *de Fide disp.* 5. *sect.* 4. *num.* 5. 6. *&* 7.

Quibus par vitas, &c.) Notatur ad hoc quòd consuetudo vniuersalis perinde ligat ac lex vniuersalis, & consuetudo particularis, ac lex particularis, vt per Nauar. *in* 3. *p. sum gloss. de pœnit. dist.* 4. *num.* 32. vbi hunc text. ad hoc optimum dicit.

Qua Orientem versùs nos orare, &c.) Nota hîc rationem quare debemus orare versùs Orientem, quam etiam præstar Paul. Fusc. *de Visitat lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 7.

Cap. In his rebus. VII. *August.*

COnsuetudo parem vim habet cum lege, vt per Guid. Pap. *singul.* 83. Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Imper. lib.* 1. *concl.* 86. immo ex vi, & efficacia sua potest legem abrogare, Gregor. *l.* 1. *tit.* 2. *part.* 1. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ in præfat. de consuetud. quæst.* 5. *num.* 59. Spin. *in speculo testam p.* 14. *rub. num.* 17. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractam, num.* 24. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 17. Suar. *de legibus lib.* 7. *cap.* 18. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 1. Vnde transgressores consuetudinis debere puniri sicut transgressores legis, vt per Abb. *in cap. cum consuetudinis, num.* 3. *de consuetud.* Petr. Rauen. *de consuetud. sect.* 2. *num.* 43. Isa. *in l. iubemus, num.* 3. *C. de iudic.*

Appellatione legis, an & quando veniat consuetudo, vide quæ dixi *in tract. de appellatione verborum vtriusque iuris significat. verbo Lex.*

Distinctio XII.

Cap. Non decet. I. Calixt.

Ecclesiam Romanam tanquam magistram in omnibus esse sequendam ex hoc text. colligunt Palat. *de Benefic. in Curia vacant.* §. 3. Param. *de origine S. Inquisit. lib. 3. quæst. 1. in princip. numero* 63. Ratio est, quia in Romana Ecclesia remansit integra Apostolorum successio, & traditio, vt per Bellarm. *de verbo Dei non scripto, cap. 9. vers. quinta regula est.*

Cap. Præceptis II. Greg. IV.

IN superscript. ibi, *Gregor. Papa IV.* Vide Cæsar. Baron. *annal. Eccles. tom. 9. anno Christi* 839. *num. 4. pag. mihi* 608.

Collige ex text. neminem debere præceptis Apostolicis superbè resistere, vt per Palat. *de benefic. in Curia vacant* §. 3. Felician. *de censib. lib. 1. cap. 9. num. 1. vers. quarto.*

In gloss. *Causatio Episcoporum.* ibi, *solus enim Papa potest condemnare Episcopum.* Vide quæ dixi *de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg.* 112. *per tot.*

In eadem gloss. ibi, *solus Papa restituit eum.* Ita Gonzal *ad reg. 8. Cancell. gloss. 41. num. 21.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 50. num.* 11. secundùm Lugdun. impress.

In eadem gloss. ibi, *ipse solus agit de eorum renunciatione.* Ita Flamin. Paris. *de resignat. benef. l. 7. q. 11. num.* 17. Ego ipse *d. alleg. 50. num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo immota permanet, quæ nihil fidei Cathol. contrarium vsurpare dignoscitur.*

2 *Persona ineligibilis potest consuetudine fieri eligibilis.*

Cap. Nos consuetudinem. VIII.

Gregorius.

GRegorius vniuersis Episcopis Numidiæ *lib. 1. epist. 75.* relatus *in hoc text.* ait immotam permanere consuetudinem, quæ contra Fidem Catholicam nihil vsurpare dignoscitur, de quo vide nonnulla per Tiraq. *de nobilit. cap. 10. num. 1. & de iure primog. q. 40. num.* 158. Paul. Fusc. *de Visitat. lib. 1. cap. 18. num.* 31. Menoch. *de arbitr. cent. 1. casu* 82.

2 In gloss. *De Primatibus.* ibi, *quòd persona quæ aliàs est ineligibilis ratione consuetudinis*, &c. Notatur ad hoc quòd persona ineligibilis potest consuetudine fieri eligibilis, vt per Soar. *de Legib. lib. 7. cap. 13. num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Peregrini cessante scandalo tenentur seruare leges, vel consuetudines loci in quo per modum transitus reperiuntur, quando illæ in suo domicilio non obligant.*

2 *Peregrini non tenentur legibus sui territorij dum per alia loca peregrinantur.*

3 *Intestina die sabbati vesci possunt illi, qui per Hispaniam iter faciunt, quamuis eo loci oriundi sint, in quibus talia non vescuntur.*

Barbos. Collect. *Tom. V.*

Cap. Illa. XI. August.

AVgustinus ad Ianuarium *epist. 118. cap. 1.* rela- 1
tus *in hoc text. in vers. Mater mea*, videtur probare peregrinos, cessante scandalo, teneri seruare leges, vel consuetudines loci, in quo per modum transitus reperiuntur, quando illæ in suo domicilio non obligant, vnde gloss. *in præsenti*, *verbo societatem*, inquit inde sumi argumentum quemlibet teneri viuere secundùm consuetudinem illorum, inter quos versatur, subditque hinc ortum habuisse versus illos:

Si fueris Romæ, Romano viuito more,
Et si sis alibi, viuito sicut ibi.

& gloss. *verbo debent in l. 3. ff. de munerib. & honorib.* ponit versum,

Terra ad quam pergis cape mores, quos ibi cernis.

Quare ita resoluunt Abb. *in cap. consilium, num. 18. de obseruat. ieiun.* Philiar. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 23. §. est tertiò notandum*, Nau. *in man. cap. 23. n. 120.* Cou. *l. 4. var. cap. 20. num. 8. vers. sunt & in dicto*, Mexi. *in tract. sassapanis, conclus. 5. nu.* 80. Henriq. *in summ. lib. 7. de Indulgent. c. 13. §. 8.* Fr. Emmao. *in summ. tom. 1. c. 122. n. 1. & super Bullam Cruciatæ §. 1. n. 8. ad fin.* Suar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. de diebus festis, cap. 14. n. 2.* Gabr. Vasq. *tom. 1. in 3. part. disp. 184. cap. 3. num.* 28. Salas *de legib. disput. 16. sect. 4. concl. 4.* latè, & eleganter Basil. Pont. *in tract. de sacramento matrimon. lib. 5. ca. 7. §. 1. à princip.* vbi fundamenta huius sententiæ refert, & contrariis benè respondet; & *à num. 13. cum multis seqq.* disputat quid dicendum sit de obseruantia festorum, & ieiuniorum à transeuntibus, & *num. 14.* resoluit in hæc verba: *Tenentur peregrini ad ea præcepta seruanda si tempore, quo moram faciunt in eo loco, occurrat tempus obligationis adimplendi præceptum, aliàs verò non. Vnde si occasio fuerit comedendi, tenentur à carnibus abstinere, si in eo oppido abstinetur ab illis: idem est si cùm commorantur, instat occasio audiendi Missam, quia vide-*
licet dies festum est. Ex quibus benè infertur peregri- 2
nos legibus sui territorij, dum per alia loca peregrinantur, non teneri, ac proinde eos, qui per Hispa-
niam iter faciunt, quamuis ex eo loco oriundi sint, in 3
quo non vescuntur intestina die Sabbati, posse illis vesci iuxta Hispaniæ consuetudinem, item eos, qui ex iis locis sunt, in quibus lacticinia non comeduntur diebus ieiuniorum secundùm ius commune, posse vesci illis in eis locis, in quibus etiam sine priuilegio ex consuetudine adhibentur in cibum, sicuti bene resoluunt Sanch. *de matrim. lib 3. disput. 18. num. 18. cum seqq.* Suar. *d. lib. 2. cap. 13. num. 2.* Lessi. *de instit. lib 4. cap. 2. dub* 8. Basil. Pont. *d. lib. 5. cap. 8. num.* 1 Fagundez *in septem Ecclesiæ præcepta præc. 4. lib. 1. cap. 7. à num.* 10.

Quamuis hæc sententia sit probabilissima, probabilitate tamen non caret, quæ ait peregrinos, & forenses non adstringi legibus, & consuetudinibus loci, per quem transeunt, vel in quo per modum hospitij reperiuntur, cessante scandalo, & quando eæ non obligant in suo domicilio, & pariter probari videtur ex hoc text. *in vers. Alia, quæ per loca terrarum*, & sequuntur Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 13. q. 3.* & plures, quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib. 3. disput. 18. n. 6.* & nos quoque *in collect. ad c. 2. de obseruat. ieiun.* ideò omnes sunt probabiles, sed prima probabilior.

Cap. De his. XIII.

Ex Concil. Tol. XI.

PRobat hic text. posse Metropolitanum punire deuiantes à consuetudine Metropolitanæ Eccle-

siæ in diuinis Officiis, vt per Stephan. Quarant. *in sum. Bullary, verbo Archiepiscopi auctoritas, auct. 21. pag. mihi* 80. quem refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.1.tit.4.de praeminentia Archiepiscop. n.* 2.secundùm Lugdunen. impress. Suam enim Metropolim tenetur sequi Ecclesia suffraganea, *cap. Altaria il 1. de consecrat. dist.1.cap.institutus, de consecrat. dist.2.* & in Ecclesiis inferioribus seruandum est, quod in maiori seruatur. Nauat. *cons.5.num.3. de Regularib. in antiq. aliàs cons.26. num. 3. eodem tit. in nouis.* Hodie verò obseruari debent Pij V. constitutiones super recitatione Romani Breuiarij, vna incipit, *Quod à nobis postulas, sub dat.6. Idus Iuly* 1568. & alia quæ incipit, *Quod primum, sub dat. Id Iuly* 1570.

2 In gloss. *Adstringat.* ibi, *argum. Metropolitanum posse suspendere, & excommunicare suum suffraganeum.* Ita Lancel. Conrad. *in templo omnium iudic. lib.2.cap.4. sub num.18.* Bortæ. *de Synodo part. 1.num.45.46. & 47.* Stephan. Quarant. *dict. verbo Archiscopi auctoritas, num.8.pag.52.*

Distinctio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Perplexus accidentaliter, & secundùm quid inter duo, quorum alterum necessariò est facturus, & vtrumque arbitratur esse peccatum, iustè potest, & tenetur eligere quod sibi videbitur minus, vt maius euitet, & ratio redditur num. 5.*

2 *Suasio stupri filiarum facta à Loth impiis Sodomitis, vt maius malum euitaret, ei vertitur ad culpam.*

3 *Lex humana ciuilis non potest eligere minus malum, vt maius euitet, sed versùs vt num.12.*

4 *Peccatum nullum quantumuis minimum potest liberè aliquando eligi secundùm rectam rationem.*

6 *Malum minus in comparatione maioris, quando dicatur habere rationem boni, & desinere esse peccatum, ostenditur.*

7 *Errans sine copia Doctoris ex ignorantia inuincibili putans vtranque dubitationis partem æquè peccatum esse, potest minus malum eligere.*

8 *Malum minus ex duobus est eligendum, non solùm in malis pœnæ, sed etiam in malis culpæ, intellige etiam vt num.21.*

9 *Suadens, & inducens electionem minoris mali non peccat.*

10 *Consulere, aut inducere an possit quis aliquem ad eligendum minus malum, quod à parte rei malum fuerit ad auertendum maius malum à parte rei tale, ostenditur, & num.11.*

12 *Loth an peccauerit in filiarum prostitutione minus malum continente, ostenditur & num.13.*

14 *Ruben an iustè suaserit fratres volentes occidere Ioseph, vt mitterent in cisternam, & ibi sinerent mori fame, ostenditur.*

15 *Proximum occidere volenti iustè possumus suadere, quòd prius spoliet eius domum, vel abigat pecora, vt interim illum alioquin non liberandum subducere valeamus.*

16 *Malum minus suadere possumus ad maius auertendum, quando suasio minoris mali facta fuerit absque præiudicio tertij, nisi ille molestè non susciperet, vel alioquin obligatus fuerit ad illud suscipiendum.*

17 *Electio, & suasio minoris mali potest fieri vbi præiudicium non fuerit illatum tertio in particulari, & in indiuiduo.*

18 *Mali minoris suasio etiam damno tertij in particulari fieri potest, si tertius damnum molestè non susciperet.*

19 *Suasio minoris mali fieri potest etiam cum damno tertij in particulari, vbi tertius fuerit aliquid obligatus ad illud suscipiendum.*

20 *Suasio minoris mali fieri potest quando alter in actu iam paratus fuerit patrare maius malum, non verò quando ad id promptus fuerit solùm in potentia.*

23 *Perplexus inter duo mala potest eligere quod sibi videbitur minus, si habuerit conscientiam inuincibilem vtriusque mali existimati.*

24 *Perplexus inter duo mala si minus iustè eligit, excusatur à peccato in foro conscientiæ, non verò à pœna per legem humanam imposita ipsi operi, quod ille eligit in ratione minoris mali.*

25 *Homicidium est peccatum grauius periurio, contrarium verò num.27. & componitur num 28.*

26 *Vita humana ex bonis temporalibus summum est.*

29 *Peccata contra præcepta primæ tabulæ, ex genere suo, & secundùm specificam malitiam grauiora sunt, quàm ea, quæ aduersùs præcepta secundæ tabulæ admittuntur.*

30 *Peccatum contra aliquod præceptum secundæ tabulæ ratione circumstantiarum in indiuiduo aliquando est grauius eo, quod offendit præceptum aliquod primæ tabulæ.*

31 *Voti, & diei festi violatio inducit peccatum contra secundum, & tertium præceptum primæ tabulæ, & tamen peccata ex hoc prouenientia minora sunt homicidio, & adulterio pertinentibus ad secundum, & tertium præceptum secundæ tabulæ.*

32 *Circumstatia plures, & grauiores concurrunt in homicidio, quam in periurio.*

Cap. Duo mala. I. *Ex Concil. Tol. VIII.*

X Concil. Toler. VIII. *cap.* 2. quod 1
refert Gratian. *in præsenti*, colligitur illa celebris conclusio, quòd accidentaliter, & secundùm quid perplexus inter duo, quorum alterum necessariò est facturus, & vtrumque arbitratur esse peccatum, iustè potest, & tenetur eligere quod sibi videtur minus, vt maius euitet, in idem est text. *in cap. nerui, hac eadem dist.* (vbi latè declaraui quid esset perplexitas secundùm quid, & quæ dicatur absoluta,) *& in cap. si aliquid 22. quæst.4.* obseruant Archid. Dominic. Præpos. Bellam. & Turrec. *in præsenti* D. Thom. 1.2.*q.19.artic.6.ad* 3. vbi Medin. *q.1.* Cordub. *in suo quæstion. lib.3.q.4. ad fin.* Valent. 1.2.*quæst.14.puncto* 5. *ad* 2. Vasq. *ad d. q.19.disp.60.cap.2.num.6.* & ex omnium sententia resoluit Molin. *de iustit. disp.335.sub num.10.* Fr. Emman. Roderic. *in sum. tom.2.cap.51.num.6.* Suar. *tom.4.de pœnis. disput.4.sect.10.num.4.* Couar. id obseruans ad quorumdam iurium intellectum, *de sponsalib. p.2.cap.7.§.2. num.9. cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib.2.disput.39.sub num.12.vers. ad quartum.*

Verùm contra prædictam conclusionem ex hoc 2
text. desumptam obstat primò, quòd si huiusmodi perplexus posset iustè eligere minus malum, vt maius euitet, posset vtique alius eandem electionem ei suadere, cùm in hac suasione cooperetur in bono, prout quilibet potest iustè, & meritoriè cooperari; atqui hoc consequens videtur esse falsum; ergo & illud ex quo sequitur, Consequentia legitima est. Minor probatur exemplo Loth, qui, vt legitur *Genes. cap.19.* Sodomitis in hospites irruere conantibus suasit electionem minoris mali, nempè stuprum filiarum, quas eisdem impiis prostituit, vt maius illud malum

malum vitaret, & tamen hæc suasio ei vertitur ad culpam à D. Augustino *contra mendacium cap. 9.* & aliis, quos refert, & sequitur *annotat. ad summam Toleti lib. 5. cap. 37. pag. 2.* post Caiet. agnoscit Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 4. in princip. num. 9. propè fin.* & faciunt tradita per Leon. Less. *de instit. lib. 2. cap. 13. num. 20.*

3 Secundò obstat, quòd si hæc electio minoris mali licita esset huiusmodi perplexo secundum quid, sanè liceret etiam ipsimet legi humanæ ciuili eligere minus malum, vt maius euitet, ex reg. *l. vlt. in fine, C. de fideiuss.* atqui videtur id non licere legi ciuili, ex text. *in cap. vlt. de præscript.* vbi per legem Canonicam abrogatur lex ciuilis vt iniusta, & quæ sine peccato obseruari nequit: dum præscriptionem in aliquibus casibus cum mala fide, & ita cum peccato permittebat, cùm tamen hanc permissionem fecisse videatur ad vitãdum maius Reipub. malum, videlicet lites, & iurgia, & contentiones iudiciales, & extraiudiciales, & dominiorum incertitudinem, iuxta text. *in l. 1. ff. de vsucap. & in. l. vlt. ff. pro suo,* prosequitur post alios Cou. *in reg. possessor. p. 1. §. vnico, num. 5.* Igitur, &c.

4 Tertiò obstat quòd huiusmodi perplexus, dum sic eligit minus malum, tendere videtur absolutè, & secundùm se, & naturaliter in obiectum in sua æstimatione prohibitum, & consequenter videtur illud liberè velle, & amplecti, cùm a parte rei, & naturaliter possit illud nolle, vt alioquin considerant multi agentes de casu, in quo sic erroneè perplexus putaret vtramque contradictionis partem peccatum esse, nec cognosceret, & distingueret vtra grauior esset, nec quam in eo dubio sequi teneretur, & nihilominus alteram eligeret, quos refert Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 13.* atqui nullum peccatum quantumuis minimum potest liberè aliquando eligi secundùm rectam rationem, vt constat ex text. *in cap. super eo, de vsur. & in cap. quis arbitretur, iunctis seqq. 22. quæst. 5.* cum similibus adductis per glossas in eisdem iuribus, vnde processit illud, quòd præstat millies mori, quàm Deum vel leuissimè offendere, vt in nostris propriis terminis contendit Suar. *d. num. 4.*

5 His tamen non obstantibus à supradicta conclusione recedendum non est, quam optimè probat text. *in præsenti, & dict. cap. nerui, & d. cap si aliquid, 21. quæst. 4.* Ratio est, quia sic erroneè perplexus non potest dici, quòd absolutè, & liberè vult obiectum minoris mali, prout malum est, nec quod fertur in malum, vt possibile vitatu moraliter, sed potiùs coactè, & necessariò fertur in illud obiectum, prout scilicet necessarium est in ordine ad maiorem culpam vitandam excusante erronea, & inculpabili ignorantia inuincibili dictante vtrumque opus cum ea minoris mali comparatione malum esse; nam licèt actio illa sic eligendi vtrouis opere electo sit in se, & absolutè, & vt fertur, in illud minus malum existimatum libera, & ita sit libera naturaliter, vt aiunt, & in genere entis, vt conuincit tertium argumentum in contrarium adductum; tamen prædicta eligendi actio non est moraliter, & vt aiunt, in genere moris, libera in ordine, scilicet ad maiorem culpam vitandam, quia supposito quòd eam vitare aliter nequit, nisi per admissionem minoris mali, iam hoc non potest non admitti, nec potest moraliter vitari, ac proinde nec dicetur liberè amari, ac tandem nec in eo peccari, cùm constet ad inducendum peccatum necessariam esse vtramque libertatem, nempè illam, per quam feratur voluntas in obiectum malum, quod secundùm se ipsum naturaliter, & absolutè loquendo sit eligibile, & rursus illam, per quam feratur in illud, vt possibile, vitatu moraliter, idest, in ea occasione, in qua moraliter possibile sit illud vitari, iuxta ea quæ de requisitis necessariis, vt peccatum dicatur voluntarium, tradit post alios Tolet *in summ. lib 3. cap 1. pag. 2. ex med.* & maximè *in vers. alterum,* & antè tradiderat D. Thom. 1. 2. *quæst. 13. art. 6. in corpore.* Sicque in effectu, quando necessitas cogit alterum malum eligere, vt in terminis nostræ conclusionis, & huius text. eligens minus malum nihil aliud formaliter facit quàm adimplere præceptum prioris faciendi præcepti de maiori malo vitando, vnde cùm hanc electionem minoris mali faciat ex præcepto, non potest in eadem censeri peccator, ex reg. *cap quod quis, de regul. iuris libr. 6.* consonat text. *in l. iustè possidet, ff. de acquir. possess.* quæ sanè ratio colligitur ex alioquin dictis per Adrianum IV. *in materia de restitutione, in quæst. incipit, quia dictum est, vers. mihi videtur planiùs,* & per Sanch. *dict. cap. 11. num. 14.* vbi alios generaliter refert, *iuncto cap. 10. sub num. 35. col. 2. vers. tandem,* & satis intendit Fr. Emman. *dict. num. 6.* dum eandem sententiam probat ex eo, quòd Dominus nolit nos inducere in angustias perplexitatis, id est, ne hinc inde inter duo inuincibiliter existimata mala constringamur, quando alterum ex illis necessariò admittendum possimus ita eligere, vt sine culpa euadamus, videlicet eligendo minus malum, iuxta supradictam conclusionem quæ sanè in hoc sensu, & secundùm huiusmodi rationes verissima est, & recepta ab omnibus citatis in principio huius text.

In quem sensum, & secundùm easdem rationes accipienda sunt verba, quibus hac in re vtitur Turrecr. *in præsenti sub num. 1.* dum inquit, quòd minus malum in comparatione maioris mali videtur habere quodammodo rationem boni, & desinere esse peccatum, iuxta verba August. *in lib. contra Mendacium, cap. 7. & 9.* dicentis, quòd illa desinunt esse peccata, quæ propter grauiora vitanda suscipiuntur, in quo etiam sensu intelligenda sunt verba Arist. *lib. 5. ethic. cap. 3.* adducta per Cou. *sub. dict. num. 9. post med.* dum inquit minus malum boni vicem habere, si maiori malo comparetur; rursus & verba Lessij *de instit. lib. 2. cap. 23. num. 21.* dum inquit quòd malum minus respectu maioris non censetur malum: item & text. *in cap. inquisitioni 44. vers. verum, de sent. excom. & in cap. dominus, vers. si verò, de secund. nupt. & in cap. iuuenis 3. vers quia igitur, de sponsal.* vt scilicet in eorum iurium casibus inuincibiliter de vtroque malo dubitãtes potuerunt sine peccato minus malum à se ibidem electum pro vitando maiori eligere etiam stante huiusmodi dubio, & illo non deposito, vt benè intelligit Cou. *dict. num. 9.* Less. *de instit. lib. 4. cap. 3. sub num. 34. col. 2. ante med.* & alij plures antiqui, & moderni relati, & approbati per Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 41. sub num. 45.* Nec ad hanc electionem iustificandam in terminis eorumdem iurium opus esse, quòd illud dubium deponerent respectu partis electæ, contra Adrian. & alios benè obseruant Nauar. *in cap. si quis autem, num. 101. de pœnit. disp. 7.* Sanch. *d. disput. 41. num. 47. cum seqq.* Couar. *d. §. 2. à num. 7. & 8.* nostram hanc resolutionem tenens *dict. num. 9.* vbi *num. 11.* secundùm eandem resoluit alium casum vtilem, & notandum ad intellectum text. *in cap. si quis ingenuus 29. quæst. 2.* 6

Amplia primò prædictam conclusionem ex nostro text. deductam, & vt *suprà* explicatam, vt procedat etiam eo casu, quo ex ignorantia inuincibili errans sine copia Doctoris consulendi putaret vtramque dubitationis partem æquè peccatum esse, nec posset intelligere, & distinguere vtra grauior esset, nec quam in ea contradictione possit, & teneatur amplecti, prout in exemplo de iustitiis, qui aliquando putant 7

ſe non audiendo Miſſam in feſtis peccare pariter, ac deſerendo gregem, vt eam audiant, nec diſcernere intelligunt, quodnam ex his præceptis incumpatihilibus anteponendum ſit, etenim adhuc in his terminis ſic dubitans, & anceps non peccat, ſi alterutram partem eligat, quæ ſibi magis placuerit, dummodo cautè hoc placitum ita dirigat, vt præ inordinata alterius partis affectione non decipiatur fingendo perplexitatem, vbi nulla fuerit, ita Fr. Emman. *dict. num.* 6. & Sanch. alios referens *dict. cap.* 11. *num.* 13.

8 Vnde patet notabilis intellectus ad regulam communiter collectam ex hoc text. quòd ſcilicet ex duobus malis minus eſt eligendum, vt procedat non ſolùm in malis pœnæ, prout in hoc malorum genere eam intelligit poſt alios Sanch. *de matrim. libr.* 2. *diſp.* 39. *ſub n.* 12. ſed procedat etiam in malis culpæ, ſi hæc proueniat non quidem ex parte operis intrinſecè, aut propter aliam vrgentem prohibitionem mali? ſed ex parte inuincibilis ignorantiæ, quæ malum etiam culpæ in opere de ſe bono repræſentet erranti poſito inter duo opera, vel inter duplicem vnius operis partem ſibi dubiam, & exiſtimat culpabilem, vt in effectu etiam intelligit Sanch. *ſub dict. num* 12.

9 Amplia ſecundò, vt procedat non ſolùm in ipſo ſic erroneè, & inuincibiliter dubitante, & minùs malum eligente, ſed etiam in ſuadente, & inducente illum ad huiuſmodi electionem; ſic enim apertè concluditur ex ratione cooperationis in bono, quæ inuoluitur in ipſa ſuaſione, & inductione, & in hoc nulla eſt difficultas.

10 Tota in eo ſolùm difficultas eſſe poteſt, an hæc ſecunda ampliatio locum habeat etiam in eo, qui ſuaſerit, conſuluerit, & induxerit alium ad eligendum minus malum, quod à parte rei malum fuerit ad auertendum maius malum à parte rei tale, quod aliquis ex malitia ſua patrare decreuerat, veluti ſi ad vulnus inferendum, vel ad aliam mitiorem vindictam inducam illum, qui grauiorem de alio ſumere, nempè illum interficiendo, decreuit? In hac quæſtione ſunt aliqui Doctores, qui huiuſmodi inductionem, ſuaſionem, & conſilium reprobant, intelligentes id ſine peccato fieri non poſſe, cùm formaliter inuoluat, vt ipſi credunt, cooperationem in malo, quæ nunquam licita eſſe poteſt, iuxta illud, *agentes, & conſentientes*, &c. de quo *in cap.* 1. *de offic. deleg.* cum ſimilibus, nec poſſunt fieri mala, vt eueniant bona, aut minora mala, iuxta illud Pauli *ad Roman.* 3. ſolúmque concedunt iidem Doctores poſſe alterum alteri ſic ad peccandum parato offerre materiam minoris mali, eámque ſimpliciter eidem proponere, intelligentes in hunc ſolum ſenſum excuſari Loth, nempe ſi dicamus eum dum obtulit filias abuſui impiorum, non induxiſſe illos, nec filias ad ſtuprum, ſed ſolùm ſimpliciter propoſuiſſe materiam minoris mali, ſícque procedere locum Petri Apoſtoli 2. *epiſt. cap.* 2. dum eundem Loth iuſtum vocat, dicens, *Loth virum iuſtum à nefandorum iniuria libratum à Deo fuiſſe.* Hanc itaque diſtinctionem inter inductionem, & ſuaſionem minoris mali, & inter ſimplicem propoſitionem materiæ minoris mali facit Caiet. 2. 2. *q.* 78. *art.* 4. Cou. *d. n.* 9. *prope fin.* iuxta eandem diſtinctionem, intelligens excuſandum eſſe Iudam, de quo *Geneſ. cap.* 37. quaſi non induxerit, nec ſuaſerit, fratribus venditionem fratris Ioſeph, ſed ſolùm eam propoſuerit eis, vt materiam minoris mali ad auertendum maius, nempe occiſionem ipſius fratris; deinde idem Cou. *citato loco* intelligit Ruben *illo c.* 37. vſum fuiſſe ſola ſimplici propoſitione prædicta, dum animo euitandi idem homicidium dixit eiſdem fratribus, Non occidamus eum, ſed proiiciamus in ciſternam veterem,

Contrariam verò ſententiam, immo licere non 11
ſolùm prædictam ſimplicem obligationem, & propoſitionem materiæ minoris mali, ſed etiam formalem illam ſuaſionem ipſius ad maius auertendum, meritò tenent Innoc. *in cap. ſuper eo, col.* 2. *de vſuris*, Caiet. meliori conſilio ductus *in ſumm. verbo tyrannus, & tom.* 2. *opuſcul. tract.* 31. *cap.* 13. *in ſolut. dub.* 3. Adrian. & alij, quos refert, & ſequitur Nauar. *in man. cap.* 14. *ſub num.* 40. *& cap.* 17 *num.* 262. Sylueſt. *in ſumm. verbo vſura* 7. *num.* 1. Molin. *de inſtit. tract.* 2. *diſput.* 335. *num.* 9. *cum ſeqq iuncto num.* 7. Leſſi. *in ſimili tract. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 19. *cum ſeqq & lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 33. adducentes text. quem ſic intelligunt, *in cap. ſi quod verius, verſ. ſi enim* 33. *quæſt.* 2. *& in cap. nerui, verſ. hinc etiam, hac eadem diſt.* indéque reſoluentes deliberato homine occidere ſuaderi poſſe aliam mitiorem vindictam, videlicet vulnus non lethale: rurſus & volentem committere adulterium, vel furtum graue, induci poſſe ab alio, vt committat ſolùm ſimplicem fornicationem, aut furtum leuius, præterea & eum, qui non vult ſubuenire extremè indigenti, induci poſſe, vt illi ſubueniat, ſaltem dando ei mutuo ſub vſuris, quod minus malum eſt. Ratio eſt, quia ſi conſulens, ſuadens, aut inducens ad minus malum non tendit ad hoc, vt minus malum fiat abſolutè, prout in ſe eſt obiectum malum, & peccaminoſum, nec illud abſolutè approbat, & petit in hoc ſenſu; id enim eſſet illicitum pariter ac facere, cùm inuolueret formalem cooperationem in malo, in quibus terminis procedere poterunt prioris ſententiæ fundamenta, ſed ſolùm petit formaliter commutationem minoris mali pro maiori, & quòd illud huic præferatur, licèt id non ſemper exprimatur, & cùm ita rogatus decreuerit omninò alterum malum facere, & ita iam per ſe ductus ſit ad peccandum, dici non poteſt eo conſilio, & ſuaſione minoris mali denuò duci vt peccet, ſed vt culpam minuat per deſiſtentiam à maiori peccato, quæ abſque vlla cooperatione formaliter intenditur in ſuaſione minoris mali à ſuadente, alioquin hoc etiam de ſuaſuro, & impedituro ſi poſſet abſque maiori, vel pari incommodo.

Qua retenta ſententia non obſtant quæ pro prima 12
ſupra adduximus, nam ad illud de culpa, quæ imponitur Loth in illa filiarum proſtitutione minus malum continente, reſpondetur dupliciter, primò negando peccaſſe Loth, & eum excuſando, quia videlicet non obtulit filias Sodomitis, vt earum concubitu tanquam minori malo maius, nempe ſodomiam recompenſaret, nec animum habuit vt filiæ proſtituerentur, ſed vt eorundem furentium impetum hyperbolica ſubmiſſione frænaret, declarans hoc modo quàm ſibi moleſta eſſet immanitas ſceleris, & iniuriæ, quam attentabant aduersùs hoſpites à ſe receptos, qua ratione eundem Loth à peccato excuſant Caiet. *in comment. ad d. cap. Geneſ.* 19. ſequitur Molin. *dict. diſput.* 335. *num.* 2. non improbat poſt Pererium Tolet. *d. cap.* 37. *pag.* 2. *ante med.* firmat Leſſ. *d. cap.* 13. *num.* 10. ſícque iuxta hanc rationem procedere poterunt dicta per D. Ioann. Chryſoſt. *homil.* 43. *in Geneſ.* & per Ambroſ. *lib.* 1. *de Abraham cap.* 6. dum laudibus celebrant facinus Loth. Poteſt etiam excuſari idem Loth, iuxta eoſdem Doctores, ex quadam animi perturbatione, & ardenti cupiditate defendendi hoſpites ab illa iniuria temeraria, vt qui mente ſic turbata, & indeliberata proceſſit, à culpa illinc extenuata liberetur; quod tamen intelliges, vt ſcilicet liberetur in totum, vel in parte, prout hæc animi perturbatio, & paſſio in totum, vel in parte excluſerit voluntarium requiſitum ad peccatum iuxta tradita per D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 77. *art.* 6. *cum ſeqq.* & per

eius

eius commentatores *ibidem*, & per Tolet. *in summ. lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 2. *vers. alterum*, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *quæst.* 4.

13 Vel secundò responderi potest, & meliùs, fatendo quidem Loth peccasse, sed contendendo huiusmodi peccatum non processisse ex eo quòd minus malum suaderi non possit ad vitandum maius (illud enim suadere sine aliqua extrinseca, & nociua circumstantia peccatum non est, iuxta supradictam resolutionem;) sed processisse in eo quòd in hac suasione interuenit alia circumstantia extrinseca, nempè detrimentum tertij, idest, filiarum, quæ quidem circumstantia interueniente peccat sic suadens minus malum, etiam ad vitandum maius, vt bene ad limitandam prædictam nostram, & communem resolutionem aduertit Molin. *d. disp.* 335. *num.* 9. *&* 12. Lessi. *d. cap.* 13. *num.* 20. & *infra* latiùs agemus.

14 Ad illud verò de Ruben respondetur iustam fuisse suasionem, qua ille fratres volentes occidere Iosephum induxit, vt mitterent in cisternam veterem, & ibi sinerent mori fame, *Genes. capit.* 37. & ita suasit æquale peccatum, vt hac via, licèt fratres persisterent in ea praua intentione mortis per famem inferendæ, tamen ipse Ruben hunc effectum impediret aliunde, videlicet subducendo clam à cisterna eundem Iosephum, vt constat ex verbis eiusdem *cap.* 37. ibi; *hoc autem dicebat* (scilicet Ruben) *volens excipere eum* (scilicet Iosephum) *de manibus eorum, vt redderet patri suo*, ita Less. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 24. subdens satis esse quòd ex parte suadentis detur hic animus commutandi, & præeligendi minoris mali, immò mali æqualis, veluti cuiusdam illecebræ obiectæ, vt dum circa illam obduratus occupatur, possit maius malum impediri: qui intellectus aptior est illo, quem ad eundem locum præstat Cou. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 4. *in princ.* dum sentit Ruben *ibid.* egisse de prædicta proiectione in cisternam, tanquam de minori malo ad vitandum maius, scilicet occisionem Iosephi, fallitur enim Cou. ex modò dictis, secundùm quæ constat eandem proiectionem *ibi* consideratam fuisse vt referentem occisionem eiusdem Iosephi, quamuis diuerso medio, videlicet fame ab occisoribus fratribus in cisterna procurandam; arg. text. *in cap. pasce.* 86. *dist.* suasit igitur Ruben non minus, sed æquale malū, prout iustè potuit, vt ita ab alio æquali malo fratrem alioquin non liberandum subduceret interim, & liberaret iuxta *suprà* resoluta.

15 Ex quibus colligitur posse nos suadere volenti occidere proximum, quòd priùs spoliet eius domum, vel abigat pecora, vt interim illum alioquin non liberandum subducere valeamus; prout etiam possumus volenti prodere vrbem suadere vt priùs expilet eius ærarium, vt interim aliunde, videlicet conuocatis defensoribus, proditio impediatur, qua etiam ratione captus à latronibus potest eis suadere vt insequantur alium quendam, si suadens certò sciat illum euasurum ratione celeritatis, vel ob insidias eo loco positas ad capiendos latrones, vt ipsemet captus possit interim fugere, sicut benè obseruat Lessi. *vbi proximè.*

16 Intellige tamen & declara resolutionem supradictam, quæ concedit etiam formalem suasionem mali ad maius auertendum, vt procedat solùm quando suasio minoris mali facta fuerit absque præiudicio tertij, non verò procedere cum dicto præiudicio in particulari, nisi tertius ille molestè non suscipiat, aut nisi fuerit alioquin obligatus ad illud suscipiendum, vt resoluunt Molin. *dict. disp.* 333. *num.* 9. Less. *dict. cap.* 13. *num.* 10. & quidem meritò. nam ex dispositione priuatorum non potest inferri tertio damnum, quod ipse nolit, aut non teneatur alioquin sustinere, ex reg. *l. id quod nostrum* 11. iuncta reg. *l. factum* 198. *ff. de regul. iuris, & reg. non debet, eod. tit. in* 6. iuxta quam resolutionem iam patet in quo peccauerit Loth dum filias suas impiis obiecit, vt maius malum hospitibus imminens vitaret, peccauit videlicet in eo, quia illas obiecit cum damno suæ pudicitiæ, cùm tamen ipsi de illis non cogitarent, non peccaturus alioquin si hoc illatum præiudicium non obstaret, etiamsi eos ad illarum vsum induceret, si ita intenderet maius illud malum auertere, quod aliter auerti non posset, ita in specie obseruant Molin. *d. disp.* 335. *num.* 12. & Less. *d. cap.* 13. *num.* 20.

17 Dixi, *cum dicto præiudicio in particulari*, quia si præiudicium non fuerit illatum tertio in particulari, & indiuiduo, sed in genere, tunc non reprobabitur electio illa, & suasio minoris mali, immo fieri poterit, veluti si latroni firmiter quid statuenti inferre damnum alterutri ex duobus, Titio, v. g. aut Mæuio, sed adhuc ancipiti circa personam quam ex illis duobus in eo damno præferret, ego in genere absque particulari designatione alterius, qui opulentior est, & cuius respectu damnum illud minus est, & absque suasione, quæ directè inclinet latronem in alterutrum, suadeam illum, non quidem rogando, vt huic potius quàm illi in indiuiduo noceat, sed solùm proponendo, & consulendo damnum, quod minus fuerit, etenim in his terminis non fit iniuria ei, cui minus damnum infertur à latrone. nam in huius mentem non reuocaui aliquid, quod ipse etiamsi anceps non cogitaret, sed solùm in genere docui minus malum in eo, & similibus obdurationis euentibus potius esse fatendum quàm maius indicando, quale sit minus comparatione personarum, quas latro in eum furandi finem mente reuoluerat. ita in terminis resoluit Less. *d. cap.* 13. *num.* 21. contra Petr. Nauar. *de restit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 39.

18 Dixi, *nisi tertius damnum molestè non suscipiat*. vt ostendam quòd in his terminis poterit dicta suasio minoris mali fieri etiam cum damno tertij in particulari, designando scilicet eius personam directè, & indiuiduè. nam supposito quòd ille, vt quia multum diues est, & coniunctus, v. g. pater, aut mater, aut ascendens, vel descendens, aut alioquin amantissimus alteri, cui damnum alternatiuè paratur à latrone, non feret molestè illud sibi potiùs inferri, iam censetur in eo damno consentire, ac proinde nulla ei fit iniuria in ea suasione, & indicatione, iuxta reg. *scienti, de regul. iuris lib.* 6. cum similibus, & ita in terminis resoluit Less. *dict. cap.* 13. *sub num.* 20. cuius tamen resolutio cautè limitari debet vt procedat solùm in damno remissibili per illum tertium, & in quo ille possit consentire, secus in damno irremissibili per eundem, vt concluditur à cessante illa ratione remissæ iniuriæ, iūcta reg. text. *in cap. cum cessante, ad appellat* cuius resolutionis exēplum cerni potest in Loth: nā licèt verisimile esset filias ab eo prostitutas habuisse animi præparationem vt patris vota submissè licèt iniustè, in se ipsis adimplerent; tamen quia dictum earū præiudicium, nempe propria pudicitia non poterat ab illis remitti absque peccato, ideò Loth in hac minoris mali suasione reprobatur à Doctoribus meliùs sentientibus, quos *suprà* citaui.

19 Dixi, *nisi fuerit alioquin obligatus ad illud damnum suscipiendum*, vt ostendam quòd in his terminis suasio minoris mali fieri poterit etiam cum damno tertij in particulari, quia supposita eius damni necessaria susceptione, ad quam tertius supponitur obligatus, iam ei non infertur damnum iniustum, nec formale, sed solummodo materiale, & iustum, & ita

cessat fundamentum contrariæ resolutionis supraposiræ. Exemplum poni potest in eo, quem vt diuitem, & furanda, v. g. pecunia nullatenus egentem lattoni designato nominatum, & in indiuiduo, vt ipsi potius damnum inferat, quàm alteri, si in hac hypothesi supponatur quòd alter à quo illud auertera intendo, fit illi totum damnum congruo tempore recompensurus, itavt in eo non præiudicetur, hoc enim damnum ipse à me designatus permittere tenetur ex lege charitatis, vt in specie resoluit Less. *d. num. 10. in fine*, & efficaciter deducitur ax reg. *quod tibi non nocet, & alteri prodest, sustinere teneris*, de qua in *l. 1. §. ydem aiunt ff. de aqua pluuia arcenda.*

20 Intellige etiam & declara supradictam resolutionem, vt procedat solùm quando alter in actu iam paratus furit patrare maius malum, non verò quando ad idpromptus fuerit solùm in potentia ex prauo aliquo habitu ad dictum malum tendente, tunc etenim non licet nobis eum inducere ad minus, v. g. ad fornicationem simplicem, præueniendo executionem sui praui habitus, ad maius, v.g. ad peccatum contra naturam, vt benè aduertit Molin. *dict. dispnt. 335. num. 9.* & quidem meritò. nam dum non adest illa promptitudo actualis, licèt adsit hæc potentialis, tamé non adest adhuc peccatum maius, quod aterri necesse sit, sed tantùm adest quidam habitus ad illud, qui de præsenti non indiget hoc auersionis medio, cùm possit aliis remediis impediri, & cohiberi, videlicet ieiuniis, orationibus, eleemosynis, & aliis operibus pœnitentialibus, quibus habitus praui solent auxilio diuino mediante coërceri.

21 Ex quibus omnibus insurgit notabilis obseruatio, & intellectus ad reg. *ex duobus malis minus est eligendum*, de qua in hoc text. cum concord. vt scilicet constituenda sit differentia inter electionem hanc faciendam in alio, & inter faciendam in se ipso, etenim in alio actualiter parato possumus etiam suadendo, non autem absolutè approbando, eligere absque iniusto præiudicio tertij in particulari minus malum, siue existimatum solummodo, siue etiam verum ad vitandum maius, quod aliter impediri non possit, iuxta supradicta, & in his terminis indistinctè procedit prædicta reg. At verò in se ipso non ita, sed distinguendo inter duo mala, & peccata per se talia, & inter ea, quæ per se talia non sunt, sed existimantur inuincibiliter ab ignorante, etenim ex prioribus illis malis, nemini licet in se ipso alterum etiam leuius eligere, quia non sunt facienda mala aliqua vt maiora expediantur, vel etiam vt eueniant bona, iuxta illud Paul. *ad. Roman.* 3. quod procedit, & intelligendum est vbi vel ad solicitanda bona, vel ad euitanda mala aliquis in se ipso patraret aliquid de se malum, in his etenim terminis non sunt aliquatenus eligenda, & facienda mala etiam venialia, & in hoc casu non procedit reg. prædicta, procedit tamen in secundo & secundùm eam ex dictis posterioribus malis existimatis poterit quiliber etiam in se ipso eligere minus ad vitandum maius; & ideò huiusmodi distinctionem, & explicationem ad dictam reg. ex duobus malis sentiunt Sanch. *de matrim. lib. 2. disput. 39. sub num. 12. vers. ad confirmationem*, & Less. sic intelligendus *d. cap. 3. sub num. 34. col. 1.*

22 Amplia principalem huiustext. conclusionem, vt procedat etiam in lege humana, itavt electio minoris mali ad vitandum maius licita sit, iuxta ea, quæ latè dixi *ad cap. omnis 4. sup. 3. dist.*

23 Limita iam primò eandem conclusionem vt solùm procedat quando ita secundùm quid perplexus habuerit conscientiam inuincibilem vtriusque mali existimati, cæterùm si ea fuerit vincibilis, qualis est illa quæ imprudenter iudicat, itavt minimè erraret, si adhiberetur debita diligentia, aut saltem consuleret Doctorem, quem facilè adire posset, tunc sanè sic errans non excusabitur eligendo malum minus, immo in vtroque euentu peccabit, quia scilicet tenebatur deponere conscientiam vincibiliter erroneam tanquam culpabilem, ac proinde si eam cùm posset non deposuerit, iam ipsemet se voluntariè subiicit huic perplixitati, & amat periculum vtrinsque peccati in ea putatiuè contenti; vnde nihil mirum si ita pereat in eodem periculo spiritualiter, iuxta illud Ecclesiast. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.* Exemplum huius limitationis poni potest in eo, qui ex conscientia erronea vincibili putat aliquid esse sub præcepto, quod tamen peccatum erat à parte rei, videlicet si putet sub præcepto teneri quempiam furari, vt pauperi extremè ooo indigenti subueniat, is etenim ex prædicta ratione peccabit, in vtroque euentu siue furetur, siue non furetur, furando quidem contra præceptum non furandi, à cuius transgressione excusare nequit ignorantia illa vincibilis, & ita culpabilis, iuxta reg. *ignorantia*, & *ibi* notata, *de regul. iuris lib. 6.* iuncta reg. *Non sunt facienda mala vt eueniant bona.* Rursus, & non furando peccabit, quia agit contra dictamen erroneæ conscientiæ, *cap. omnes §. ex his 28. quæst. 1. cap per tuas 35. vers. nos igitur, de simon. cap. litteras. vers. porrò de restit. spoliat.* iunctis iis, quæ de peccato contra erroneam conscientiam resoluunt plures, cum quibus prosequitur Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 8. quæst. 3. cum seqq.* Cordub. *in suo quæst. lib. 3. q. 4.* Vasq. *1. 2. q. 19. art. 6. disput. 59. cap. 2. num. 6.* Syar. *in clani Regia lib. 1. cap. 4. ex num. 3.* Nau. *in man. prælud. 9. n. 9. & in cap. si quis autem, de pœnit. dist. 7. num. 81. cum seqq. & in cap. consideret, de pœnit. dist. 5. in princ. num. 54 cum seqq.* & alij quos refert & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 11. num. 2. cum seqq.* latè explicantes quid sit conscientia erronea, & qualiter contra eam peccetur, & quando confitendum de hoc peccato, & in terminis huius limitationis sic resoluit Nau. *d. cap si quis autem, sub num. 85. & num. 95.* agens de eo qui habuerit conscientiam erroneam vincibilem de implendo iuramento non parendi Prælato, suo, & resoluens quòd hic æ eo quia non vult, cùm possit & teneatur eam vt vincibilem, & culpabilem deponere, peccabit in omni euentu, videlicet vel contra votum si non pareat, vel contra conscientiam erroneam si paruerit, & in propria eiusdem nostræ limitationis hypothesi ita resoloit Sanch. *dict. c. 11. num. 12.* vsus bona similitudine, de illa scilicet perplexitate, cui aliquis in Missa, v. g. se subiecerit, dum ex praua voluntatis intentione habuerit animum, & finem quærendæ vanæ gloriæ ex Missa in festo audita, is etenim supposita huiusmodi praua voluntate, quam poterat, & tenebatur deponere, si eam non deposuerit, non poterit non in altera peccare. nam si Missam non audiat, peccat contra præceptum eam audiendi festis diebus, & similiter si eam audierit, peccabit ratione praui illius finis vanæ gloriæ, nisi eum adeò pœniteat huius ignorantiæ culpabilis, vt ea quam hic & nunc vincere non poruerit, reddatur inuincibilis, iuxta explicationem, quam tradit idem Sanch. *de num. 12. in fine*, prædictam similitudinem limitans.

Limita secundò eandem conclusionem, vt procedat solùm quoad excusandum peccato in foro conscientiæ sic perplexum secundùm quid, non verò à pœna per legem humanam impofita ipsi operi, quod ille elegit in ratione etiam minoris mali. nam quoad hanc legem ipse noxius est, cùm ea non curet de huiusmodi perplexitate, nec de rationibus quæ sic perplexum 24

plexum excusant in conscientia quoad Deum interiora videntem, & quoad eius forum sacramentale, sed iudicet solùm de externis, iuxta text. *in cap. vnic. §. porrò, vt ecclesiast. benef. sine demin. conf.* cum his quæ de defectu potestatis humanæ circa actus internos prosequitur ad varias, & vtiles quæstiones, post alios Cou. *in reg. peccatum p. 2. in princ. à num. 7.* Planè si ad externa attendamus, idem perplexus quamuis interiùs culpam non habeat supposita sua ignorantia, & perplexitate secundùm quid, vt supponimus inuincibili, tamen exteriùs reperitur nocens, & obnoxius iustæ illius legis punitioni, & consequenter eam pati debet humiliter, nec potest conqueri quòd pœnam sustineat sine culpa, contra reg. text. *in cap. 2. de constitut.* quia quoad huiusmodi legem humanam culpabilis censetur, & ita subest causa sufficiens ad eam pœnam etiam sine culpa sustinendam. vt membrum Reip. in ordine ad conseruationem totius corporis, cuius respectu stat adhuc etiam contra huiusmodi perplexum communis iustitia eiusdem legis, ac proinde eum ligare debet quoad dictam pœnam, quamuis si ad eiusdem perplexi internam innocentiam attendamus, videatur in eo cessare culpa, & consequenter ratio dictæ legis humanæ, vnde succedont tam reg. *sine culpa in 2. part. de regul. iuris lib. 6.* quàm etiam ea, quæ de legis humanæ dispositione, & obligatione non cessatura, quantumuis eius ratio negatiuè cesset in casu particulari, resoluunt communiter Doctores *in l. prospexit*, per text. *ibi in vers. quod quidem, ff. qui & à quibus*, post alios D. Barbos. *in l. 1. p. 1. num. 86. cum seqq. ff. soluto matrim.* Suar. *de legib. lib. 6. cap. 5. num. 6. cum seqq.* Cui limitationi sic nouiter obseruatæ, & probatæ consequens est electionem hanc minoris mali, etiam ad vitandum maius non excusare à nullitate actus referentis illud malum minus si per legem fuerit non solùm prohibitus, sed etiam nullus.

25 *Etenim dum peierare, &c.*] Dum text. hic ad probandum regulam de minori malo eligendo ad vitandum maius a perplexo secundùm quid, adducit exemplum de periurio potiùs eligendo in comparatione homicidij, satis probat homicidium esse peccatum grauius periurio; idque agnoscunt Bellam. *in præsenti num. 3.* Angel. *in summ. verbo periurium, numer. 8.* Gabr. *in 3. distinct. 39. quæst. 2. articul. 3. dubit. 4.* & alij *ibidem*, quos refert, & sequitur Less. *de iustit. lib. 2. cap. 42. sub num. 75.* tum quia homicidium nocumentum affert immediatè personale, & irreparabile, cùm tollat vitam humanam, quæ ex bonis tem-
26 poralibus summum est, iuxta resoluta per Sot. *de ratione tegendi membr. 1. quæst. 3.* & multis probat, & controuertit Nauar. *in cap. inter verba 11. quæst. 3. concl. 4. num. 20. cum seqq.* & semel ablata ampliùs restitui non potest de lege ordinaria, iuxta illud Psalmi 77. *Spiritus vadens, & non rediens*, consonat text. *in lib. 1. C. de sacros. Eccles.* ibi, *quòd iterum non redit arbitrium*, cum his, quæ ad eundem text. notat Benedict. Ægid. *part. 6. §. 3.* tum quia homicidium seruata proportione magis offendit virtutem humanæ iustitiæ commutatiuæ sibi proximè, & formaliter oppositam, quàm periurium offendit Religionem, cui directè opponitur, quippè quòd homicidium, vtpote auferens iniustè vitam, & ita summum bonum temporale, & externum, iuxta *suprà* dicta, maius est cæteris peccatis contra iustitiam commutatiuam inferiora bona auferentibus; periurium verò non est maximum inter peccata contra Religionem, immo alia sunt ipso grauiora, videlicet odium Dei, hæresis idolatria, & blasphemia, vt benè aduertunt Præpos. *in præsenti col. 1. in fine*, & alij, quos refert, & sequitur Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 12. quæst. 6.* & ideo mirum non est, homicidium vocari immane flagitium *in capit. miror 50. dist.* Tum denique, quia homicidium ordinariè, & moraliter loquendo excedit periurium in grauitate circumstantiarum, nam primò denotat vtplurimum pertinaciorem infesti animi deliberationem, quia scilicet difficiliùs committitur, vt obseruat Less. *sub dict. num. 75.* deinde gignit maius scandalum, quia scilicet magis repugnat visibili naturæ, & satis ostendit grauitas pœnarum, quibus solet puniri, quæ tamen circumstantiæ non reperiuntur vtplurimum in periurio, ac proinde non solet ita grauiter ac homicidium puniri, vt satis intendit *gloss. vlt. in præsenti*, prout ex ea colligit Dominic. *ibidem col. 1. in fin.* Præpos. *col. 2. etiam in fine*.

Contrarium tamen, immo quòd periurium sit pec- 27
catum grauius homicidio, tenuerunt D. Thom. *quodlib. 1. articul. 18.* Syluest. *in summ. verbo periurium quæst. 2.* Sot. *de iustit. libr. 8. quæst. 2. art. 3. conclus. 4.* Cou. *in cap. quamuis pactum p. 1. §. 7. num. 1.* Medin. *in summ. lib. 1. cap. 14. §. 5. fol. 83.* Azor. *d. quæst. 6.* Menoch. qui nihil decidit, *de arbitrar. casu 319. num. 2.* Suar. *de Religion. tom. 2. tract. 4. lib. 3. cap. 3. num. 8.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 3. cap. 4. num. 37.* latè hanc sententiam defendentes plurimis argumentis, tum quia periurium excedit ex parte virtutis, cui opponitur, nempè religionis erga Deum, quæ nobilior & perfectior virtus est, quàm iustitia humana, cui solùm, & non alteri virtuti proximè, & formaliter opponitur homicidium. Tum quia culpæ contra præcepta primæ tabulæ grauiores sunt culpis contra præcepta secundæ tabulæ, quia priores tendunt immediatè, ac directè contra Deum, & contra virtutem Religionis, & cultum latriæ ipsi Domino debitam, posteriores autem contra proximum, vt resoluunt Archid. Præpos. Domin. & Turrec. *in præsenti*, Syluest. Axor. Less. & Sanch. *dictis locis*; atqui periurium, vtpote immediatè offendens virtutem Religionis, iuxta proximè dicta, est contra præcepta primæ tabulæ, homicidium autem, vtpote immediatè, & directè offendens iustitiam commutatiuam, & bonum proximi per eam immediatè conseruandum, pertinet ad peccata contra præcepta secundæ tabulæ; igitur periurium est peccatum grauius homicidio. Tum denique, quia vt aduertit Cou *d. §. 7. sub num. 2.* grauitas, & magna deordinatio periurij conuincitur ex ea ratione quòd cùm illud quantum ex se est, tollat certitudinem diuini testimonij in iuramento contenti, consequenter tollit hoc velut primum principium confirmandi, & stabiliendi contractus humanos, ac tandem maxima ex parte euertit humana commercia, itavt ex iis omnibus mirum non sit periurium vocari grande scelus, *in cap. prædicandum 22. quæst. 2.*

His ita pro vtraque parte adductis, videtur in hac 28
homicidij, & periurij comparatione nihil certius, aut verisimilius iudicari posse, quàm quòd hæc duo peccata adinuicem se excedunt penes diuersos respectus, vt apertè obseruat Suar. *dict. cap. 3. num. 11.* Ego tamen dicendum puto peccatum homicidij, licèt ex genere suo, & secundùm suam specificam malitiam, leuius sit periurio secondùm suam considerato ex genere suo, tamen sumptum in indiuiduo cum suis ordinariis circumstantiis grauius esse periurio cum suis considerato.

Probatur, nam quamuis, cæteris paribus, pecca- 29
ta contra præcepta primæ tabulæ ex genere suo, & secundùm specificam malitiam grauiora sint, quàm ea, quæ aduersùs præcepta secundæ tabulæ committuntur

mittuntur, vtpote quia priora immediatè, & directè tendunt contra Deum, & contra virtutem Religionis; posteriora verò tendunt immediatè, & directè
30 contra proximum, & contra iustitiam commutatiuam humanam, quæ inferior virtus est ipsa virtute Religionis: tamen potest aliquando inter eademmet peccata contingere vt peccatum contra aliquod præceptum secundæ tabulæ ratione circunstantiarum in indiuiduo sit grauius, eo quòd offenderit præceptum
31 aliquod primæ tabulæ, vt aduertit Suarius *dict. cap.* 3. *num.* 10. *col.* 2. Exemplum proponi potest in violatione voti, & diei festi, quæ inducit peccatum contra secundum, & tertium præceptum primæ tabulæ, iuxta resoluta per D. Thom. & alios communiter, quos refert, & sequitur Nauarr. *in man. cap.* 12. *num.* 24. *cum seqq.* Suar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 6. *lib.* 1. *cap.* 15. *maximè num.* 5. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 7. & tamen eadem peccata ratione prædictæ circumstantiarum inæqualitatis minora sunt homicidio, & adulterio pertinentibus ad secundum, & tertium præceptum secundæ tabulæ, ob quam etiam inæqualitatem circumstantiarum facilè procedit illa resolutio, quam contra Mediram constituunt Soar. *d. num.* 10. *col.* 2. & Sanch. *d. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 37. *in fine*, periurium esse peccatum minus parricidio, quamuis hoc ad secundam, illud verò ad primam tabulam pertineat, quod idem dicendum est de eodem periurio in comparatione peccati contra naturam, immo & adulterij, quamuis hæc duo vltima peccata pertineant ad secundam tabulam, vt bene resoluit Suar. *d. cap.* 3. *sub. num.* 12.

32 Quòd autem in homicidio concurrant circumstantiæ plures, & grauiores, quàm in periurio, ex eo ostenditur, quia in homicidio offenditur Deus, & spiritualis salus homicidæ, & maius bonum temporale proximi occisi, & maiori conatu, & affectu magis infesto, & deliberato, & cum maiori scandalo committi solet, vt probat hic text. *in vers. etenim*, quæ tamen circumstantiæ non ita se habent in periurio, cùm in eo licèt offendatur Deus, & salus spiritualis periuri, tamen vtplurimum non æquè grauiter offenditur proximus, nec committitur tam difficulter, sed facilè, nec tam infesto conatu, & tam directo affectu lædendi, sed potiùs proficiendi in temporalibus sibi, vel alij, in cuius fauorem peieratum fuit, iuxta tradita per Less. *d. cap.* 42. *num.* 75. *in fine*. Nec putes numerum, & grauitatem circumstantiarum periurij in comparatione homicidij augeri ex eo quòd periurium videatur habere coniunctam blasphemiam, ex Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 7. *&* 8. nam potius aduertere debes in periurio de se non inuolui blasphemiam, nam peierans non dicit aliquid falsum de Deo, nec id ei tribuit, prout est de ratione blasphemiæ, secundùm Menoch. *de arbitr. casu* 375. *num.* 3. *cum seqq.* quamuis enim Deum adhibeat in testem falsitatis, tamen id facit non quasi existimet Deum posse testem esse falsitatis, nec quasi id ei tribuere velit, sed tanquam qui sperat fore vt Deus super re iurata non testificetur per aliquod euidens signum, ex quo periurij falsitas innotescat, vt docet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 13. *art.* 3 *ad* 2. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Perplexitas alia est absoluta, alia secundùm quid.*
2 *Perplexitas absoluta dari nequit.*
3 *Perplexitas secundùm quid prouenit ex erronea conscientia ipsius operantis, & num.* 4.
5 *Perplexitas secundùm quid dari potest.*
6 *Consulens paratum occidere clericum adulterum in adulterio cum sua sorore deprehensum, vt mutilet, non incurrit irregularitatem, aut excommunicationem.*

Cap. Nerui. II. *Greg.*

POssibilem esse perplexitatem in peccatis, ex D. 1
Gregorio probat Gratian. *in præsenti*, pro cuius tamen materiæ vera cognitione aduertendum duxi perplexitatem dupliciter posse considerari, alia est absoluta, alia verò secundùm quid. Prior consideratur ex parte operis, dum scilicet illud si multiplex occurreret, & vtrumque sub peccato perplexum obligaret ex aliqua legitima prohibitione vnum, & alterum opus inficiante, induceret à parte rei quandam ineuitabilitatem peccandi, & impossibilitatem seruandi vnam, & alteram prohibitionem, & quidem 2
hæc absoluta perplexitas dari nequit, quia sequeretur hominem peccare posse in eo, quod vitare non potest, quod omninò falsum est, cùm sine voluntate peccatum actuale committi nequeat, iuxta ea, quæ habentur *in summ. & in cap.* 1. *& in cap. non est* 15. *quæst.* 1. tum quia iam maneret impossibilis legis constitutio, aut præceptum prohibens opus vtrumque, contra text. *in cap. erit autem lex* 4. *dist.* cum adductis *ibidem num.* 5. Quare in effectu sic resoluunt *in præsenti* Domin. *col.* 1. *in med.* Archid. *col.* 3. *in fine*, & Præpos. *in princip.* D. Thom. 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 6. *ad* 3. & *ibi* Medin. *quæst.* 1. Vasq. *ibid. disput.* 6. *cap.* 2. *num.* 6. Valent. 1. 2. *quæst.* 14. *puncto* 5. *ad* 2. Cordub. *in suis quæst. lib.* 3. *q.* 4. *ad fin.* Fr. Emman. *in summ. tom.* 2. *cap.* 51. *num.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *q.* 8. Suar. *de pœnit. tom.* 4. *disput.* 4. *sect.* 10. *sub num.* 4. Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *sub num.* 13.

Posterior verò perplexitas, scilicet secundùm quid, 3
consideratur non quidem ex parte operis occurrentis, sed ex erronea conscientia ipsius operantis, dum scilicet ignoratur, & fatuè credit se inter vtrumque opus ita prohibitione teneri, vt quolibet patrato nequeat euadere peccatum, vt in exemplis adductis per Doctores *suprà* citatos, maximè per Suar. & Sanch. *vbi proximè*, veluti si quis dum existimat peccatum esse mentiri pro vitando homicidio, simul ex ignorantia putet se in his terminis ad mentiendum teneri, cùm tamen à parte rei non teneatur ad illud, immo ad oppositum, iuxta text. *in cap. super eo, de vsur.* post alios Suar. & Sanch. *citatis locis*; vel etiam in rusticis contingere solet si alter eorum credat se peccatum committere si pro Missa in festis audienda gregem deserat, & simul ex ignorantia existimet in his terminis se illam non audiendo peccare, cùm tamen à parte rei non peccet si absque gregis considerabili damno non potest eam audire, & adimplere illius præceptum affirmatiuum, obligans solùm pro loco & tempore, data scilicet opportunitate, & commoditate, sicuti resoluunt Nau. *in man. cap.* 21. *num.* 3. *cum seqq.* Tolet. *in sum. lib.* 6. *cap.* 9. *col.* 3. *in med.* Suar. *tom.* 3. *de Sacram. disput.* 88 *sect.* 6. *col.* 5. *in fin.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 17. Sanch. *d. cap.* 11. *num.* 13.

Rursus de eadem perplexitate secundùm quid alia 4
exempla habentur in hoc text. in quo agitur de malis, & peccatis, non quidem per se talibus, sed solùm existimatis, præ ignorantia sic perplexi, vt constabit legenti, & intuenti, regulas iuris ad eadem exempla pertinentes, quas esset hîc longum recensere, sit satis eas legere apud Dominic. Anch. Præpos. & Turrec. *hic.* Adest aliud exemplum *in cap. duo mala. sup.*

sup. hac eadem dist. vbi Iurans proximum, v. g. interficere, existimat se peccatum homicidij committere interficiendo illum, & simul ex ignorantia putat se peccare, & in periurium incidere si iuratam mortem proximi non compleat, cùm tamen à parte rei ille noo incidat in illud in his terminis, quia scilicet ad eam non obligatur, ex tali iuramento, vt pote de materia iniusta, nullo & peccaminoso, inxta reg. tex. *in cap. animaduertendum 22. q. 2. & in cap. etsi Christus vers. & iurabunt, de iureiur.* obseruant Archid. Præp & Torrec. ac gloss. *verbo peierare in dict. cap. duo mala*, Cou. *in cap. quamuis pactum part. 1. §. 6. num.* Suar. *de Relig. tom. 2. tract. 4. lib. 3. c. 26.* Axor. *d. part. 1. lib. 11. cap. 5.* D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter n. 28. cum seqq. ff. soluto matrim.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 3. c. 4. num. 26. cum seqq.*

Hæc qoidem posterior perplexitas secundùm quid
5 dari potest, quippe quòd non pouit à parte rei in opere, & in legis prohibitioue impossibilitatem illam, & ineuitabilem peccandi, nec reliqua inconuenientia, quæ in perplexitate absoluta considerantur, sed solum procedit per accidens, & secundùm quid, supposito scilicet errore intellectus, & ignorantia sic perplexi, & ita hæc perplexitas oon solùm dari potest, sed etiam de facto dari consueuit, vt constat ex text, in præsenti, & reliquis exemplis *suprà* adductis, & in aliis pluribus, quæ possunt innotescere Confessorum experientia, & solent suggeri ex instigatione diaboli hominibus laqueum inde & vndique parantis, vt constat ex hoc text. *in princip.* Vt tandem quilibet nostrorum cauere debeat ne in huiusmodi perplexitatibus laqueum incidat, immo vitibus omnibus pacem, & quietem conscientiæ in Deo discretè procuret ab his dubitationibus, & indiscretis scrupulis desistendo iuxta normam ad sedandos scrupulos inter alias traditam post alios per Nauar. *in man. cap. 27. num. 282. cum seqq.* & Fr. Emman. *d. tom. 2. sum. cap. 52. à princ.* banc itaque posteriorem perplexitatem admittunt omnes Doctores proximè citati, & quidem meritò, cùm facilè contingere possit supradicta Diaboli instigatione, & multorum hominum timida complexione, & melancholia, ac apprehensiua imagioatione, ex quibus solent indiscreti scrupuli procedere, iuxta tradita per Nauar. & Fr. Emmao. *vbi proximè*, quamuis de possibili, & frequenti contingentia huios posterioris perplexitatis dubitet Suar. *de pænit. tom. 4. disp. 4. sect. 10. num 4.*

Concessit minima, &c.) Notatur ad hoc quòd il-
6 lum, qui est paratus occidere clericom adulterum in adulterio cum sua sorore deprehensum, consulere possum, vt non occidat, sed potiùs mutilet absque vllo irregularitatis, & excommunieationis incursu, quia non pecco in hoe bono coosilio, cùm illud non influat moraliter, vt fiat mutilatio, sed ne fiat homicidiom, nec consulo malum, sed propooo tantùm materiam minoris mali, vt eum à maiori malo retraham, quod est licitum; quare ita tenent Caiet. *tom. 1. opusc. tract. 31 resp. 13 dub. 3. & 2. 2. quæst 95. art. 8 in 5. causa duelli, in fine*, Sot. *de iustit. lib. 6. quæst. 1. art. 5.* Nauar. *in man. cap. 14. num. 40. vers. decimotertio, & cap. 17. num. 263.* Suar. *de censur. tom. 5. dispu. 45. sect. 3. num. 1. in fin. vers. vnum verò casum, & num. 2. 3. & 4.* Sayr. *de censuris lib. 7. cap. 3. num. 13.* Auil. *in simili tract. p. 7. sub. de homicid. directè voluntario disp. 6. sect. 2. dub. 3. vers. vnde.*

In gloss. *Præcipitat.* Notatur ad hoc quòd si qois se præcipitat ex muro, præsumens euadere mortem, non peccat mortaliter, licèt moriatur, nisi murus esset altus, vt per Gregor. Lopez *l. 16. gloss. 4. tit. 18. part. 2.* vbi ad hoc dicit glossam notabilem.

Distinctio XIV.

Cap. Quòd ait. I. *August.*

De materia huius text. & an peccauerit Loth offerendo filias impiis Sodomitis ad maius malum vitandum, dixi latè *ad cap. duo mala num. 12. & 13. sup. dist. 13.*

In gloss. *Hac compensatio.* ibi, *admittitur tamen compensatio in criminibus.* Ita Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum, & vxorem §. 20. num. 4.* Sanch. *de matrimon. lib. 10. disput. 8. num. 29.* Farin. *in praxi crim. part. 5. quæst. 141. n. 39.* & latè *fragment. crimin. part. 1. lit. D. num. 110. cum multis seqq.* Cardos. *in praxi indicum, verbo delicta num. 34.* Hieronym. Baccaron *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. different. 131. per totam.*

In ead. gloss. ibi, *nòn in foro pœnitentiali.* Ita Hieron Buccaron *d. differ. 121 num. 10.*

In gloss. *Periculosissimè.* ibi, *nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malum.* Ita Abb. *in cap. qui scandalizauerit num. 1. in fine, de regulis iuris, & in cap. debitores num. 3. ad fin. de iureiur.* Sot. *de iustit. lib. 5. q. 1. art. 5. vers. item alteri*, Molin. *de iustit. tract. 2. disp 335. vers. ad secundum.*

Distinctio XV.

SVMMARIVM.

1 *Conciliorum diuisio in quot species fiat, ostenditur, & num. 2.*

3 *Concilia vniuersalia in duo membra distinguuntur.*

4 *Concilia localia in varias species subdiuiduntur.*

5 *Declaratur Antiochenum Concil. can. 20.*

6 *Concilia generalia à solo Romano Pont. possunt congregari, localia verò inferiores Prælati, Prouincialia Metropolitanus, Episcopalia, seu Synodalia Episcopus congregare possunt.*

7 *Conciliorum generaliū auctoritas ad vniuersum Orbem se extendit, Nationalia verò extra Regnum, Prouincialia extra Prouinciam, Episcopalia extra diœcesim non extenduntur.*

8 *Quæstiones maiores ad vniuersale Concilium deferri debent.*

9 *Concilia vniuersalia à principio nascentis Ecclesiæ pro grauiorib⁹ quæstionibus cōgregari cōsueuerūt.*

10 *Constantinus primus concessit licentiam vt publicè, & liberè celebrarentur Concilia.*

11 *Fidei quæstiones neque alia maiores causæ possunt deferri ad Concilia localia.*

12 *Concilia localia errare possunt.*

13 *Concilia generalia à Pontifice confirmata, vel præsentibus Legatis ipsius specialem habentibus instructionem in decretis Fidei, vel morum, errare non possunt.*

14 *Concilia generalia in Spiritu sancto dicuntur congregata.*

15 *Declaratur auctoritas Matt. cap. 18.* Vbicumque fuerint duo, &c.

16 *Ariminense Concilium non fuit ab aliquo summo Pont. congregatum, seu confirmatum, ac proinde inter opera damnata recensetur.*

17 *Constantinopolitanū Concilium congregatū sub Leone III Hisauro Imper. & eius filio, quia sine Papa auctoritate fuit congregatum, conciliabulum est.*

18 *Ephesi*

18 *Ephesinum Concil. II. quare inter reprobata annumeretur, ostenditur.*

19 *Thurlani canones quam auctoritatem habeant, ostenditur*

20 *Basiliense Concilium sub Eugen. IV. infelicem habuit exitum, & illegitime fuit finitum.*

21 *Nicænum Conciliũ I. celebratũ fuit sedente Syluestro Constantino imperante ab anno CCCXXVII.*

22 *Arriana hæresis in Nicæno Concilio I. damnatur, & Arrius eijcitur.*

23 *Nicæno Concilio I. 318. Episcopi interfuerunt.*

24 *Euangelij sacrosanctus Codex in Concil. Nicæno I. sede Regia in medio consessus Episcopalis collocatus fuit.*

25 *Nicæni Concilij I. decreta in magna fuerunt æstimatione.*

26 *Constantinopolitanum Conc. I. fuit celebratum anno Domini 381. auctoritate Damasi Papæ, & fauente Theodosio Imp. seniore, & conuenerunt in eo Episcopi 150.*

27 *Macedonij Episcopi Constantinop. hæresis condemnata est in Concil. Constantinop. I.*

28 *Ephesinum I. Concilium auctoritate Cœlestini Papæ petente, & fauente Theodosio iuniore Imp. fuit congregatum anno Domini 431.*

29 *Nestorij hæresis damnata fuit in Concilio Ephesino I.*

30 *Chalcedonense I. Concilium auctoritate Leonis Papæ, instante Martiano Imper. congregatum fuit anno 450.*

Cap. Canones. I. *Isid.*

1 Circa diuisionem Conciliorum non satis constat inter scribentes, in duplicem enim speciem partitur text. *in cap. Regula. §. porro 3. dist.* in Generalia scilicet, & Prouincialia. Gloss. verò *in cap. conuenientibus, verbo vniuersalis 1. q. 7.* ex text. *ibi* colligit diuisionem Synodi, seu Concilij esse quòd aliud sit vniuersale, aliud locale, sed reprobatur communiter, addunt enim Doctores tertiam speciem, sic diuidentes, quòd aliud sit vniuersale, seu generale, idest, omnium Prælatorum Orbis sub Romano Pont. de quo Gratianus *infrà 16. & 17. dist.* aliud Prouinciale, idest, Episcoporum alicuius Prouinciæ sub suo Metropolitano, de quo idem Gratian. *per tot. 18. dist.* aliud Episcopale, idest, clericorum vnius diœcesis sub suo Episcopo, de quo agit text. *in cap. 2. & vlt. 18. dist. & in cap. quod super his, de maior. & obed.* & illud secundùm communem loquendi vsum dicitur Synodus, vt *in cap. sicut olim. in princip.* ibi, *prouincialia non omittant Concilia*, iuncto fine, ibi, *in Episcopalibus synodis, de accusat.* atque ita hanc trimembrem distinctionem tradit gloss. *in sum. 17. dist.* recepta ex multis, de quibus Henric. Bottæ *in tract. de synodo p. 1. n. 4.* Turrec. *in sum. lib. 3. cap. 3.* Dominic. Bannes *in 2. 2. quæst. 1. art. 10. dubit. 3 in 1 p. commentarij.* Addunt alij quartum genus, scilicet Conuentuale, seu Monachale, quod propriè dicitur Capitulum, de quo *in cap. in singulis, & in cap. ea quæ, de statu monachor.* Addunt alij quintum, scilicet Nationalia, in quibus scilicet conueniunt omnes Episcopi vnius nationis, seu Regni, præsidente Primate, vel Patriarcha. Vnde in hæc quatuor membra, scilicet Vniuersalia, Nationalia, Prouincialia, & Episcopalia diuidunt omnia Concilia, Card. Bellarm. *de Concilijs lib. 1. c. 4. in princ.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erect. c. 12. num. 67.*

2 Mihi verò magistralior videtur Host. doctrina, qui *in sum. tit. de constitut. num. 5.* tradit summam Conciliorum diuisionem esse quam insinuat text. *in d. cap. conuenientibus,* & expressit *ibid.* gloss. quòd scilicet alia sint Vniuersalia, seu Generalia, alia localia, seu particularia. Rursus vniuersalia in duo membra subdistinguuntur, in ea scilicet, quæ ex vniuerso Orbe con- 3
gregantur auctoritate Rom. Pont. & plenaria vocat August. *in cap. illa 12. dist.* & in ea, quæ licèt ex vna sola prouincia congregentur, à Papa tamen sunt approbata decernente ab omnibus esse obseruanda, itaut ratione auctoritatis, & approbationis vniuersale censeatur, vt explicat Alexandrin. *hîc ad finem*, Iacobat. *de Concil. lib. 1. art. 2. §. quot autem*, iunctis multis, de quibus Pigh. *de ecclesiast. hierarch. lib. 6. cap. 2. vers. medij verò.* Rusus localia in varias alias species subdiuiduntur secundùm maiorem, vel minorem locorum ambitum, seu personarum numerum; vt si ex aliqua tota natione, vel Regno conuocentur, dicantur Nationalia, si ex vna Prouincia à Metropolitano 4
Prouincialia, si ab Episcopo in sua diœcesi Episcopalia, seu Synodalia.

Non obstat quod Antiochenum Concilium *in* 5
cap. 20. innuere videtur nulla esse Synodalia Episcoporum Concilia, in illis verbis, *Nullis ergo liceat apud se celebrare Concilia, præter eos, quibus Metropolitana videntur esse iura concessa*, vt habet prima editio dicti Concilij, cui reliquæ in sensu concordant *in tom. 1. Conc. pag. 648.* quibusque adstipulatur S. Martinus natione Græcus, & in Lusitania Bracharen. Episcopus *in collectan. Græcarum Synodorum*, dum *in cap. 18.* ita habet, *Nulli autem Episcopo liceat propria apud semetipsum Concilia facere præter eos, quibus Metropoles sunt credita, in tom. 2. Concil. pag. 834.* Quia respondetur dupliciter, & primò hanc potuisse esse vnam inter Latinos, & Græcos differentiam, ex multis, quæ notantur *in cap. aliter 31. dist. & in cap. licet Græcos, de Baptismo, c. 1. de summa Trinit. in 6.* & referunt Host. *in sum. tit. de voto, num. 18.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 12. consid. 21. vers. quinta ratio* Direct. Inquisitor. *part. 2. quæst. 18.* vbi Pœnia *commento 43. vers. cæterum.* Vel secundò respondetur supradicta verba exponenda esse quòd Episcopus cum aliis etiam Episcopis non possit absque Metropolitano Prouinciale Concilium celebrare; poterit tamen cum Presbyteris suis diœcesanum facere, iuxta Toletanum Conc. IV. *can. 20.* de quo *in cap. quando Presbyteri,* ibi, *vel ad Concilium venerint, 38. dist.* & ita exponit gloss. *verbo Concilia in cap. propter Ecclesiasticas 1. & 2. 18. dist.* Colliges hæc ex Dionys. Paulo *d. cap. 12. num. 69 cum seqq.*

Cuius summæ diuisionis in illa duo membra eui- 6
dens ratio, eiúsque cognitio ad plures notabiléśque effectus vtilis & necessaria est. In primis enim generalia à solo Rom. Pont. possunt congregari *cap. regula, capit. nec licuit, capit. multis 17. dist.* text. opt. *in capit. significasti, de elect.* Localia verò inferiores Prælati possunt congregare, Prouincialia Metropolitanus, *cap. 1. cap. quoniam 18. dist.* Episcopalia, seu Synodalia Episcopus, *d. cap. quod super his, dict. cap. sicut olim.*

Secunda hinc resultat differentia quòd generalium 7
auctoritas ad vniuersum Orbem se extendit, propter auctoritatem Rom. Pont. à quo sunt approbata, & cui cuncta per mundũ subiecta sunt, *in cap. cuncta per mũdum 9. q. 3.* cum similibus, notat Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 5. cap. 3. n. 6.* At verò Nationalia extra Regnum, Prouincialia extra Prouinciã, Episcopalia extra diœcesim non extendũtur, ex reg. *l. vlt. ff. de iurisdict. omnium iudic. cap. 2. in fine. de constitut. lib. 6.* & in hunc sensum propriè ista Conc. dicuntur localia, quia extra certa loca non habent auctoritatem, Turrec. *in d. cap. 3. in fine*

& dili

& diligenter Castro *aduersus hereses lib.* 1. *cap* 8. hinc
notans io prouerbium abiisse quod articuli Parisien-
sium non transeunt Alpes.
8 Tertia differentia est quòd ad vniversale Conci-
lium deferri possunt maiores quæstiones, veluti cau-
sæ Episcoporum depositionis, & questiones respi-
cientes articulos Fidei, & mores Ecclesiæ vniuersa-
9 lis, immò pro his grauioribus quæstionibus à prin-
cipio nasceotis Ecclesiæ semper in vsu fuisse huius-
modi Coocilia congregari, constat ea auctoritate
Actor. Cap. 15. & quæ commemorat B. Gregorius, &
Gelas. *in cap. sicut, & in cap. sancta, inf. hac dist.* pro-
sequontur Torrec. *d.lib.* 3. *cap.* 9. Iacobat. *lib.* 4 *art.* 2.
Card. Bellarmin. *d. lib.* 1. *cap.* 9. *&* 10. immo ab ipso
Christo exordiũ habuisse morem hunc, ostendit Card.
Cæs. Baron. *tom.* 1. *annal. Eccles. anno Christi* 58.
10 *cap.* 100. & consequenter apparet in sano sensu intelli-
gendos esse eos, qui à Constantino Conciliorũ vsum,
& auctoritatem existimant incœpisse, vt docuit gloss.
verbo synodo, in cap. futuram 12. *quæst.* 1. concludit
Pigh. *d. lib.* 6. *cap.* 1. Pro quibus facere videtur Isidor.
in præsenti. Sed ita interpretandus est quòd solùm do-
ceat Coostantinum concessisse licentiam vt publicè,
& liberè celebrarentur Concilia, cum antea Roma-
ni Principes, qoorum imperio regebatur Orbis, ita
in Christianum nomen sæuirent, vt minimè liceret
publicè congregare Concilia, sicuti multis explicat
11 Polydor. Virgil. *de inuentorib rerum lib.* 8. *cap.* 5.
Cartanz. *contron.* 4. Iacobat. *lib.* 1. *art.* 5. Ad Con-
cilia verò localia neque Fidei quæstiones neque aliæ
maiores caosæ possunt deferri, *cap. Concilia* ibi *non de
maioribus negotiis*, 17. *dist.* cum aliis, ex quibus com-
moniter receptum testatur Bottæ. *de synodo p.* 3. *art.* 1.
n. 25. Castro *d.lib.* 1. *cap.* 8. Sed io his agitur de corre-
ctione morum clericorum, & aliis similibus, quæ mi-
nora suot, *cap. annis singulis* 18 *dist.* coosonat Coocil.
Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 5. *fine.*
12 Tandem illa notabilior est differentia, quia Con-
cilia localia infallibilem veritatem non habent, im-
mò errare posse resoluunt constantissimè scribentes
communiter, vt probat text. *in d.cap. Concilia* 17. *dist.*
ibi *quia præsentiam Papæ non habent, valetudinem
perdiderunt.* Et deinde ratione confirmatur; quia,
vt statim dicendum est, generalibus Conciliis dupli-
ci ex ratiooe infallibilem auctoritatem tribuunt Do-
ctores, vel quia vniuersalem Ecclesiam repræsentaot,
vel quia Summi Pont. auctoritate suot approbata,
quæ planè rationes euidenter cessant io Conciliis lo-
calibus, vnde infallibilem auctoritatem ooo habe-
re fatentur Doctores omoes, vt prosequuntur Can.
lib. 5. *cap.* 4. *concl.* 4. Castr. *dict. lib.* 1. *cap.* 8. *& lib.* 4.
verbo Concilium, in princ. Card. Bellarm. *de Concil lib.* 2.
cap. 10. Bannes 2.1. *quæst.* 1. *art.* 10. *dubit.* 3. *in fin.* & con-
firmat, quia plura Concilia Prouincialia errasse con-
stat. In primis Carthaginense sub B. Cypriano de re-
baptizandis hæreticis, & Concil. apud Aquisgranum
relatum *in cap. placuit* 36. *quæst.* 2. dum decernebat in-
ualidom esse matrimooium inter raptam, & rapto-
rem, qoamois postea libere consentiant contra decisio-
nem Pont. *in cap. vlt de raptorib.* & Conc. Trid. *sess.* 24.
de reformat. matrim cap. 6. & quæ late resoluunt Cou.
de sponsal. p. 2. *cap.* 3. §. 9. *à princip.* & relati à Cened. *ad
Decretal. collect.* 92. *num.* 1. & Elibertinum dum de-
creuit imagines in Ecclesiis piugendas oon esse, vt
refertur *tom.* 1. *Concil. cap.* 36. *pag.* 284. quod est contra
Catholicam veritatem, de qua in Concil. Trid. *sess.* 25.
in decret. de inuocat. & venerat. Sanctor. licet multi Ca-
nonem illom excusare nitantur, varias adducentes
interpretatiooes, quas videbis apud Cardin. Baron.
tom. 1. *anno Christi* 57. *c.* 96. *& seqq.* & Duraot. *de ritib.*
Eccles. lib. 1. *cap.* 5. *n.* 11. Bellarm. 1. *contron.* 7. *lib.* 2.
cap. 9. *vers. ad.* 2.
At verò generalia Concilia à Pontifice confirma- 13
ta, vel præsentibus Legatis ipsius specialem haben-
tibus instructionem io decretis Fidei, vel morum er-
rare non posse verissima conclusio est & ab omnibus
Catholicis recepta, & constat ea *cap. sicut, & cap san-
cta, inf. hac dist.* Vnde decreta in huiusmodi genera-
libus Conciliis in dubium, vel controuersiam voca-
ri non posse, probat Isid. *in præsenti* §. *hæc autem*, ibi,
omni maneant stabilita vigore consonat Gelas. *in cap.
maiores*, 24. *quæst.* 1. *& in cap.* 1. & Damasus *in cap
violatores* 25. *quæst.* 1. consonat Martianus Imper. *in l.
nemo C. de sum. Trinit.* ex quibus atque aliis ita re-
soluunt Abb. *quæst. num.* 13. latissimè Turrec. *lib.* 3.
cap. 58. *cum seqq.* Albertin. *de assertion. Cathol. quæst.* 30.
num. 18. Castr. *d.lib.* 1. *cap.* 2. *ad fin. & verbo Concilium
à prin.* Can. *lib.* 5. *à princ.* & omnino *cap.* 4. *concl.* 3.
Cardin. Bellarmin. *de Concil. lib.* 2. *cap.* 11. Baones *vbi
suprà dub.* 3. *concl.* 3. ex quibus meritò Leo X. damna-
uit inter alios articulos Lutheri *art.* 29. quo ipse aie-
bat viam nobis esse factam liberè contradicendi gestis
Conciliorum, & iudicandi eorom Decreta, vt habe-
tur *tom.* 3. *Concil. pag.* 716. Deinde rationibus osten-
ditur, quia constat Sedis Apostolicę, & Romaoi Pon-
tificis iudicium in decretis Fidei, & morum certum
esse, & infallibile, sed modò agimos de Conciliis à
Summo Pontifice specialiter confirmatis, vel gestis
ab ipsius Legatis cum speciali instructione super eo
articulo, quem Concilium definiunt; ergo necessariò
fateri oportet talia Concilia errare non posse in decre-
tis Fidei, & morum. Confirmatur secundò, quia pro- 14
pter infallibilem Spiritus sancti assistentiam, quam
hæc Coocilia habere dicuntur, in Spiritu sancto di-
cuntur legitimè congregata, vt passim legitur in Conc.
Trident. *sess.* 3. *&* 4. & in principio omniom sequen-
tium, & Decreta Conciliorum sententię dicuntur
eiusdem Spiritus sancti, vt habetur *Actor. cap.* 15.
ibi *visum est Spiritui sancto, & nobis.* Confirmatur ter-
tiò, quia certum est, & indubitatum vniuersalem Ec-
clesiam errare non posse in Fidei, & morum decretis;
porrò vniuersale Concilium legitimè congregatum
Summi Pontificis auctoritate, vel eo præsente, seu
per ipsius Legatos cum speciali instructione vniuersa-
lem Ecclesiam repræsentare, *dict. cap. sicut, in fine*,
ibi *vniuersali sunt constituta consensu, inf. hac distinct.*
& clariùs probat Bulla Martini V. *in fine Concilij
Constantien.* & refertur *tom.* 2. *Concil. pag.* 1162. ibi,
Sacrum Concilium, & vniuersalem Ecclesiam. Tandem
confirmatur viua ratione, si enim hęretici Papę iudi-
cium atque etiam vniuersalis Concilij recusent, nul-
lum sanè iudicem inuenient, qui dubia io quęstioni-
bus Fidei, & morum exorientia possit dirimere; quòd
si, vt solent, ad sacram Scripturam prouocent, fa-
cilè occurrit sacras Scripturas elingues, & mutos
iudices esse, & sæpè de earum sensu versari quæstio-
nem, quam ipsę dirimere non possunt, ac subinde ad
aliquem viuentem recurrendum est, non autem oc-
currit, siquidem Papę iudicium recusant, modus alius
opportunior, quàm totius Concilij iudiciom, in quo
vniuersalis Ecclesia repręsentatur, ex quibus inter
omnes Concilium Pontificis auctoritate congrega-
tum, & specialiter confirmatum in decretis Fidei,
& morum errare non posse; deinde pro certo tradi-
tur errare posse Concilium, quod sine Summi Pon-
tificis auctoritate congregatum est, ex *d.cap. Concilia*
17. *dist.* cum similibus, vel etiam quando est congre-
gatum ipsius auctoritate, si cootra instructionem ab
eo datam aliquid ibi decidatur.
Non obstat auctoritas Christi Domini Matth. 18. 15

vbicumque fuerint duo, vel tres, &c. quæ eodem modo, quo concludit infallibilitatem in Decretis vniuersalis Concilij, concludere etiam videtur in Decretis Conciliorum Prouincialium, quia respondetur primò cum Cano *lib. 5. cap. vlt. ad* 4. auctoritatem infallibilem Conciliorum non inniti ea auctoritate, sed potiùs in confirmatione Summi Pontificis, ad quem finaliter pertinet determinare quæ sunt Fidei, sed quia Innocentius Papa *in d. cap. de quibus*, atque alij Pontifices sæpè eam auctoritatem adducunt ad Conciliorum auctoritatem firmandam. Vel secundò responderi potest eam auctoritatem duplicem habere sensum, primus est quòd vbi duo, vel tres in nomine Christi, id est, pio, & bono animo ad tractandas res Fidei, & Religionis, ibi habent ipsum Christum adiutorem, non vt infallibiliter veritatem decernant, sed vt si fortè errauerint, non deficiat qui eos erudiat, vt contingit in Concil. Carthaginensi sub S. Cypriano, qui à Cornelio Papa eruditus, statim mutauit sententiam. Secundus sensus est, quòd vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine Christi, idest, iussu, & auctoritate Summi Pontificis ipsius Christi Vicarij, ibi est Christus, qui eos non permittit errare, colligitur vterque sensus ex Cano *d. loco*, Cardin. Bellarmin. *de Concil. lib. 1. cap. 12. vers. porrò, & lib. 2. cap. 1. vers. & ne quis*, Bañes *d. art. 10. dub. 3. concl. 1.* & consequenter minimè ex illa auctoritate conuincitur parem esse debere auctoritatem Conciliorum generalium, accedente Summi Pontificia confirmatione, & Prouincialium sine ea.

16 Ad errores verò, qui aliquibus Conciliis generalibus obiiciuntur, facilè respondetur, & in primis quod attinet ad Ariminense, quod consensisse cum Ario testatur Ruffin. *lib. 1. Ecclesiast. histor. cap.* 21. ineptum ex eo sumitur argumentum; constat enim Concilium illud neque ab aliquo Summo Pontifice confirmatum, neque etiam alicuius Pontificis auctoritate congregatum fuisse, sed potiùs reclamante Liberio Papa ab hæreticis Guizacio, & Valente cum Imperatore Constantio, vt prosequitur Cassiodor. *in histor. Ecclesiast. Tripartita lib. 5. capit. 19. cum seqq.* & ex *Pontificali Damasi Papa*, refertur *tom. 1. Concil. inter acta Liberij Papa pag. 69. versa*, vnde inter opera damnata meritò Ariminense Concilium recenset Gelas. Papa *in cap. sancta, §. quibus 15. dist.* notauit Can. *dict. cap. vlt. vers. ad* 3. Cardin. Bellarmin. *dict. lib. 1. cap. 6. vers. 3.*

17 Similiter Concilium illud Constantinopolitanum congregatum sub Leone III. Hisauro Imperatore, & eius filio Constantino I. sine Papæ auctoritate congregatum est, immo eodem repugnante, atque ideò licèt maxima Sacerdotum, & Episcoporum turba ibi coacta fuerit (legitur enim conuenisse in eodem 338. Episcopus) quia tamen Summi Pontificis defuit auctoritas, non Concilium fuit, sed Conciliabulum, ex reg. text. *in capit. regula, & in cap. Concilia 17. dist.* cum similibus, & consequenter nil mirum si in grauem illum inciderit errorem de sacris Imaginibus adolendis; ideóque idem Concilium sub Constantino optimo iure congregatum est à septima generali Synodo, quæ aliàs secunda Nicæna dicitur, auctoritate Papæ Adriani I. sub Imperatore Constantino V. & eius matre, vt refertur *tom. 2. Concil. in Synodo II. Nicæna, aliàs VII. generali act. 6. pag. 551.* Vnde Can. & Bellarm. *proximè citatis locis* colligunt rationem quare Constantinopolitanum Concilium, quod sexta Synodus dicitur, cùm solùm in eo interfuerint 150. Episcopi, tanquam vnum ex quatuor Euangel. receptum sit, *in cap. sicut. inf. hac dist.* non ita verò hoc, de quo agimus, cùm in eo interfuerint 338. Episcopi, eam scilicet esse quòd illud Summi Pontificis auctoritate congregatum, & confirmatum fuerit, hoc verò non ita.

Quod attinet ad Concilium Ephesinum II. quod Dioscori erroribus consensisse refert Leo *epist.* 21. relata *tom. 1. Concil. pag. 649.* respondetur, quòd licèt Concilium illud à principio legitimè fuerit congregatum auctoritate Leonis I. & Legatis suis sufficienter instructis interessentibus, nihilominus Dioscorus per vim, & potentiam sibi vni auctoritatem omnem ita vsurpauit, vt non permiserit singulos Episcopos, atque etiam Romani Pontificis Legatos liberè suam proferre sententiam, & iuxta Summi Pontificis instructionem procedere, & decernere, quæ decerni debuerunt, vt plenissimè constat ex actis in Concil. Chalcedonensi *act. 1.* refertur *tom. 1. Concil. pagina 745. cum seqq.* acta ideò meritò ab eodem Leone I. in eo Concilio reprobata sunt, vt constat ex *epist.* 32. eiusdem Leonis ad Clerum, & plebem Constantinop. *& epist.* 23. *ad Theodosium Augustum, cum duabus sequentibus*, quæ referuntur *d. tom. 1. pag. 649.* 18

De Trullanis Canonibus, eorúmque auctoritate multa tradunt recentiores, vt per Carranz. *in summ. fol. 262.* Can. *d. cap. vlt. vers. ad* 6. Cardin. Bellarm. *dict. lib. 1. cap. 7. vers. tertio. & lib. 2. cap. 8. vers.* 13. latè Bañes *dict. art. 10. dub. 5.* cum quibus aduertendum est quòd licèt Canones illi frequenter tribuantur sextæ Synodo generali tam à Gratian. *in cap. placuit, & in cap. quoniam, 16. dist. & in cap. quoniam 31. dist.* quàm etiam à Papa Innocentio III. *in cap. à multis, de ætate, & qualit.* verè tamen in sexta Synodo editi non sunt neque ab aliquo Summo Pontifice confirmati, ideóque in magnis tomis Conciliorum non reperiuntur illi 102. Canones licèt integros referat Caranz. *in sum. pag. 262.* Occasio autem cur sextæ Synodo tribuantur, explicatur à proximè citatis; quare licèt Innoc. III. *in d. cap. à multis*, & alij Pontifices afferant vnum, vel alterum Canonem ex illis, qui sanam continent doctrinam, & illum, quem referunt, videantur fortassis approbare, non tamen inde sequitur reliquos omnes approbasse, vt in simili de dictis Salomonis inquit Abb. *in cap. afferte, de præsump.* Vide *infrà* quæ dixi ad *cap. sexta Synodus 16. distinct.* 19

Tandem ad Concilium Basiliense sub Eugenio IV. congregatum definiens Concilium esse suprà Papam, respondetur Concilium illud legitimè quidem à principio fuisse inchoatum, scilicet à Martino V. & ab Eugenio congregatum; sed tamen infelicem habuisse exitum, & illegitimè fuisse finitum. Patres enim Concilij ab Eugenio recedentes Antipapam Amadæum Ducem Sabaudiæ Felicem V. dictum elegerunt, qui postea cessit Nicolao V. vt constat ex actis Concilij Basiliensis *tom. 3. Conc.* ac subinde acta in eo Concilio antequam aliquo Pontifice fuerint confirmata, non habent infallibilem veritatem; constat verò Bullam Nicolai V. quæ refertur *dict. tom. 3. pag. 135.* solùm approbasse acta Concilij, quoad beneficiorum prouisiones, & censuras, minimè verò Decreta circa Fidem, vel mores, vt latè comprobat respondens omnibus obiectionibus Basiliensium in contrarium, Turrecr. *in sum. lib. 2. cap. 100.* notat Carranz. *fol. 370.* Card. Bellarmin. *d. lib. 1. cap. 7. in fin.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 1. n. 15.* & alij, de quibus Henriquez *lib. 13. cap. 5. §. 3. lit. K.* & in particulari Decretum illud de auctoritate Concilij supra Papam improbauit ipse Eugenius IV. vt latè refertur *sess. 34. eiusdem Concilij*, Leo X. *in Concil. Lateran sess. 11. pag. 696.* aduertit Card. Bellarmin. *d. lib. 2. cap. 19. in fine.* Quod verò circa eamdem Concilij auctoritatem supra Papam adducitur ex Constantien. Conc *sess. 4.* explicabia 20

cum

cum Turrec. d. lib. 2. cap. 99. Bellarmin. d. lib. 2. ad fin. & aliis proximè citatis. Quare neque ex Basiliensi Consilio, neque ex vllo alio deduci potest argumentum, quod concludat errasse aliquatenus generalia Concilia à Romano Pontifice confirmata; in omnibus enim quæ ab aduersariis obiiciuntur, Summi Pontificis confirmationem defuisse manifestum est ex dictis, nonnulla alia, quæ minutiora sunt, prosequere cum suprà citatis.

21 *Harum prima Nicæna Synodus*, &c.) Primum Concilium generale extitit Nicænum, quod celebratum fuit ab an. CCCXXVII. vsque ad annum CCCXXX. qui fuit annus X V. Syluestri Papæ, & XX. Constantini Imperatoris, ipsemet Constantino curante, petente, & fauente, vt ait Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 16. quæst. 1. vers. primum*, & probabile est quod Cardin. Baron. *circa annum.* 325. *num.* 6. annotatum reliquit, Constantinum scilicet cum Syluestro egisse de Synodo agenda, & de ea re inter eos conuenisse, potissimùm ad reprimendos Arrianos; de quorum insolentia Alexander Alexandrinus Episcopus iam tum Pontifici, tum Imperatori Romano conquestus erat. Causa conuocandi hoc Concilium primaria fuit, vt de Christi Domini diuinitate blasphema Arrij sententia in iudicium Ecclesiæ vocata discuteretur, quid de ea fideles sentire deberent, definitiuo iudicio decideretur. Arrius enim cùm Theologiæ Professor esset in schola Alexandriæ apud Ægyptios, eiua hæresi, & errore mirabiliter Ecclesiæ concordia diuisa est; eius enim error ita placuit Orbi, vt doctissimi Episcopi, & vniuersa ferè Orientalis Ecclesia, plurimi etiam in Occidente eum amplexi sint. Fuit nempe huius impietatis tam incredibilis successus, vt omnes ferè Romani Imperij Ecclesiæ hæc loes ptæuasetit, magna nimirum facilitate, ac plausu id cunctis sequentibus, quod Imperatoribus, quod Episcopis ferè omnibus probati videretur.

22 Verùm damnata Arriana hæresi in hoc Nicæno Concilio proscriptus, & eiectus fuit à Constantino Arrius, sed eo Imperatore mortuo Præsbyter quidam apud Constantinum summa familiaritate coniunctus suo suasu effecit, vt reuocatus Arrius suo officio fungeretur. Sopitum vtcumque incendium antea iterum exardescere cœpit vehementiùs, adeò vt Cæsar Constantius etiam hunc errorem Arrij amplecteretur. Cæterùm Alexander Alexandriæ Episcopus, qui inter cæteros Orthodoxos Patres sese huic errori infracta animi constantia opponebat, obtinuit statutum diem à Constantio, quo ipsemet & Arrius inter se publicè conferrent de Scripturis, totam noctem in oratione consumpsit Alexander, & adueniente constituta disputationis hora, cum in auditorium pergeret Arrius cœpit inter eundum ventris dolore laborare, & exonerandæ alui causa cloacam ingressus est, vbi præter omnium opinionem fataliter illicò periit, vnà enim cum excrementis viscera diuino miraculo effudit. Ita referunt Socrat. *lib. 1. cap. 25.* Ruffin. *lib. 1. capit.* 13. Sozomen. *libr.* 2. *capit.* 29. & 30. Nicephorus *lib.* 8. *capit.* 51. Couar. *var. lib.* 4. *cap.* 15. *vers. in qua Arrius*. Baron. *annal. Eccles. tom. 3. anno Christi* 336. *num.* 45. *cum seqq.*

23 Conuenerunt ad hoc Concilium trecentum decem & octo Episcopi, vt testetur Athanas. qui etiam interfuit *in epist. ad Iouin. Imperat.* Theodoret. *lib.* 1. *cap.* 7. Socrat. *lib.* 1. *cap.* 9. Ruffin. *lib.* 10. *histor. cap.* 2. Cou. *lib.* 4. *var. cap.* 15. *vers. Trecentorum*, Azor. *d. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 16. *in princip.* Card. Cæs. Baron. *tom.* 3. *annal. Eccles. anno Christi* 325. *num.* 18. Card. Bellarm. *tom.* 1. *contro.* 4 *lib.* 1. *de Concil. cap. vers. de numero* Qui numerus auctore S. Ambrosio *in præfat. librorum de Fide*, sacer est, & mysticè figuratus 318. militibus illis, quibus Abraham de quinque Regibus victoriam reportauit.

In hoc Concilio non minus quàm Ephesino, & Chalcedonensi sacrosanctum Euangelij Codicem, qui Deis Iudicis personam repræsentaret, Sede Regia in medio consessus Episcopalis, vt eum omnium vultus intuerentur, collocatum fuisse non est dubium, vt refert Cardinalis Baronius *anno Christi* 325. *numer.* 60. 24

Huius autem Concilij auctoritas, (cuius decreta in Concilio Romano II. confirmauit Syluester Papa) in tanta veneratione fuit semper apud Patres, vt eius decreta, *cælestia mandata*, alij appellauerint, August. *lib.* 1. *de Baptismo cap.* 18. Alij, *Verbum Dei*, alij, *diuinum & sanctissimum oraculum Spiritus sancti*, vtpote cuius Canones per Spiritum sanctum ordinati fuerint, Athanas. *in epist. ad Episcopos Africanos*, Leo *epist.* 53. *ad Anatolium*. Cyrill. *lib.* 1. *de Trinit.* Hoc sicut & tria sequentia OEcumenica sacrosancta Concilia, & non minus quàm quatuor Euangelia venerari affirmat S. Gregor. *lib.* 1. *epist.* 24. qui huic Concilio contradicit non esse Catholicum, ideo excommunicatum scribit Leo *epist.* 77. & 78. 25

Secunda Synodus, &c.) Secundum Concilium fuit Constantinopolitanum anno Domini 381. celebratum, conuenerunt in eo 150. Patres auctoritate Damasi Papæ, & fauente Theodosio Imperatore seniore, ita ex antiquis Scriptoribus colligunt Cou. *libr.* 4. *var. capit.* 15. *vers. sanctam Synodum*, Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 16. *vers. secundum*. Posseuin. *in appar. sacro tom.* 1. *lit. C. pag.* 350. Cardinal. Bellarmin. *tom.* 1. *contron.* 4. *lib.* 1. *de Concil. cap.* 5. *vers. est aduertendum*, Cardinal. Baron. *tom.* 4. *annal. Ecclesiast anno Christi* 383. *n.* 24. *cum seqq.* Condemnata est in eo hæresis Macedonij Episcopi Constantinopolitani, qui tempore Constantij Imperatoris, & Liberij Papæ Fidem Catholicam, & Orthodoxos euertere conatus hæresi nefandissima Spiritum sanctum impetiuit, asseuerans Spiritum sanctum esse minorem Patre, & Filio, & non esse eiusdem substantiæ cum Patre, sed esse veram creaturam, ad quam & alias hæreses Eunomianorum, & Arrianorum condemnandas Nicænum Fidei Orthodoxæ symbolum omnes sine cunctatione receperunt. Sed cùm in eo parciùs de diuinitate Spiritus sancti actum esset, eo quòd nulla tunc hæresis ei aduersaria emersisset, placuit huic sanctæ Synodo de Spiritus sancti diuinitate (vt olim de Filio in Nicæno Concilio factum fuerat) aliqua addere, quibus aduersùs omnes hæreticos eiusdem Spiritus sancti, vna eadémque cum Patre, & Filio diuina substantia prædicaretur, idémque Dominus diceretur, & ideò ad Symbolum Nicænum addita sunt, quæ sequuntur, *Et Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio simul adorandum, & conglorificandum, qui loquutus est per Prophetas.* Fuit autem hæc Synodus OEcumenica, Damasus enim Pontifex eam in iis, quæ sunt Fidei, approbaturus, nominat illam OEcumenicam, quia in id, quod Occidena, ac demum vniuersa Ecclesia cum Romano Pontifice de Spiritus sancti diuinitate sentiendum esse docebant, paribus votis Orientales ediderunt. Non obstat quòd D. Gregor. *libr.* 6. *epist.* 195. de hac Synodo scribit Ecclesiam Romanam eius Canones, vel gesta non habere, nec accipere, reprobationem verò hæresis Macedonianæ, & aliarum probare, & admittere, quia respondet Cou. *loco proximè citato*, id 26 27

Gregotium fcripfiffe propter Primatum,qui datus fuit in hac Synodo Ecclefiæ Conftantinopolitanæ, prauè etenim à quibufdam eanon ille de hoc Primatu intelligebatur, nos eius verum intellectum explicauimus *ad cap. Conftantinopolitana 21. dift.*

28 *Tertia Synodus Ephefina, &c.)* Tertium Concilium fuit Ephefinum I. auctoritate Cœleftini Papæ, petente, & fauente Theodufio iuniore Imperatore congregatum anno Domini 431. Ad hanc Synodum conuenerunt Epifcopi plufquam ducenti ex Oriente,
29 & nomine Pontificis Romani, Cyrillus Epifcopus Alexandrinus præfuit. In illa damnata eft hærefis Neftorij, is enim Conftantinopolitanam Sedem adeptus duxerat fecum ex Antiochia Anaftafium Presbyterum fidiffimum comitem, quo admodum familiariter vtebantur; hic Presbyter cùm aliquando verba faceret ad populum, in tantum fcelus erupit, vt beatam Mariam *Theotocon*, hoc eft, Deiparam vocandam effe impudentiffimè negauerit, propterea quòd ab homine Deus nafci non poffet. Excitauit impia vox magnos populi tumultus, ac turbas. Neftorius autem fuum Presbyterum tantæ feditionis auctorem, dito alioquin anathemate, & vltimo dignum fupplico, aduocata concione magnificè collaudauit, vtque facrilegia facrilegiis affirmaret fublato Deiparæ nominè, Chriftum Dominum in duas diftraxit hypoftafes, ac perfonas, in eóque afferuit, ficut naturas duas, ita & filios duos, & Chriftos duos, vnum quidem Deum ex Patre Deo, hominem alterum ex Matre, quam idcircò non *Theotocon*, fed *Chriftotocon* appellabat. Vide Cou. *lib. 4. var. cap. 15. verf. Sanctam Synodum Ephefinam*, Azor. *inftit. moral. p. 2. lib. 5. c. 16. verf. tertiam*, Poffeuin. *in apparat. facro tom. 1. lit. E. pag.* 437. Iacobat. *de Concil. lib. 1. tit 7. verf. 4.* Card. Bellarm *tom. 1. lib. 1. de Concil. c. 5. verf. tertia Synodus*, Card Baron. *tom. 5. annal. Ecclef. anno Chrifti* 431. *num. 7. & 8.*

30 *Quarta Synodus Chalcedonenfis, &c.)* Quartum Concilium fuit Chalcedonenfe I. auctoritate Leonis Papæ inftante, & vrgente Martiano Imperat. congregatum anno 450. & 451. quo ad Summus Pontifex Legatos mifit Pafchafium fcilicet, & Lucentium Epifcopos, Bonifacium, & Bafilium Presbyteros, conftat hoc, quia ipfi in omnibus actionibus primi nominantur, primi fedent, primi loquuntur, primi fubfcribunt, vt conftat ex act. 3. eiufdem Concilij. Conuenerunt in hoc Concilio DCXXX. Epifcopi, ex quibus erant Patriarchæ, Diofcoros Alexandrinus, qui tamen non eiectus eft, Maximus Antiochenus, Anatorius Conftantinopolitanus, & Iuuenalis Hierofolymitanus, qui omnes ad Leonem I. legationem miferunt eum recognofcentem in Paftorem vniuerfalem totius Ecclefiæ. In hoc Concilio damnata hærefis Eutychetis Archimandritæ, quæ vnam tantùm in Chrifto naturam afferebat, poft Incarnationem humanam fcilicet, eámque paffam, atque mortuam effe, &c. Decernitur in hoc eodem Concilio, vt Hierofolymitana Ecclefia Patriarchalem honorem habeat, vnde ex eo tempore Epifcopus Hierofolymitanus Patriarchæ nomen obtinuit poft Conftatinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum, antea enim Cæfarienfi fubiiciebatur, qui Syriæ Metropolitanus erat. Vnde Cou. *libr. 4. var. cap. 15. verf. Sanctam Synodum Chalcedonenfem*, Azor. *dift. part. 2. lib. 5. cap. 16. verf. Quartum.* Iacobat. *de Concil. lib. 1. art. 7. fol. 5. verf Chalcedonenfe.* Cardin. Bellarmin. *tom. 1. lib. 1. de Concil. cap. 5. verf. quarto.* Cardin. Baron. *tom. 6. annal. Ecclef. anno Chrifti* 451. *ex num. 22. vfque ad num.* 162.

Eutychem.) Damnatus fuit Eutyches Archimandrita, feu Abbas Conftantinopolitanus, qui afferebat poft Verbi diuini Incarnationem, & carnis ac diuinitatis vnionem ftatim carnem conuerfam fuiffe in Deitatem, atque inde cogebatur multa contra Catholicam Fidem nefanda, & abfurda confiteri, de quibus vide Alphonf. de Caftro *in lib. de herefib. verbo Chriftus, her. 4.* Cou. *var. lib. 4. cap. 15. num. 4. verf in hac*, Card. Bellarm. *lib. 1. de Concil. cap. 5. verf. 4.* Cardin. Baron. *tom. 6. annal. Ecclefiaft. anno Chrifti* 449. *num. 22. cum feqq.* vbi *num.* 68. refert fententiam præfcriptam à Leone Pont. in Eutychetem, & *anno* 454. *num.* 16. de ius exilio agit.

Eius defenforem Diofcorum.] Cum Eutyche tanquam eius defenfor fuit etiam damnatus Diofcorus Epifcopus Alexandrinus, qui licèt homo effet facinorofiffimus, fanctiffimus tamen videri voluit, fuit tandem Gragam ciuitatem in Paphlagonia iuffus proficifci, ibidem namque relegatus eft, & infelix diem claufit extremum, vt tradit Card. Baron. *dict. tom. 6. anno Chrifti* 451. *num.* 160.

Neftorium.) In Synodo Ephefina fuit damnatus Neftorius Epifcopus Conftantinopolitanus, qui eam incidit hærefim vt afseueraret Chriftum purum hominem ex S. Maria Virgine Natum fuiffe, vt aliam perfonam carnis, aliam faceret Deitatis, de quo vide Cou. *d. cap. 15. num. 3. verf. in qua.* Card. Baron. *annalium Ecclefia tom. 5. anno Chrifti* 431. *num.* 59. vbi ponit verba in Neftorium prolatæ fententiæ, & *a n. 69. vfque ad finem illius anni* cumulat quæ ipfe Neftorius poft fententiam machinatus fuerit, & *anno* 435 *a num.* 1. ponit quæ paffus fuerit in exilio, & *anno* 435. *a num.* 9. narrat miferandum Neftorij interitum.

Cap. Sicut. II. *Greg.*

QVintum Concilium quatuor præcedenti capite enumeratis addit B. Gregorius *libr. 1. Regefti epift.* 24. relatus *in hoc text.* quod eft Concilium Conftantinopolitanum II. quod communiter dicitur quinta Synodus generalis, congregatum fuit apud Conftantinopolim Vigilio Sum. Pont. & Iuftiniano feniore Imper. anno 11. poft confulatum Bafilij, vt initio eiufdem Synodi legimus, qui eft annus Dominicæ Incarnationis 553. contra Petrum Antiochenum Epifcopum, Antimum Patriarcham Conftantinopolitanum, Seuerum, Theodorum, & Zoaram Epifcopos hæreticos Origeniftas. In eo conuenerunt Epifcopi CLXV. è quibus erant Patriarchæ, Eutychius Conftantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Domnus Antiochenus, & Euftochus Hierofolymitanus, qui tamen non per fe, fed per Legatos interfuit. Damnauit ipfum Concilium Theodorum, eo quòd dixerit alium effe Dei Verbum, alium Chriftum, paffionibus animæ, & carnis concupifcentiis vexatum, & à malis infeftatum, atque à malis feparantem fe paulatim. Condemnauit itidem impia fcripta Theodoreti, quæ contra duodecim S. Cyrilli capitula confcripfit. Item epiftolam Ibæ Epifcopi Edeffeni ad Marium Perfam, in qua Neftorium, & Theodorum Mopfueftenum, & eorum impia dogmata defendit, damnátque duodecim S. Cyrilli capitula, & ipfum Cyrillum hæreticum appellat, vide Zonaram *in vita Iuftiniani*, Nicephor. *libr. 17. cap. 27.* Liberat. *in Breuiario capit. 23. & 24.* cautè legendum, Azor. *inftit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 16. verf. quintum.*

S V M M A R I V M.

1 *Opuscula Sanctorum Patrum, quæ in Ecclesia Catholica recipiuntur, recensetur.*

2 *Cyprianus,*
3 *Athanasius,*
4 *Gregorius Nazianzenus,*
5 *Basilius,*
6 *Ioannes Chrysostomus,*
7 *Theophilus,*
8 *Cyrillus Alexandrinus,*
9 *Hilarius Pictauensis,*
10 *Ambrosius,*
11 *Augustinus,*
12 *Hieronymus,*
13 *Prosperus,*
quo tempore floruerint, & quæ claro gesserint, ostenditur.

14 *Leonis epistola ad Flauianum Episcopum Constantinopolitanum celebratur contra Eutychetis perfidiam, & errorem.*

15 *Decretales epistolæ sunt omnium veneratione recipiendæ.*

16 *Hieronymus Pauli, & Hilarij vitas scripsit.*

17 *Historia de Constantini donatione vbi approbetur, ostenditur.*

18 *Inuentionis Crucis Dominicæ historia.*

19 *Scripta de inuentione capitis S. Ioannis Baptistæ, quæ fuerint, & quis eorum auctor extiterit, remissiuè.*

20 *Ruffinus Aquileiensis Ecclesiæ Presbyter clarus ætate Hieronymi Græca & Latina lingua eruditissimus.*

22 *Origenis quæ opuscula in Ecclesia Catholica recipiãtur*

23 *Herosius Presbyter Hispanus vir eloquens, & eruditione insignis.*

24 *Sedulius Presbyter Scotus opus in fine iuxta seriem Euangelij carmine scripsit.*

25 *Iuuencus Presbyter Hispanus quatuor Euangelia Hexametris versibus penitus ad verbum transferens scripsit.*

26 *Ariminensis Synodus Arrianorum Conciliabulũ fuit.*

CAP. Sancta Romana. III. *Gelas.*

1 DE Opusculis Sanctorum Patrum, quæ in Ecclesia Catholica recipiuntur, agit Gelas. in Concilio habito Romæ cum LXX. Episcopis, relatus à Gratiano in præsenti, & illum eleganter explicant Simanch. *de Catholicis instit. c.* 59. Can. *de locis Theolog. lib.* 1. *cap.* 5. Bellarm. *tom.* 1 *lib.* 1. *de verbo Dei c.* 4. *cum seqq.* Iacob. Gretser. *in defens. Bellarm. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. latè. Couar. *lib.* 4. *var. cap.* 16. *per totum*, ex quo aliqua ad explicationem præsentis text. breuiter desumam in hunc, qui sequitur, modum.

2 *Opuscula B. Cypriani*, &c.) Cyprianus, vt refert D. Hieronymus *de scriptoribus Ecclesiast.* natione Afer primùm gloriosè Rethoricam docuit, exinde suadente Presbytero Cæcilio, à quo & cognomentum sortitus est, Christianus factus, ac paulò pòst in Presbyterum electus, Episcopus Carthaginensis constituitur, ac demum præclarissimis scriptis operibus passus est sub Valeriano, & Galieno Principibus, octaua persecutione, eadem die, qua Romæ Cornelius Papa; non tamen eodem anno. Verùm cum multis Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ Episcopis Cyprianus in illum incidit errorem, vt existimaret semel ab hæriticis baptizatos iterum baptizandos fore, at simplex fuit apud Cyprianum error, non ex ambitione, malitiáve, sed odio in hæreticos feruentissimo ipse vir sanctissimus Concilio apud Africam hac de re celebrato, quod inter eius opera extat, definiuit hæreticos cùm ad communionem redierint, fore rebaptizandos, quia, vt asserebat, inter hæreticos non potest conferri Baptisma, paratus sanè propriam mutare sententiam, quam & ipsi Africani Episcopi mutuauerunt à Cornelio, Lucio, & Stephano Summis Pontificibus edocti. Vnde Cyprianus, & alij, qui eidem accesserunt, propter hunc errorem non sunt hæretici iudicandi, quippe qui pertinaci animo illum non defenderint, ita D. Augus. *lib.* 5. *de Baptismo, cap.* 17. & 18. relatus *in cap. quomodo, de consecr. dist.* 4. & *lib.* 2. *contra Donatistas, cap.* 5. fatetur Cyprianum in mortis articulo errorem deposuisse, refert Cou. *d. cap.* 16. *num.* 2. Vide Posseuin. *in apparatu, verbo Cyprianus, pag.* 362. *tom.* 1. Cardin. Baron. *tom.* 2. *annal. Eccles. anno Christi* 250. *vsque ad* 261. Cardin. Bellarm. *de Eccles. scriptor. anno Domini* 250. *pag.* 48.

Item Opuscula Beati Athanasij, &c.) Athanasius 3
Alexandrinus per ludum nondum ephebus à pueris Episcopus creatus, postea Alexandri Episcopi Alexandrini in Episcopatu successor, magnus, fortissimúsque hæresum expugnator, Arrianos ab Ecclesiis abegit; Orthodoxos substituit, eáque ex causa ab eisdem Arrianis grauiter apud Constantinum Magnum, deinde apud Constantium, & Constantem accusatus multis calumniis afficitur, quas & multa sæpissimè pericula diuinitus fugiens, obiit tandem postquam Episcopatum 46. annis obtinuerat, sub Cæsaribus Valentiano, & Valente, anno Domini 372. ita Socrate, Theodoreto, Sozomeno, Nicephoro, Hieronymo, & Cassiodoro, refert Couar. *dict. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 2. Vide Cardin. Bellarm. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 340. *pag.* 58. Posseuio. *in apparatu sacro.* 1. *verbo Athanasius, pag.* 237. *cum seqq.*

Item Opuscula Beati Gregorij Nazianzeni Episco- 4
pi.) Gregorius Nazianzi Cappadociæ paruæ vrbis natus, primùm Sasimorum Episcopus, deinde patri in Nazianzi Episcopatu successor ob insignem virtutem, præclarámque in Theologia eruditionem Constantinopolitanus Episcopus constitutus eandem sedem deposuit publicæ pacis gratia, & Nazianzum reuersus eadem Ecclesia alteri commissa monasticam in quodam agro vitam egit, obiit sub Theodosio Magno anno Domini 392. seu 393. vt ex D. Hieron. qui fuit eius discipulus, tradit Couar. *d. cap.* 16. *num.* 3. Vide Cardin. Bellarm. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 370. *pag.* 73. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 1. *verbo, Gregorius Nazianzenus, pag* 574.

Item Opuscula Beati Basilij, &c.) Basilius Cæsa- 5
reæ, Cappadociæ, quæ priùs Mazaca vocabatur, Episcopus, egregios, variósque libros eloquentia, sanctitate multáque eruditione insignes elaborauit, fuit magna familiaritate coniunctus Gregorio Nazianzeno, fratrem habuit præter alios Gregorium Nyssenum vrbis Nyssenæ Episcopum, doctrina, moribus, & sanctitate spectatissimum, obiit Basilius sub Gratiano Cæsare, vt ex Socr. & Nicephor. tradit Cou. *dict. cap.* 16 *sub. num.* 3. Vide Cardin. Bellarmin. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 370. *pag.* 73. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 1. *verbo, Basilius Magnus, cap.* 2. & 4. *pag.* 184.

Item Opuscula Beati Ioannis, &c.) & Ioannes pa- 6
tria Antiochenus ob sapientissimam eloquentiam, & eloquentissimam sapientiam ab ore aureo cognomento Chrysostomus dictus, concionator insignis, Christique præco infatigabilis, criminum censor acerrimus, Theologorum omnium eloquentissimus sub Siricio Papa mortuo Nectario, in eius locum clerici, & populi consensu Episcopus Constantino-

politanus eligitur, Cæsaribus Arcadio, & Honorio, tandem ob linguæ libertatem, quia in omnes integerrimo zelo vtebatur, ab ipsomet Principe Arcadio Augustæ Eudoxiæ priuata indignatione in exilium mittitur, ducitúrque, & in diuersa asperissima loca deportari iubetur, & demum in itinere, propè Romam sumptis Ecclesiæ Sacramentis expirauit die 14. Nouembris anno Domini 409. vt ex Socr. Sozom. Suid. & Trithem. tradit Cou. *d. cap. 16. sub num. 3.* Vide Card. Bellarm. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 398. *pag.* 94. Posseuin. *in apparata sacro tom. 1. lit. I. pag.* 145. *cum seqq.*

7 *Item Opuscula Theophili, &c.*] Quamquam Theophilus hic fuerit Diui Chrysostomi obtrectator, tamen pio in Christianam Religionem animo à Principe impetrauit, vt templa Mithræ, & Serapidis in Ægypto euerterentur, & Crucem hieroglyphicam Serapidis templi saxis incisam ad Religionem nostram accommodauit, obiit Alexandriæ lethargico morbo, die 15. Octobris anno quinto Theodosij iunioris, & sic anno Domini ferè 430. ita ex aliis Cou. *dict. cap. 36. num. 4. in princip.* Cardin. Bellarmin. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 390. *pag.* 91. Posseuin. *in apparata sacro tom 3. lit. T. pag.* 289. Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 5. anno Christi* 397. *cum seqq. & anno* 412. *num.* 11. & 41.

8 *Item Opuscula Beati Cyrilli, &c.*] Cyrillus mortuo patruo Theophilo, de quo suprà proximè, Alexandrinos Episcopus eligitur, vir insignis eruditionis, quíque pro Christiana Religione aduersùs Nestorium egregiè pugnauerit, eius extant præclara opera, claruit sub Theodosio iuniore, obiit anno Domini ferè 462. Ita Cou. *d cap. 16. sub num. 4.* Card. Bellarm. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 430. *pag.* 112. Posseuin. *in apparatu sacro tom. 1. lit. C. pag.* 370. vbi specialiter de omnibus operibus Cyrilli.

9 *Item Opuscula Beati Hilary, &c.*] Hilarius Pictauij vrbis Galliæ Aquitaniæ Episcopus, tempore quo Martinus Turunensis Ecclesiæ Præsul erat, de Fide ad persuadendum valde appositos libros scripsit, primúmque in exilium missus, tandem ab eo reuocatos Italus, & Gallos, quæ vel expetenda, vel fugienda dogmata essent erudiens multis editis libris, Arrianam opinionem disertissime refellit. Obiit Pictauij sub Valentiniano, & Valente anno eius Imperij 5. & à natiuitate Domini 372. Vide Socr. *lib. 3. cap.* 10. Sozomen. *lib. 5. cap.* 13. Niceph. *lib. 9 cap. 16. & lib. 10. cap.* 18. Cou. *d. cap. 16. sub num.* 4. Card. Bellarm. *de Scriptorib. Eccles. anno Domini* 355. *pag.* 67. Posseuin. *in apparata sacro tom. 2. lit. H pag.* 49.

10 *Item Opuscula Beati Ambrosij, &c.*] Ambrosius cùm Mediolani sub Valentiniano præfecturam gereret, & mortuo Auxentio Episcopo dissidium populi in Episcopo eligendo sedasset, ex laico in Episcopum eius verbis eligitur, eámque dignitatem primus reiiciens, libentissimè tamen Baptismo suscepto Christianus efficitur, iussúque Principis Episcopalem sedem accepit, qua quidem accepta Episcopi officio egregiè fungitur, & multa aduersùs hæreticos preclara edidit opera, scripsítque & alia Christianæ Religiuni admodum vtilia. Obiit propè annum Domini 400. Socr. *lib. 4. cap.* 30. Theodoret. *lib. 4. cap.* 6. Niceph. *lib. 11. cap. 33. & lib. 12. cap.* 41. Sozomen. *lib. 4. cap.* 24. Cassiod. *in tripart. lib. 7. cap. 8. & lib. 9. cap.* 30. Card. Bellarm. *de script. Eccles. anno Domini* 374. *pag.* 75. Posseuin. *in apparatu sacro tom. 1. lit. A. pag.* 59. *cum seqq.*

11 *Item Opuscula Beati Augustini, &c.*] D. Augustinus Ecclesiæ Doctor celebratissimus, in quem opulentus ille spiritus iustas, ab benignas dotes suas omnes vberrimè effudit, ex Prouincia Africana Tagastæ parentibus honestis, & Christanis progenitus, Diui Ambrosij discipulus, multa in Christianæ Religionis patrocinium edidit opera, in quibus veram Theologiam, mores integerrimos, absolutámque pietatem docet, eius vitam Possidonius scripsit, qui latè tradit, qua ratione fuerit Hipponensis Episcopus constitutus, cuius muneris officio sanctissimè functus, obiit anno Domini 430. ætatis 76. Episcopatus 40. Ita Cou. *dict. cap. 16. num.* 5. Card. Bellarm. *de scriptor. Eccles. anno Domini* 400. *pag.* 97. Posseuin. *in apparatu sacro tom. 1. verbo Augustinus cap. 6. & 7. pag.* 160

Item Opuscula P. Hieronymi, &c.] D. Hieronymus patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod Dalmatiæ, Pannoniæque olim confinium fuit sub Imperatore Constantino, anno Domini 371. Hebrææ, Grææ, ac Latinæ linguæ peritissimus, sub Gregorio Nazianzeno sacras litteras edoctus, multos scripsit libros adeò celebres, vt maximam illi famam, & auctoritatem post vitæ integritatem pepererint. Obiit anno Domini 421. Vide Couar. *dict. cap. 16. sub. num.* 5. Card. Bellarm. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 490. *pag.* 83. Posseuin. *in apparatu sacro tom. 2. verbo Hieronymus.* Et quòd fuerit Cardinalis tradunt Iosephus à Seguen. *in vita eiusdem lib. 3. cap.* 6. Illescas *in Chronico Pontificali p. 1. lib. 4. cap. 30. pag. mihi* 193. Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 3. anno Christi* 382 *pag. mihi* 342. 12

Item Opuscula Beati Prosperi, &c.] Hic est Prosper ille Aquitanus, qui post Eusebium, & Hieronymum chronicon scripsit, claruit sub Leone Primo Pontifice Maximo, cuius scriba fuisse creditur, à quo Regij Lepidi Episcopus est institutus, vbi tum doctrina, tum sanctitate floruit, scripsit multa ligata, & soluta oratione, claruit propè annum 460. ita Couar. *dict. cap. 16. num. 15. in fine* Bellarm. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 460. *pag.* 121. Posseuin. *in apparatu sacro tom. 3. lit. P. pag.* 106. 13

Item Epistolam Beati Leonis, &c.] Leo Papa anno eius Pontificatus nono, à natiuitate Domini 451. scripsit epistolam omnibus numeris absolutam, maximísque dignam laudibus ad Flauianum Episcopum Constatinopolitanum contra Eutycheris perfidiam, & errorem, in qua multis rationibus, & auctoritatibus sacræ Scripturæ Eutychetis Abbatis hæresim Catholicæ Sanctæ Sedis Apostol. decreto, & illa in rebus Fidei definiendis sacrosancta, & irrefragabili maiestate, ac certitudine infallibili euertit, & damnat. Qua ratione mirum non erit, si à Gelasio hæc Leonis Papæ epistola, quæ definitiones Sedis Apostolicæ de rebus Fidei continet, sic laudetur, vt pronuncietur anathama, qui non eam in omnibus omninò receperit, vel de ea ad vnum iota disputauerit. Vide quę dixi *ad cap. noli 9. distinct.* & tradit Couar. *var. lib. 4. cap. 16. num. 6. in princip.* Vide Card. Bellarm. *de scriptoribus Eccles. anno Domini* 440. *pag.* 119. Posseuin. *in apparata sacro tom. 2. lit. L. pag.* 338. qui refert elenchum eius operum, Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 6. anno Christi* 449. *num. 38. cum seqq.* vbi refert integram epistolam B. Leonis, & visionem S. Eulogij de hac ipsamet epistola. 14

Item Decretales Epistolas, &c.] Inter Sanctorum Patrum scripta hoc in loco connumerat Gelasius Decretales epistolas, quas admonet omni cum veneratione recipiendas esse; eas etenim scripsere Beatissimi Papæ pro diuisorum Patrum consolatione eodem auctore Gelasio, cuius & Innocentij I. testimonio vtitur Nicolaus Papa *in cap. si Romanorum 19. dist.* Ita Couar. *d. cap. 16. sub num.* 6. 15

Item

16 *Item vitas Patrum,&c.)* D. Hieron. *in lib. de scripto-*
ribus Eccles. asserit se scripsisse vitas Pauli, Hilario-
nis, & Captiui Monachorum, quæ inter eius opera
tom. 1. vulgò circumferuntur. Ita Cou. *d. cap.* 16. *sub*
n. 7. Card. Baron. *tom.* 3. *annal. Eccles. anno Christi* 358.
num. 24. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 1. *verbo Au-*
tonius Ægyptius, pag. 355.
Item actus B. Syluestri, &c.) Hoc in loco Gelasius
17 laudat, & probat actus B. Syluestri, idest, historiam
de rebus gestis a Beato Syluestro, tametsi asseueret
eorum auctorem esse incertum, de quibus vide
Cardin. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno Chri-*
sti 315. *num.* 10. *cum seqq.* vbi *num.* 14. refert verba hu-
ius vers. & *anno Christi* 324. *num.* 97. *cum seqq.* agit de
dracone in specu Romæ morante lethali halitu ho-
mines necante, cuius ora postea clausit Syluester.
quantum attinet ad donationem Constantini egi latè
in meo tractat. de officio, & potest. Episc. part. 1. *tit.* 3.
cap. 2. *num.* 77.
18 *Item scripta de Inuentione S. Crucis.*] Historiam de
Inuentione Crucis Dominicæ, à Gelasio nec refellitur,
nec omninò recipitur inter Hagiographa, admonet ta-
men Summus Ecclesiæ Pontifex, vt eam cum iudi-
cio, & piè legamus. Sed aduertendum est cum Azor.
instit. moral. p. 2. *lib.* 1. *cap.* 16. *quæst.* 2. profectò Gela-
sium non esse loquutum in vniuersum de scriptis Cru-
cis inuentæ sed de quibusdam, quæ eo tempore vulgò
legebantur, & non erant satis certæ, & probatæ fidei;
non ergo loquitur de historia Dominicæ Crucis in-
uentæ, quam referunt Ambros. *in oratione de obitu*
Theodosij, Paulin. *epist.* 11. *ad Seuerum Sulpit. lib.* 2.
historia, Socrat. *lib.* 1. *cap.* 13. Ruffin. *lib.* 10. *cap.* 18.
Cassiodor. *in tripartita lib.* 2. *cap.* 18. Nicephor. *lib.* 13.
cap. 19. Couar. *d. cap.* 16. *num.* 9.
Et alia scripta de inuentione capitis B. Ioannis, &c.)
19 Quæ autem fuerint scripta hæc de inuentione capitis
Beati Ioannis Baptistæ, & quis eorum auctor extiterit,
latè tradit Cou. *d. cap.* 16 *sub n.* 9. Cardin. Baron. *tom.* 4.
anno Christi 391. *à num.* 8. *vsque ad* 14.
Item Ruffinus, &c.) Ruffinus Aquileiensis Eccle-
20 siæ Presbyter non minimam apud veteres laudem est
consequutus, tum in diuinis Scripturis interpretandis,
tum in Græcæ, & Latinæ linguæ eruditione non equi-
dem vulgari, clarnit ætate Hieronymi, cum quo gra-
ues exercuit simultates. nam Hieronymus in Ruffino
aliqua notauit, quæ deduci possunt ex iis libris, qui
aduersùs Ruffinum ab eodem Hieronymo editi sunt,
& in secundo tomo habentur, quæ autem Ruffino
aduersùs Hieronymum scripserit, habentur typis ex-
cusa in quarta parte operum Hieronymi, refert Cou.
d. cap. 16. *num.* 10. *in princip.* Cardin. Bellarm. *de scri-*
ptorib. Eccles. anno Domini 390. *pag.* 92. Card. Baron.
annal. Eccles. tom. 5. *anno Christi* 410. *num.* 60. & 61.
Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 3. *verbo Ruffinus*, vbi
errores Ruffini curiosè congerit.
Et non solùm de Ruffino, &c.] Hæc quæ Gelasius
21 scribit de Hieronymi censura, obseruanda in alios Ec-
clesiasticos Auctores, ita, ni fallor, sunt accipienda, vt
si quid Hieronymus notauerit, illud sit cautè legen-
dum, & maximo cum iudicio ne qua ex parte offen-
dat catholicas de Fide assertiones, non tamen statim
hæreticum erit censendum, nisi id Ecclesia defi-
nierit, aut iam fuerit definitum, vel sit adeò diuinis
Scriptoris contrarium, vt manifestus sit in rebus Fidei
error, ita obseruat Cou. *loco proximè cit.*
Item & Origenis nonnulla Opuscula.) Quia Origenes
22 à Conciliis generalibus, & Romanis Pontificibus tan-
quam hæreticus damnatus fuerat, præcipuè in Con-
cilio Constantinopolitano II. circa annum Domini
553. Ideò olim apud Patres magna fuit controuersia,
an eius libri legi possent; quare Gelasius *in præsenti*
Origenis illa Opuscula, quæ vir Beatissimus Hiero-
nymus non repudiat, legenda suscepit; reliqua au-
tem omnia cum suo auctore dicit esse renuenda; ta-
lia autem opuscula, quorum lectio permittitur, sunt
quæ passim vsu recepta circumferuntur. Vide Cou.
lib. 4. *var. cap.* 16. *sub num.* 10. Azor. *instit. moral. p.* 1.
lib. 8. *cap.* 16. *q.* 16. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 2. *in*
verbo Origenes pag. 518. *cum seqq.* Cardin. Baron. *an-*
nal. Eccles. tom. 2. *anno Christi* 256. *num.* 18. vbi plu-
ra de Origene, & *tom.* 4. *anno Christi* 388. *num.* 104. &
anno 399. *num.* 9. & *anno* 402. *num.* 16. qui verba hu-
ius text. refert, & *tom.* 2. *anno Christi* 220. *num.* 9. vbi
de Origenis excellentia in omnibus scientiis, & *an-*
no 229. *num.* 1. & *anno* 231. vbi de laboribus Origenis
contra hæreticos, & *anno* 280. *num.* 1. vbi de Origene
quando se ipsum castrauit.
Chronicon Eusebij Cæsariensis.] Eusebius Cæsariensis
Episcopus fuit, qui & Pamphili dictus est, quòd cum
eo familiariter vixerit quique Constantino Magno
& Constantino Imper. vixit, plura edidit, illius errores
plures congerit Cardin. Baron. *tom.* 3. *annal. Eccles. an-*
no Christi 324. mortuus est anno Christi 396. tempore
Damasi Papæ ex eodem Baron. *tom.* 4. *anno* 396. *num.*
41. de quo vide Cardin. Bellarm. *de scriptoribus Eccles.*
anno Domini 326. *pag.* 56. Posseuin. *in apparatu sacro*
tom. 1. *verbo Eusebius Cæsariensis.*
Item Orosium, &c.] Fuit Orosius Presbyter Hi- 23
spani generis vir eloquens, & eruditione insignis,
scripsit aduersùs querulos Christiani nominis, qui
asserebant Romanum Imperium ex eo defecisse, quòd
Christi Fidem, & Religionem Romani, eiúsque
subditis suscepissent, idémque opus in septem volu-
mina distinxit. Vide Cou. *dict. cap.* 16. *num.* 11. Card.
Bellarmin. *de scriptorib. Eccles. anno* 425. *pag.* 112. Pos-
seuin. *in apparatu sacro tom.* 3. *in verbo, Paulus Orosius,*
pag. 26. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 5. *anno Chri-*
sti 414. *num.* 10. & 11. Bernard. de Brito *in monarch.*
Lusit. part. 2. *lib.* 6. *cap.* 27.
Item venerabilis viri Sedulij, &c.] Sedulius Presbyter 24
Scotus natione fuit, qui opus insigne iuxta seriem Euā-
gelij carmine scripsit, quod vulgò legitur, floruit sub
Theodosio seniore, anno fermè Domini 430. Vide
Cou. *dict. num.* 11. Card. Bellarm. *de scriptorib. Eccles.*
anno 430. *pag.* 112. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 3.
verbo Sedulius, pag. 201.
Item Iuuenci, &c.] Iuuencus Presbyter fuit Hi- 25
spanus nobili genere natus, qui quatuor Euangelia
Hexametria versibus penè ad verbum transferens
scripsit, nonnulláque alia de Sacramentis, floruit sub
Constantino Magno, & eius filiis propè annum Do-
mini 330. Vide Petr. Crinit. *de Poetis Latinis lib.* 5.
Gregor. Gyrald. *dialog.* 5. Cou. *dict. num.* 11. *in fin.*
Cardin. Bellarm. *de scriptorib. Eccles. anno Domini* 330.
pag. 57. Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno Chri-*
sti 337. *num.* 48. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 2. *ver-*
bo, Iuuencus, pag. 319.
In primis Ariminensem Synodum, &c.] De hac Sy- 26
nodo Ariminensi, quæ Arrianorum Conciliabulum
fuit, vide Socrat. *lib.* 2. *cap.* 36. & 38. *cum seqq.* Theo-
doret. *lib.* 2. *cap.* 18. Sozom. *lib.* 4 *cap.* 17. 18. & *seqq.*
Ruffin. *in Ecclesiast. histor. lib.* 10. *cap.* 21. Cassiodor.
lib. 5. *tripart. cap.* 22. & 34. Niceph. *lib.* 9. *cap.* 39.
& *seq.* Couar. *var. lib.* 4. *cap.* 17. *sub num.* 2. Menoch.
de arbitr. casu 458. *num.* 44. Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *de*
Romano Pont. cap. 8. *vers. at Concilium*, & *lib.* 1. *de Con-*
cil. pag. 6. *vers. tertium generale.* Cardin. Baron. *tom.* 3.
annal. Eccles. anno Christi 359. *num.* 3. *cum seqq.* & *tom.*
4. *anno* 365. *num.* 13. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 1.
verbo Ariminense, pag 126.

27 *Item, itinerarij*, &c.) De hoc vide Cou. *dict. lib.* 4. *cap.* 17. *sub num.* 2. vbi numeris sequentibus agit de aliis libris apocryphis, qui sequuntur. Posseuin. *in verbo, Clemens* 1. *vers. cæterum Clementis.*

Actus nomine Andreæ.) Andreæ Apostoli acta Nexocharidas, & Leonidas Philosophi sunt ementiti, Innocent. *in epist. ad Exuperium*, & Gelasius Papa *in præsenti* reprobauit. Vnde Cou. *d. cap.* 17. *num.* 3. Card. Baron. *tom.* 1. *annal. Eccles. anno Christi* 34. *num.* 235. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Andreas Apostolus, pag.* 81.

Actus nomine Philippi Apost.) Euangelium Philippi Apost. nomine confictum fuit à Gnosticis hæreticis, de quo Cou. *d. num.* 3. Cardin. Baron. *tom.* 1. *annal. Eccles. anno Christi* 34. *num.* 235. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 3. *verbo Philippus Apost. pag.* 76.

Actus nomine Thomæ Apost.) Euangelium Thomæ Apostoli nomine confictum fuit ab hæreticis, & liber alter, qui inscribebatur. *Actus Thomæ.* inter damnatas scripturas habetur. Vide Cou. *dict. num.* 3. Cardin. Baron. *d. tom.* 1. *anno Christi* 34. *num.* 235. Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 3. *verbo Thomas Apostolus, pag.* 295.

Euangelium nomine Thaddæi.) Euangelium nomine Thaddæi Apost. confictum reprobatur *in præsenti*, de quo agunt Card. Baron. *dict. tom.* 1. *anno Christi* 44. *num.* 48. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 3. *verbo, Thaddæus, pag.* 268.

Euangelium nomine Barnabæ.) Ab hæreticis Barnabæ inscribitur falsò Euangelium, de quo vide Card. Baron. *tom.* 1. *anno Christi* 44. *num.* 48. & *anno* 51. *n.* 51. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Barnabas Cyprius, pag.* 181.

Euangelium nomine Bartholomæi.) Hæretici nomine Barthol. Apostoli Euangelicam confinxerunt historiam, quam æquè cum cæteris Gelasius reiicit *in præsenti*, de quo vide Card. Baron. *tom.* 1. *anno Christi* 44. *num.* 48. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Bartholomæus, pag.* 182.

Euangelia quæ falsificauit Lucianus.) Cou. *d. c.* 17. *num.* 3. *post med.* ait hunc Lucianum fuisse ex sorore nepotem Eunomij hæretici, & Episcopum Constantinopolitanum, qui sub Arcadio, & Honorio in Episcopatu Eudoxiu successit, fuitque hæreticus. De alio Luciano agit Card. Baron. *tom.* 2. *anno Christi* 171. *num.* 7. & de alio *tom.* 3. *anno Christi* 33. *num.* 101.

Euangelia, quæ falsificauit Hircius.) Immo *Ysicius* legitur apud Burchard. *in suo decreto lib.* 3. *cap.* 221. & *Hesychius*, siue *Esitius* apud Gelasium *tom.* 1. *Concil. pag.* 993. quis autem fuerit iste homo impius mihi non constat.

Liber de infantia Saluatoris.) Miracula quę circumferuntur & referuntur in hoc libro de infantia Saluatoris, tanquam apocrypha reiiciuntur. Vide Soar. *de vita Christi disp.* 17. *sect.* 3. *ante fin. vers. quinta & vltimo*, Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 2. *verbo Iesus Christus, pag.* 94. Card. Baron. *tom.* 1. *annal. Ecclesiast. anno Christi* 1. *num.* 46. *ad fin.* & *anno Christi* 12. *num.* 6. & *anno* 44. *num.* 48. vbi ait hunc librum editum fuisse Matthęi nomine, qui à Valentinianis hæreticis putabatur fuisse conscriptus.

Liber de natiuitate Saluatoris.) Hic liber tanquam apocryphus à Gelasio *in præsenti.* reprobatur, vide Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 2. *verbo Iesus Christus, pag.* 94. De vera Saluatoris natiuitate absque dolore Matris, & sordibus puerperij, vide Card. Baron. *tom.* 1. *annal. Eccles. anno Christi* 1. *num.* 2. *cum seqq.* Soar. *de vita Christi disput.* 13. *sect.* 1. *cum seqq.* nouissimè Bonacin. *de sacros. Christi Incarnat. disput.* 3. *quæst.* 1. *puncto* 1. *cum seqq.*

Et de Sancta Maria.) Gnostici portentosum librum de stirpe Mariæ olim confinxerunt, vide Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 2. *verbo Maria. vers. librum autem, pag.* 392. Card. Baron. *in apparatu ad tom.* 1. *annal. num.* 33. & 39.

Item Liber, qui appellatur Pastoris.) Vide de hoc libro Cou. *d. cap.* 17. *num.* 3. *ante fin.* Medina *de recta fide in Deum lib.* 6. *cap.* 17. Card. Bellarm. *de verbo Dei lib.* 1. *cap.* 20. *vers. nec minus.* Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 3. *verbo Pastoris, pag.* 9. vbi subdit quòd vtilis à Patribus antiquis fuit iudicatus hic liber.

Libri omnes, quos fecit Lentitius.) Immo *Leucius* legitur apud Card. Baron. *tom.* 1. *annal. Eccles. anno Christi* 44. *num.* 43. vbi refert verba huius text.

Liber, qui appellatur fundamentum.) Vide Couar. *d. cap.* 17. *sub num.* 3. Gregor. Lopez Madeira *in discurso Montis sancti Granatensis c.* 38. *vers. el segundo punto, pag.* 134. vbi refert nostris temporibus in Monte Granatensi repertum fuisse librum, qui inscribitur, *Fundamentum Fidei*, & eum latè defendit, quamuis nonnulli per hunc text. intenderint illum reprobare.

Liber qui appellatur, de filiabus Adæ) Augustinus contra Faustum testatur Manichæos auctores huius libri fuisse, vt testantur Cou. *d. cap.* 17. *num.* 4. *in princip.* Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 1. *verbo Adam, pag.* 24.

Liber qui appellatur Nepotis) Nepos, qui viuebat sub Galieno Imper. anno 270. fuit olim quidam apud Ægyptios Episcopus, à quo dicti Nepotiani hæretici, qui librum eiusdem Nepotis proferentes, eius auctoritate ostendere, ac probare nitebantur Regnum Christi in terris defuturum. Vide Cou. *dict. cap.* 17. *num.* 4. *ad fin.* Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 2. *verbo Nepos, pag.* 466. qui subdit fuisse Nepotem virum planè bonum, & eruditum, sed Chiliastarum errore deceptum.

Liber Prouerbiorum, &c.) Hic liber falsò ascribitur Sixto Papæ II. & Martyri, de quo vide S. Hieron. *in Hierem. cap.* 22. Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 1. *anno Christi* 142. *num.* 5. Card. Bellarmin. *de scriptorib. Eccles. anno Christi* 254. *pag.* 48.

Reuelatio quæ appellatur Pauli.) Pauli nomine reuelationes aliquæ sunt editæ, quę fabulas continebant, hæreticorum, de quo vide Cou. *dict. cap.* 17. *num.* 4. *in fine*, testantem apud Palestinos semel quotannis in Ecclesiis in die Pascatis legi has reuelationes fuisse solitas, Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 3. *verbo Paulus, vers. quo tamen, pag.* 21. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 1. *anno Christi* 44. *num.* 47.

Reuelatio quæ appellatur Thomæ.) de illa vide Cou. *d. cap.* 17. *num.* 4. *in fine*, Cardin. Baron. *annal. Eccl. tom.* 1. *anno Christi* 44. *num.* 58.

Reuelatio, quæ appellatur Stephani.) Hęc reuelatio nomine Stephani Protomartyris fuit ab hæreticis conficta, & de ea meminerunt Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 3. *verbo Stephani, pag.* 252. Cardin. Baron. *tom* 1. *annal. anno Christi* 44. *num.* 48. *in fine*, vbi subdit Valentinianos & Sabellianos hæreticos hanc reuelationem edidisse.

Liber qui appellatur transitus B. Mariæ.) Liber iste de transitu, hoc est, de Assumptione S. Mariæ Virginis cùm multa haberet fatua & delira, reprobatur vt apocryphus ab August. *serm.* 35. *de Sanctis*, & à Beda *in retractationibus*, exponens illud Actor. 8. *num.* 1. *Omnes dispersi erant per regiones Iudææ & Samariæ.*

Liber qui appellatur nomine Ogiæ Gigantis.) Erat hic liber inscriptus Og Regis Basan, cuius Moyses meminit *Numer.* 32. *num.* 33. & *Deuteron. cap.* 1. *n.* 5. de quo Cou. *cap.* 17. *num.* 5. *ad fin.* Posseuin. *in apparatu sacro tom.* 2. *verbo Og, pag.* 511.

Liber

Liber qui appellatur, Teſtamentum Iacob.) De qoo vide Cour. *d. num. 5. in fine*, Poſſeuin. *in apparatu ſacro, tom. 2. verbo Iacobi, pag. 69.*

Liber qui appellatur, Pœnitentia Origenis.] De hoc libro vide Epiphan. *hær. 64.* Card. Baron. *tom. 2. annal. Eccleſia anno Chriſti* 253. *num.* 118. *cum ſeqq.*

Liber qui appellatur, Pœnitentia S. Cypriani.) Vide de hoc libro Cardin. Baron. *tom. 2. annal. Eccleſ. anno Chriſti* 261. *num.* 46. Poſſeuin. *in apparatu ſacro tom.* 1. *verbo Cyprianus, verſ. ſanè verò, pag.* 361.

Liber qui appellatur, Pœnitentia Iamnis, & Mambre.] Moyſi reſtiterunt Iamnes, & Mambres, quemadmodum impij ac proterui reſiſterunt veritati, ex Paul. 2. *ad Timoth. cap.* 3. *num.* 8. meminit huius libri Origen. *tractat.* 35. *in Matth.* Ambroſ. 1. *ad Corinth.* 15. Poſſeuin. *in apparatu ſacro tom.* 2. *verbo Iamnes. pag.* 89.

Qui appellatur, Sortes Apoſtolorum.) Huius libri meminerunt Burchard. *lib.* 5. *cap.* 121. Poſſeuin. *in apparatu ſacro tom.* 1. *verb. Apoſtolorum, pag.* 124. Cardin. Baron. *tom.* 1. *anno Chriſti* 44. *num.* 49.

Liber Phyſiologus.) Hic liber ſic dictus eo quòd de rerum naturis tractaret, ab hæreticis conſcriptus fuit, & S. Ambroſij nomine præſignatus, Cou. *d. c.* 17. *num.* 5. *in fine* Poſſeuin. *in apparatu ſacro. tom.* 1. *verbo Epiphanius, verſ. ſcripſit autem, pag.* 444. vbi aduertit quòd hic liber non eſt Phyſiologus ille putandus, quem Græcè Sanctus Epiphanius edidit, iſte autem Latinè creditur compoſitus.

Opuſcula Tertulliani.) Tertullianus fuit Presbyter ciuitatis Carthaginenſis in Africa patre Centurione Proconſulari, eius opuſcula ideo apocrypha cenſentur, quia is auctor nouæ prophetiæ meminerit, & in libro de monogamia vim fecerit verbis Apoſtolicis, & in Montani hæreſim ſecundas nuptias deteſtantis prolapſos fuerit, viuebat ſub Pontificibus Victorino & Zepherino, Imperatoribus Seuero, & Antonino, *anno Chriſti* 300. *cum ſeqq.* vide Cou. *d. cap.* 17. *num.* 8. Card. Baron. *tom.* 2. *annal. Eccleſ. anno Chriſti* 201. *à num.* 5. Poſſeuin. *in apparatu ſacro, tom.* 3. *verbo Tertullianus, pag.* 266. Azor. *inſtit. moral part.* 1. *lib* 8. *cap.* 16. *quaſ.* 16. *verſ. de Tertulliano.*

Omnia opuſcula Fauſti Manichei) Vide Poſſeu. *in apparatu ſacro, to.* 1. *verbo Fauſtus Manichæus pag.* 481.

Opuſcula alterius Clem. Alex. apocrypha.) Cur autem Gelaſius Papa opuſcula Clementis Alexandrini viri aliàs eruditiſſimi, & inſtitutionum Chriſtianæ Religionis magiſtri apocryphorum nota voluit eſſe inuſta, oſtendit Card. Baron. *tom.* 2. *annal. Eccleſ. anno Chriſti* 169. *ex nu.* 26. Poſſeuin. *in apparatu ſacro, tom.* 1. *verbo Clemens. pag.* 324.

Opuſcula Caſſiani Presbyteri Galliarum.) Gelaſius Papa *in præſenti* opera huius viri ea potiſſimum ratione iudicauit apocrypha quòd collatione tertiadecima, aliiſque locis de gratia & libero hominis arbitrio more Pelagianorum loquutus fuerat; de quo vide S. Antonin. *part.* 2. *hiſtor. tit.* 10. *cap.* 10. §. 2. Poſſeuin. *in apparatu ſacro, tom.* 2. *verbo Ioannes Caſſianus, pag.* 131. Card. Baron. *tom.* 5. *anno Chriſti* 404. *num.* 78. *& anno* 430. *num.* 90. *cum ſeqq.* Card. Bellarm. *de ſcriptorib. Eccleſ. anno Domini* 440. *pag.* 118.

Victorinus Pictauienſis.) Fuit Victorinus Epiſcopus Pictauienſis martyrio coronatus in perſecutione Diocletiani, inter ſcriptores Eccleſiaſticos habitus, de quo vide Cou. *cap.* 17. *num.* 10. *in fine*, Card. Bellarm. *de ſcriptor. Eccleſ. anno Domini* 270. *pag.* 53. Poſſeuin. *in apparatu ſacro. tom.* 3. *verbo Victorinus, pag.* 346. Cur autem Gelaſius in præſenti recenſeat opuſcula Victorini inter apocrypha, non eſt mihi cognitum, duplex tamen poteſt eſſe ratio, tum quòd (vt de ipſo Victorino teſtatur Hieronym. *epiſt.* 35.) in explanatione Scripturarum ſecutus ſit Origenem, tum etiam quòd Millenariorum eſt ſectatus ſententiam.

Opuſcula Fauſti Rhegienſis.) Plures errores Fauſti in Gallia apud Rhegium Epiſcopi notati ſunt à Cæſario Arelatenſi Epiſcopo, qui Pelagianum illum detexit, de quo vide Card. Bellarm. *de ſcriptor. Eccleſ. anno Domini* 480. *pag.* 123. Cardin. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 6. *anno Chriſti* 472. *num.* 18. *& anno* 520. *num.* 12. 13. *&* 14. *& anno* 490. *num* 15. 19. *&* 32. Poſſeuin. *in apparatu ſacro tom.* 1. *verbo Fauſtus Rhegienſis, pag.* 480.

Opuſcula Frumentij.) Prædicauit Euangelium Indis, ſigna & prodigia mirandum in modum Dei fauore operando, vt tradunt Sozomen. *lib.* 2. *hiſtor. Eccleſ. cap.* 23. Socrates *lib.* 1. *cap.* 15. Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 3. *anno Chriſti* 356. *num.* 18. *&* 24. Sed aſtutia Satanæ interdum Sanctorum vera ſcripta corrupit, interdum falſa edidit, propter quæ eius opuſcula inter apocrypha à Gelaſio connumerantur, vt notat Card. Baron. *tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 290. *n.* 24.

Epiſtola Ieſu ad Abagarum.) Extat hæc epiſtola in ciuitate Ædeſſa vltra Euphratem, quam Euſebius Syra lingua tranſtulit in Græcam, *hiſtor. lib.* 1. *cap.* 13. & illam Latino idiomate tranſcribit Cardin. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 1. *anno Chriſti* 31. *num.* 58.

Paſſio Georgij apocrypha.] Hic Georgius fuit Arrianus Epiſcopus, inuaſor Sedis Alexandriæ, & magni Athanaſij eiuſdem Sedis Epiſcopi pugnaciſſimus perſecutor, qui ob ſua ſcelera Alexandriæ occiſus fuit, relatúſque à ſuis inter Martyres, de quo vide Card. Bar. *in Martyrolog. Roman.* 23. *Aprilis, & tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 290. *num.* 35.

Contradictio Salomonis.) Hic liber intitulatus, Contradictio Salomonis, à Gelaſio reprobatur. *in præſenti*, eo quòd plenus eſſet diabolicarum impoſturarum, de quo vide Sixtum Senenſem *lib.* 2. *Biblioth. in verbo. Salomon.* Cardin. Bellarm. *de ſcriptorib. Eccleſ. verbo Salomon, pag.* 6. Poſſeuin. *in apparatu ſacro tom.* 3. *verbo Salomon, pag.* 188 *verſ fertur.*

In gloſſ. *Cyrici.* ibi, *aliàs Quiricl.* Reprobatur à Card. Bellarm. *de verbo Dei lib.* 1. *c.* 10. *verſ. quòd autem.*

DISTINCTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Canones Apoſtolorum, an & quot ſint Canonici, vel apocryphi cenſendi, oſtenditur, & num.* 2.
3 *Declaratur text. in præſenti.*
4 *Declaratur text. in ſancta, verſ. in quib.* 15. *diſt.*

CAP. Canones. I. *Iſid.*

POSTOLORVM Canones, (qui referuntur *in fine huius voluminis Decreti*, & habentur originaliter ſecundùm varias verſiones ex Græco, *tom.* 1. *Conciliorum in princip.*) inter apocrypha deputatos Iſidor. ſcribit, prout eum refert Gratian. *in præſenti*, & confirmatur, quia minimè conſtat quo loco Apoſtoli conuenerunt ad hos Canones edendos; deinde quia eorum numerus incertus traditur; alij enim tantùm L. recipiunt, alij L X. alij LXXXV. *cap. Clementis, cap. ſexaginta, cap. placuit, infrà hac diſt.* 1

2 Verùm pro horum Canonum auctoritate pugnant Summi Pontifices, Concilia, & Patres antiquiſſimi, vt ex Anacleto, Alexandro, Eleutherio, Sixto, Concilio Nicæno, Innoc. I. & pluribus aliis altè comprobat Turrian. pro canonibus Apoſtol. *lib.* 1. *cap.* 22. *cum ſeqq.* videndus per integrum librum, ſed iorer omnes

omnes sextæ Synodi satìs erat auctoritas. nam Canones apud Trullum *can.* 2. receperunt LXXXV. Canones Apostolorum, vt habentur *in cap. placuit, & in c. quoniam, hac 16. dist.* Quantam verò auctoritatem habeat Trullana Synodus constat ex *sexta, hac eadem 16. dist.* ex quibus, & multis aliis saltem LXXXIV. Canones, qui habentur in fine huius voluminis tam antiqui, quàm correcti iussu Gregorij XIII. auctoritatem legis habere multis latè contra Magdeburgenses ostendit Turrian. *d. lib.* 1. *à princip. & per tot.* Martin. de Ayala *de traditionib. Ecclesiast. p.* 3. *pag.* 131. Viguer. *instit. cap.* 17. §. 1. *vers.* 3. Couar. *lib.* 4. *var. c.* 17. *num.* 6. latè Viuald. *in candel. aurea p.* 4. *cap.* 8. *num.* 16. *cum seqq.* Ex quorum mente resoluendum est quòd vel quærimus an huiusmodi Canones inter sacros diuinæ Scripturæ, qui Canonici strictè solent appellari, sint connumerandi, vel an authentici sint, & vim habeant humanæ legis Pontificiæ? in hoc posteriori sensu authenticos esse, & ab Ecclesia receptos, dicendum est ex *d. cap. placuit, & cap. quoniam*, vt per proximè citatos; in priori autem sensu Canonicos esse negandum est, vt patet ex Decreto Concilij Trident. *sess.* 4. *in decreto de Canonicis script.* vbi omnes enumerans de hic Canonibus nullam facit mentionem; quare meritò sic distinguunt Melch. Can. *de locis Theologicis lib.* 5. *c.* 5. *pag.* 321. Cardin. Baron. *annalium Ecclesi. tom.* 2. *anno Christi* 102. & confirmatur ex iis, quæ circa intellectũ text. *in cap. in scripturis*, 19. *dist.* tradunt Can. *dict. loco quæst.* 3. Castr. *aduersus hæreses lib.* 2. *cap.* 2. Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *de Concil. lib.* 2. *cap.* 12.

3 Non obstat text. *in præsenti*, quia respondetur, quòd licèt ille inueniatur in præfatione Isidori ad collectionem Conciliorũ, quæ ex Bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ descripta Romam missa est; tamen in illa, quæ vulgatæ Isidori collectioni proponitur, contrarium potiùs videtur dici, vt *hic* adnotarunt Patres, qui emendationi huius voluminis interfuerunt.

4 Nec etiam obstat Gelasij Papæ auctoritas *in cap. sancta. vers. quibus*, ibi, *liber Canonum Apostolorum apocryphus*, 15. *dist.* quia id propter aliquos vel corruptos, vel additos ab hæreticis fecisse videtur, secundùm Cardin. Bellarm. *de verbo Dei c.* 20. *vers. quoad priorem*, Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Apostolorum acta, pag.* 113. vel melius respondetur agere non de his Canonibus Apostolorum, sed de libro Canonum Apostolorum, qui diuersus erat istis Canonibus, qui non libro, sed vna charta continebantur, confictusque à Priscillianistis, qui multa alia sub Apostolorum nomine falsa ediderunt, vt in nostro proposito benè aduertit Turrian. *dict. lib.* 1. *cap.* 15. licèt tanquam nouum sibi assumat Viuald. *dict. cap* 8. *num.* 25. Quòd verò dicantur à Papa Clemente I. editi, siue ab Apostolis traditos Græcè scripserit, siue ex alia lingua in Latinam verterit, ex hoc minimè eorum Canonum auctoritas minuitur, vel eorumdem antiquitati derogatur, vt benè considerat Turrian. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *in princip.* De loco etiam nihil refert, siue cum eodem Turrian. *cap.* 25. *in fine*, Hierosolymis, siue cum Azala *dicto loco* Antiochiæ editos dicamus, vide apud eosdem, & Cardin. Baron. *tom.* 2. *annal. Ecclesia, anno Christi* 102. *nu.* 11. sic reponit integram sententiam Isidori Denique propter eorum auctoritatem cæteris Concilijs præposuimus Canones, qui dicuntur Apostolorum (licèt a quibusdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roborauere, & inter Canonicas posuere constitutiones.

In gloss. *Atque inter apocrypha*, ibi, *idest, sine certo auctore*, &c. Existimat gloss. *in præsenti* libros aliàs Canonicos per ipsam relatos, apocryphos dici, quia auctores ignorantur, licèt de veritate non dubitetur & in hoc eam sequuntur Couar. *lib.* 4. *var. cap.* 17. *n.* 1. Albert. *de agnescend. q.* 22. *nu.* 51. Sed meritò Cardin. Bellarm. *de verbo Dei lib.* 1. *cap.* 20. *in princip.* quem sequitur Gretser. *in defensione illius tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 20. *post. vers. quando igitur*, illam reprobant, dicentes non esse probabile apocryphos vocari eos libros, quorum auctor ignoratur, quia tunc multi libri sacri essent apocryphi, vt liber Iudicum, Ruth. Iob, primus Machabæorum, & permulti alij, quorum auctores ignorantur, quod tamen abhorret ab vsu loquendi Ecclesiæ.

Cap. Sexaginta. II. *Zepherin.*

Zepherinus Papa, de quo plura Posseuin *in apparatu sacro, tom.* 3. *verbo Zepherinus, pag.* 308. & Cardin. Baron. *tom.* 2. *annal. Ecclesi. anno Christi* 214. *& seqq. in præsenti text.* Canones Apostol. sexaginta esse demonstrat, tradìque obseruandos, licèt septuaginta ex eiusdem Zepherini epistola tradat Card. Bellarm. *de verbo Dei, cap.* 20. *vers. quoad priorem.* Sed quicquid sit, quinquaginta tantùm Canones, eosdémque à Dionysio in Latinum translatos, nouit antiquitas, qui in noua editione quadraginta nouem numero continentur, ita vt vltimus habeatur ille, in quo agitur de trina in baptismate mersione: & quidem qui his supersunt vsque ad numerum octogesimum quintũ, quos habet Canon ille, qui dicitur sexta Synodus postea emanarunt. Ita Card. Baron. *tom.* 2. *annal. Ecclesi. anno Christi* 102. *numer.* 12. Iacob. Greiser. *in defens. Bellarmin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *vers. de Gratiano, & vers. de Martiali, pag.* 14. Non obstat *cap. placuit. inf. hac dist.* dum dicit LXXXV. capitula Canonum Apostolorum esse seruanda, quia respondetur cum Cardin. Bellarmin. *dicto loco*, non esse hos Canones sanctæ Synodi, vt dicit Gratianus, sed cuiusdam alterius Concilij postea celebrati, quod Summus Pont. Sergius, qui tunc sedebat, non solùm non approbauit, sed etiam reprobauit.

SVMMARIVM.

1 *Canones sextæ Synodi non Adrianus, sed Tharasius Constantinopolitanus Patriarcha recipit, & approbat.*

2 *Concilium Quinisextum, in quo Canones Trullani continentur, celebratum fuit anno* 692.

3 *Sexta Synodus, quæ sub Agathone, & tempore Constantini IV. celebrata fuit, nullos Canones edidit, sed post quinque annos ab ea dissoluta conuenerunt aliqui Episcopi Græci, qui Canones plures sub nomine sextæ Synodi illegitimè ediderunt.*

4 *Trullani Canones non sunt Canonici, & authentici, nec sextæ Synodi.*

5 *Gratianus falsò citat Trullanos Canones tanquam Canonicos, & Ecclesiasticos, & à sexta Synodo constitutos.*

Cap. Sextam. V. *Adrian.*

Falsò Gratianus verba huius text. tanquam Adriani Papæ refert, cùm constet non Adrianum Papam, sed Tharasium Patriarcham Constantinopolitanum Canones sextæ Synodi recipere, & approbare, & ita Adrianus refert ea verba ex epistola à Tharasio ad se missa, quod adnotat additio quædam in nostro Decreto Gregoriano in hoc text. posita, de qua meminit Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 28. *num.* 7. *in fine.* Extat enim epistola Adriani ad Tharasium, ex

qua

qua fragmentum malè citatot à Gratiano, non enim vt ponit dixerat Adrianus, *Sextam Synodum sanctam recipio, cum omnibus Canonibus suis*, sed vt habet germana Anastasij versio secundùm ea quæ proposita fuerant à Tharasio. *Quare easdem sanctas sex Synodos recipio cum omnibus regalis, quaiure ac diuinitus ab ipsis sunt promulgata ita* Card. Bellarm. *de Concil. lib. 2. c. 8. vers. decimotertio, cum seqq.* Cardin. Baron. *tom. 8. annal. Eccles. anno Christi* 102. *num.* 13. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Apostoli, vers. qui verò, pag.* 123. Azot. *instit. moral. part.* 1 *lib.* 5. *cap.* 16. *vers. tertiò obiicies.*

Sed vt de Canonibus illis sextæ Synodi, (quos
2 *Trullanos* appellamus) aliquid dicamus, sciendum est anno 692. celebratum fuisse Concilium Quinisextum, in quo continentur Canones illi Trullani; sex-
3 tam verò Synodum, quæ sub Agathone, & tempore Constantini IV. fuit, nullos Canones edidisse, sed post annos quinque ab ea Synodo dissoluta iterum conuenisse nescio quot Episcopos Græcos, auctore Iustiniano iuniore Imperatore, ac multos Canones edidisse sub nomine sextæ Synodi. Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *de cleric. cap.* 19. *vers. ad tertium, & lib.* 1. *de Concil. c.* 7. *vers. tertium est.* Id quod manifestè colligitur tum ex principio horum ipsorum Canonum, tum ex confessione Tharasij Episcopi Constantinopolitani *in octaua Synodo act.* 4. quos eosdem Canones Beda *in lib. de sex ætatibus in Iustiniano iuniore*, erraticam Synodum appellat, & à Sergio Papa, qui tunc sedebat, reprobatos fuisse scribit, quod etiam asserit Paul. Diacon. *lib.* 8. *de rebus Romanis c.* 9. & innuunt Franc. Torriens. *in tractat. de potestate Papa, lib.* 3. *pag.* 109. Cardin. Baron. *tom.* 6. *annalium Ecclesia, pag.* 157. *in vers. considera lector, & in vers. at certè*, Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. sedium erect. cap.* 6. *num.* 9. quamuis aliqui Canones postea probati fuissent à Papa, aut aliis legitimis Conciliis, qualis est canon 82. de pingendis imaginibus, receptus ab Adriano Papa, & à septima Synodo *act.* 2. *&* 4. Cardin. Bellarm. *d. c.* 7. *vers. hos ergo*, Vasq. *de ordine disput.* 247. *cap.* 5. *num.* 55. *&* 58. Booet. *aduersùs hareticos, tom.* 2. *exam.* 4. *centur.* 18. *vers. post hoc Concil.*

4 Et ideò Trullanos Canones non esse Canonicos, & authenticos, nec sextæ Synodi, tradút Simaoch. *de Catholic. institut. tit.* 40. *n.* 38. Can. *de locis Theolog. lib.* 5. *cap. vlt. in resp. ad* 6. *arg.* Sot. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 2. *col.* 4. *vers. quocirca, & lib.* 7. *de iustit. q.* 6. *art.* 2. *col.* 10. *vers. hac ergo.* Torrens. *lib. vnic. de Canonibus sexta Synodi*, Surius. *tom.* 3. *Concil. in sexta Synodo*, Bañes 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 5. *fol.* 159. Valent. *part.* 4. *disp.* 9. *q.* 5. *punct.* 5. §. 2. *vers. respondeo Canones illos, & disp.* 10. *q.* 3. *punct.* 3. *in impedimento disparitatis cultus*, §. *cum infideli autem*, Card. Bellarm. *in suis controuer. lib.* 1. *de Concil. cap.* 7. *vers. hos ergo & lib.* 1. *de Pontifice cap.* 18. *& lib.* 1. *de Clericis cap.* 21. *col.* 3. *vers. ad tertium.* Probatur qoia Anastasius Apostolicę Sedis Bibliothecarius *in proœmio ad octauam Synodum*, ad quam iussu Adriani II. missus est, testatur illos Canones non esse in Ecclesia Romana receptos vt habetur *in cap.* 263. *dist.* Idem dici Vmbert. Syluæ candidæ Episcopus Leon. IX. *in libello contra epistolam Michaelis Patriarcha Constantinopolitani.* Idem Theophanes Græcus Historicus, Theodorus Balsam. *in interpret. eorumdem canonum*, Matth. Monachus Græcus *in Historia Conciliorum, & virorum illustrium.*

De sextæ Synodi appendice, & eiusdem Synodi dicta erratica, & damnata à Romanis Pont. vide Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 8. *anno Christi* 692. *per tot.* & quomodo huius Synodi acta corruperit Theodorus Patriacha Constantinopolitanus, vide eundem Baron. *d. tom.* 8. *anno* 681. *ex num.* 19. *vsque ad num.* 25. Trullani Canones ideo dicuntur; quia hæc sexta Synodus coacta fuit Constantinopoli in Secretario sacri Palatij, quod cognominatum est Trullus; Trullus autem, siua Trulla fœmineo genere præter instrumentum cæmentarium significat etiam quod Itali dicunt *capula*, fuit autem locus Synodi Palatij Secretarius, quod eiusmodi Trullo, siue Trulla fastigiatum, testudine sursum erecta sui rotunditate conficiens hemisphærium ab ipso ædificij genere nominatum est.

Vnde iam colligitur quàm falsò Gratianus prædi- 5
ctos Canones citet tanquam Canonicos, & Ecclesiasticos, & à sexta Synodo constitutos, *in cap. placuit, hac eadem dist. & in cap. quoniam, dist.* 31. *& in cap. si quis, dist.* 32. *& in cap. vlt.* 93. *dist. & in cap. Iacobus de consecrat. dist.* 1. *& in cap. dicimus de consecrat. dist.* 2. *& in c. si quis Episcopus* 35. *quæst.* 1. Potuit ille quidem horum Canonum auctoritate vti, sed non tanquam Canonica. Ad text. verò *in cap. à multis de ætate, & qualit.* respondetur prout dixi *in collect. ad cap. Canones, num.* 19. *distinct.* 15.

Cap. Habeo librum. VI.

Petr. Episc. Nicom.

Iustiniano filio.] Ergo filius Imperatoris potest immediatè eligi in Imperatorem post mortem patris, vt per Gregor. Lop. *l.* 2. *gloss. vlt. tit.* 1. *part.* 1.

Monothelitas.] Hæretici sunt, ita dicti ab vna tantùm voluntate, quam Christo tribuebant, vt ex verbo Græco *μόνος*, quod est vnum & *θέλημα*, quod est voluntas, comprobat Alphons. à Castro *aduersùs hæreses, verbo Christus, vers. sexta est hæres.*

Cap. Quoniam. VII.

Patres in VI. Synod.

Ancyranam.] Hæc Synodus fuit coacta anno Domini 314. à Vitali Episcopo Antiocheno Ancyræ, quæ ciuitas opportuno in loco erat sita, ad quam faciliùs conuenire possent tanquam ad centrum minoris Asiæ Episcopi Cappadoces, Pontici, Armeni, Cilices, & Syri · interfuerunt viginti duo insignes Episcopi. Extant 24. Canones ipsius, iidémque è Græco conuersi triplici editione, de eo vide Card. Gæs. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno Christi.* 314. *num.* 75. *cum seqq.* Posseuin. *in apparatu sacro, tom . verbo, Ancyranum, pag.* 81. Coriolan. *compend. de Concil. Prouincialib statim in princ.* Martin. Delri. *disquis. cleric. lib.* 5. *sect.* 12. *pag. mihi* 411.

Neocæsariensem.] Eodem anno Domini 314. sed pòst celebrata est Synodus Neocæsariensis, in qua Patres 17. statuerunt Canones 14. quorum auctor maximè fuit Vitalis Episcopus Salonitanus, & illos vide apud Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 19. Baron. *annal. tom.* 3. *anno Christi* 314. *numer.* 90. *&* 91. & tangit aliqua Coriolan. *in suo Breuiario chronolog. anno Domini* 314 *pag.* 67. *& breuiter in compendio de Conciliis prouinc. vers. eodem anno.* Neocæsariensis Ecclesia in Ponto florentissima vsque ad Basilij tempora, cuius patria erat: quomodo autem hæc ciuitas subuersa fuerit terræmotu, excepta Ecclesia ac Episcopo, cæterísque qui ibidem reperti sunt, narrat Baron. *anno* 343. *num.* 18. *&* 19.

Gangrensem.] Gangrense Concilium Gangris oppido Paphlagoniæ, siue regione Pelasgiorum, non ita multo post Nicænam Synodum celebratum est sub Syluestro I. vide Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Gangrense Concilium, pag.* 525. Fuit congregatum

contra

contra Eustachium Episcopum Sebastinensem, qui aliquos errores in Armenia docuerat, affirmabat inter alia nullum in coniugali positum gradu posse spem habere apud Deum, & ideo in eo latus fuit canon, de quo *in cap. si quis discernit* 28. *dist.* contra eos qui nolebant Missam Sacerdotis coniugati audire, vt tradit Vasq. *de Ordine disput.* 247. *cap.* 5. *num.* 50. *&* 51. Circa verò annum, quo fuit coactum, non benè constat; nam Onuph. *in chronico*, ait fuisse anno 361. quod etiam asserit Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *vers. tertia*. Sed Francisc. Gratian. *in compendio iuris Canon. part.* 1. *dist.* 3. *num.* 36. firmat fuisse celebratum circa annum Domini 324.

Antiochenum] Aduersùs schisma Donatiani fuit coacta ab Orientalibus Antiochena Synodus anno Domini 335. ad quam è Cappadocia, Asia, Syria, & Ægypto fuerunt vocati Episcopi. Fuerunt deinde Antiochenæ duæ, prior anno Domini 263. posterior anno 272. contra Paulum Samosatenum celebratæ, vide Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 2. *anno Christi* 265. *num.* 10. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Antiochena, pag.* 97.

Laodicensem] Laodicensis Synodus apud Laodicæam Pacatianæ ex diuersis regionibus Asiæ coacta fuit, non autem apud Laodicæam Syriæ, vt nonnulli putarunt, in ea Patres 32. statuerunt Canones 59. quorum auctor Theodosius Episcopus extitit anno Domini 364. teste Onuphrio *in chronico*, quem sequitur Azor. *d. c.* 19. *vers. sexta*, Franc. Gratian. *d. dist.* 3. *num.* 60. *post princip.* vbi subdit fuisse congregatam in fine Liberij Papæ, seu in initio Damasi. Sed verius est celebratam fuisse non solùm ante Theodoretum, verùm etiam ante Basilium, quin & ante Concilium Nicænum, vt grauibus rationibus comprobat Card. Baron. *in append. ad tom.* 4. *annal. ad fin.* vide Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 2. *verbo Laodicensis pag.* 327.

Constantinopolitanam.] De ea dixi *in collect. ad cap. Canones num.* 26. *sup. dist.* 13.

Ephesinam I.] De ea dixi *in collect. ad d. cap. Canones, ex num.* 28.

Chalcedonensem.] De ea dixi *in collect. ad d. cap. Canones, ex num.* 30.

Sardicensem.] Tempore Iulij I. & Constantij Imper. anno 331. fuit generalis; & semper in Ecclesia recepta Sardicensis Synodus, in qua fuerunt plusquam 300. Episcopi Catholici ex 36. Prouinciis totius Orbis Christiani, vltra quos octoginta Orientales adfuerunt, qui omnes 80. aduersùs Athanasium Arrianæ hæresi fauerunt, ac subscripserunt, sed alij Episcopi Occidentales Fidem Catholicam confirmarunt, vnde S. August. *lib.* 3. *contra Cresconium cap.* 34. dum inquit, *Disce quod nescis, Sardicense Concilium Arrianorum fuit*, est intelligendus de Episcopis Orientalibus septuaginta qui Fidem Catholicam, & Athanasium damnarunt. Vnde Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno Christi* 347. *per tot.* Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *de Concil. cap.* 7. *in princip.* vbi hoc Concilium Sardicense appellat partim confirmatum, partim reprobatum, Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 3. *verbo Sardicense, pag.* 196.

Carthaginensem.] Hæc Synodus fuit celebrata tempore Pontificis Iulij anno Christi 348. occasione legationis à Constante Imper. in Africam missæ per Paulum & Macharium clarissimos viros ad vniendos dissidios schismaticos Donatistas, Ecclesiæ Catholicæ. Vide Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno Christi* 348. *num.* 16. vbi *num.* 42. aduertit ab aliquibus dici primam Synodum, non ex eo quòd nulla alia hanc ipsam præcesserit, sed ideo quòd aliæ perierunt, & aliarum quæ extarum, hæc antiquissima probetur.

Opuscula Theophili.] Vide *ad cap. sanctn n.* - *dist.* 13.

Dionysij Alexandrini Episcopi.] Dionysius Alexandrinæ vrbis Episcopus, & Origenis valde insignis auditor fuit, de quo multa Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Dionysius Alexandrinus.*

Petri Alexandrini, &c.] Petrus Alexandrinus in Ægypto Archiepiscopus à Maximo Imper. ob Catholicæ Fidei defensionem capite plexus fuit Martyrio coronatus, scripsit acta quædam, quæ ab Anastasio S.R.E. Bibliothecario accuratiùs Latinè è Græco reddita fuerunt. Vide Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 3. *verbo, Petrus Alexandrinus.*

Gregorij Thaumaturgi.] Gregorius Neocæsareæ Ponti Episcopus sanctitate, doctrinâque illustris, signis verò ac miraculis multo illustrior, quorum multitudine atque præstantia Thaumaturgus appellatus est. Plura scripsit, quibus Dei Ecclesiam illustrauit, euius opera prodierunt Græcè & Latinè interprete & scholiaste D. Geraldo Vossis anno 1604. De eodem Gregorio vide Cardin. Baron. *in not. ad Martyrol. die* 17. *Nouembris, & annalium Ecclesia, tom.* 2. *anno Christi* 233.

Athanasij Episcopi.] De eo dixi *in collect. ad cap. sanctn, num.* 3. *dist.* 15.

Basilij.] Dixi de eo *in collect. ad d. cap. sancta n.* 5.

Gregorij Nysseni.] Fuit Gregorius Nyssen. Episcopus Magni Basilij frater, dignus vt inter præcipuos Catholicæ Fidei propugnatores sanctione etiam Imperiali laudaretur; scripsit plura opera, quæ notis Frontonis Ducæi Societat. Iesu illustrata Parisiis anno 1605. impressa fuerunt. De eo vide Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 4. *anno Christi* 369. *num.* 64. *cum seqq. & anno* 370. *num.* 17. *cum seqq. & anno* 378. *n.* 44. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Gregorius Nyssenus pag.* 584. *cum seqq.*

Gregorij Theologi.] De eo dixi *in collect. ad cap. sancta num.* 4. *suprà dist.* 13.

Amphilochij Iconiensis.] Amphilochius Iconij Episcopus floruit anno 390. Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nysseno, Hieronymo cognitus, multa scripsit satis eruditè, de quo agunt Hieron. *epist.* 34. *ad Magnum*. Cardin. Baron. *tom.* 4. *annal. Eccles. anno Christi* 381. *num.* 74. *& anno* 383. *num.* 30. *anno* 383. *num.* 36. *& anno* 394. *num.* 19. Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Amphilochius, pag.* 77.

Timothei Alexandrini.] Timotheus Alexandrinus fuit Episcopus, viuebat anno 385. tempore Valentis & Theodosij, de illo plura scribunt Ruffin. *Eccles. histor. lib.* 1. *cap.* 17. *& lib.* 2. *cap.* 21. Socrat. *lib.* 5. *cap.* 8. *&* 12. Sozom. *lib.* 6. *c.* 29. *& lib.* 7. *cap.* 7. *&* 9. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 4. *anno Christi* 380. *num.* 16. *& anno* 385. *num.* 30. Posseuin *in apparatu sacro, tom.* 3. *verbo Timotheus Alexandrinus, pag.* 319.

Gennadius Constantinop.] De Gennadio Episcopo, siue Patriarcha Constantinopolitano, vide Nicephor. *Eccles. histor. lib.* 13. *cap.* 22. *&* 23. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 6. *anno Christi* 458. *num.* 32. *& anno* 459. *num.* 3. 10. *&* 15. *& anno* 471 *num.* 1. vbi de eius morte, Posseuin. *in apparatu sacro, tom.* 1. *verbo Gennadius Episcopus, pag.* 534.

Cyrilli Alexandrini.] Vide posita *ad cap. sanctn n.* 8. *distinct.* 13.

Cypriani Carthag.] Vide dicta *ad cap. sancta num.* 5. *distinct.* 15.

CAP. Sancta octo. VIII. *Et Diurno.*

AGitur in præsenti text. de sexta Synodo Constantinopolitana, quæ Agathone Pont. Max. & Constantino IV. Imper. celebrata fuit, sed nullos Canones

Csnones prorſus edidir, at quinquennio pòſt conuenerunt iterum aliqui iuniores Epiſcopi, auctore Iuſtiniano iuniore,& plures nomine ſextæ Synodi falsò ediderunt. Vide Franc. Turrian. *in lib. de ſexta Synodo*, Melch. Can. *de locis communib. cap. fin. in ſolut. ſexti argumenti*, Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 5. c. 16. ver. ſextum Concilium*, Poſſeu. *in apparatu ſacro, tom. 1. verbo Conſtantinopolitana ſexta, pag. 553. & verbo Franciſcus Turrianus, pag.* 509. De aliis Synodis hîc enumeratis egimus *in collect. ad cap. Canones, diſt.* 15.

Cap. Primam autem. X.

DE Synodis quorum in hôc text. fit mentio, egi *collect. ad cap. Canones, & ad cap. ſexta, diſt.* 15. De omnibus hæreticis hîc numeratis vide Couar. *var. lib. 4. cap.* 15. Cardin. Bellarm. *lib. 1. de Concil. cap.* 5. Cardin. Baron. *annal. Eccleſiæ, tom. 3. anno Chriſti* 325. *ex n. 1. & tom. 4. anno* 381. *à n.* 17. *& tom. 5. anno* 430. *à n. 5. & anno* 451. *& tom. 6. anno* 553.

Agathonis Papæ) Tertij ſcilicet, vt per Azor. *inſtit. moral. p. 2. li 5. cap. 16. verſ ſextum Concil. in princ.*

Cap Prima adnotatio. XI.

DE Synodis Ancyrana, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiochena; & Laodicenſi, de quibus fit mentio in hoc text. dixi *in collect. ad cap. quoniam, ſup. hac diſtinct.*

Quarta Sardinenſis.) Generalis ferè fuit hæc Synodus, quia ex pluribus Prouincijs Epiſcopi conuenerunt, ex Occidente 300. ex Oriente 70. vt referunt Socrates *lib. 2. cap.* 15. Sozomen. *lib. 3. c.* 11. In ea præſentibus Legatis à Iulio I Pont. miſſis Patres ſtatuerunt Canones 21. anno Domini 347. Vide Franc. Gratian. *in compend. iuris Canon. p. 1. diſt. 3. n.* 57. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 19. verſ. quarta*, Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 3. anno Chriſti* 349. *num.* 3. *cum ſeqq.*

Octaua Africana.) Celebrata fuit anno Domini 397 ſub Theodoſio minore, in qua Patres 229 recitarunt & firmauerunt Canones 105. qui per diuerſa Cócilia Africanæ Prouinciæ tempore Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi leguntur eſſe conſcripti.

Nona Arelatenſis.) Coacta fuit anno Domini 314. ſub Syluestro Papa, in qua Patres 200. ſtatuerunt Canones 23. & nomine Sylueſtri præſederunt Claudius & Vitus Presbyteri, Eugenius, & Cyriscus Diaconi; adfuit etiam Conſtantinus vt omnia abſque tumultu agerentur, cùm videret Donatiſtas ad turbas ciendas admodum promptos, vide Coriolan. *in compend. de Concilijs, Prouincialibus verſ. anno* 313. Card. Baron. *annalium Eccleſ. tom. 3. anno Chriſti* 314. Sylueſtri Papæ I. & Conſtantini IX. refertur hæc Synodus *tom. 1. Concil. pag. mihi* 368.

Decima item Arelatenſis.) Coacta fuit tempore Sylueſtri Papæ I. & refertur *tom. 1. Concil. pag.* 375. de illa meminerunt Franc. Gratian. *in compendio iuris Canon. part. 1. diſt. 3. verſ. decima iterum*, & Azor. *inſtit. moral. part. 2. l. 5. c. 19. verſ. decima*, qui etiam meminerunt alterius Synodi vndecimæ Arelatenſis.

Duodecima item Arelatenſis.) De hac Synodo agit Cardin. Baron. *tom. 6. annal. Eccleſ. anno Chriſti* 453. *verſ. quòd verò ad præſentem*, & refertur *tom. 1. Concil. pag.* 726.

Decima quarta Arauſicenſis.] De hac Synodo & ſequentibus vide Franc. Gratian. *in compendio iuris Canon. part. 1. diſt. 3. verſ. decimaquarta*, Azor. *part. 2. inſtit. moral. lib. 5. cap. 19. verſ. vndecima*, Coriolan. *in compendio de Concil. Prouincialib.*

Cap. Septuaginta. XII. *Athanaſ.*

ATHanaſius Alexandrinus Epiſcopus ſcribens Marco Papæ *in præſenti*, poſtulat ab eo Nicæni Concilij capitula, cùm enim Ægyptij dira Arrianorum perſecutione vexati inter alia diſpendium paſſi eſſent Nicænorum Canonum, qui vnà cum omnibus alijs libris ab eiſdem incenſi fuerunt., Athanaſius igitur eorum exemplaria à Romana Eccleſia datis ad Marcum Papam litteris, poſtulat impertiri, de quo vide Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 3. anno Chriſti* 336. *n. 36. cum ſeqq. & n.* 58. *&* 59. Cardin. Bellarm. *de ſcriptorib. Eccleſ. anno Domini* 1100. *in de Gratiano, verſ. primò.*

Cap. Quod dicitis. XIV. *Steph.*

SArdicenſe Concilium.) Fuit celebratum anno Domini 347. in Sardica ciuitate, quæ confinis eſt Illyrij, Myſiæ, & Thraciæ, nobilis tunc ciuitas diſtincta à Sardibus, nunc à Turcis, qui eam occuparunt, *Triaditza* vocata; interfuerunt 300. ferè Epiſcopi Orientales, & Occidentales. Vide Franc. Padill. *in epitome Concil. pag.* 8. *&* 114 Cardin. Bellarm. *lib. 1. de Concilijs cap. 7. in princ.* Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 3. anno Chriſti* 347. *num. 1. cum ſeqq.*

Distinctio XVII.

GRATIANVS tota hac diſtinctione Sanctorum Patrum teſtimoniis demonſtrare intendit Concilia generalia ſine Rom. Pont. auctoritate congregari non poſſe. explicant Coit. *in memorabilib. verbo Concilium*, Hieron Roman. *de Republica Chriſtiana lib. 5. cap. 1. & 2.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 4. cap. 13. q.* 2. Dec. *conſ.* 151. *incip. Diuino implorato præſidio. n.* 13. *cum ſeqq.* Caiet. *in opuſculo de auctoritate Papæ, & Concil. cap. 15. &* 16. Padill. *in epitom. Concil. poſt princ in rub. ad quem ſpectet celebrare Concil. & lib. 1. de Concil. cap. 12. verſ. quartò probatur*, vbi affirmat Concilia generalia ſolùm à Romano Pontifice congregari poſſe, & ad id inducit *cap. 1. huius diſtinct.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudic. lib.* 2. *c.* 1. §. 4. *verbo Concilium ſolus Papa congregat*, Burſat. *conſ.* 190. *n. 2. &* 3. Læl. Iordan. *de Epiſcopor. cauſis c. 3. n.* 41. *&* 32. *& c. 4. n.* 8. Cardin. Tuſch. *tom. 2. lit. C. concl.* 549. *n. 1. & 2. & concl.* 555. *n. 1. &* 6. Soar. *de Fide diſp. 11. ſect. 3. ex num.* 4. Vnde non eſſe ratum Concilium quod auctoritate Pontificis fultum non fuerit, per text. *in cap. regula 2. huius diſt.* tenent Læl. Iordan. *d. cap. 3. n. 43. &* 47. Franc. Gratian. *in compendio iuris Canon. diſt. 6. num. 128. verſ. nec vllum*, Cardin. Bellarm. *lib. 1. Concil. cap. 12. verſ. clariſſimo*, Ioan. Salas. *de legib. diſp. 8. ſect. 15. in princ.* Soar. *d. ſect. 3. per tot.* nec illud quod ſine ſedis Apoſt. auctoritate fuerit celebratum, vt per text. *in c. multis, huius diſt.* tradunt Dec. & Burſar. *citatis locis*, Iordan. *d. cap. 4. num.* 8. Gregor. Lopez *l. 10. gloſſ. 9. poſt. med. tit. 5. p.* 1. Franciſc. Gratian. *d. numer. 228. verſ. etſi in qualibet*, Cardin. Bellarm. *d. cap. 12. verſ. ſeptimò probatur*, Cardin. Tuſch. *tom. 2. lit. C. concl. 552. n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale legitimè congregatum auctoritate Pontificis ante eiuſdem confirmationem errare poteſt.*

2 *Concilia omnia antiquissimo Ecclesiæ vsu, semper à Summis Pontificibus confirmationem petierunt.*

3 *Concilium congregatum auctoritate Papæ, & præsentibus eius Legatis de facto aliquando errauit.*

4 *Concilium generale perfectam Ecclesiam vniuersalem repræsentat, quando vel Pontifex præsens est, vel Legati ipsius plenam habent instructionem, non ita quando Legati perfectè instructi non sunt.*

5 *Decreta Conciliorum generalium an & quando ante Summi Pontificis confirmationem executioni mandari possint, ostenditur.*

6 *Concilium auctoritate Papæ vbi est congregatum, adest ibi Spiritus sanctus, in quo dicitur legitimè congregatum.*

7 *Declaratur cap. regula, hac eadem dist.*

Cap. Concilia. VI. *Symmach.*

1 SYmmachus Papa, quem refert Gratianus *in præsenti* dum ait Concilia Prouincialia, sine Romani Pontificis præsentia valetudinem perdere, à fortiori probare videtur generale Concilium etiam legitimè congregatum auctoritate Pontificis ante eiusdem confirmationem errare posse, vt resoluunt Turrecr. *in sum. lib. 2. cap.* 58. *concl.* 2. latè Can. *de locis Theolog. lib.* 5. *c.* 4. *concl.* 1. *& c.* 5. *per totum*, Cardin. Bellarm. *de Concil. lib.* 2. *cap.* 11. Bañes 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 6. *limit.* 4. & multiplici ratione confirmatur, quia non potest habere infallibilem veritatem illud decretum, in quo deficit iudicium, & sententia illius, ad quem pertinet finaliter determinare ea, quæ sunt Fidei, hunc autem esse solum Romanum Pontificem nemo negabit, & constat ex dictis ad *cap. si Papa*, 40. *dist.* & per consequens cùm in his terminis adhuc suam sententiam non declarauerit, possitque contrarium sentire, quàm Patres Concilij, & ipsius Legati decreuerunt, dici non potest ante ipsius Papæ approbationem, hæc decreta firmam, & infallibilem habere auctoritatem, & veritatem, vt satis probat Iulius Papa *in capit. nolite* 11. *dist.* ibi, *totum corpus Ecclesiæ in hac obseruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus Ecclesiæ posuit principatum*,

2 Confirmatur secundò, quia constat antiquissimo Ecclesiæ vsu omnia Concilia semper à Romano Pontifice confirmationem petiuisse, vt videre est ex Concilio Nicæno, & multis aliis, quæ latè prosequitur Turrec. *lib.* 3. *cap.* 34. & ex vltimo Decreto Concilij Tridentini, vbi Patres Concilij decreuerunt petendam esse à Papa confirmationem Concilij, quam dedit Pius IV. vt constat ex ipsius Bulla *in fine eiusdem Concilij*, ex quo ita notauit multum commendans Nauar. *cons.* 1. *num.* 4. *de constitut.* Con-
3 firmatur tandem, quia Concilium congregatum auctoritate Papæ, & præsentibus eius Legatis, de facto aliquando errasse constat, vel quia Legati fecerunt contra Papæ instructionem, vt de Rodoaldo, & Zacharia constat ex *epist. Nicolai I. in Concil. Constantinopolit.* vel quia ab eo sufficienter non erant instructi, vt in Concil. Constantien. in quo Iulianus Eugenij IV. Legatus consensit Decretis *sess.* 2. 3. *&* 18. de auctoritate Concilij supra Papam, quam doctrinam hæreticam, vel saltem erroneam esse iam hodie manifestum est per Leonem X. *in Concil. Lateranem. sess.* 11. *tom.* 3. *Concil. pag.* 656.

4 Quamuis contrariam sententiam tueantur multi, vt per Victor. *de potestate Papæ, & Concilij, n.* 2. Sot. *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 1. *art.* 4. *ad* 2. Pro quibus non facit, quia Concilium sic legitimè congregatum vniuersalem Ecclesiam repræsentat, *cap. sicut in fine.* ibi *vniuersali sunt constituta consensu*, 15. *dist.* & probat Bulla Martini V. *in fine Concilij Constantien.* refertur *tom.* 2. *Concil. pag.* 1162. ibi, *sacrum Concilium, & vniuersalem Ecclesiam*, quia varijs modis respondent Doctores; nam Pigh. *de Ecclesiastica hierarchia lib.* 6. *c.* 4. id absolutè negat. Cano autem *dict. cap.* 5. *pag. mihi* 313. & alij, quos sequitur Bannes *dicto loco conclus.* 1. *&* 2. distinguendo fatentur eo modo, quo Ecclesia errare non potest, non posse etiam errare Concilium, id est, quòd quemadmodum tota Ecclesia, scilicet omnes simul fideles errare non possunt, ita non potest errare vniuersale Concilium, & omnes simul Patres in eo congregati; & per contrarium quemadmodum non est inconueniens, quòd aliquando erret maior pars Ecclesiæ, ita non inconuenit, quòd major pars Concilij cum Legatis Papæ errare possit, cùm verò in gestis Concilij, quod maior pars facit præualeat, ex reg. *cap.* 1. *de iis quæ fiunt à maiori parte cap.* & ab omnibus fieri dicatur, ex reg. *l. quod maior, ff. ad municip. l. aliud*, §. *refert. ff. de regul. iuris*, iam fit non rectè inferri ex eo quòd Concilium generale vniuersalem Ecclesiam repræsentat, maiorem partem Concilij errare non posse; sed meliùs responderi poterit cum Card. Bellarm. *d. c.* 11. *vers. intellige*, vide apud eum. Dico igitur per Concilium generale perfectam Ecclesiam vniuersalem repræsentari quando vel Pontifex præsens est, vel Legati ipsius plenam habent instructionem, non ita quando Legati perfectè instructi non sunt, sed tanquam internuncij adsunt, qui ad Pontificem referre debent dubia circa quæstiones exorientia, itaut illius debeant expectare sententiam, eo enim casu licèt Patres Concilij repræsentent reliquum Ecclesiæ corpus, Legati tamen perfectè non repræsentant caput, id est, Summum Pontificem, cui principaliter à Christo data est potestas definiendi maiores Fidei quæstiones, & ad quem finaliter pertinet determinare quæ sunt Fidei ac subinde succedit reg. text. *in cap. cùm se* 18. *de offic. deleg.*

Nec etiam obstat, quòd Decreta huiusmodi Conciliorum ante Summi Pontificis confirmationem executioni mandantur, *cap. placuit*, ibi, *amodo confirmata, & rata sunt*, 16. *distinct.* & dicitur anathema contrarium tenentibus, vt apparet in omnibus Canonibus Concilij Tridentini, quia respondetur præmissa eadem distinctione, vel enim Legati, qui præsunt nomine Romani Pontificis, plene instructi sunt, vt in omnibus ferè Concilijs fieri solet, de particularibus omnibus, quibus agendum est, vel non ita veniunt instructi, vt notant omnes in Concilio Tridentino, in quo propter diuersitatem, & multitudinem materiarum, quæ in eo agendæ, & decidendæ proponebantur, possibile non erat sufficientem dari Legatis instructionem. In primo casu statim & ante aliam Papæ confirmationem possunt Decreta mandari executioni; & ita procedit text. *in dict. cap. placuit*, cum similibus. In secundo verò cùm Legati in his plenè instructi non sint, ideò Papæ confirmationem esse necessariam resoluimus, nisi fortasse in Conciliis legitimè congregatis definiantur articuli, aliis Conciliis, & Summorum Pontificum Decretis iam antea decisis, in quibus executione opus est, non verò noua decisione, qua ratione legitimè processit Concilium Constantien. contra Hieronymum de Praga eum comburendo, vt refertur in actis eiusdem Concilij *sess.* 21. *tom.* 2. *Concil. pag.* 1123. quia sequebatur doctrinam Ioannis VVicleff per concilium Constantien. & Martinum V. antea expressè damnatam, licèt consultius fore hoc etiam casu expectare Summi Pontificis confirmationem, scribat Bannes *dict. dub.* 4. *ad* 2.

Nec

6 Nec item obstat, quia vbi Concilium auctoritate Papæ est congregatum, adest ibi Spiritus sanctus, in quo dicitur legitimè congregatum, vt passim legitur in Concil. Trid. *sess.* 2. 3. *&* 4. *& in principio omnium sequentium*, & Decreta Conciliorum sententiæ dicuntur eiusdem Spiritus sancti, vt habetur. *Act. cap.* 15. ibi, *visum est Siritui sancto, & nobis*, quia respondetur eum Cano *d. pag.* 314. non sequi ex eo quòd huiusmodi Concilia in Spiritu sancto sunt congregata, quòd omnia ibi desinita ante finale iudicium Summi Pontificis, sunt iudicia Spiritus sancti, & ineffabilem contineri veritatem; stat enim quòd in Spiritu sancto legitimè inchoëntur, Spiritue tamen eiusdem sententiæ non sit, nisi postquam omni ex parte deliberatum sit, & omninò perfectum, accedente Romani Pontificis approbatione, sic *dicto cap.* 15. *Actorum* rectè dicitur, *visum est Spiritui sancto & nobis*, quia Petri, & aliorum Apostolorum, & consequenter Summi Pontificis erat iudicium.

7 Nec denique obstat *cap. regula, hac ead. dist.* nam facilis est solutio, quia minimè sequitur ex eo quòd Concilia sine Papæ auctoritate congregata rata non sunt, si ibi non adsint ipsius Legati, quòd illis interuenientibus statim absque alia Pontificis approbatione firmam, & infallibilem habeant auctoritatem, vt benè aduertit Can. *vbi proximè*, & patet si aduertas tria in proposito inter se diuersa posse considerari, primum est quando Concilium sine Papæ auctoritate congregatur, quo casu nullam omninò habet auctoritatem, sed potius damnabile est conciliabulum, vt inquit text. *in cap. multis, hac dist.* cum similibus; secundum est, si cum ea auctoritate sit congregatum ante Papę confirmationem, quo casu maximam quidem habet auctoritatem, ex reg. *dict. cap. illa*, adeò vt contra dicentes huiusmodi Conciliorum decretis, tanquàm suspectos de hæresi habendos esse concludat Ban. *d. dub.* 4. *concl.* 3. & probatur ex reg. *cap. ad aboledam, de haret.* sed tamen auctoritas infallibilis non est, iuxta nostram resolutionem. Tertium est quando Papæ auctoritate congregatum, & confirmatum est, quo casu infallibilem esse auctoritatem ex dictis constat, & per consequens ex *dict. cap. regula*, solùm sequitur ratum esse Concilium congregatum auctoritate Pontificis, quod fatentur ad effectum, vt aliquam habeat auctoritatem, quod libenter concedimus.

Sedis prærogatiuam.) Notatur ad hoc quòd hi qui maiorem prærogatiuam habent in subscribendo, sedendo, incedendo, & loquendo, debent esse digniores ratione temporis, promotionis ad officium, aut dignitatis adeptionem, vt per Gam. *Lusit. decis.* 1. *num.* 1. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 20. *numer.* 122. *cum seqq.*

In gloss. *Iussione.* ibi, *habet ergo Romana Ecclesia auctoritatem a Concilys.* In hoc fallum dicit hæc gloss. cùm Romanus Pont. immediatè potestatem accipiat a Christo, a quo Ecclesiastica potestas Petro & successoribus data est, vt per August. Triumph. *de potest. Pontif. quæst.* 1. *art.* 1. Capistran. *de auctor. Papa & Concil. p.* 1. 2. *principalis, à princ.* Turrec. *in summ. Eccles. lib.* 2. *cap.* 38. *cum seqq.* Cardin. Bellarm. *lib.* 2. *de Romano Pont. cap.* 13. *cum seqq. & cap.* 17.

Non obstat text. *in præsenti*, qui videtur probare glossæ opinionem, quia respondet Turrec. *dict. lib.* 2. *cap.* 41. *ad* 2. Romanum Pont. à Conciliis accipisse potestatem secundariò, id est, declaratiuè, & executiuè, obediendo scilicet diuinæ ordinationi, sedem illam honorando vt caput & matrem omnium Ecclesiarum, quod est facilius & aptius verbis huius text. quàm respondere cum Bellarm. *dict. cap.* 17. *vers. quare ad primum*, nequando Concil. Chalcedonense, ex quo fuit desumptus text. *in præsenti*, ea in parte legitimè factum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus secundùm ordinationis suæ tempus siue ad consedendum in Concilio, siue ad subscribendum in eo, loca attendit.*
2 *Doctor creatus examine rigoroso præfertur illi, qui sine examine fuit creatus.*
3 *Receptus à maiori semper præfertur.*
4 *Doctor creatus à Papa, vel principe præcedit alios in quibuscumque Collegijs graduatos.*
5 *Dignitas antiquitati præfertur.*

Cap Episcopos. VII. *Greg. I.*

GRegorius I. *lib.* 7. *reg. epist.* 112. Syagio Episcopo 1
Augustudunensi, relatus *in præsenti*, decreuit Episcopos secundùm ordinationis suæ tempus, siue ad considendum in Concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet re sua attendere loca, vnde Doctores communiter desumere solent, quòd ad hoc vt Episcopi in Conciliis subscribant, & sedeant, non gradus Prouinciæ, nec diœcesis consideratur, sed antiquitas consecrationis, ita vt antiquior consecratione licèt diœcesi recensior sit, priùs subscribat, & sedeat, ita Cassan. *in catal. gloria mundi part.* 3. *consider.* 23. Tiraq. *de nobil. cap.* 20. *num.* 52. Boër. *de auctor. Concil. à numer.* 62. Nau. *cons.* 5. *n.* 8. *vers. quod autem, & cons.* 10 *num.* 1. *de maior. & obed.* Iacobat. *de Concil. lib.* 1. *art.* 12. Sclu. *de benefic. p.* 1. *q.* 1. *num.* 31. Card. Baron. *tom.* 6. *anno Christi* 451. *&* 465. Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 52. Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo Concilium* §. 4. Stephan. Quarant. *in summ. Bullary, verbo Concilium Prouinciale, num.* 9. Iacob. Valdes. *de dignitate Regum. Regnorùmque Hispania cap.* 2. *num.* 5. *in fin.* Franc. Leo *in thesaur. fori Ecclesiast part.* 1. *cap.* 9. *num.* 4.

Intellige nisi secundò ordinatus sit potioris dignitatis, vt Patriarcha, vel Primas respectu Archiepiscopi, & Archiepiscopus inter Episcopos, vide Felin. *in rub. de maior. n.* 2. Seraphin. *decis.* 1223. Mart. *voto* 101. *num.* 8. Mastril. *Sicil. decis.* 130. *num.* 13.

In gloss. vnica ibi, *quoniam ille gradus cæteros ante-* 2
cedit, quem labor prolixior, & stipendia longiora fecerunt anteire. Vnde Doctor creatus examine rigoroso præfertur illi, qui sine examine fuit creatus, vt per Menoch. *cons.* 126. *num.* 18. Sebast. Næui. *ad l.* 1. *C. de decretis ab ordine facien. num.* 2. *& in l. administrantes* 42. *num.* 3 *ff. de excusat. tutor.*

In eadem gloss. ibi, *nisi aliquis receperit dignitatem* 3
à Principe. Notatur ad hoc quòd semper præfertur, qui à maiori receptus est, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap.* 6. *num.* 8. & ideò Doctor creatus à Papa, seu à
Principe præcedit alios in quibuscumque Collegiis 4
graduatos, secundum Rebuff. *in tract. nominat. q.* 21. *num.* 19. Stephan. Gratian. *discept forens. cap.* 186. *n.* 75. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 3. *proœm. num.* 115.

In ead. gloss. ibi, *& nisi sint loco Metropolitani*, &c.
Notatur ad hoc quòd in omnibus casibus, in quibus 5
reperimus seniores cæteris præferri, semper intelligitur, nisi auctoritate, aut dignitate minores excellant, vt scilicet dignitas antiquitati præferatur, ita Tiraquell. *in præfat. de primogen. num.* 151.

Distinctio XVIII.

Cap. Placuit. I. *Ex Cabilon. Concil.*

Rchiepiscopvm in Concilio Prouinciali omoibus Episcopis præesse per hunc text. tradunt Bonifac. de Vitalin. *in Clem.* 1. *num.*45. *de sent. excom.* Tiraquel. *in præfat. primogen.n.* 115. Pute. *decis.* 505. *num.* 5. *in fin. aliàs decis.* 104. *in correctis lib.*3. Menoch. *de arbitrar. casu* 458. *n.*17. Zerol. *in praxi Episcop. part.*1. *verbo Concilium* §. 4. Stephan. Quarant. *in summ. Bullary, verbo Concilium prouinciale, num.* 19. *vers. vigesimotertiò.*

Cap. Habeatur III. *Ex Nicæno Conc.*

COncilium Prouinciale celebrari debere temporibus, quibus abstinentiæ, seu contemplationi est vacandum, vt in Quadragesima, & in diebus quibus insisteudum est celebrationi festiuiratum, ita ex Nicæno Concil. *cap.* 5. probat Gratian. *in præsenti*, provt referunt Bott. *de Synodo part.*1. *n.*56. Stephan. Quarant. *in summ. Bullary verbo Concilium Prouinciale, num.* 4. vbi *nu.* 8. subdit quòd in congregationibus Conciliorum debet haberi ratio, vt hi qui vocati sunt, non fatigentur propter discrimina itinerum, & etiam debet haberi ratio temporis, vt non hyeme fiant, cum in istis temporibus periculosa sit itineratio.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus ad Concilium si negligat venire, non statim puniendus est.*

2 *Concilium Prouinciale cognoscit de omnibus causis Ecclesiasticis totius Prouinciæ.*

3 *Concilium Prouinciale adire possunt omnes, qui se læsos esse existimant, pro iustitia consequenda.*

4 *Delicta cognoscit, ac examinat non solùm suffraganeorum, sed etiam subditorum Concilium Prouinciale.*

5 *Causa Episcoporum depositionem, & quæstiones articulos Fidei, & mores Ecclesiæ vniuersalis respicientes ad Prouinciale Concilium deferri non possunt.*

6 *Concilium Prouinciale non potest formare processum in causis criminalibus grauioribus contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad Summum Pontificem.*

7 *Causæ minores Episcoporum criminales in Concilio Prouinciali terminari possunt, etiam ibi non existentibus duodecim Episcopis.*

8 *Concilium Prouinciale conuocare spectat ad Metropolitanum.*

Cap. Propter. IV. *Ex Antioch. Conc.*

1 EX verbis huius text. ibi, *& synodicam expectare sententiam*, colligunt communiter, Doctores, vt si vocatus ad Concilium negligat venire, non statim pæniendus est tanquam contumax, sed priùs debet admoneri, & requiri, & tandem citari ad videndum se declarari, ita Cardin. Iacob. *de Concil. lib.*1. *art.* 5. *in princ. fol.*114. *col.*1. Campeg. *eod. tract. c.*13. Stephan. Quarant. *in summa Bullary verbo Concilium Prouinciale n.*7. Zerol. *in praxi Episcop. par.*1. *verbo Concilium* §.1.

Græcos hyperberetai.) Mensis Octobris ita vocatur apud Macedones, éstque vltimus apud illos, vt per Alciat. *lib.* 1. *pereg. cap.* 48. qui huius text. meminit.

Quibus de omnibus causis, &c.) Notatur ad hoc 2
quòd Concilium Prouinciale cognoscit de omnibus
causis Ecclesiasticis totius Prouinciæ, amplia vt nedum per appellationem, sed etiam per simplicem querelam, Car. Iacob. *in tract. de Concil. lib.* 5. *art.* 11.
fol. 298. Lancell. Conrad. *in templo omnium iudic. l.* 1. 3
cap. 3. *num.* 20. & ita omnes qui se læsos esse existimant pro iustitia consequenda ad Concilium Prouinciale venire possunt, vt per Card. Alexand. *hîc in* 1. *notab.* Stephan. Quarant. *in summa Bullarij verbo Concilim Prouinciale sub n.* 3. *vers. quintò quæro*, & ipsum Concilium cognoscit, ac examinat delicta
non solùm suffraganeorum, sed etiam subditorum 4
suorum, *cap. graue, cap. sicut olim, de accusat.* Franc. *in cap. fin. de censib. lib.*6. Lancell. Conrad. *d. lib.* 2. *cap.* 6.
numero 2. Majores verò quæstiones, veluti Episcopo- 5
rum depositionem, & quæstiones, articulos Fidei, & mores Ecclesiæ vniuersalis respicientes, ad Prouinciale Concilium deferri non possunt, Bottæ. *de Synodo p.* 3. *art.* 1. *n.* 25. Castr. *aduersus hæreses lib.* 1. *c.*8.
quod quidem nec etiam formare potest processum in 6
causis criminalibus grauioribus contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad Summum Pont. vt refert decisum Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. dec.* 145. *n.* 5. *par.* 4. quem refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.*3 *alleg.* 112. *n.* 2 *in fine, secundùm Lugdunen. impress.* Minores verò causæ Epi-
scoporum criminales in Concilio Prouinciali termi- 7
nari possunt, vt disponit Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 5. *in fine, vers. minores*, tradunt Henriquez *in sum. lib.* 13. *c.* 55. §. 2. Hieron. Venero, & Leyua *in examine Episcoporum lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 2. & declaratum fuisse à sacra Congreg. refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis numer.* 80. vbi subdit posse in Prouinciali Concilio huiusmodi causas criminales minores tractari etiam non existentibus duodecim Episcopis quia prædicta Concilia ex minori numero Episcoporum plerumque constat.

Sine Metropolitanorum, &c.) Notatur ad hoc quòd 8
ad Metropolitanum spectat Concilium Prouinciale conuocare, similis text. *in cap. si Episcopus, & in cap. si quis Episcoporum, & in cap. quoniam, hac ead. dist.* Quaran a *dict. verbo Concilium Prouinciale, n.* 2. vbi subdit quòd Sede Metropolitana vacante Episcopi Prouinciæ se congregare possunt ad illud celebrandum, & citat Petr. de Monte *in monarchia Concil. cap.* 2. *n.* 9. Vgon, siue Synodum Vgoni, *de Concil. in prælud. q.* 5. *& in* 3. *part. fol.* 134. Botiæ. *de Synodo Episcopi part.* 1. *num.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Concilia Prouincialia olim bis singulis annis cogi debebant, nunc quolibet saltem triennio.*

2 *Episcopi in Concilio Prouinciali se exercere debent in meditatione Euangeliorum, & Canonicorum præceptorum.*

3 *Prælati tempore Concilij Prouincialis non debent intendere conuiuiis, nec ludis.*

4 *Archiepiscopus non debet petere aliquid à Prælatis venientibus ad Concilium Prouinciale.*

Cap. Quoniam. VII. *Ex septima Synod.*

BIs anno, &c.] Olim Concilia prouincialia bis 1
singulis annis cogi debebant, qua in re Concil. Trident.

Trident. *sess.* 24. *de reformat. c.* 2. sic ait: *Quare Metropolitani per se ipsos, seu illis legitimè impeditis Coëpiscopus antiquior intra annum ad minus à fine præsentis Concilij, & deinde quolibet saltem triennio post octauam Paschæ Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, seu alio commodiori tempore pro more Prouinciæ non prætermittat Synodum in Prouincia sua cogere*; ita referunt Azor. *institut. moral. p* 2. *lib.* 3. *c.* 47. *q.* 6. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo Concilium* §. 2.

2 *Cum autem*, &c.] Nota ut ad hoc quòd Episcopi in Concilio Prouinciali se exercere debent in meditatione Euangeliorum, & Canonicorum præceptorum, ac in solicitudine ipsorum custodiendorum, vt per Card. Alexandrin. *in præsenti*, qui hinc infert, quòd illis temporibus non debent Prælati intendere conuiuiis,
3 nec lodis, vel aliis actibus secularibus, sed de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, refert Stephan. Quarant. *in summ. Bullarij, verbo Concil. Prouinciale num.* 13. *vers.* 37.

4 *Porro non habeat*,] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus non debet petere aliquid à Prælatis venientibus ad Concilium, alias teneretur in quadruplum, vt per Stephan. Quarant. *d. verbo Concil. Prouinciale n.* 8. *vers. vigesimoquartò*, vbi subdit textum in præsenti loqui quando Archiepiscopus expetierit, ac proinde eius pœnam non incurrere Archiepiscopum, cui non petenti aliquis de suffraganeis Episcopis aliquid daret de hic contentis.

Cap. De Eulogiis. VIII. *Leo VI.*

INtegram epistolam Leonis, ex qua iste text. desumptus fuit, refert Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 10. *anno Christi* 855. *n.* 16. Et quid sit Eulogia, vide *gloss.* 1. *in præsenti*, Alexand. Scot. *verbo Eulogium, in fine*, Cæl. Rhodigin. *lectionum antiq. cap.* 25.

In gloss. *Minus*. ibi, *Arg. quòd magistri non petant collectam à scholaribus, vt libentiùs veniant ad scholas.* Immo possunt Magistri exigere collectam à discipulis si pro docendi laborioso munere publicum & sufficiens salarium non percipiant, vide Barthol. Carthag. *in sua exposit. lib.* 5. *tit.* 5. *obseru.* 3. *gloss.* & per me dicta *in cap. quia nonnullis, de Magistr.*

Cap. Episcopus. j. IX.

Ex Concil. Carthag. IV.

NOn quælibet necessitas excusat Episcopum, vt non teneatur venire ad Concilium, sed requiritur grauis necessitas, & non tenetur mittere nuncium ad recipienda statuta edita in Concilio Prouinciali, ita ex hoc text. colligit Stephan. Quarant. *in sum. Bullarij, verbo Concilium Prouinciale, num.* 6. *vers. decimoquartò quæro*. Quæ autem sint illa, quæ excusant ne vocatur teneatur venire ad Concilium, vide Campeg. *de Concil. c.* 11. & Bottæ. *de Synodo p.* 2. *sub n.* 59. *post. gloss. verbo necessitatibus in cap. peruenit, hac eadem dist.* & quòd impedimentum excusat etiam ab obligatione accedendi ad Concilium Prouinciale, notat Flamio. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 13. *numer.* 17.

Cap. Placuit. X. *Ex Conc. Carthag. V.*

N*Eque ætati.*] Notatur ad hoc quòd senectutis grauitas, & pondus est circa onera sufficiens excusatio, vt per Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præs.* 45. *numer.* 1. & seniores à longis itineribus excusantur.

Tiraquel. *de iure primog. in præfat. num.* 21, qui huius text. meminerunt.

Competenter.] Si enim non competenter, & ex tra terminum assignatum, veniret puniendus, vt per Ducò. *reg.* 171. *vers. amplia decimò*

In gloss. *Communione.* ibi, *sed dic quod iste non est excommunicatus*, &c. Notatur ad hoc quòd vnica est excommunicatio minor, quæ priuat passiua Sacramentorum communione, illa verò priuatio communionis quorumdam fidelium, non est censura, sed quædam separatio, & priuatio pœnalis, ita declarat & sequitur hanc gloss. Soar. *tom.* 5. *de censur. disputat.* 24. *sect.* 15. *num.* 5.

In gloss. *Rationem*, ibi, *per vnum testem.* Notatur ad hoc quòd Episcopus non veniens ad Synodum potest probare impedimentum per vnum testem, vt per Iacobat *de Concil. lib.* 2. *art.* 4. *vers. rursus quia dictum, pag.* 103.

Cap. Episcopus. *ij.* XI.

Ex Concil. Turon.

ABbatem ad Synodum ire non debet cogere Episcopus, nisi aliqua rationabilis causa existat, prout ait Palea in hoc text. Sed gloss. *hic* occurrit, dicens hoc intelligi posse de Abbatibus Cisterciensibus, cùm alij Abbates debeant venire ad Concilium; & sic illos, qui habuerint populum, & territorium proprium, iurisdictionémque Episcopalem exercuerint intra ambitum ipsius Prouinciæ ad Concilium Prouinciale vocari debere, sicut Episcopos Comprouinciales, dicit Prosper ad Augustio. *in addit. ad Quarant. in summa Bullarij, verbo Concilium Prouinciale, post q.* 3. subdens cum Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij cap.* 51. §. 2. *fol.* 208. huiusmodi Abbates tanquam Incorum Ordinarios in Concilio Prouinciali habere vocem decisiuam, & ampliat quòd teneantur ad Concilium Prouinciale accedere, etiamsi ab eorum sententiis immediatè ad Sedem Apostol. & non ad Archiepiscopum appelletur, vide Aloys. Rice. *in decis. Curia Archiepiscop. Neapol. decis.* 151. *num.* 4 *part.* 4.

SVMMARIVM.

2 *Metropolitanus per litteras Comprouinciales Episcopos ad Concilium inuitare debet, qui ita ceu per edictum generaliter vocati ire tenentur.*

2 *Episcopus vocatus ad Concilium Prouinciale si moriatur, & eo mortuo fuerit promissum de alio ante inchoatum Concilium ex illa citatione non arctaretur successor.*

3 *Episcopus nondum consecratus si sit electus, & confirmatus, ac possessionem Episcopatus adeptus, potest interesse Concilio, ac proinde de necessitate ad illud est vocandus.*

4 *Episcopalem iurisdictionem habentes vltra Episcopos vocandi sunt ad Concilium Prouinciale.*

5 *Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum eligere semel debent, in cuius Synodo Prouinciali intersint.*

6 *Electione semel facta ab exempto de Metropolitano, in cuius Synodo Prouinciali interesse possit, ad illam accedere tenetur eiúsque electio ligat successores.*

7 *Capitulum Cathedralis Sedis vacantis debet de necessitate ad Concilium Prouinciale vocari, & potest comparere per Vicarium generalem cum speciali mandato*

8 *Presbyteri, & Diaconi Legati Episcoporum, legitimè impeditorum veniunt ad Concilium Prouinciale, & in eo definiendi auctoritatem habent.*

9 *Episcopus, qui impedimento canonico cessante, non venit ad Concilium, debet priuari communione aliorum Episcoporum vsque ad futurum Concilium.*

10 *Episcopus priuatus communione aliorum Episcoporum, à quibus consequatur prohibitus, ostenditur.*

11 *Vocatus ad Concilium à Metropolitano si eodem tempore vocetur à Rege, ad quem potius accedere debeat, remissiuè.*

Cap. Si Episcopus. XIII.

Ex Concil. Agathensi.

1 Metropolitanus per literas comprouinciales Epis-
copos ad Concilium inuitet, qui ita, seu per
edictum generaliter vocati ire tenentur, vt per Card.
Iacob. *in tract. de Concil. lib. 2. art. 4. quæst. 5. fol.* 102.
Stephan. Quarant. *in summ. Bullarij, verbo Concilium*
Prouinciale, n. 3. in princ. Azor. *instit. moral. p. 2. lib* 3.
cap. 47. q. 2. vers. porrò. Si verò Episcopus vocatus
2 moritur, & eo mortuo fuerit prouisum de alio ante
inchoatum Concilium, ex illa citatione non arctaretur
successor, Cardin. Iacobat. *d. art. 4. quæst. 6.* Stephan.
Quarant. *d. verbo Concilium Prouinciale num. 4. versic.*
septimò quæro.

3 Episcopus nondum consecratus si sit electus, & confirmatus, ac possessionem Episcopatus adeptus, potest interesse Concilio, ac proinde de necessitate ad illud est vocandus, vt resoluit Prosp. de Augustin. *in addit. ad Quarant. dict. verbo Concilium Prouinciale post quæst. 6.*

4 Præter Episcopos ad Concilium Prouinciale vocandi sunt quicumque iurisdictionem Episcopalem habentes, vt per Azor. *d. cap 47. quæst. 2. vers. nihilominus,* Prosp. de Augustino *loco proximè citato,* cuiusmodi sunt multi Abbates, de quibus suprà egi ad *cap. Episcopus in 1. hac ead. dist.*

5 Episcopi etiam, qui nulli Archiepiscopo subii-
ciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum eligere
semel debent, in cuius Synodo Prouinciali interesse
cum aliis cogantur, quæque ibi ordinata fuerint, ob-
seruare, & obseruari facere teneantur, in reliquis
omnibus eorum exemptione, & priuilegiis saluis, &
integris manentibus, vt disponit Conc. Trident. *sess.* 24.
6 *de reform. cap* 2. qua facta semel electione semper in
futurum talis Episcopus exemptus ad Synodum Pro-
uincialem accedere tenetur, eiúsque electio ligat suc-
cessores, sicut resoluit Quarant. *d. verbo Concilium*
Prouinciale, num. 2 quæst. 1. in fine, vers. an autem, Gal-
let. *in margarita casuum conscientiæ, verbo Episcopus,*
pag. 200. col. 2.

7 Capitulum Cathedralis Sede vacante tempore celebrationis Concilij Prouincialis debet ad illud de necessitate vocari, & potest comparere per Vicarium generalem cum speciali mandato dandi vocem decisiuam, vt tenet Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. d. verbo Concilium Prouinciale post q. 4.* vbi subdit Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem iurisdictionem habentia ad Concilium Prouinciale esse vocanda.

8 Item ad Concilium Prouinciale veniunt, & in eo definiendi ius, & potestatem habent Presbyteri, & Diaconi Legati Episcoporum, qui legitimè impediti in Concilio interesse non possunt, hi enim cùm Episcoporum locum teneant, & eorum vice fungantur auctoritatem habent definiendi in Concilio. Insuper auctoritate Romani Pont. præter Episcopos, Presbyteri, & Diaconi in Concilio Prouinciali interesse, & definiendi ius habere possunt, vnde in Synodis sub Symmacho Papa ex vniuersis Italiæ Episcopis conuocatis interfuerunt Presbyteri, & Diacóni, & subscripserunt, ita Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 47. q. 2. vers. nihilomin.*

A charitate fratrum, &c.] Notatur ad hoc quòd 9
Episcopus, qui impedimento Canonico cessante non
venit ad Concilium, debet priuari communione alio-
rum Episcoporum vsque ad futurum Concilium si
fuerit contumax, vt per Stephan. Quarant. *de verbo*
Concilium Prouinciale, n. 7. vers. decimooctauò quæro,
vbi subdit quòd non erit talis Episcopus prohibitus 10
celebrare diuina Officia, & recipere Sacramenta eccle-
siastica, & communicare cum cæteris Episcopis, &
aliis, sed tantùm erit suspensus à communibus nego-
tiis cum aliis Episcopis, nec poterit interesse scrutinio
Episcoporum, nec consecrationi eorum, & aliis com-
muniter pertractandis cum Metropolitano, & Epis-
copis, & post Iacobat. addit idem Quaranta quòd
etiam poterit excommunicari excludendo à commu-
nione fidelium, prout Archiepiscopo magis expedi-
re videbitur, quod sanè intelligi debere ait vt si pri-
mò vocatus non venit, procedat prædicta pœna, si
iterum & tertiò monitus non accedat, poterit excom-
municari.

In gloss. *Præceptione.* ibi, *tamen hic defertur Regia* 11
dignitati. Vtrùm autem vocatus ad Concilium à Metropolitano si eodem tempore vocetur a Rege ad quem potiùs accedere debeat? Vide Campeg. *de Concil. cap.* 11. Iacobat. *in simili tract. lib. 1. art. . fol.* 157. Conrad. *in templo omnium iudicum l. 1. cap. 2. §. 3. num. 6.* Bertachin. *de Episcopo lib. 4. p. 1. q. 14.*

Cap. Annis singulis. XVI.

Ex Concil. Bylon.

Diœcesanam Synodum quotannis celebrari iùbet Concil. Tridentin. *sess. 24. de reformat. cap. 2. vers. Synodi quoque.* Vbi verò necessitas postularet, sæpiùs in anno celebrari posse resoluit Vgolin. *de potest. Episcopi cap. 48. num. 3.* quem refero ego ipse *in simili tract. part. 3 alleg. 93. in fine.*

Necnon Abbatibus.] An, & quando Abbates ad diœcesam Synodum accedere teneantur, vide Ascan. Tamburin. *in tract. de iure Abbatum tom. 1. q. 24. quæst. 4.* Aduerte cum Felin. *in cap. quod super his, in princ. de maior. & obed.* quòd licèt Abbates non teneantur venire ad Concilium Prouinciale, tamen expedit eis vt veniant propter statuta, quæ ibi fiunt quandoque in eorum præiudicium, quòd si præsentes essent, potuissent impedire ne fierent. Vide Curiam Pisan. *lib. 2. cap. 13. num. 2.* vbi Azeued. *lit. C.* Zerol. tamen *in praxi Episcop. verbo Concilium,* absolutè docet Abbates in tota prouincia commorantes prouinciali Concilio interesse debere.

Cap. Decernimus. XVII.

Ex Concil. Tolet. XVI.

Difficilis reputatur hic text. dum probat excommunicationem proferri posse ad certum, & determinatum tempus, in illis verbis ibi, *sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistat,* & quamuis gloss. *in præsenti* communiter recepta, & Henriquez *in sum lib. 13. cap. 38. §. 3. lit. C. & lit. L.* existiment textum loqui de suspensione, quod nullo modo dicendum est cùm aliud sit suspensio, aliud excommunicatio,

municatio, *cap. quarenti, de verbor. significat*. Attamen meliùs dicere textum loqui de excommunicatione minori, quæ potest ferri ad certum tempus, secundùm Syluest. *verbo excommunicatio 4. num. 2. in fine*, S. Anton. *in tract. de excommunicat. cap. 76. num. 11.* Nec obstat quòd hic fiat simpliciter mentio excommunicationis, cuius appellatione venit maior, *cap. pen. de sentent. excomm.* quia respondetur textum non procedere vbi ex materia subiecta, vel contraria mente disponentis constat, iuxta reg. *l. non aliter, in princip. ff. de legat. 3.*

DISTINCTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Epistola Pontificis aliquod dubium interpretantis censenda est decretalis.*
2 *Principis epistola ad iuris declarationem promanans constituit legem generalem.*
3 *Verbo generali omnia debent comprehendi.*
4 *Verba generalia intelligenda sunt secundùm ea quæ præcedunt.*
5 *Verba generalia restringuntur ad habilia, & non includunt casus insolitos.*
6 *Verba generalia restringuntur ne absurdi, aut iniqui quicquam sequatur.*
7 *Instrumentum publicum faciens mentionem de alio instrumento, non facit fidem nisi exhibeatur.*

CAP. Si Romanorum I. *Nicol.*

1 NICOLAVS Papa scribens Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis, relatus in hoc text. ait Epistolam Pontificis aliquod dubium interpretantis cen-
2 sendam esse Decretalem, vt per Burg. de Pace *in proœm. legum Tauri, num. 350.* vbi subdit responsionem, vel epistolam Principis ad iuris declarationem promanantem constituere legem generalem, refert Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 31. num. 6. vers. sed hac solutio*, & quòd epistolæ Decretales dicantur illæ, quibus Romani Pont. ad diuersorum consultationes respondere solebant, & quid seruandum, viandùmque esset, dicebant, tradit Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 2. anno Christi 142. num. 9.* Et de epistolis Decretabilibus vide Castr. *aduersus hæreses lib. 1. cap. 2. post med. vers. post Conciliorum*, Cou. *lib. 4. var. cap. 16. vers. sic isti*, Posseuin. *in apparatu sacro, verbo Decretales epistolæ, pag. 123.*

3 In gloss. *Dicendo.* ibi, *verbo generali omnia debent comprehendi*, &c. Ita Card. Tusc. *pract. concl. tom. 8. lit. V. conclus. 121.* Verba tamen generalia intelligen-
4 da sunt secundùm ea quæ præcedunt, *l. non est meum. ff. de legib. l. hæres meus. §. 1. ff. de legat. 1.* Menoch. *consil. 496. num. 54.* Surd. *cons. 431. num. 12.* & ideò restringuntur secundùm subiectam materiam. *l. 3. §. si quis hæredi. ff. de statulib.* Rot. *decis. 542. num. 4.* apud
5 Farinac. *part. 1. recent.* & restringuntur ad habilia. *l. vt gradatim, in princ. ff. de mun. & honor. l. 1. in princip. C. de sacros. Eccles.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 755. & remed. 1. recup. num. 38.* Surd *decis. 112. num. 2.* Franc Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. q. 85. n. 61.* & non includunt casus insolitos, de quibus non est ve-
6 risimiliter cogitatum. Flores de Mena *var. quæst. 24. n. 33.* item restringuntur ne absurdi, aut iniqui quicquam sequatur, ex Matio Antonin. *var. resol. lib. 2. resol. 40. num. 11. & 18.*

In gloss. *Desunt.* ibi, *licèt non possint exhiberi*, &c. Vide Boër. *decis. 247. num. 3.* vbi quòd instrumentum publicum faciens mentionem de alio instrumento, non facit fidem nisi illud exhibeatur, Ioan. Garc. *de nobilit. gl. 41. num. 3.* Mascard. *de probation. conclus. 923. n. 9.*

CAP. In memoriam. III.

Ex Capitulis Caroli Imp.

HVius text. formalia verba refert Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 9. anno Christi 801. n. 10.* vbi *num. 11.* maximè extulit Caroli Magni erga Sedem Apostol. reuerentiam, & animi submissionem erga Romanum Pontificem.

In gloss. *Falsum.* Quibus modis litteræ dicantur falsæ, & ex quibus tales præsumantur, vide posita *in cap. ex litteris, & in cap. inter dilectos, de fide instrum.* vbi latè dixi.

In ead. gloss. ibi falsarius deponitur. De pœn falsificantis litteras Papæ, vide quæ dixi *in collect. ad cap. ad falsariorum, de crimine falsi.*

SVMMARIVM.

1 *Papam non habere potestatem condendi canones si quis crediderit non solùm dicitur schismaticus, sed etiam hæreticus.*
2 *Statutis Romanæ Ecclesiæ non obediens ex fragilitate humana licèt grauiter peccet, non tamen est hæreticus.*
3 *Delictum ratione dignitatis personæ delinquentis an augeatur, remissiue.*

CAP. Nulli. V. *Greg. IV.*

HVius text. integram originem refert Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 9. anno Christi 839. num. 6.* & aduertit optimè Soar. *tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 1. n. 1.* censuram in hoc text. contentam non esse ipso iure latam, sed ferendam, neque esse propter hæresim, sed propter inobedientiam Ecclesiæ, neque denique esse reseruatam Papæ, sed communem, quamuis Nauar. *in man. cap. 27. num. 117. vers. octauò*, contrarium doceat.

Ex illo vulgò colligi solet quòd credens Papam non 1
habere potestatem condendi canones, non solùm dicitur schismaticus, sed etiam hæreticus, & vt hæreticus puniri debet, vt per Albertin. *in rub. de hæretic. lib. 6. quæst. 13. n. 56.* Bonifac. de Vitalinis *in Clem. ad nostram, num. 45. de hæretic.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 71. num. 2. vers. hi tamen, & cap. 73. num. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 546. num. 25.* Farina. *de hæresi q. 183. 1. num. 56.*

In gloss. *Prostratus.* ibi, *hic videtur quòd omnis, qui* 2
non obedit statutis Romanæ Ecclesiæ sit hæreticus, Limita vbi ex fragilitate humana Romanæ Ecclesiæ præceptis non obedierit, licèt grauiter peccet, vt per Decian. *d. lib. 5. cap. 73. num. 1. ad fin. vers. sin autem nolet obedire ex nimia carnis concupiscentia*, Menoch. *dict. casu 546. num. 27.* Farin. *d. quæst. 183. num. 60.*

In gloss. *Maiores.* ibi, *quanto aliquis delinquens est* 3
maior, tantò magis est puniendus. Delictum ratione dignitatis personæ delinquentis an augeatur, itaut plus puniatur pœna spirituali, aut temporali in dignitate constitutus si delinquat, quàm ignobilis? Vide Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. n. 117.* Cou. *lib. 2. var. cap. 9. num. 3. vers. tertiò* Iacob. Simanch. *de Cathol. institut. cap. 46. num. 67. cum seqq.* Lancellot. Conrad. *in tem-*

plo omnium indic. lib. 2. c. 2. § 2. n. 12. fol. 144. Clar. lib. 5. §. fin. q. 60. n. 24. Guilelm. Benedict. in cap. Raynutius, de testam. verbo, cuidam Petro tradiderunt, n. 69. vers. quamuis omnibus, Ioan. Roias sing. 158. Spin. in speculo testam. gloss. 16. princip. n. 73. cum seqq. Mesia in tract. tassæ panis, concl. 6. n. 21. cum seqq. Tiraq. de pœnis temper. causa 31. à num. 9.

Cap. In Canonicis. VI. August.

GRatian. hic ex August. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 8. colligere videtur Decretales epistolas esse Scriptoris diuinis annumerandas, & in earum ordinem referendas, quem defendere nititur Cou. lib. 4. variar. c. 16. vers. item Decretales epistolæ, & subtiliter Card. Bellarm. l. 2. de Concil. cap. 2. vers. dico secundò; sed malè Augustini auctoritatem intelligit, corrumpitque citat; nam Augustini mens fuit de libris canonicis regulam nobis tradere, vt illi libri pro canonicis habeantur, qui à pluribus Catholicis Ecclesiis recipiuntur, inter quas Ecclesias Augustinus credit eas esse computandas, quæ Apostolicas sedes habuerunt, id est, quas Apostoli velut earum Episcopi rexerunt, item illas esse præcipuè Catholicas Ecclesias, censet Augustinus, quæ epistolas ab Apostolis accipere meruerunt, vt Romana, Corinthia, Thessalonicensis, Collossensis, Ephesina, Hierosolymitana, Antiochena, & Alexandrina, quas omnes Apostoli aut verbis docuerunt, aut scripto, qua ratione fit maximum absurdum esse quod Gratianus ex D. Augustino voluit deducere, cùm ex eo necessariò sequeretur diuinis Scripturis esse adnumerandas epistolas, quas Romani Pontifices ab Ecclesiis inferioribus receperunt, quod nemo vnquam nec dixit, neque probauit, atque ideò hunc Gratiani errorem meritò notant, & improbant Alphons. à Castro lib. 1. de hæresib. c. 2. col. 10. vers. quòd si fortè, Nau. in cap. nouit, notab. 3. n. 44. de iudic. Penia in direct. Inquis. p. 1. commento 19. lit. F. Posseuin. in apparatu sacro, verbo Gratianus, vers. præterea, pag. 560. Coo. variar. lib. 4. cap. 16. n. 6. vers. præter hæc, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 12. q. 3. vers. obiicies quod dicit August.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopi immediatè à Summo Pont. accipiunt iurisdictionem.*

2 *Potestas omnis, quæ ad politicam Ecclesiæ gubernationem spectat in Summo Pont. veluti in fonte reposita est, & ab eo immediatè ad alios deriuatur.*

Cap. Ita Dominus. VII. Leo.

1 VT ab ipso quasi quodam capite, &c.] Collige ex his verbis Episcopos immediatè à Summo Pont. accipere iurisdictionem, vt per Sot. in 4. dist. 20. q. 1. art. 2. concl. 4. Angl. in quæst. de Clauibus, art. 1. diffic. 2. Card. Bellarm. tom. 1. de Romano Pont. l. 4. c. 24. & seqq. Bannes 2. 2. quæst. 1. art. 10. dub. 5. à princip. & omninò concl. 5. & plures, quos refero de officio & potest. Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 1. à num. 18. & ibi citatis addo Soar. de defensione Fidei lib. 3. de Primatu Summi Pont. c. 11. n. 14. & lib. 4 de immun. Eccles. cap. 5. num. 11. & 12. Quamuis Episcopos accipere iurisdictionem immediatè à Christo existimauerint Victor. relect. 2. sect. 2. q. 2. n. 16. Castro de iusta hæret. punit. lib. 2. cap. 24. & aduersus hæreses, verbo Episcopus, Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. q. 22. art. 10.

2 Omnis enim potestas, quæ ad politicam Ecclesiæ gubernationem spectat. in Summo Pont. seu in fonte reposita est, & ab eo immediatè ad alios deriuatur, ac veluti per riuulos quosdam, & canales transfunditur, permanat, & ab ipso capite in membra transmittitur, ita Franc. Varg. in tractat. de iurisdict. Episcoporum, & Pontificis Max. auctoritate axiom. 2. Azeued. l. 1. n. 97. tit. 5. lib. 8. noua recopil. Sahag. in cap. decernimus, de iudic. in princip. num. 7. cum. seqq. quos refert, & sequitur Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. à num. 14. Et sic potestas Episcoporum qui sunt successores Apostolorum à Petro, & à successoribus Romanis Pont. est deriuata, ita quòd successor Petri est immediatè Vicarius Christi, & à Christo accepit potestatem, sed successores Apostolorum nec susceperunt potestatem ab ipsis Apostolis, nec à Christo immediatè, sed immediatè à Romano Pont. & ita hunc text. intelligunt. Caiet. de auctor. Papæ cap. 1 cum seqq. Victor. de clauibus num. 5. Greg. Lopez l. 4. gloss. 3. tit. 5. part. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Anastasius II. minimè consensit Achacij erroribus, nec illum à Felice III. & vt hæreticum meritò damnatum vnquam reuocauit.*

2 *Papa nullus fuit qui in Fide etiam vt priuatus errasset.*

3 *Petrus illo tempore, quo Christum negauit, nondum erat Pontifex.*

4 *Petrus negando Christum Fidei confessionem amisit, non autem ipsam Fidem.*

5 *Petrus quare à Paulo reprehenditur quòd Gentes cogebat iudaizare, remissiuè.*

6 *Marcellini & thurificationis, quam fecit idolis, historia an veritate fulciatur? remissiuè.*

7 *Liberius non consensit Constantio hæretico.*

8 *Liberius an tædio exilij aliquando victus fuerit, & hæresis particeps? ostenditur.*

9 *Felix II. verus fuit Pontifex, & sanctus.*

10 *Honorius I. Sergij hæresi non consensit.*

11 *Ioannes XXIII. liberatur ab impostura hæresis.*

12 *Formosi Pont. cum Stephano VI. & Sergio III. magna dissensio, & inimicitia.*

13 *Pontifices prauas animi passiones sequentes aliquando in hoc, aliquando in illud peccatum incidere possunt.*

14 *Platina tentans aliquando à Paulo II. ad futurum Concilium appellare, in compedes, tetrúmque carcerem coniectus fuit.*

15 *Antonius Rosellus, & Abbas Panormitanus ob aliquas captas occasiones in Pontificium honorem aliquando irruere non erubuerunt.*

16 *Synodus an maior Papa.*

17 *Papa possitne Concilio se submittere.*

Cap. Anastasius. IX.

FAlsò Gratianus hic & in cap. dictum 1. q. 1. Anastasio II. sanctissimo Pontifici grauissimum imponit crimen, quòd scilicet Achacium hæreticum à Felice III. meritò damnatum reuocare voluerit Photino, qui eidem Achacio communicauerat. Constat enim in primis Achacium viuente Felice III. obiisse, vt ex Niceph. & aliis probant statim referendi, Felicíque successisse Gelasium, Gelasio verò post annos sex Anastasium, vt colligitur ex tom. 1. Concil. pag. 958. cum seqq. & consequenter ineptum est dicere voluisse Anastasium reuocare Achacium iam mortuum. Deinde ex epist. 1. eiusdem Anastasij, quæ integrè refertur 1

d. tom. 1.

d. tom. 1. *pag.* 997. *ad Anaſtaſium Imper.* conſtat minimè Achacij errotibus conſenſiſſe Anaſtaſium Pont. immò multis rationibus Imperatori cum defendenti oſtendiſſe iuſtiſſimè damnatum ob graues, & intolerabiles exceſſus, ex quibus multum aduersùs Gratianum excandeſcit Albert. Pigh. *l.* 4. *de Eccleſiaſt. hierarch. cap.* 8. & ex profeſſo Cou. *lib.* 4. *var. cap.* 13. *per tot.* & multis adductis Cened. *ad Decretum collect.* 16. *num.* 1. quibus addo Card. Bellarm. *tom.* 1. *de Romano Pont. lib.* 4. *c.* 10. *verſ.* 19. Melch. Can. *de locis Theol. lib.* 6. *c.* 1. *verſ. nonò*, Morl. *in empor. iuris, tit. de leg. q.* 3. *n.* 3. Soar. *de legibus lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 15. Quamuis Platina, Volaterran. Turrecrem. & vulgò alij Gratianum ſequentes in eundem de Anaſtaſio errorem inciderint, adhuc enim ſi contentiosè quis aſſerere velit Anaſtaſium propenſiorem fuiſſe in reſtituendo Achacij nomine, ſed morte præuentum id præſtare minimè valuiſſe, in hoc erit quòd magis admiremur Dei prouidentiam erga Romanam Eccleſiam cùm titubantem Apoſt. Sedis præſidem ex humanis ante ſubduxerit, quam quod meditaretur, impleret. ita Card. Baron. *annal. Eccl. tom.* 6. *anno Chriſti* 497. *in fine.*

2 Quod quidem non ſolùm in Anaſtaſio abſque dubio procedit, ſed etiam veriſſimum eſſe conſtat, & optimis rationibus comprobatiſſimum ab hæreſis errore liberari Pontifices omnes, quos tanquam priuatos in hæreſim incidiſſe, & hæreticos fuiſſe non vulgares aſſeruerunt Auctores, quos confutauimus *in collect. ad cap. ſi Papa* 40. *diſt.* cùm nullus ſit Pontifex, qui in Fide etiam vt priuatus errauerit, quod faciliùs apparebit ſi ſingulos, quibus hæreſis imponitur, breuiter percurramus.

Primò igitur occurrit primus ipſe Pontifex Beatus
3 Petrus, pro cuius Fide Chriſtum oraſſe probatur Lucæ 22. *Ego oraui pro te vt non deficiat fides tua,* & tamen Chriſtum negauit, *Matth.* 26. à Paulo reprehenditur *ad Galat. c.* 2. eo quòd Gentes cogebat iudaizare. Sed primum nihil conuincit, conſtat enim illo tempore, quo Petrus Chriſtum negauit, nondum fuiſſe Pontificem; nam quamuis Chriſtus Claues Petro promiſerit Matth. 16. *Tibi dabo claues,* eas tamen non tradidit niſi poſt ſanctiſſimam Reſurrectionem, cùm *Ioann. vlt.* dixit, *Paſce oues meas;* ac per conſequens etiamſi argumentum illud concluderet B. Petrum in Fide erraſſe, minimè tamen concludit fuiſſe errorem Pontificis. Deinde reſpondetur Petrum
4 negando Chriſtum, Fidei quidem confeſſionem amiſiſſe, non autem ipſam Fidem, vt ex Chryſoſt. Theoph. & Proſp. explicat Card. Bellarm. *d. lib.* 4. *cap.* 3. *verſ. de primo,* & aliter Turrecr. *in ſum. lib.* 2. *c.* 112. *ad* 1.

Quod illud verò de Pauli reprehenſione variis
5 modis reſpondent Patres tam *ibi*, quam paſſim alibi, & noſter Gratian. *in cap. teſtes, verſ. item Paulus* 2. *q.* 7. multúmque ac diu de illius loci interpretatione inter Hieronymum, & Auguſtinum concertatum eſt, vt ex eorum epiſtolis apparet, ſcilicet 86. Hieronymi, octaua verò Auguſtini *cum ſeqq.* & præcipuè 19. & latè proſequitur Cardin. Baron. *annalium Eccleſ. tom.* 1. *anno Chriſti* 51. *cap.* 23. *cum ſeqq.* Sot. *lib.* 2. *de inſtit. q.* 5 *art.* 4. *ad membrum* 1. *arg.* Albertin *in rub. de hæretic. lib.* 6. *n.* 23. Pigh. *de Eccleſiaſt. hierarchia lib.* 3. *c.* 11. *verſ. ad* 2. Fr. Hector Pint. *in Danielem cap.* 1. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 131. *cap.* 3. *num.* 27. Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *de Romano Pont. lib.* 1. *c.* 28. *verſ. poſtremam, & lib.* 4. *c.* 8. *poſt. princip.* Soar. *de legib. lib.* 9. *c.* 20. *ex n.* 19. Franc. de Mendoça *tom.* 2. *in l.* 1. *Regum cap.* 3. *verſ. decimooctauo, annot.* 6. *ſect.* 3. *n.* 9. & 10. vbi in commendationem Petri, atque eius humilitatis, quæ in hac ferenda reprehenſione illuxit, multa adducit ex S. Cypriano *in epiſt. ad Quiritium, de hæret. bapt.* & Gregor. Magno *lib.* 28. *cap.* 6. alias 12. *& homil.* 18. *in Ezechiel.* Illud tamen aduertere oportet quòd licet Auguſtinus *locis allegatis,* admittat in Petro aliquod peccatum reprehenſione dignum, illúmque ſequantur S. Thom. 1. 2. *q.* 103. *art.* 4. *ad* 2. Bonauent. *in* 4. *diſt.* 3 *art.* 2. *q.* 2. & *ibi* Scot. *q.* 4. §. *quantum ergo,* Durand. etiam *in* 4. *diſt.* 1. *q.* 9. *n.* 7. *&* 8. Palud. *q.* 6. *art.* 5. *concl.* 4. Gabr. *q.* 4. *art.* 3. *dub.* 3. Nullus tamen dicit peccatum illud fuiſſe mortale, immo multi affirmant fuiſſe tantùm veniale, quia re vera vſus cæremoniarum non erat tunc omnino prohibitus, ſed quia incautè, aut intempeſtiuè vſus fuerit Petrus cæremoniis legis. Ego tamen exiſtimo nullius peccati neque venialis apud Deum ipſum Petrum reum fuiſſe, non mortalis, cùm iam Petrus eſſet in gratia confirmatus, non venialis, quia neq; ex intentione operantis, nec ex obiecto talis colligitur, fuit tamen ipſe Petrus rectè admonitus & reprehenſus à Paulo, quia fecit aliquid quod non expediebat, quamuis liceret, neque enim hæc duo inter ſe repugnant, iuxta eundem Paul. 1. ad Corinth. capite 6. *omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt,* & in hoc tantùm defecit, iudicando ſcilicet magis expedire quod minus expediebat, quamuis ſemper ageret quod licebat, atque ob hunc defectum tam exiguum fuit à Paulo reprehenſus; & colliges hæc omnia ex latè traditis per Vaſq. 1. 2. *diſp.* 182. *cap.* 7. *num.* 56. *cum ſeqq.* vbi refert ita publice docuiſſe in collegio Complutenſi de anno 1582.

Secundò de Marcellini, & thurificationis, quam fe- 6
cit idolis, hiſtoria, an veritate fulciatur, dixi *in collect. ad cap. nunc autem* 21. *diſt.*

Tertiò de Liberio quòd conſenſit Conſtantio hæ- 7
retico ex Pontificali Damaſi Papæ, refertur *tom.* 1. *Conciliorum p.* 346. & colligi videtur ex alijs locis infrà citandis, vnde illi hæreſis ab aliquibus imponitur, in quo licèt verſari difficultatem negandum non ſit, non tamen multum concludit, nihil enim certum traditur de huius Pontificis errore, immo certum eſt vſque ad tempus exilij, ad quod miſſus eſt ab Imperatore Conſtantino, acerrimum fuiſſe Chriſtianæ Fidei propugnatorem. Certiſſimum etiam eſt à reditu ab exilio vſque ad vltimum vitæ periodum con-
ſtantiſſimè in Fidei confeſſione perſeueraſſe. Illud 8
tantùm in controuerſia eſt, vtrùm tædio exilij aliquando victus fuerit, & hæreſis particeps, quod nonnulli aſſerunt ex quibuſdam verbis S. Hieronymi *in chronico,* vt per Platin. Volaterran. & alios, quos etiam ſequitur Cardin. Baron. *anno Chriſti* 357. Sed negant alij, vt ex elegantiſſimis Theodoreti verbis comprobat Pigh. *lib.* 4. *cap.* 8. Socr. Sozom. & Niceph. *locis citatis* a Cardin. Bellarm. *d. l.* 4. *cap.* 9. cum quibus aduertendum eſt quòd etiamſi concedatur id, quod ex verbis Hieronymi colligunt prædicti, quod tamen in aliquibus emendatis chronicis non reperitur, non tamen inde concluditur Liberium hæreticum fuiſſe, quòd enim tædio exilij victus, & metu tyranni coactus polluerit ſe hæreticorum communione, non ſuffit ad hæreſim conſtituendam, ſolùm enim euincit à Fidei confeſſione defeciſſe, non verò defeciſſe à Fide, vel aliquid contra eam credidiſſe, ac ſubinde hæreticum fuiſſe non concluditur, vt tradit Carranza *in actis Liberij pag.* 70. Deinde quia, vt aduertit Card. Baron. *citato loco,* licèt Liberius à crimine excuſari non poſſit, quatenus ſubſcripſit iniuſtè condemnationi Athanaſij, & dum cum hæreticis communicauit, in nullam tamen hæreſim incidit, vel aliud geſſit propter quod dici poſſit hæreticus. Si verò aliquis replicet oportere quod fateamur fuiſſe Liberium hæreticum, ne alias ex catalogo Pontificum reiiciatur Felix II. qui non aliter verus Pontifex eſſe po-

tuit

tuit nisi Liberius fuerit hæreticus, & ob eam causam à Pontificatu depositus, vt omnes aduertunt in proposito; fuisse autem Felicem II. verum Pontificem
9 probatur, tum quia à Beda, B. Gregorio, & aliis antiquissimis Patribus 4. *Kalend. Augusti*, id est, 29. *Iuly*, ponitur memoria, & integrum officium Felicis II. Papæ, & Martyris; tum etiam ex illa fide dignissima historia, cùm enim hic Romæ anno 1582. ambigeretur deberétne hic Felix in Martyrologio collocari, casu inuenta est arca marmorea in Basilica SS. Cosmi & Damiani, cum hac inscriptione characteribus antiquissimis incisa, *Hic iacet corpus S. Felicis Papæ, & Mart. qui Constantium hæreticum damnauit*, incidítque hæc inuentio 5. *Kalend. Augusti*, id est, 28. *Iuly*, atque ita pridie eius diei, quo eiusdem Felicis festum solebat celebrari, quod non immeritò diuinitus contigisse creditum est, vt scribit Card. Bellarm. *d. cap. 9.* & Card. Baron. *citatis locis*. Respondetur enim quòd licèt verum Pontificem Felicem fuisse admittamus, quod tamen non satis constat, nec D. Hieron. *in chronico*, nec D. Augustin. *epist. 165.* eum ponunt in catalogo Pontificum, vnde Pontificem fuisse constanter negat Pigh. *d. loco*, adhuc augumentum nihil conuincit si aduertas quòd licèt Liberius nunquam verè fuerit hæreticus ex dictis, quia tamen eum hæreticis communicauerat, & Athanasij damnationi subscripserat, non immeritò Romanus Clerus, qui corda interiùs scrutari non potest, ex *reg. cap. erubescant 32. dist.* iudicans secundùm facta exteriora Liberium à Pontificatu deposuit, & ex illo tempore cœpit Felix verus esse Pontifex quousque vel sponte cessit secundùm Theodoretum, & Sanctum Antoninum, vel eo mortuo idem Liberius ab Arrianis recedens Romanum Clerum iterum sibi conciliauit, Catholicum se præstans Pontificem; vt enim refert Sacrat. *lib. 4. cap. 11.* postquam ab exilio rediit, noluit ad Ecclesiam recipere Macedonianos nisi apertè hæresim detestarentur. Quod verò de hæresi istius Felicis II. nonnulli afferunt, impudens est hæreticorum mendacium, constat enim semper Catholicæ Religionis Fide, & confessione constantissimè permansisse, & tanquam strenuum Christi militem pro ea glorioso martyrio ab hæreticis fuisse coronatum, eodemq; loco, quo Theodoretus inquit quòd Felix II. cum hæreticis coniungi non verebatur, clarissimè profitetur ipsum Fidem Nicææ expositam incorruptam semper seruasse.

10 Quartò de Honorio I. quòd Sergij hæresi consensit, habetur in VI. Synodo *act. 13. in tom. 2. Concil. pag. 368. & 373.* & ex VII. & VIII. Synod., Agathone, Leone II. & aliis Romanis Pontificibus, & Patribus receptam esse sententiam videbis apud Cardin. Bellarm. *d. lib 4. cap. 11.* Sed respondetur cum eodem Pighio, atque Hosio, & aliis recentioribus minimè Honorium fuisse hæreticum, non enim negauit duas operationes in Christo, sicut neque duas naturas, Dei scilicet, & hominis in vna Christi persona, sed solùm prohibuit nomina duarum voluntatum, & geminatum operationum, quia tunc erant inaudita, & prudenti quidem consilio, ne si duas operationes diceret, videretur cum Nestorio duas personas ponere, prohibuit etiam ne vnius operationis nomen vsurparetur ne cum Eutychianis videretur vnam naturam asserere, vt *in 1. epist. & 2.* apertis verbis loquitur idem Honorius, sicut refertur *tom. 2. Concil. pag. 308.* in VI. Synodo sub Agathone, *act. 12.* Ad prædictam verò auctoritatem Synodi dictis locis vel respondetur falsò ab hæreticis corruptam, & vitiatam esse, quod multis conatur ostendere Cardin. Bellarm. *vbi proximè*, vel Patres Concilij sequentes probabilem opinionem, & communem eorum, qui dicunt Pontificem, vt priuatum errare posse, existimasse quoque ex falsis ductos probationibus errasse Honorium I. cùm tamen in rei veritate non errauerit, vt meliùs & manifestiùs eius sensum explicantes declararunt Summi Pontifices Ioannes IV. Martinus I. Agatho, & Nicolaus I. & vniuersale Romanum Concilium sub eodem Martino, vt legitur *d. tom 2. Concil. ex pag. 234.* in quo argumento videbis semper Card. Bell. qui plenissimè illud absoluit, satisfaciens argumento, quod statim ex hac secunda solutione insurgit, quòd scilicet saltem conuincitur intellexisse Concilium Papam vt priuatum errare posse, respondetur Concilium id non decidere, sed supponere opinionem communem, quæ hoc asserit, & satis probabilem esse non negamus.

Quintò Ioanni XXIII. hæresis imponitur quòd 11
dixerit vitam æternam non esse, & animas hominum ad instar brutorum simul cum corpore mori & extingui, sed hæc impostura duobus modis refellitur, primò Ioannem XXIII. non fuisse certum, & indubitatum Pontificem, immo eo tempore tres fuisse simul Pontifices, neque facilè constare potuisse, qui esset verus Pontifex, vt constat ex longissima historia, quæ legitur in actis Concilij Constantien. *tom. 2. Concil.* & propterea iustissimè à Pontificia dignitate depositi sunt, & concordi Patrum consensu electus fuit Martinus V. qui diuturnum schisma feliciter sedauit, & Christianam Rempublicam prudenter deinceps in pace, & tranquillitate gubernauit. Secundò respondetur quòd licè. ex d. Concil. Constantien. *pag. 1060.* probetur illum errorem obiectû fuisse Ioanni XXIII. minimè tamen constat illum fuisse probatum, quinimò in principio accusationis annotantur articuli, qui probati sunt, is verò qui penultimus est, inter eos ponitur, qui obiecti sunt, non tamen probati, sed solo vulgi rumore illud de Ioanne dicebatur; cùm enim viderent homines illum perditissimis moribus viuere, existimare cœperunt eum non credere vitam futuram, quàm autem inefficax sit hoc argumentum experientia ipsa demonstrat? passim enim cernimus multos, qui rectissimè credunt, & perditissimè viuunt, facit illud Matth. 23. *Quæ dicunt facite, quæ faciunt facere nolite.*

Multa alia prætereo, quæ Summis Pontificibus impij obijciunt nouatores, quia vel ad præsens propositum non pertinent, vel apertissima sunt mendacia; nec ad hoc spectat historia illa, seu magis dissensio, & inimicitiæ Formosi Pontificis cum Stephano VI. & Sergio III. ipsius successoribus, qui Formosi corpus ob antiquum odium è sepulcro eruere, contumelijs afficere, & in Tiberim proijcere iusserunt, quia huiusmodi contentiones, etsi damnabiles esse non negemus, hæreticos tamen non faciunt Pontifices, qui prauas animi passiones sequentes aliquando in hoc, aliquando in illud peccatum incidere, post Turrecrem. *d lib. 2. cap. 112. vers. ad. 9.* comprobat Cardin. Bellarm. *d lib. 4. c. 12. vers. 23.* Circa plures errores falsò Summis Pontificibus impositos etiam in publicis Fidei, & morum decretis, dicam commodiùs ad *d. cap. si Papa 40. dist.* vbi vide, & interim benignum Lectorem monendum esse volo vt circa hæc cautè legat Platinam, quippè quòd aliqua in eo indignationis suscipio in Pontificium honorem posset timeri, ex eo quòd tentans aliquando à Paulo II. ad futurum Concilium appellare, in compedes, terrúmque carcerem coniectus fuerit, vt ex ipso Platina refert Marc. Anton. Cuch. *in ins stitut. maiorib. lib. 2. tit. 3. de Concilio num 48.* Sicut etiam similibus captis occasionibus alij odia sua in Papam

12 (margin, beside "Multa alia prætereo")
13 (margin, beside "quentes aliquando in hoc")
14 (margin, beside "quòd aliqua in eo")
15 (margin, beside "etiam similibus captis")

Papam disseminaruut, vt de Antooio Rosello aduertunt Ioann. Neuizan. *in sylua nupt. lib. 1.num.* 152.& Lambertin. *de iurepatrouat. lib. 2. p.1.q.6.art.13.n.6.* & de Abbate Panormitano referunt Læl. Iordan. *in tract. de Romana Sedis origine, cap.* 8. *num.* 2. & Paul. Grysald. *in decisionibus Catholica Fidei, verbo Petrus n. 2. in resp.* 1. *&* 39. *contra Lutherum*, & de Petro Ferrariense post Petrum Rebuff. obseruauit Dionys. Paul. Lopys *in flosculo de clericorum excellent. part. 1. num.* 58. *vers. Petrus etiam.*

16 In gloss. *Concilio*. ibi, *Synodus maior est Papa.* Huius opinionis foit Abb. *in cap. significasti, num. 3. de elect.* vbi Dec. *n.* 7. Abulen. *in cap.* 18. *Matth. q.* 108. Roman. *in tribus consil. vltimus.* Verùm contraria opinio verissima & amplectenda est, eámqne expresse contra hanc gloss. tenent S. Anton. *p. 3. tit. 22. c.* 10. §. 4. *sum. histor.* Caiet. *in tract. de comparat. Papa & Concil. c.* 7. Turrec. *in sum. l. 2.c.93. &* 104. Pelag. *de planctu Eccl. lib. 1. art.* 6. Iacobat. *d. Concil.* 10. *q.* 7. *fol.* 660. *cum multis seqq.* Card. Bellarm *lib. 2. de Concil, auctorit. cap.* 14. *in fine, & c.* 27. Card. Tusch. *practic.*
17 *concl. tom.* 1. *lit. C. concl.* 552. Verùm autem Papa cùm sit supra Concilium possit se Concilio sub mittere? Vide Turrec. *d. lib. 2. c.* 104. Card. Bellarm. *d. lib.* 2. *c. 14. vers. secundo opinio, & c.* 18. *&* 19. *in princ.* Soar. *de Fide dist.* 10. *sect.* 6. *n.* 9. Card. Tusc. *de concl.* 552. *n.* 4.

Distinctio XX.

Summarium.

1. *Decretales epistola an Canonibus Conciliorum sint exaquanda.*
2. *Gratianus reprobatur.*
3. *Iudex, maximè Ecclesiasticus, sit peritus.*

1 Ratianvs io principio hoius Distinctionis scribit Decretales epistolas Canonibus Conciliorum pari iute exæquandas, qood veluti manifestum errorem improbat Alphons. à Castro *lib.* 1. *de haresibus capite* 2. negans epistolas Decretaleu, etiamsi recipiendæ sint, & ab omnibus Catholicis probaodæ, Conciliorum vniuersalium Canonibus exæquaodas fore. Verùm optimo iure Cou. *var. lib.4. cap.16. n.6. vers. item Decretales,* existimat opinionem Gratiaoi veram esse dubio procul in causarum, & litium definitionibus, in quibus diiudicandis, ac discernendis non minor est Papæ potestas, quàm Conciliorum vnioersaliom, subditque quòd si de rebus Fidei tractemus, & Papa per epistolam Decretalem maturo coucilio, & præuia deliberatione aliquid responderit eo animo, vt ea responsio sit Apostolicæ Sedis de Fide definitio, constantet asserendom est hoc responsom esse recipiendum omoinò, ac tenendum vti certum de Fide.

2 *Vnde nonnullorum Pontificum*, &c.] Gratianus e omoniter reprobatur *in præsenti*, dum videtur tenere quòd in explanaodo verum Scripturæ sensum præferuntur Doctores sacri iudicio Romaoi Pontificis, nam ad illum tanquam Ecclesiæ oaput pertinet definire veros Scripturæ sensus, cuius iudicium omoes fideles astringit, *cap per venerabilem, qui filij sunt leg.* Concil. Trident. *sess.* 4. *in decr. de edit. & vsu librorum, vers. praterea,* Albert. Pigb. *de Eccles. hierarch. lib.* 2. *c. 4. in princ. & lib. 4. c. 2.* Can. *de locis Theolog. lib. 5. cap. 2. lib. 12. cap. 7. concl.* 1. Bañes 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 6. *concl.* 5. *cum seqq.* Card. Bell. *controuers. Cathol. controuers. 1. l. 3. c. 3. cum seqq. & controuers. 3. lib. 4. de Romano Pontif. cap. 1. per tot.* Et iudicium Ecclesiæ in vera Fidei doctrina omnibus Sanctis Patribus exponentibus Scripturam præponi tradit Henriquez *in sum. l. 1. c. 1. §. 3.* Soar. *de defensione Fidei, lib. 1. c. 11. num.* 2. Potest tamen Gratianus ex mente Turrec. & aliorum *in præsenti*, intelligi vt loquatur de Pontifice vt priuato Doctore Scripturam explanante, quia tunc non habet omnino adstringens iudicium, secundùm Card. Bellarmin. *d. controuers. 5. lib. 3. cap. 10. vers. 16. & vers. respondeo*, Præpos. & Archid. & alij *hic* agentes de operibus Gregorij Papæ, quæ tanquam Doctor composuit, & de commentarijs Innocentij IV. illi enim non sunt præferendi aliorum Patrum scriptis, nisi quatenus fortiori ratione iuueotur, vt innuit Gratian. ibi, *quo quisque magis ratione nititur, eo maior est auctoritas eius.*

In gloss. *Dedit*, ibi, *sed qualiter scientia dicitur esse*
clauis, &c. Vide Sot. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. concl.* 2. 3
Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. l. 1. c. 53. n.* 9. Soar. *de Pœnit. disput.* 16. *sect.* 4.

In gloss. *Scientia*. ibi, *quòd nullus potest esse index, maximè Ecclesiasticus, nisi sit peritus*, &c. Vide Bobad. *in sua polit. lib. 1. cap. 6. num.* 16.

Summarium.

1. *Canones Pontificij, ac Conciliorum generalium habent vim ad causarum decisionem.*
2. *Sanctorum dicta ad causarum decisionem magni sunt facienda vbi deficiunt Canones Pontificij, ac Conciliorum generalium.*
3. *Leges ciuiles deficiente Canonum auctoritate si reperiantur contraria Sanctorum Patrum dictis, vtrum potius standum sit legibus, an Sanctorum Patrum sententiis, ostenditur.*
4. *Graci, & Orientales clerici more Gracorum viuentes, an teneantur Canonicis Latinorum constitutionibus, remissiuè.*

Cap. De libellis. I. *Leo IV.*

Leo IV. scribens Episcopis Britanniæ, explicans quæ vim Canonum habeant ad causarum decisionem, retulit Canones Pontificios, ac Conciliorum
generalium; iisque nil statuetibus dixit Sanctorum 2
dicta magnanimiter esse retinenda, quæ cùm vim non habeant ad causarum decisionem, ideò non numerauit inter Canones, quibus causa decidenda est, sed inter ea, quæ dirigunt, & magnifacienda suot, ita Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 12. n.* 6. Vnde nimis largè Greg. Lop. *l. 6. gloss. 1. tit. 1. par. 1.* & Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 19. in princ.* colligunt ex hoc text. quòd dicta Sanctorum habentur pro lege in decisionibus causarum, & totam integram ex qua text. *in præsenti* fuit desumptus, refert Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 10. anno Christi 855. num.* 17.

Si autem deficiente Canonum auctoritate repe-
tiantur leges ciuiles contrariæ Sanctorum dictis, 3
veluti Hieronymi, Augustini, & similium, vtrùm potiùs standum sit legibus, an verò Sanctorum Patrum sententiis, solet ab aliquibus in dubium reuocari, & ad vtramque partem latè disputauit Lucas de Pena *in l. medicos col. 2. C. de profes. & medic. lib.* 10. cuius verba ad literam transfert Cassan. *in catalogo gloria mundi par. 10. consid.* 23. laudat Perez *ad leges Ordinan. in proœm. q.* 11. Burg. de Pace *ad l. 1. Tauri n.* 720. *ad finem.* Azeued. *ad tit. 1. princip. à n. 20. lib. 2. noua recop.* videtur resoluendum sub distinctione, aut enim agitur de materia spirituali, & ad Fidem spectante

ac,

ac de interpretatione sacræ Scripturæ, & tunc Sanctorum Patrum dicta legibus ciuilibus sunt præferenda, vt probat text. *in præsenti*; aut agitur de materia absolutè temporali, veluti de testamentis, hæreditatibus, & similibus, & tunc potiùs legibus ciuilibus, standum est, quia leges ciuiles à Summis Pont. approbantur in huiusmodi materiis, & dicuntur per ora Principum diuinitus promulgatæ *in cap. vlt. 16. q. 3.* quam tamen approbationem non habent dicta Sanctorum Patrum. *cap. noli cap ego solis 9. dist.* comprobat Can. *de locis Theolog. lib. 7. cap. 3. cum seqq.* Albert. *de assertion. Cathol. q. 15. à num. 7. & 13.*

In gloss. *Conuincitur.* ibi, *sed nónne Orientalis Ecclesia recipit Canones*, &c. Vide Augustin. Beroi. *ad cap. Canonum statuta n. 197. de constit.* vbi concludit Græcos, & Orientales clericos more Græcorum viuentes teneri Canonicis Latinorum constitutionibus, Azor.
4 *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 11. quæst. 7.*

In gloss. *Illorum.* ibi, *quod verum est, nisi Augustinus innctur auctoritate noui, vel veteris Testamenti*, &c. Notatur ad hoc quòd si S. Augustinus, vel Hieronymus dicat aliquid & innitatur auctoritate noui, vel veteris Testamenti, illi est magis credendum quam Papæ, vt per Abb. *in cap. ne innitaris n. 3. de constitut. & in cap. certificari num. 3. de sepultur. & in cap. qualiter il 2. num. 3. de accusat.* Afflict. *in prælud. de feudis num. 102.* Roman. *sing. 228.* Tiraq. *de iure primog. q. 60. num. 5.* Greg. Lop. *l. 6. gloss. 1. tit. 1. part. 1.* Vide tamen quæ dixi *in collect. ad princip huius dist.*

CAP. Si decreta. II. *Nicol.* I.

DEsumitur hic text. ex epistola Nicolai I. scripta Photio Romanorum Pontificum implacabili hosti, laico & eunucho, in Sedem Constantinopolitanam intruso, & consecrato, vt refert Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 10. anno Christi 858. num. 49.* vbi *num. 51.* ostendit quis ille fuerit, & *anno. 859. n. 68. & anno 861. n. 3. & 10.* plura cumulat de eius dolosis artibus, & *anno 886. num. 28. & 31.* de eius obitu agit, integram verò, ex qua hic text. desumptus fuit, ponit *anno. 862. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium plurimorum firmius.*
2 *A sensu communi non est recedendum sine lege, vel ratione efficaci.*

CAP. De quibus. III. *Innocent.*

SCripta Græca] Immo Canonica, vt legit Henriq. *in sum.* vbi de vero sacrificio Missæ. *c. 31. §. 4. lit. E.* *Facilius namque inuenitur quod à pluribus*, &c.] Notatur ad hoc quòd firmius est iudicium plurimorum, vt per Syluest. *verbo consuetudo §. 1. num. 2. ad med. & §. 19 num. 3.* Ias. *in §. quadam, num. 67. in princ. Instit. de action.* Alciat. *de præsumpt. reg. præs. 51. num. 51.* Vnde Nauar. *de reddit. Eccles. monit. 48. num. 2.* ex hoc text. colligit quòd à communi sensu non est recedendum sine lege, vel efficaci ratione.

DISTINCTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Flamines, & Archiflamines qui, remissiuè.*
2 *Gratianus defenditur.*

GRATIANVS *in principio huius Distinctionis* ait ad imitationem Gentilium, eorúmque Flaminum, Archiflaminum, & Prothoflaminum, Diuum Petrum ordinasse Ecclesiasticorum Prælatorum gradus, de quo dixi ad *cap. in illis, inf. 80. dist.* Qui autem fuerint isti Flamines, & Archiflamines, tradunt Alex. ab Alex. *dierum genialium cap. 12.* & *ibi* Tiraquel. *in addit.* Hieronym. Roman. *libro 3. de Republ. Gentilica cap. 7. pag. mihi 74.* Strach. *de mercat. part. 2. num. 77.* Illesc. *in chronica Pontific. lib. 1. cap. 16.* 1

Subdiaconos & Acolytos procedente tempore Ecclesia sibi constituit.] Videtur Gratian. *in præsenti* falsum docere, quia omnes Ordines Christus instituit, Concil. Trident. *sess. 23. cap. 2.* Henriq. *in sum. lib. 10. de Ordine cap. 3. à princ.* Ægid. de Koninx *disput. 20. de sacram. Ordin. dub. 5. & 6.* Vasq. *in 3. part. disp. 236.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 1. cap. 1.* Verùm Gratianus docet verum si intelligatur non de institutione Ordinis Subdiaconatus, quam nouerat à Christo factam, neque de vsu illius officij, quem apud Patres legit, ab Apostolorum tempore cœpisse, sed de illius Ordinis distinctis personis, vt optimè intellexit Turrecrem. *in præsenti.* nam in initio nascentis Ecclesiæ non erant hi ordines in personis distinctis, sed propter penuriam ministrorum omnes Ordines singulis quibuscumque personis conferebantur, quæ omnium officium gerebant, itaut non posset vnus vocari Subdiaconus, alius Psalmista, alius Exorcista, ita S. Thom. *in adit. quæst. 37. art. 1. ad 2.* 2

SVMMARIVM.

1 *B. Isidorus magnus etymologiarum magister dicitur.*
2 *Sortis vsus in Ecclesiasticis electionibus est omnino reprobatus.*
3 *Sortis vsus in Ecclesiasticis electionibus tunc licitus censebitur quando sors mittatur inter personas, quas dignas esse constat.*
4 *Clerus sors Latinè vel hæreditas dicitur.*
5 *Episcopalis Ordo vnus tantum est.*
6 *Archiepiscopus, & Metropolitanus an idem sint, ostenditur.*
7 *Dictio*, videlicet *declaratoria est eiusdemmet rei.*
9 *Patriarcha Græca lingua summus Patrum interpretatur.*
10 *Patriarchales Sedes veræ, & præcipuæ quatuor sunt, & num. 12. & 13. contrarijs respondetur.*
11 *Patriarcharum in iure vbi fit mentio, veniunt tantùm quatuor principales.*
12 *Sanctorum Patrum auctoritas in hoc volumine Decreti allegari possunt ad decisionem causarum vbi Pontificia dispositio contraria non apparet.*
14 *Archiepiscopus dicitur Princeps Episcoporum.*
15 *Metropolitanus dicitur à Matrice ciuitate.*
16 *Episcopi vox Græca, Latinè Speculatores dicuntur.*
17 *Episcopus cur aliquando nuncupetur Pontifex Max. ostenditur.*
18 *Antistes Sacerdos dictus est quòd antè stat.*
19 *Presbyter Græcè, Latinè senior dicitur.*
20 *Diaconi Græcè Latinè ministri dicuntur.*
21 *Hypodiacones Græcè, quos nos Subdiaconos dicimus.*
22 *Psalmista à Psalmis canendis vocatur.*
23 *Lectores à legendo dicuntur.*
24 *Acolyti Græcè, Latinè ceroferarij.*
25 *Exorcista Græcè, Latinè adiurantes.*
26 *Ostiarius idem & ianitor.*

CAP.

Cap. Cleros. I. *Isid.*

Magnus ille etymologiarum magister B. Isidorus
1 *lib.7.etym. cap.* 12. vnde nomina Ecclesiastico-
rum graduum sumantur, eleganter exponit, prout illum refert in præsenti Gratianus, de qua etiam materia non pauca diximus in nostro *tract. de officio, & potestate Episcopi* diuersis in locis, prout ex infrà dicendis apparebit, & Ordines Ecclesiastici in text. positi referuntur à Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 1. *anno Christi* 44. *num.*78. *cum seqq.*

2 *Quia Matthias sorte electus est.*] Quamuis sortis vsus in Ecclesiasticis electionibus sit omninò reprobatus, sicuti docent Troil. Maluef. *de sortib. p.* 3. *num.*7. Sayr. *in claui Regia lib.* 4. *cap.*5. *num.*20. Martin. Delr. *disq. magic. lib.*4. *c.*4. *num.*1. Less. *de iust. lib.*2. *cap.*43. *à nu.*58. Suar. *tom.*1. *de Relig. tractat. de superstit. lib.* 2. *cap.*12. *à num.*5. Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 1. *lib.*2.
3 *cap.* 38. *à num.* 58. tunc tamen licitus censebitur si
sors mittatur inter personas, quas dignas esse constat, vt factum fuit ab Apostolis in electione Matthiæ, de qua meminit hic text. non enim promiscuè inter omnes Discipulos miserunt sortem, sed inter Matthiam, & Barnabam, quos dignissimos inter omnes iudicarunt, vt cognoscerent, cuiúsnam electio Deo esset acceptior, atque ita benè explicant Caiet. 2. 2 *q.*95. *art.* 8. *dub.*1. Nauar. *in man. cap.* 11. *num.*38. *ad fin.* Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*9. *cap.*21. *vers. at verò*, Suar. *d. cap.* 12. *num.*6. *&* 15. Sanch. *d. cap.*38. *num.*67.

4 *Sors Latinè, vel hæreditas dicitur*, &c.] Cleros vnde dicatur, exponit Isid. *in præsenti*, quem sequuntur Prate. *in lexic. iuris, verbo Cleros.* Ioan. Altenstaig *in suo lexic. Theologico, verbo Clericus*, Didac. Ximen. *in lexic. Ecclesiast. verbo Cleros.* Barthol. Cartag. *in exposit. iuris Canon. lib.*1. *tit.* 22. *vers. secunda obseruatio*, Alciat. *lib.*5 *parerg. cap.*21. Tiraq. *de inreprimog. q.*17. *opin.* 1. *num.*8. Petr. Greg *syntagm. iuris lib.*16. *cap* 1. *n.*5. Catech. Roman. *de sacram. Ordinis cap.*1. *num.* 13. Cardos. *in praxi iudicum, verbo Clericus num.* 1.

5 *Ordo Episcoporum quadripartitus*, &c.] Intellige de gradu Episcopali, non autem de Ordine, quia Episcopalis Ordo vnus tantùm est, vt constat ex Anacleto Papa *epist.*3. *cap.* 3. *vers. Episcoporum verò.* & explicant Turrecr. *hic num.*14. Iacob. Simanch. *in paruo libello de dignitate Episcoporum cap.* 4. & tetigit Marc. Anton. Cuch. *in instit. maiorib. lib.*2. *tit.*6. *in princip. & tit.*7. *etiam antè num.* 1.

6 *Archiepiscopos Metropolitanos*, &c.] Supponit igitur Isidor. Archiepiscopum à Metropolitano differre, dum gradus quatuor constituit Episcopalis Ordinis, quòd primus sit in Patriarchis, secundus in Archiepiscopis, tertius in Metropolitanis, & quartus in Episcopis. Verùm Metropolitanum, & Archiepiscopum pro eodem sumi satis innuit Ordo Romanus *tit. qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur*, & expressè obseruant Bart. *in l. vnic. n.* 1. *C. de Metropoli Beryto lib.*11. Ludou. Gomez *in repet. cap.* 1. *num.* 20. *de constit. lib.*6. Franc. de Pauin. *in tract. de officio, & potest. Capituli Sede vacante, prælud.*6. *num.* 14. Raban. Maur. *de instit. cleric. lib.*1. *cap.*5. *de Ordine tripartito Episcoporum*, Rebuff. *in concord. rub. de collation. in* §. 1. *in princip. in gloss. verbo Metropolitana*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.*2. *lib.*15. *cap.*11. *num.*2. Ergo ipse *de officio, & potest. Episcopi p.*1. *tit.*1. *cap.*6. *num.* 12. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*3. *cap.*33. *quæst.* 4. ita etiam Ioan. Paul. Lancel. *in instit. Canon. lib.*1. *tit. de Episcopis, in princip. & in scholio in verbo tripartitus*, omissa Isidori sententia, Episcopalem Ordinem in tres tantùm gradus diuisit, & hæc sententia benè probatur *in cap. referente, de prabend.* ibi, *ad Metropolitanum videlicet Re-*

mensem Archiepiscopum, natura si quidem illius dictionis *videlicet*, declaratoria est eiusdémet rei, & personæ,
ca text. *in l. videlicet. ff. de pactis, & in cap. transmissa,* 7
de eo qui cognouit consang. cum aliis per me adductis *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 423. *num.* 1. *secundum Lugdunen. impress.* 8

Non obstat quòd Iustinianus contrarium sentire videtur *in auth. de priuileg. Archiep.* Iustin. *in princip.* ibi, *non solùm Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat*, quia præferenda est in hoc iuris Canonici decisio,
ea not. *in cap. de noui operis nunciat.* 9

Patriarcha Græca lingua Summus Patrum interpretatur.] Ita Dec. *in cap. vlt. num* 2. *de confirm. vtili.* Greg. *l.*9. *gloss.*1. *tit.*5. *part.*1. Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *c.*2. *à num.* 9. Læl. Zech. *de Republ. Ecclesiast. tit de statu Reuerendiss. Patriarcharum*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.*15. *cap.* 10. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*42. *num.* 13. Ioan. Paul. Lancellot. *in institut. Canon. lib.* 1. *tit. de Episcopis in* §. *appellantur*, Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 29. §. 1 Paul. Grisald. *in decisionibus Catholicæ Fidei, in verbo Patriarcha in princip.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap.* 2. *num.*43. Galganet. *de iure publico lib.*3. *tit.* 17. *num.* 1.

Sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus.] 10
Ex hoc loco colligitur Romanam, Antiochenam, & Alexandrinam tantummodo Ecclesias Patriarchales appellatas, & habitas fuisse Apostoli Petri Sedes, idem desumitur ex *epist.*3. *Anacleti, in cap. sacrosancta* 22. *dist.* Sed his non obstantibus asserendum est nunc post Romanam Ecclesiam quatuor esse præcipuas, & veras Patriarchales Sedes, Constantinopolitanam scilicet, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam, & hæc est communis omnium antiquorum, & recentiorum sententia, quam tenent Host. *in sum. de auctoritate, & vsu pallij n.*4. Guilelm. *in speculo iuris lib.*1. *part.* 1. *tit. de dispensat. in* §.8. *incip. sunt quoque, num.*1. *&* 2. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib.*2. *art.* 11. *&* 17. Zabarel. *in clem. in plerisque, de elect. quæst.*8. *num.*9. Ioan. Monach. *in c. fundamenta, num* 6. & *ibi* Archid. *num.* 8. *de elect. in* 6. Beroi. *in cap.*1. *n.*4. *de iudic.* S. Antonin. *in sum. part.* 3. *tit.* 20. *c.*4. *in princ.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part.*4. *consid.* 9. Bertachin. *de Episcopo in prælud. num.* 5. Ludouic. Gom. *in cap. cùm in multis num.*92. *de rescrit. lib.*6. Paul. Orian. *in repet. l.* 1. *n.*23. *ff. de officio eius, cui mandata est iurisd.* Gaspar Valasc. *in repet. l. imperium num.* 100. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Rebuff. *in concord. rub. de collationib. in* §. *si quis verò, verbo Patriarchalis*, Ioan. Paul. Lancel. *in institut. Canon. lib.*1. *tit de Episcop. in* §. *Patriarcha*, Cuch. *in institut. maiorib. lib.*2. *tit.*7. *num.* 2. Marc. Mantua *in tract. de Concilio num.* 79. Hieronym. Gig. *in tract. de residentia Episcop. cap. vlt. num.*8. Ioan. Selu. *de benefic. part.* 1. *quæst.*2. *num.* 40. Guilelm. Redoan. *in tract. de simonia mentali part.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. Marc. Anton. Marsil. *in tract. de Ecclesiast. reddit. p.*1. *cap.* 11. *n.*16. Raimund. Ruff. contra Molinæum pro Pontif. Max. *sub num.*14. *pag.*75. Andr. Gammar. *in repet. Extrauag. Iulij III. de simoniaca Papæ electione n.* 171. *& in tract. de auctoritate Legati de Latere lib.*2 *tit. de variis Ordinariorum nominib. num.*13. *&* 14. Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudic. lib.*2. *cap.*2. §.3. *num.*1. *& cap.*3. *num.*4. Sebastian. Medic. *in tract. de legib. & statut. p.* 1. *quæst.* 12. *num.* 1. Rodulph. Cupers *de sacrosancta Ecclesia ad cap. oportebat* 79. *dist. in* §. *ad quem sensum n.* 16. *& in* §. *patet num.*2. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 1. *quæst.*1. *num.*41. Anastas. Germ. *de sacrorum immunit. lib.*3. *cap.* 1. *num.* 1. Filliuc. *de benefic. tract.* 41. *cap.*2. *n.*35. Quorum sententia probatur expressis iuribus, & in primis ex *c. antiqua, de priuileg. & ex c. grauis nimis, de prabend. & ex Extrauag. sancta Romana,*

de elect. inter communes, & in cap. renouantes, & in cap. diffinimus 21. *dist.* & quamplunibus aliis, vbi expresse
11 habetur Patriarchales Sedes quatuor tantùm esse, & ideò vbi in iore de Patriarchis fit mentio, veniunt tantùm quatuor hi principales, & non alij, vt dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat, verbo Patriarcha.*

12 Ad contraria verò restat vt respondeamus, & primò ad auctoritatem Isidori *in præsenti*, dico quòd quamuis Sanctorum Patrum auctoritas in hoc volumine Decreti allegata potens sit tanquam authentica ad decisionem causæ allegari, hoc tamen intelligitur vbi Pontificia dispositio cõtraria non apparet, vt resoluunt plures ex Doctoribus per me citatis *in proœm. huius voluminis vers. prima*; at cùm aduersùs B. Isidori dictum aperta sint iura, ideò contra illa, & receptam quàplurium Doctorum, quos *suprà* citauimus, sententiam, hæc B. Isidori vni particularis Doctoris opinio, nihil concludere potest.

13 Nec etiam obstat auctoritas Nicolai I. *ad consulta Bulgarorum resp.* 92. vbi apertè docet præcipuas Sedes Patriarchales veraciter illas tres tantùm esse, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam, quia respondetur Nicolaum *ibi* loquutum fuisse secundùm priora tempora, io quibus Ecclesia sacrosancta, & Romani Pont. adhuc verè non assenserat electioni, & constitutioni Ecclesiarum Constantinopolitanæ, & Hierosolymitanæ in veras Sedes Patriarchales, intelligendo secundùm ea, quæ dixi *ad cap. Constantinopolitana* 22. *distinct.*

14 *Archiepiscopus Princeps Episcoporum.*] Ita Homobon de bonis *de humana vita statib. part.* 1. *c.* 6. *vers. hi dicuntur*, Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 33. *q.* 1. *in princ.* Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 1. Ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. & *tit.* 4. *num.* 1. vbi *per totum illum tit.* 4. latè egi de præstantia Archiepiscopali.

15 *Metropolitanus à mensura ciuitatem*) Immo dicere debebat à Matrice ciuitate, vt aduertunt Couar. *practic. cap.* 19. *num.* 2. Forcat. *dialogo* 61. *num.* 4. Alciat. *lib.* 2. *dispunct. c.* 13. *ad fin* Gambar. *de officio Legati de Latere lib.* 2. *tit. de varijs Ordinariorum nomi. n.* 34. & *sequent.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap.* 1. *num.* 23. Ego ipse *d. cap.* 6. *n.* 12. *secundum Lugdunen. impress.*

16 *Episcopi autem Græcè, Latinè speculatores.*] Hanc Episcopi etymologiam referunt, & sequuntur Durand. *in ration Diuinorum lib.* 2. *c.* 11. *à n.* 1. Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij lib.* 1. *c.* 4. Greg. Lop. *l.* 1. *gloss.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Troc. *de vero cleric. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. Ioan. Altenstaig. *in suo lex. verbo Episcopus.* Hieron. Gig. *in tract. de residentia Episcoporum cap.* 1. *à num.* 1. Anastasius Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 8. Azor. *institut. moral part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *quæst.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 42. *num.* 18. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *à num. à* Mendoç. *lib.* 1. *Regum cap.* 7 *sect.* 2. Fuit autem Episcopi nomen in Ecclesia antiquissimum, S. August. *de ciuitate Dei lib.* 18. *cap.* 19. Vasq. *de Ordine disp.* 236. *cap.* 1. *num.* 112. & *cap.* 9. *num.* 101. *vers porrò*, Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 1. *anno Christi* 58. *n.* 8. & 9.

17 *Ipse & Pontifex Max. nuncupatur.*) Hoc est, maximus Sacerdos, ipse namque efficit Sacerdotes, atque Leuitas, ipse officia, & Ecclesiasticos Ordines distribuit, & disponit, Durand. *d. cap.* 11. *num.* 4. Ego ipse *d. cap.* 2. *num.* 4.

18 *Antistes Sacerdos dictus est quòd antestat*, Ita Durand. *d. cap.* 11. *num.* 3. Ego ipse *d. cap.* 2. *num.* 6.

19 *Presbyter Græcè, Latinè senior.* Ita Troc. *de vera & perfect clerico lib.* 1. *c.* 11. Vasq. *de Ordine disp.* 236. *cap.* 9. *num.* 96. *cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 16. *cap.* 8. Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 23. *num.* 1. Ego ipse *de officia, & potest. Episcopi, part.* 2. *alleg.* 14. *num.* 7.

Græcè Diaconi, Latinè ministri.] Referunt Durand. 20
in rationali diuinorum Offic. lib. 2. *c.* 9. Galganet. *d. lib.* 3. *tit.* 25. *num.* 1. Ego ipse *d. alleg.* 14. *num.* 6. Mich. de Medina *lib.* 1. *de continent. cap.* 13. & 25.

Hypodiacones Græcè, quos nos Subdiacones dicimus.] 21
Referunt Durand. *d. lib.* 2. *c.* 8. Galganet. *d. lib.* 3. *tit.* 26. *num.* 1. Ego ipse *d. alleg.* 14. *num.* 3.

Psalmista à Psalmis canendis vocari.) Referunt. Galganet. *d. lib.* 3. *tit.* 30. *num.* 1. Ego ipse *d. part.* 2. *alleg.* 11. 22
num. 8.

Lectores à legendo.] Ita Durand. *in ration. diuinorum* 23
lib. 2. *cap.* 5. Galganet. *d. lib.* 3. *tit.* 20. *num.* 1. Ego ipsa *d. part.* 2. *allegat.* 11 *num.* 10.

Acolyti Græcè, Latinè ceroferarij.) Ita Durand. *d. l.* 2. 24
cap. 7. Galganet. *d. lib.* 3. *tit.* 27. *num.* 1. Vasq. *de Ordine disp.* 136. *num.* 27. Ego ipse *d p.* 2. *alleg.* 11. *num.* 12.

Exorcista ex Græco in Latinum adiurantes.) In Du- 25
rand. *d. lib.* 2. *cap.* 6. Galganet. *d. lib* 3. *tit.* 28. Ego ipse *d. allegat.* 11. *num.* 11.

Ostiarij idem & ianitores.) Ita Durand. *d. lib.* 2. *c.* 4. 26
Galganet. *d. lib.* 3. *tit.* 35. Ego ipse *d. p.* 2. *alleg.* 11. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli parem cum Petro acceperunt potestatem Ecclesiasticam in totum Orbem, & in omnes ad quos Petrus habebat.*

2 *Petrus super reliquos Apostolos Primatum, & principatum habuit, aliorúmque potestas Petri auctoritati subordinata fuit.*

3 *Episcopi in Apostolorum locum successerunt.*

4 *Episcopus parem potestatem habere cum Papa non est dicendum.*

5 *Apostolis Christus quadam concessit tanquam pertinentia ad communes, & maximas Ecclesiæ commoditates, in quibus successerunt Apostoli, alia verò concessa sunt eisdem tanquam priuilegia personalia, & in ijs minimè.*

6 *Primatus fuit à Domino ante Passionem suam Petro promissus, post Resurrectionem datus,*

CAP. In nouo. II. *Anaclet.*

LIcèt omnes Apostoli parem cum Petro accepe- 1
rint potestatem Ecclesiasticam in totum Orbem, & io omnes ad quos Petrua habebat, iuxta Matth. vlt. *Data est mihi omnis*, &c. iuncto ibi, *euntes ergo docete omnes gentes*, & Marci vlt. *Euntes in vniuersum mundum*, immediatè a Christo Domino, vt comprobant Caiet *de auctorit. Papæ & Concil. cap.* 3. Sot. *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 1. *art.* 2. Victor. *relect.* 2. *sect.* 2. *q.* 1. *num.* 9. Card. Bellarm. *de Romano Pont. lib.* 4. *cap.* 23. refragantibus aliis, vt sunt Turrec. *lib.* 2. *cap.* 54. & Iacobat. *de Concil. lib.* 10. *art.* 7. minimè tamen inde negandum est
Petrum super reliquos Apostolos Primatum, & prin- 2
cipatum habuisse, aliorúmque potestatem Petri auctoritari subordinatam fuisse, vt multis explicat Victor. *d. q.* 2. *à num.* 10. Abb. *in cap. quàm grauis num.* 3. *de crim. falsi.* & *in cap. ex litteris num.* 4. *de excess. Præl* & confirmatur ex hoc text. ibi, *ipsúmque Principem eorum esse voluerunt*, vt aduertit Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.* 11. *num.* 34. cum adductis per me *ad cap. sacrosancta* 22. *dist.* vbi similia verba explicaui, consonat text. *in cap. loquitur*, *cum seqq.* 24. *quæst.* 1.

Quamuis

3 Quamuis autem Episcopos in Apostolorum locum successisse probet text. *in præsenti*, *& in cap. quorum vices 68. dist.* & Apostoli parem cum Petro habuerint potestatem ex dictis, non tamen inde dicen-
4 dum est Episcopos parem habere potestatem cum Papa, sicut inconsideratè protulit Stephan. à Gaćia *in repet. cap. ad limina 30. quæst. 1. in princ. num. 6.* prout illum refert Dionys. Paul. *dict. cap. 17. num.* 54. aduertere namque oportet tam Petrò, quàm reliquis Apostolis à Christo Domino quædam fuisse concessa tanquam pertinentia ad communes, & maximas Ecclesiæ commoditates, quæ sane potestas ordinaria censetur; alia verò concessa sunt eisdem tanquam priuilegia personalia, vt est illud Ioan. 14. *Ego orabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*; atque etiam illud Marci vlt. *Euntes in vniuersum mundum*, ex qua auctoritate constat Apostolos non ordinariam in suis & particularibus Ecclesiis, sed generalem in vniuersalem Orbem, parémque cum Petro, atque ita extraordinariam potestatem accepisse; manet igitur inter hæc illa differentia; nam in priori potestate, ordinaria scilicet, quam Apostoli in singulas Prouincias sibi demandatas acceperunt, successerunt Episcopi, iuxta *dict. cap. quorum vices*, cum similibus; in posteriori verò potestate extraordinaria in vniuersum Orbem cùm personale fuerit priuilegium, minimè; vt eleganter resoluit Cano *de locis Theolog. lib. 6. cap. vlt. ad fin. vers. præterea illud*, atque ita quamuis negemus Episcopos successisse Apostolis in illa extraordinaria potestate ea modò dictis, negandum tamen non est in suis diœcesibus habere Episcopos plenissimam potestatem, vt omnia possint, exceptis nonnullis Pontifici reseruatis, quæ potest Pontifex in vniuersum Orbem, & probatur arg. text. *in cap. ad honorem, de auctorit. & vsu pallij*, & constat ex modo dictis, & ex his quæ Sot. *de instit. lib. 10. quæst. 1. art. 3. concl. 1.* & copiosè relati ab Henriq. *in sum. lib. 10. c. 32. §. 2. lit. B.* vide *in collect. ad c. sacrosancta 22. dist. num. 2.*

A Petro sacerdotalis cœpit Ordo.] Intellige non de Ordine minorum Sacerdotum, idest, Presbyterorum, cùm Apostoli simul omnes in vltima Cœna fuerint ordinati Sacerdotes, sed de Ordine maiorum Sacerdotum, idest, Episcoporum, qui à Petro dicitur incœpisse, nam solus Petrus à Christo fuit Episcopus ordinatus, cæteri autem Apostoli à Petro Episcopalem consecrationem acceperunt, vt probant Turrecr. *in sum. Eccles. lib. 2. c. 32.* Henriq. *in sum.* vbi *de sacram. Ordin. lib. 10. cap. 4. §* 2. *cum seqq.* Card. Bellarm. *lib. 1. de Romano Pont. cap. 23.* vbi *in vers. quid est ergo*, refert verba huius text. quicquid dicat Sot. *in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. concl. 2. vers. vnum tamen.*

Voluerunt.] Intellige non de voluntate antecedente, seu eligente, sed de voluntate consequente, & acceptante, vt per Soar. *de legib. lib. 4. cap. 3. n. 9. ad fin.*

Quorum typum gerunt Presbyteri.] Intellige Presbyteros non propriè succedere Discipulis LXXII. sed solùm per similitudinem, nam Discipuli illi non fuerunt Presbyteri, neque vllum Ordinem, aut iurisdictionem à Christo susceperunt, vt probat Card. Bellarm. *lib. 4. de Rom. Pont. cap. 25. vers. denique.*

In gloss. *Pari*, ibi, *omnis Episcopus sit par Apostolico quantum ad Ordinem, & rationem consecrationis*, &c. Vult hæc gloss. Apostolos fuisse pares Petro eo tantùm modo quo Episcopi sunt pares Pontifici, scilicet in ordine, & consecratione, sequitur Turrecr. *in sum. de Eccles. lib. 1. cap. 74.* Verùm Soar. *de legib. lib. 4. cap. 3. num. 9. ante fin.* eum reprobat, quia de Apostolis constat fuisse etiam pares Petro in dignitate Apostolica, & consequenter in vniuersalitate iurisdictionis in vniuersum Orbem.

In gloss. *Tu es Petrus.* Notatur ad hoc quòd Prima- 6
tus à Domino ante passionem suam Petro promissus, *Tibi dabo claues Regni Cœlorum*, post Resurrectionem datus fuit cùm dixit, *Pasce oues meas*, vt per Nau. *de Indul. & Iubilæo, notab. 23. num. 10.* Mich. Aninyon. *de vnitate ouilis, & pastoris, cap. 20. n. 7. &* 8. Blas. Nauar. *de sacro Ecclesiæ principatu lib. 1. cap. 9. in vers. potestas spiritualis*, quos refert, & sequitur Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. c. 17. n. 29.*

Cap. Quamuis. III. *Gelas.*

Gelasius Vrbis Romæ Episcopus omnibus Orthodoxis scribens relatus in hoc text. ait Primatum Romanæ Ecclesiæ non aliquam Synodum, sed Christum instituisse, quod ex eo colligunt Gregor. Lop. *l. 2. gloss. 2. tit. 5. part. 1.* Nau. *de Indulg. notab. 23. num.* 10, Guillelm. Rosæ *de Rege hæretico excommunicando c. 8. num. 4.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. vers. secundo obiicies, & lib. 4. cap. 11. §. deinde Pelagius*, Soar. *de legib. lib. 4. cap. 3. num. 10.*

Cap. Inferior. IV. *Nicol.*

Hic text. allegari solet ad hoc quòd Prælati inferiores non possunt dispensare in legibus superiorum, & in pœnis eorum, vt per Gregor. Lop. *lib. 5. gloss. al que huuiesse descommulgado, tit. 5. part. 1. & lib. 7. gloss. 6. & 7. tit. 9. ead. part.* Con. *de sponsalib. p. 2. cap. 6. num. 15.* Duen. *reg. 148.* Anchaı. *in cap. vlt. de consuet. num. 5. vers. octano*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. ·. q. 22. art. 8.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 5. sect. 4. num. 7. & disp. 7. sect. 4. num. 1. & disp. 29. sect. 1. n. 21. & de legibus lib. 6. c. 14. n. 4. & in defens. Fidei lib. 4. c. 8. n. 15.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 7. n. 6.* & vide posita *in collect. ad c. cùm inferior, de maior. & obed.*

Cap. Denique. VI.

Minor à maiore benedicitur.] Vide S. Thom. *super epistol. ad Hebræos*, Syluest. *verbo benedictio n. 1. post princip.* Durand. *in rationali diuinorum Offic. lib. 4. cap. 59. num. 5. & 6.* Mendoç. *lib. 1. Regum cap. 2. num. 20. in exposit. littera*, vbi eaplicat.

Quia Regnum Dei non possidebunt] Notatur ad hoc quòd maledici Regnum Dei non possidebunt, vt per Greg. Lop. *l. 9. gloss. 5. tit. 7. part.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Marcellini, & thurificationis, quam fecit idolis, historia, an sit vera ostenditur.*
2 *Marcellini historia licèt veritas esset indubitata, non tamen inde concluditur eum fuisse hæreticum.*
3 *Fidem negans metu tormentorum, licèt peccatum grauissimum committat, non tamen dicitur hæreticus, cum non fecerit pertinaciter.*

Cap. Nunc autem. VII.

Veritatem historiæ Marcellini, & thurificationis, 1
quam fecit idolis, prout habetur *in hoc text.* comprobant Albertin. *in tract. de agnoscend. assertionib. q. 30. num. 6.* Alber. Pigh. *lib. 4. de Ecclesiast. hierarch. cap. 8.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 1. n. 6.* illam tamen negat Augustinus *de vnico Baptismo c. 6.* & nihil habere verisimilitudinis, & auctoritatis præter eam, quam refert antiquitas, scribit latè Card. Baron. *annalium Ecclesiæ anno Christi* 303.

2 Et qoamuis huius historiæ veritas esset indubitata, non tamen inde concluditur Marcellinum fuisse hæreticum, per ea, quæ latè dixi ad *cap. Anastasius* 19. *dist & ad cap. si Papa* 40. *distinct.* nam si bene aduertatur, nihil aliud narrat historia illa prætérquam quòd sæuiente maxima illa Diocletiani persecutione, qua (diuturnior, vel immanior in Ecclesia nulla fuit, vt post Platinam eleganter describit Card. Baron. *anno Christi* 392.) eum minis instatent carnifices, vt thura Diis Pontifex adoleret, metu mortis perterritus thurificauit, qoo facto licèt peccatum grauissimum admiserit, ideóque ipse sua sententia se è Pontificatu deposuerit, vt habetur *in tom.* 1. *Concil.pag.*187. cùm potius omnia mala pati debuerit, quàm malo consentire, ex teg. *cap sacris de iis, qua vi, cum similibus*; hæreticus tamen non fuit, cùm
3 non fecerit pertinaciter, in quo formalis ratio hæresis consistit, vt in propriis terminis docent Albert. *in rub. de heret.lib.*6.*quæst.*13.*à num.* 67. Nau. *in man. cap* 11.*num.*24.*& in cap. humanæ aures* 22.*q.*5.*in q.* 3. *num.* 16. testantur communem Iud. Clar.§.*hæresis n.* 3. Tiber.Decian.*in tract.criminal.tom.*1.*lib.*5.*c.*18. *vers.*28. Cardin.Bellarm *lib.*4.*de Romano Pont.cap.*8. *vers. decimus est Marcellinus,*Soar.*de Fide disput.* 10.*sect.* 6. *num.*11. *&* 14.

Confessus est.] Ergo errans in Fide, & redire volens ad Ecclesiam Catholicam tenetur agnoscere, & confiteri in specie, & in indiuiduo hæreses, de quibus conuictus exiitit, vt per Boër. *decis.*343. *num.*1.

In gloss. *Diocletiani.* ibi, *Nota simul duos fuisse Imperatores*, &c. De hoc an verum sit, vel possit esse, vide Tiraq.*de iure primog.quæst.*17.*in* 4. *opin. num.*20. *cum seqq.*latè Fulu. Pacian.*de probationib.lib.*2.*cap.*35. *num.*56.*cum seqq.*

In gloss. *Marcellinus.* ibi. *si quis enim præcipiat quòd corpus suum non sepeliatur, hoc præceptum non est implendum*,&c.Ita Boër.*decis.*23.*n.*6 *& decis.*187.*num.* 5. Roder. Xuar.*alleg.* 1.*num.*4. *&* 12.

In ead.gloss.ibi, *quare isti Episcopi non deposuerunt Papam cùm esset confessus de heresi? dicit Hug. quia paratus erat corrigi.* Sequitur & laudat Caiet. *tract.* 1. *de auctor.Papa cap.*18.Soar.*de Fide disp.*10.*sect.*6.*n.*11.

CAP. In tantum. IX. *Nicol.*

Nicolaus Papa *in epist.ad Imperatorem Michaëlem scripta anno Domini* 865. quam refert Card. Baron.*annal.Eccles.tom.*10.*anno Christi* 865.*num.*75.*cum seqq.* & cuius particula ponitur *in præsenti text.* agit de Dioscoro Antistite Alexandrino, qui ausus est in S. Leonem Romanum Pont. excommunicationis sententiam iaculari.Fuit Dioscorus creatus Episcopus Alexandrinus anno Domini 444. cuius hypocrisis diu latuit, homo turpiter facinorosus, vt tradit Cardin.Baron.*to.* 6. *d.anno* 444.*n.*10.*&* 33.vsurpare nisus est Antiochenæ Ecclesiæ iura.Tandem post longa scelera S. Leonem impiissimè excommunicauit, vt per eundem Baron.*anno Christi* 449.*num.* 168.*& seq.*& refert sententiam in Dioscorum latam,& promulgatam in Concilio Chalcedonensi *anno* 451.*num.*68.*&* 87.vbi *n.*160. eius infelicissimam mortem narrat.

DISTINCTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Papa ordinauit, & instituit in primordio Orientalis Ecclesia dignitates, & alia beneficia Ecclesiastica.*

2 *Beneficia Ecclesiastica sunt de iure Canonico, non Diuino instituta.*

3 *Papa iuris positiui constitutiones ad libitum tollere potest.*

4 *Papa in beneficialibus tanquam dominus beneficiorum potest quidquid voluerit immutare, extinguere, & priuare.*

5 *Thesauri omnes dignitatum Ecclesiasticarum reconditi sunt in Summo Pont.*

6 *Simonia in beneficiis solùm est de iure positiuo prohibita.*

7 *Primatus Romana Ecclesia est super omnes alias.*

CAP. Omnes. I. *Nicol.*

Papam ordinasse, & instituisse in primordio Orientalis Ecclesiæ dignitates, & alia Ecclesiastica beneficia, ait Nicolaus Papa I. relatus in hoc text. prout referunt Ioan. de Selua *de benefic.p.*2.*quæst.*22.*num.*3. Azor. *instit. moral. part.*2.*lib.* 3. *cap.*18. *quæst.*3.Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel.* §. 1. *proœm. num.* 2. ita Ecclesiastica beneficia esse iure Canonico, non Diuino instituta resoluunt Marsil. *de redditibus p.* 1. *cap.*8. *à princip.*Selu.*d part.*1.*q.*4.*n.*11. Moscon. *de maiestate militantis Ecclesia lib.*1.*p* 3.*c.*1 *pag.* 418. Azor. *instit.moral.part.*2.*lib.*6.*cap.*1.*quæst.*1.latè Lotter.*de re benefic.lib.*1.*q.*4. Vnde eùm Papa iuris positiui constitutiones ad libitum tollere possit, secundùm Albertin. *de agnosc.assert.quæst.*23.*à num.* 30. Borgas *de irregul. tit. de homicid.à num.*3. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect.cap.*3.*num.*54.Ideò nil mirum si possit in beneficialibus tanquam dominus beneficiorum, quicquid voluerit, immutare, extinguere, & priuare, iuxta ea, quæ dixi *in collect. ad cap.* 2. *in princip. de prebendlib.*6. quia in Romano Pontifice omnes thesauri dignitatum Ecclesiasticarum reconditi sunt, vt obseruant Mandos. *in reg.*6.*Cancell. quæst.*3.*num.*2.Dionys.Paul.*de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.*10.*num.* 79. Hinc etiam simoniam in beneficiis solùm esse de iure positiuo prohibitam aduertunt plures, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. part.*1. *cap.* 1. *à num.*8. & est communis Canonistarum. 1 2 3 4 5 6

De Primatu Romanæ Ecclesiæ super omnes alias, de quo agit text. *in præsenti*, immotandum non est, quia licèt fremant hæretici, inter Catholicos certissima est, & indubitata conclusio, plurimis antiquorum Canonum, & generalium Concíliorum decretis confirmata, prout plenissimè comprobant Cordub.*in quæstion.lib.*4.*quæst.*1. *art.*2. Mandoza *quæst.* 4. *scholast.*§.4.Turrect.*de potestate Ecclesia lib.*2. *cap.* 36. Albertin.Pigh.*de Ecclesiastica hierarchia lib.*3. *cap.*12. Can.*de locis Theolog.lib.*2.*cap.*4.Card.Bellarm. *tom.*1. *de Romano Pontifice cap.* 12.*cum seqq.* Banues *in* 2.2. D. Thomæ *quæst.*1.*art.*12.*concl.*5. Card. Tusch. *tom.*7. *lit.R.concl.*363. Matt. *de iurisdict. part.*1. *cap.*13. *num.* 19 *cum seq.* Iul. Lauor. *var.lucubrat.tom.*1.*tit.*4. *cap.*2. *à num.* 59. 7

SVMMARIVM.

1 *Papa immediatè à Christo potestatem suam accipit.*

2 *Declaratur text.in cap.in nono* 21.*dist.*

3 *Cardinales sunt causa vt Pontifex, quem eligunt, potestatem habeat, sed ipsa à Christo immediatè dimanat.*

4 *Declaratur text. in cap. constitutiones, il* 2.96. *distinct.*

CAP.

Cap. Sacrosancta. II. *Anaclet.*

1 PRobat hic tex. Romanum Pontificem imme-
diatè à Christo potestatem suam accipere, con-
sonaut *cap. 1. hoc eadem distinct. cap loquitur 24. quæst. 1.*
& pluribus fundamentis comprobat Capistran. *de au-
ctorit. Papæ, & Concilij 1. part. 2. princ. à princip.* sicut
etiam Romanam Ecclesiam Primatum accepisse non
ab Apostolis, sed ab ipso Domino, per hunc text.
tradunt Couar. *in reg. peccatum part. 2. §. 9. num. 5. vers.
quartò ratione*, Can. *de locis Theolog. lib. 6. cap. 1. vers.
decimo*, Bursat. *conf. 109. n. 2. cum seqq.* & est verissima
sententia, adeò vt valde temerarium esset, & scan-
dalosum, multarúmque hæresum fundamentum con-
trarium asserere, vt scribit Bannes 2. 2. *quæst. 1. art. 10.*
2 *dub. 2. vers. præterea.* Non obstat *cap. in nouo 21. dist.* ibi,
ipsum, quem Principem suum esse voluerunt, vbi videtur
probare Petrum ab Apostolis immediatè potestatem
accepisse, quia respondetur verbum illud, *voluerunt*,
intelligendum esse de voluntate consequente, idest,
acceptante & approbante dispositionem Christi Do-
mini, non verò de voluntate antecedente, seu cau-
sante, vt benè, & latè explicant Soar. *de legibus lib. 4.
cap. 3. num. 9. ad fin.* Turrecr. *de potest. Eccles. lib. 2. cap.
40.* vbi *cap. 41.* aduertit Romanum Pontificem à Con-
ciliis accepisse potestatem secundariò, idest, declara-
tiuè, & executiuè, obediendo scilicet diuinæ ordi-
nationi, sedem illam honorando, vt caput, & ma-
trem omnium Ecclesiarum. Nec etiam obstat, quòd
Pontifices à Cardinalibus eliguntur, iuxta *cap. licet,
de elect. c. vbi periculum, eodem tit. lib. 6. Clem. ne Roma-
ni, eod. tit.* ac proinde ab illis potestatem accipere viden-
tur, quia respondetur Cardinales personam Ponti-
ficis eligere, eámque determinare potestatem, quam
3 à Christo conferri fatemur, ac proinde Cardinales
causam esse, vt talis Pontifex electus potestatem ha-
beat, sed tamen ipsam à Christo immediatè dimana-
re, vt latè explicat Turrecr. *dict. lib. 2. cap. 42.* & faci-
unt in simili quæ notantur *in l. vnum ex familia, §. sed
4 si de Falcidia, ff. de legat. 2.* Nec denique obstat *cap.
Constantinus 11. 96. dist.* ibi, *deinde diadema, videlicet
coronam capitis nostri, simúlque phrygium, &c.* quia re-
spondet Augustin. Triumph. *quæst. 38. art. 3.* id fecisse
Imperatorem tanquam ministrum obsequentem, non
vt auctoritatem præstantem, iuuant verba eiusdem *cap.
Constantinus*, ibi, *tenentes frenum, &c.*

Et Apostolica Ecclesia.] Sicut Ecclesia Romana ap-
pellatur Apostolica, ita Summus Pontifex Episcopus
Apostol. nuncupatur, vt per Gregor. Lop. *l. 3. gloss. 3.
tit. 5. part. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum habere oportet Primatus honorem post Romanum Episcopum.*
2 *Patriarchatus diuisos fuisse in primo Constantinopolitano Concilio, qui teneant, referuntur.*
3 *Canon, ex quo desumptus est textus in præsenti, fuit suppositus, adulterinus, ac falsus, ac proinde nullius auctoritatis existit.*
4 *Constantinopolitanæ primæ Synodi tempore tres tantum erant Patriarchales Ecclesiæ, quas B. Petrus fundauerat.*
5 *Romana Ecclesia Patriarchalis à principio fuit, quia ad eam iubente Domino ex Antiochia Cathedram suam transtulit Petrus.*
6 *Alexandrina Ecclesia ideò Patriarchalis instituta fuit, quia B. Petri nomine à Marco Euangelista eius discipulo consecrata est.*

7 *Antiochia fuit prima B. Petri sedes, ibidémque primùm Christianorum nomen accepit initium.*
8 *Alexandrina Ecclesia, quare præcedat Antiochenam, ostenditur.*
9 *Imperatoria Sedes ad Byzantium translata, illud nomine suo, pluribúsque priuilegiis Constantinus exornauit, & non solùm Constantinopolim, sed etiã nouam Romam appellari voluit.*
10 *Constantinopolitanis Episcopis priuilegium Patriarchatus concessit Innoc. III. in generali Concilio Lateranen.*

Cap. Constantinopolitanæ. III.

Ex Synodo Constantinopol.

COnstantinopolitanæ ciuitatis Episcopum habere 1
*oportet Primatus honorem post Romanum Episco-
pum, propterea quòd sit noua Roma.* Hæc sunt formalia
text. verba, desumpta ex *prima Synodo Constantinopo-
lit. can. 5.* quæ nondum institutionem dictæ Sedis
Patriarchalis, sed etiam primũ inter Patriarchales lo-
cum innuunt, ac declarant, & ideò hinc colligunt
Socrates *in historia Ecclesiast. lib. 5. cap. 8. in fine*, Ni-
ceph. Calixtus *in ead. lib. 12. cap. 13.* institutos, diui- 2
sósque fuisse Patriarchatus in primo Constantinopo-
litano Concilio, quod quidam videntur etiam sen-
tire, qui de Constinopolitano Patriarchatu agen-
tes asseruerunt illum fuisse in primo Constantinopo-
litano Concilio institutum, vt sunt Raymund. Ruf-
fus in Molinæum pro Pontifice Maximo *sub num. 8.
pag. 62. in vers. præterea cur, & sub num. 19. pag. 161. in
vers. cum quatuor*, Mich. Aninyon *de vnitate Ouilis,
& Pastoris cap. 18. num. 9.* Læl.* Zech. *in tractat. de Sa-
crament. vbi de Sacrament. Ordinis cap. 1. vers. octaua
propositio, in fine.*

Verum licèt Cardin. Baron. *in annalibus Ecclesiast.* 3
*tom. 4. sub anno Christi 382. pag. 447. in vers. sed hic ad-
uerte, & vers. sed feliciùs*, ex Sozomeno explicauerit
mentem dicti Constantinopolitani Concilij fuisse dis-
cernere Catholicos Antistites ab hæreticis, non ve-
rò Patriarchatus diuidere, atque instituere, tamen
probatissimorum auctorum testimonio, ac fide ob-
seruatum fuit prædictum Canonem, ex quo desum-
ptus est text. *in præsenti*, suppositum fuisse, adulte-
rinum, ac falsum, & tunc clanculùm editum absque
Romanæ Sedis, seu Legatorum eius approbatione,
ideòque nullius esse momenti, fidei, & auctoritatis,
vt satis patet ex *epistolis* Leonis I. Papæ 51. 52. & 53.
quas allegat scholium ad supradictum Canonem *in 1.
tomo Conciliorum pag. 733.* repetúntque doctissimi De-
creti huiusmodi emendatores *in scholio ad hunc text.*
quos constat alios fuisse ab iis, qui scholia in tomos
Conciliorum fecerunt, vt probat schol. *ad cap. argu-
tus 16. q. 5.* Quòd autem prædictus Canon supposi-
tus fuerit, innuunt etiam qui aduertunt eodem vi-
tio laborare Canonem 28. *sess. 16. Chalcedonensis Con-
cilij, & Canonem 36. sextæ Synodi*, quibus idem, quod
in hoc Constantinopolitano dispositum videtur; hos
enim Canones priuatis quorumdam Antistitum, alio-
rúmque insolentium hominum præsumptionibus,
absque tamen assensu Romanæ Sedis editas fuisse, te-
stantur Franc. Torrens. *in tract. de potestate Papæ lib. 3.
pag. 109. in vers. sequitur iam, & in tract. de actis veris
sextæ Synodi fol. 64. in vers. sequitur 36. Canon*, & Albert.
Pigh. quem allegat Melch. Cano *de locis Theolog. lib. 5.
cap. fin. in vers. nunc sextum argumentum, & lib. 6. cap. 8.
in resp. ad undecimum, vers. hinc loco*, Cardin. Baron.
*in annalib. Ecclesiast. tom. 6. pag. 157. in vers. considera
lector, cum vers. seq.*

4 Nam verum est à principio, & tempore dictæ pri-
mæ Synodi Constantinopolitanæ, tres tantùm Eccle-
sias Patriarchales fuisse, quas Beatus Petrus fundaue-
rat, scilicet Romanam, Alexandrinam, & Antioche-
nam, quarum meminit text. *in c. cleros, vers. Patriarcha*
21. dist. Romanam, quia ad eam iubente Domino
5 ex Antiochia Cathedram suam transtulit Petrus, vt re-
fertur *in cap. per venerabilem, vers. sanè, qui filij sint leg.*
& quia Petri, & Pauli glorioso martyrio coronata est,
6 *cap. fundamenta, de elect. lib. 6.* Alexandrinam, quia B.
Petri nomine à Marco Euangelista eius discipulo con-
secrata est; Antiochenam, quia prima fuit Beati Petri
7 Sedes, & ideò eius nomine eam celebrat Ecclesia, ibi-
démque primùm Christianorum nomen accepit ini-
tium, quæ omnia ex Anacleto ponit Gratian. *in c. sacro-*
sancta. vers. prima ergo sedes, hac dist. & deducitur ex
antiquissimo Nicæno Concilio *Can. 6.* refertur *in cap.*
mos antiquus 65. dist.

8 Ratio autem quare illo tempore Alexandrina Eccle-
sia præcedebat Antiochenam, cùm hæc erecta fuerit
à Petro ante illam, quę eius nomine à Marco fuit in-
stituta, ea est, quia præfectura Alexandrina, quæ Au-
gustalis dicebatur ab Augusto suo nomine insignita
magnificentia præ cæteris ab eodem fuit nobilitata, &
sex Ægypti Prouinciis, & vniuerso eius Imperio ius
dicebat, vt constat ex text. *in l. 1. ff. de officio Præfecti*
Augustalis, quem diligenter exornat Card. Baron. *in*
martyrolog. die 20. Octobr. in B. Archenio, meritò su-
perior erat præfecturæ Syriæ, ad quam Antiochia per-
tinebat, & consequenter eadem consideratione primus
etiam honor post Romanam Ecclesiam eius Patriar-
chis à Summis Pontificibus datus est, vt explicat idem
Card. Baron. *dict. tom. 1. pag.* 310. neque satis conclu-
dit alia ratio, quam *ibi* affert *anno Christi 46. pag.* 407.
quæ etiam placuit Card. Bellarm. *tom. 1. de Romano Pō-*
tifice, lib. 1. c. 24. quòd Alexandrina primum obtinet
locum post Romanam, quia eam Marcus Petri nomi-
ne erexit; non enim ideò sequitur, quòd debuit præ-
cedere Antiochenam, cui Petrus ipse primò, & prin-
cipaliter præfuit.

Postea succedentibus temporibus hoc immutatum
9 fuit, & Regia, seu Imperatoria Sedes ad Bizantium
translata, quod nomine suo, pluribúsque priuile-
giis Constantinus exornauit, & non solùm Con-
stantinopolim, sed etiam nouam Romam esse, &
appellari voluit ideóque primum locum post Ro-
manam ipsi Constantinopolitanæ Ecclesiæ datum
fuisse in dicto supposito can. Constantinopolitani
Concilij 1. dici cœpit, quod deinde in sexta Syno-
do fuisse confirmatum colligi videtur ex *cap. renouan-*
tes, hac eadem dist. & ab eodem Iustiniano *in authent.*
de Ecclesiasticis tit. in prin. vers. ideòque sancimus. Et
quamuis vsu Romanæ Ecclesiæ multo pòst tempore
hoc receptum non esset, nihilominus Episcopi Con-
stantinopolitani Imperatorum fieri potentia assertum
illud priuilegium sibi vsurpare contendebant, im-
mò superiores esse Romano Pontifice, vt ex Paulo
Diacono, Platina, & aliis comprobat Raymund.
Ruffus pro Pontifice *pag. 50. cum seqq.* & sentit Card.
Bellarm. *dict. lib. 2. de Romano Pontifice cap. 18. in fine*
secundi argumenti. Denique pro bono pacis Innoc. III.
in generali Concilio Lateranen. de quo *in cap. anti-*
10 *qua 23. de priuileg.* concessit idem priuilegium Con-
stantinopolitanis Episcopis, vt aduertunt Patres, qui
iussu Gregorij XIII. emendationi decreti præfue-
runt, *in notis ad text. in præsenti,* qui etiam rectè ad-
ucunt *in dict. capit. renouantes,* legendum esse, *si-*
milia priuilegia, quæ superior Roma habet, accipiat,
nec non in Ecclesiasticis rebus magnificetur vt illa,
quamuis in antiquis Codicibus legeretur *inferior Ro-*
ma, & non tamen *in Ecclesiasticis rebus,* vt etiam
antè benè aduerterat Anton. Augustin. *ad Decretum*
lib. 1. dialog. 9.

Cap. Qua traditione. V. *Gelas. I.*

Gelasius Papa I. *hic* scribens ad Faustum legatio-
nis Magistrum, de quo Card. Baron. *tom. 6. an-*
nal. anno Christi 493. n. 6. & 10. agit de facto Archa-
cij, qui Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas
excommunicauit, de quo vide Baron. *d. tom. 6. anno*
Christi 493. à n. 10. vsque ad 21. & anno 482. num. 22.
& anno 488. num. 37. & 38. & anno 471. num. 2. vbi ait
quòd fuit Episcopus Constantinopolitanus creatus
anno Domini 471.

SVMMARIVM.

1 *Papa est superior aliorum Patriarcharum.*
2 *Patriarchæ ad Summum Pontificem sic se habent si-*
cut radij ad Solem, fluuij ad fontem, & rami ad ra-
dicem.
3 *Dignitas omnis, ac potestas, quam habent omnes Pa-*
triarchæ simul habet ipse solus dominus Papa.
4 *Canon de octuaginta Nicæni Conc. ex Arabico ha-*
bitus refertur.
5 *Papa non habet solùm prælationem ratione loci alio-*
rum Patriarcharum, verùm etiam veram maiori-
tatem, supremámque potestatem.
6 *Hæreticum est asserere Papam non esse Prælatum, ac*
superiorem cæterorum Patriarcharum.
7 *Canones, qui Trullani dicuntur, nulla Pontificis au-*
ctoritate probati fuerunt.
8 *Declaratur text. in præsenti.*
9 *Pœna ex causa etiam absque culpa diuino, & huma-*
no iudicio infligitur.

Cap. Renouantes. VI.

Ex VI. Synodo.

Ex hoc text. colligi videtur Constantinopolita- 1
nam Ecclesiam parem habere dignitatem cum
Ecclesia Romana, quod tamen ita crudè sumptum
protsus est à veritate alienum; nam (quicquid dixerit
impius ille Carolus Molinæus, dum scripsit Roma-
num Pontificem non esse superiorem aliorum Pa-
triarcharum, prout eum detestando refert Pius Ray-
mundus Ruffus contra illum pro Pontifice Maximo,
sub num. 8. pag. 19. in vers. Primatum) sicut radij ad So-
lem, fluuij ad fontem, & rami ad radicem, sic se
habent Patriarchæ ad Summum Pontificem, quod 2
ex Beato Cypriano habetur *in c. loquitur 24. quæst. 1.*
& tangit Nauar. *de spoliis clericor. §. 2. num. 1. vers. Papa*
stupor mundi. Quinimmò allegando S. Bernardum
pulchrè dicebat Bald. *in l. rescripta, num. 7. C. de precib.*
Imper. offer. quòd omnis dignitas, ac potestas, quam 3
habent omnes Patriarchæ simul, habet ipse solùm
Dominus Papa, quem refert, & sequitur Cassan. *in*
catalog. gloriæ mundi part. 4. consid. 6. in fine. Vnde inter 4
octuaginta Canones Nicæni Concilij ex Arabico
habitis *in can. 39.* ita habetur, *Consideret Patriarcha,*
quæ Archiepiscopi, & Episcopi eius in Prouinciis suis fa-
ciunt, & si quid reperiat, secus quàm oporteat, factum
mutet, & disponat, vt sibi videbitur, siquidem ipse est
pater omnium, & illi filij eius, sicque præest Patriarcha
iis omnibus, qui sub potestate eius sunt, sicut ille, qui te-
net Sedem Romæ caput est, & Princeps omnium Pa-
triarcharum, quandoquidem ipse est primus sicut Petrus,
cui

cui data est potestas in omnes Principes Christianos, & omnes populos eorum, vt qui sit Vicarius Christi Domini nostri super cunctos populos, & vniuersam Ecclesiam Christianam, & qui cōtradixerit à Synodo excommunicetur. Hactenus Concil. & refert Alphons. Pisanus *lib. 3. in Nicænum Concilium.* habetúrque *tom. 1. Concil. pag. 554. & iterum pag. 584. cum scholio Francisci Turriani.*

5 Super quo illud aduertere oportet quòd Romanus Pontifex non sic est habendus primus in ordine aliorum quatuor Patriarcharum, sicut est Constantinopolitanus respectu Alexandrini, & Alexandrinus respectu Antiocheni, & Antiochenus respectu Hierosolymitani, quia in illo non est sola prælatio ratione loci aliorum Patriarcharum, verùm etiam est vera maioritas, supremáque potestas; vt contra hæreticos aduertunt Franc. Turrian. *in schol. ad d. can. 39. Niceni Concilij,* Læl. Zech. *in tract. de Romano Pontifice in hæresi 3. in responso ad 17.* Card. Bellarm. *in controuers. Cathol. tom. 1. controuers. 3. lib. 2. cap. 8. vers. argumentum tertium, & vers. seqq.* in tantum quòd hæreticum sit asserere Papam non esse
6 Prælatum, ac superiorem cæterorum Patriarcharum, vt in terminis post S. Thom. contra errores Græcorum aduertit Paul. Grysald. *in decisionibus Catholicæ Fidei, verbo Papa, num. 4. & 10. & verbo Patriarcha.*

7 Ad text. verò *in præsenti* multipliciter responderi potest, & in primis auctoritatem illorum Canonum, qui Trullani, aliàs sextæ Synodi appellantur, probatam, & certam non esse, neque legitima alicuius Romani Pontificis fuisse auctoritate approbatam, vt
8 latè probauimus *ad cap. sextam 16. dist.* Sed meliùs respondetur in terminis huius text. vt ex ipsius verbis constat, similia priuilegia dari Episcopo Constantinopolitano post Romanum Pontificem, ad effectum vt ad ipsum detur appellatio, & habeat alia iura Patriarchalis Ecclesiæ, quæ commemorat text. *in cap. antiqua 23. in vers. seruata, de priuileg.* & deducitur ex *cap. conquestus 9. quæst. 3.* ita tamen vt Romana Ecclesia semper superior maneat, vt satis constat ex verbis, quæ refert Caranz. *in summa Conciliorum fol. 269.* ibi, *æqualia priuilegia cum antiqua Roma vrbe obtineat, & in Ecclesiasticis negotijs, vt illa emineat secundus post illam existens,* atque ita ex iis, multísque aliis rectè concludit Card. Bellarm. *lib. 1. de Concil. cap. 24.* nullo vnquam tempore ab vllo Romano Pontifice datum fuisse Constantinopolitanæ Ecclesiæ priuilegium æqualitatis cum Romana, neque etiam primum locum post hanc obtinuisse, nisi postquam Romani Pontifices ratum habuerunt, quod confirmat auctoritate Nicephor. *lib. 17. cap. 9.* dum narrat Ioannem Papam cùm Constantinopolim venisset rogatum à Iustiniano, vt Epiphanio Patriarchæ Constantinopolitano assideret, non antea voluisse, quàm sibi pro prærogatiua Sedis Apostol. thronus super Epiphanium collocatus fuisset.

9 In gloss. *Priusquam.* ibi, *Sic ergo aliqua Ecclesia priuatur iure suo, absque culpa sua,* &c. Notatur ad hoc, quòd ex causa etiam absque culpa diuino, & humano iudicio pœna infertur, vt per Couar. *lib. 2. var. cap. 8. num. 1.* & alios citatos *in gloss. extrauag. vnic. de pœn. Ioann. XXII.* & an & quando vnus sine culpa pro alio puniatur, vide Gammat. *decis.* 45. Cou. *var. lib. 2. cap. 8. num. 1. vers. sic prima,* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 51.* Perez *l. 2. tit. 23. lib. 2. Ordin. pag.* 433. & dixi latè *in collect. ad reg. 19. & 22. de regul. iuris lib. 6.*

DISTINCTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Papæ electione vbi latè dictum sit ostenditur.*
2 *Tempore huius text. totum ius eligendi Pontificem Cardinalibus concessum erat, habita tamen & populi & Imperatoris aliqua ratione.*
3 *Alexander II. electus, & consecratus fuit, nulla accedente Imperatoris auctoritate.*
4 *Gregorius VII. consecrationem non admisit, priusquam missis ad Henricum Legatis illius quoque voluntatem exploratam habuit.*
5 *Papa potest facere constitutionem super forma, & ratione obseruanda in electione sui successoris.*
6 *Cardinales olim tempore huius text. non omnes eligebant Summum Pontificem, sed triplex ex eis constituebatur cœtus.*
7 *Electio tota Pontificis post dispositionem huius text. redacta fuit ad solum Cardinalium Collegium.*
8 *Sedes Apost. si vacauerit tempore, quo generale Concilium legitimè fuerit congregatum, non ad ipsum Concilium, sed ad solos Cardinales, eorúmque Collegium pertinet electio Papæ.*
9 *Papa vbi deponitur à Concilio, tunc ab eo deponente fit electio.*
10 *Papa ex ipso Collegio, & numero Cardinalium eligendus est, si reperiatur idoneus.*
11 *Confirmatio non est necessaria electione Summi Pontificis.*
12 *Electio in quo loco fieri debeat, remissiuè.*

CAP. In nomine Domini. I. *Nicol. II.*

NICOLAVS Papa II. *in Concilio Lateranensi,* relatus à Gratiano *in præsenti,* decre- 1
tum fecit de electione Summi Pontificis, de qua materia latè diximus *in collect. ad cap. licet, de elect. in Decretalibus, & ad cap. vbi periculum, eodem tit. lib. 6.* illud quoad præsentem text. aduertere oportet quòd hic Nicol. II. statuit vt Summi Pontificis 2
electio præcipuè à Cardinalibus peragеretur, deinde reliquus Clerus, ac populus ad eam comprobandam accederet, saluo tamen, inquit, honore, & reuerentia Henrici, ac proinde iampridem illo tempore totū eligendi ius Cardinalibus concessum erat; habita tamen & populi, & Imperatoris aliqua ratione, licèt
eodem Nicolao defuncto, electum, & consecratum 3
fuisse Alexandrum II. nulla accedente eiusdem Henrici auctoritate notum sit, cuius electionis quamuis ille indignatus, & conuocato conuentu Basileæ, Cudolum Parmensem Episcopum renunciasset Pontificem, attamen pacatus deinde animo post Alexandri obitum electus fuit Gregorius VII. qui tamen conse-
crationem non admisit priusquam missis ad Henricum 4
Legatis, illius quoque voluntatem exploratam habuit. Ita referunt Campan *in diuers. iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 51.* Iul. Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. cap. 5. num. 10.*

Decernens de electione, &c.] Ergo Papa potest face- 5
re constitutionem super forma, & ratione obseruanda in electione sui successoris, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 2. num. 13.* Iul. Lauor. *dict. tom. 1. tit. 4. cap. 3. num. 13.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. quæst. 2.*

In primis Cardinales Episcopi, &c.] Olim non 6
omnes Cardinales in vim huius decreti Nicolai II. tunc temporis eligebant, sed triplex ex eis constituebatur

mebatur cœtus, primò namque eligebant Episcopi
Cardinales, secundò Presbyteri Cardinales, tertiò Dia-
coni Cardinales, & enumerabantur voces Cardinaliũ
non singulariter, sed tantum illa tria corpora, sicuti
referunt Alban. *de Card. q.* 11. Gambar. *in Bull. Iulij II.*
num. 195. Iul. Lauor. *dict. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 5. *num.* 9.
vbi subit hodie paria esse omnia vota, & enumerari
per capita, non per corpora.

7 *Sicque reliquus Clerus, & populus,* &c.] Licèt olim
tempore huius text. electio Romani Pontificis fieri
non posset à solis Cardinalibus, sed adhibere oporteret
totius Cleri, & populi consensum, vt habetur in hoc
text. postea tota Pontificis electio ad solum Colle-
gium Cardinalium redacta est, *cap. licet 6. de election.*
cap. vbi periculum, eodem tit. in 6. Clemen. ne Romani,
eodem tit. Cardin. Turrec. *de potest. Eccles. lib.* 2. *c.* 43.
Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *de Cleric. lib.* 1. *cap.* 9. *cum se-*
quentib. Paleoth. *de consultat. Sacri Palatij part.* 3.
quæst. 4. *vers. & eo magis,* latè Bursat. *tom.* 2. *cons.* 126.
num. 6. *&* 7. *& à princ. & cons.* 108. *à princ.* & omninò
8 *à n.* 18. notabiliter amplians post Card. Iacobat. Sel-
uam, & alios etiam ad casum, in quo Apostolica
Sedes vacat tempore, quo generale Concilium legi-
timè fuerit congregatum, adhuc enim non ad ipsum
Concilium, sed ad solos Cardinales, eorúmque Colle-
gium pertinere electionem ibi comprobat, & facto
seruatum fuisse in electione Leonis X. tempore vlti-
9 mi Lateranensis Concilij attestatur. At verò vbi Pa-
pa deponitur à Concilio, tunc ab eo deponente fit
electio, & non spectat ad Collegium Cardinalium, &
hoc sibi placere ait Abb. *in dict. cap. licet, in vlt. notab.*
vers. sed aduertere, & prosequitur Barbat. *in d. Clem. ne*
Romani, in §. *sanè,* & Aperte *in cons.* 82. *sub numer.* 10.
vers. & vlterius ad prædicta, vol. 4. nec ab hoc recedere
absolutè videtur Marian. sen. *in cap. ad petitionem,*
num. 7. *de accusat.*

10 *Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio.*) Ergo Ro-
manus Pontifex ex ipso Collegio, & numero Cardi-
nalium eligendus est, si reperiatur idoneus, de quo ta-
men vide Sot. *lib.* 4. *de iustit. q.* 6. *art.* 2. *ad* 5. Augustin.
Triumph. *de electione Papæ quæst.* 3. *art.* 6. Mandos. *ad*
regul. 13. *Cancellar. q.* 8. *num.* 23. Azor. *instit. moral. p.* 2.
lib. 4. *cap.* 5. *q.* 6. Iul. Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 12. *num.* 7. *cum*
seqq. Vide latè ad *cap. oporteat, num.* 1. *dist.* 79.

11 *Inthronizari non valeat.*) Ergo post electionẽ Sum-
mi Pontificis non est necessaria inthronizatio, seu con-
firmatio, quia statim ac electus fuit, verus est Papa, &
ius habet administrandi, vt gloss. *in præsenti, verbo*
dispensandi & cum ea concordant *hîc* Bellam. *sub n.*
7. 11. *&* 12. Turrec. *sub num.* 16. *&* 17. Gemin. *num.* 20.
& 21 Card. Alexandrin. *prope n.* 65. & notant Lancell.
Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 2. *cap.* 1. *de*
Pontif. Maxim. §. 2. *q.* 1. *in* 11. *speciali,* Campan. *dict.*
rub. 7. *cap.* 6. *num.* 57. Iul. Lauor. *dict. tit.* 4. *cap.* 12. *n.*
19. Ratio est, quia confirmatio electionis per superio-
rem fieri debet, Papa autem nullum in terris habet su-
periorem, Flamin. Paris. *de renunciatione beneficiorum,*
lib. 7. *quæst.* 5. *num.* 1. *&* 2.

12 In gloss. *Fieri in Vrbe.* ibi, *& si alibi fit electio quàm*
in loco ad hoc determinato, electio est nulla. Hæc glossa
in hoc suo dicto reprobatur, quia locus Pontificiæ ele-
ctionis, licèt adsit in Palatio Apostolico, in quo Con-
claue fieri solet, & cellulas parari, non est de substan-
tia, siquidem alibi facta electio non inualidatur. ita te-
nent *in præsenti* Archid. *num.* 17. Bellam. *num.* 11. Ge-
min. *num.* 16. Turrec. *circa num.* 18. & Card. Alex. *col.*
6. *prope fin. super gloss. verbo in Vrbe,* & hoc etiam
tuentur *in d. cap. vbi periculum, de elect. in* 6. Archid.
col. 2. *in princip.* Ioan. Andr. *sub num.* 4. Butr. *n.* 12. Gem.
in §. *hoc sacro, ante n.* 5. quos refert & sequitur Cam-
pan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 55. & iuxta hanc opinionem audiui dicere dum vacabat Sedes per obitum Gregorij XV. de mense Iulij 1623. quòd Illustr. DD. Cardinales vt perniciosum aërem Vaticani tempore illo æstiuo vitarent, inclinabant Conclaue fieri in monasterio S. Mariæ supra Mineruam, sed hoc non fuit effectui mancipatum, quia vidi illos intrare Conclaue factum in Palatio Vaticano, quod fortè in causa fuit, vt plus Cardinales, & plurimi conclauistæ illo anno morbo correpti morerentur. Quid autem faciendum si Romanus Pontifex extra Romanam Vrbem decedat, decidit text. *in d. cap. vbi periculum* §. *porrò, & in Clem. ne Romani* §. *sanè, eod. tit. de elect.* & Clemens VII. *in sua constit. incip. Cùm charissimus, sub Dat Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1528. *Pridie Nonas Octobris, Pontificatus sui anno VI.*

Cap. Qui Episcopus. II.

QVomodo autem sit examinandus, qui in Episcopum eligitur, & quibus qualitatibus, & virtutibus præditus esse debeat, latè dixi *in meo tractatu de officio, & potestate Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 6. *& tit.* 2. *per totum.* & de hac etiam materia agunt Bertachin. *de Episcopo lib.* 2. *part.* 1. *ex num.* 1. *cum multis seqq.* Bernardin. Rosignol. *de disciplina Christianæ perfectionis lib.* 5. *cap.* 2. §. *etsi Episcopi,* Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 1. Guilelm. Rosæ. *de Rege excommunicando cap.* 6. Ioan. Mariana *lib.* 3. *de Rege cap.* 1. *ad fin. & cap.* 2. Sottomaior *in commentar. epist.* 1. *ad Timoth. c.* 3.

In gloss. *Per conditionem.* ibi, *æquè ad bonum & malum,* &c. Quomodo autem mala opera solùm in liberum hominis arbitrium, bona verò, & supernaturalia in Dei gratiam refundantur, vide latè Soar. *de gratia lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 1. *& cap.* 8. *num.* 4. *& cap.* 26.

In gloss. *Non per conditionem.* ibi, *per id quotidie meretur.* Contra hanc gloss. tenendum est Beatos iam non esse in statu merendi, cum Soar. 3. *part. de Gratia, lib.* 12. *cap.* 15. *&* 34.

Cap. His igitur. III. *Isid.*

ISidorus *de Ecclesiasticis officijs lib.* 2. *cap.* 2. relatus *in hoc text.* agit qualis esse debeat clericorum conuersatio, de quo vide Greg. Lop. *l.* 57. *gloss.* 1. *cum seqq. tit.* 5. *part.* 1. Repert. Inquisit. *verbo clericus, vers. item de vita clericorum,* vbi verba text. refert.

Amorem pecuniæ.) Inordinatum scilicet, vt intelligit S. Thom. 2. 2. *q.* 118. *art.* 1. An & quando amare pecunias sit peccatum mort. vide Ioan. Royard. *in homil. ad illud* Lucæ 19. *Zachæus princeps publicanorum, & ipse diues,* Pired. *lib.* 7. *de rebus Salomonis c.* 13.

In gloss. *Pro beneficijs.* ibi, *In omnibus sacramentis committi simoniam, nisi in matrimonio.* Immo dicendum matrimonium quatenus Sacramentum vendi non posse, vt per Soar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 10. *num.* 8.

Cap. Episcopus. VII. *Concil. Carthag.*

QVo pacto fiat Episcopi consecratio, decernit text. *in præsenti,* & nos latè diximus *in tractatu de officio, & potestate Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. & *ibi* citatis adde Azor. *instit. moralium part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *q.* 3. Andr. Piscara *in praxi cærem. lib.* 1. *sect.* 10. *cap.* 4. Vasq. *de Ordine disp.* 243. *cap.* 5.

In gloss. *Codicem.* ibi, *nullus solus,* &c. Notatur ad hoc quòd nullus Episcopus per se solum consecrat electum

electum, sed omnes tres simul; sed verius est vnum Episcopum totam consecrationem efficere, alios verò adiutores esse, vt per Syluest. *verbo consecratio* 1. q. 1. Azor. d. cap. 30. q. 3.

In ead. gloss. ibi, *non autem credo quòd liber sit de substantia consecrationis*. Notatur ad hoc, quòd ad substantiam consecrationis non pertinet, vt Episcopi teneant Euangelij Codicem super caput Episcopi, qui consecratur, vt per Azor. *dicta quaest.* 3. *vers. deinde quaeres*, quamuis Syluest. *verbo consecratio num.* 1. oppositum docere videatur.

Cap. Presbyter. VIII.

De materia, & forma consecrationis Presbyteri, vide S. Thom. *in* 4. *dist.* 24. Henriq. *in sum lib.* 10. *cap.* 6. Cardin. Bellarmin. *lib.* 1. *de sacramento Ordinis cap.* 9. qui aiunt materiam in illo qui sacerdorio initiatur integram ex præcepto esse traditionem Calicis cum vino, & patenæ cum Hostia, dicetur tamen promotus accipere characterem, quamuis Calix vino careat, vt per Henriquez *d. lib.* 10. *cap.* 6. §. 1. sed meliùs contrarium sustinent Ledesma *in sum. tom.* 1. *sub tit. de Sacram. Ordin. cap.* 3. *vers. la tercera difficuldad*, Campan. *in diuers. iuris Can. rub.* 2. *n.* 17. Villalob. *in summ. tratado* 11. *diffic.* 4. *n.* 1. In Pontificali Romano quinque munera Presbytero assignantur, videlicet, offerre, benedicere, præesse, prædicare, & baptizare, quæ sigillatim explicat Vasq. *de sacramento Ordinis disput.* 236. *cap.* 10. *num.* 106. *cum seqq.* vbi *n.* 110. agit in hæc munera attento iure diuino Presbyteris conueniant. Presbyteri vnde dicantur, vide posita *in collect. ad cap. cleros num.* 19. *dist.* 21.

Cap. Ecclesiastica. IX.

Ex Conc. Brach. III.

In Concilio Bracharensi III. *cap.* 3. legitur, vt omnis Sacerdos, cùm ordinatur, orario, vtroque humero ambiatur, vnde colligitur Sacerdotes debere vti orariis propter differentiam sacerdotalis dignitatis, secundùm Stephan. Gratian. *disceptationum forensium cap.* 298. *num.* 54. *cum sequentibus*; & ideò orarium ita dicitur, quia ferè in singulis orationibus Presbyter eo vtitur frequentius, quàm aliis ornamentis, vt per Turrecrem. *hic num.* 3. *&* 4. Alia de orario dixi *ad cap. monachi* 27. *q.* 1. vide *ibi*. Et ideo colligitur ex hoc text. Sacerdotem non debere sumere Eucharistiam sine stola, quando Missæ sacrificium non facit, aliàs peccatum mortale contrahit, vt per Henriq. *in sum. lib.* 8. *cap.* 44. §. 3. *lit. N.* Nald. *in sum. verbo Missa n.* 16. *& verbo Sacerdos n.* 6. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 14. *qu.* 106. Sed contrarium tenent Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quaest.* 12. Pitbigian. *in* 4. *tom.* 1. *dist.* 13. *quaest.* 2. *art.* 5. *in fine*, Gauant. *in comment. ad rub. Missal. tom.* 1. *p.* 4. *tit.* 8. *n.* 7. Diana *resol. moral. p.* 2. *tract. de celebr. Missar. resol.* 29. putant enim huiusmodi decretum esse vsu abrogatum.

In gloss. *Ceruicem*. ibi, *si Sacerdos legit Euangelium, nunquid vtetur stola secundùm quod Diaconus*, &c. Notatur ad hoc quòd quando quis est simul Doctor, & miles, si actus, quos exercet, sint militares, debet vti vestibus militaribus: si autè sint doctorales, doctoralibus vti debet, semota tamè consuetudine, vt per Rom. *sing.* 361.

Cap. Communis filius. X. Greg.

Gregorius scribens Aregio Episcopo Francorum *libr.* 7. *epist.* 111. ait ne Episcopis, aut Diaconis permittatur absque Apost. licentia Dalmaticis vti; ratio erat, quia Dalmatica erat insigne Diaconorum Romanæ Ecclesiæ, & interdum pro magno priuilegio concedi solitum alicuius nobilis Ecclesiæ Diaconis, vide Durand. *in ration. diuinor officior. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 8. Stephan. Durand. *de ritib. Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 24. *cum seqq.* & *ibi* disputat, quis fuerit primus Pontifex qui vsum Dalmaticarum instituerit, Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 8. *anno Christi* 598. *vers. hoc regulariter, & anno* 604. *vers. Dalmaticam quidem*. Dalmatica dicta est à Dalmaria Græciæ prouincia, in qua primùm texta fuit. Isidor. *lib.* 19. *etymolog. cap.* 22. Raban. *de instit. cleric. lib.* 7. *c.* 20. Cæli. *lect. antiq. lib.* 16. *cap.* 10.

Cap. Diaconus. XI.

Qualiter ordinetur Diaconus refert Gratianus *in præsenti*, desumens ex Concilio Carthaginen. IV. *cap.* 4. & tradunt Viuald. *in candel. aureo part.* 1. *tit. de Sacram. Ordin. num.* 28. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 8. §. 1. *&* 2. *& cap.* 13. § 2. *&* 3. Ægid. de Conink *de Sacram. Ordin. disput.* 20. *dub.* 7. *num.* 68. Isidor. Moscon. *de maiest. milit. Eccles. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *de Ordine pag.* 381. *cum seqq.* sed & quales, & in qua ætate sint ordinandi, legitur in Concilio Tridentino *sess.* 23. *de reform. c.* 12. *&* 13. & latè dixi *de officio, & potestate Episcop. part* 2. *alleg.* 16. Diaconi officium est publicè legere Euangelium in Ecclesia, & ministrare in Sacrificiis, verbum gentibus prædicare, & Sacerdotibus in sacris Ecclesiæ actibus deseruire, ad quos actus omnes alij, qui attribuuntur huic Ordini, redduntur, ideò illi assignatur liber Euangelij, & stola in modum iugi, altera tantummodò eius humero iniecta. Colliges hæc ex Crespet. *in sum. Ecclesiast. discipl. verbo Diaconus*, Vasquez *tom.* 3. *in* 3. *part. disput.* 236. *cap.* 4. *cum sequentibus*. Iacob. de Graff *in aureis decisionibus part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 7. Rodulph. Cupers *in repet. cap. oportebat* 79. *dist. in rubr. Diaconatus institutum, artic.* 1. *num.* 38. Petr. Greg. *syntagm. iur. part.* 2. *lib.* 16. *cap.* 7. Vasq. *de Sacram. Ordin. disp.* 236. *cap.* 7. *&* 8. Mich. de Medina *lib.* 1. *de continent. cap.* 28. *cum seqq.* Læl. Zech. *de Sacram. tit. de Sacram. Ordin. cap.* 1. *pag.* 668. *ante fin. col.* 1. Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. lib.* 2. *c.* 23. *num.* 3. Carol. de Graffis *de effectibus clerical. in praelud. n.* 290. Homobon. de Bonis *de humana vita statibus p.* 1. *c.* 19. *in princ.* Molfes. *in summa Theologiae moralis tract.* 2. *cap.* 9. Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 25. De officio Diaconi in Missa solemni, & processionibus, & dum ministrat Episcopo cùm solemniter celebrat, latè agit Aodr. Piscara Castaldus *in praxi caeremon. lib.* 1. *sect.* 7. *cap.* 5. 6. *&* 7. Vnde autem dicantur Diaconi, vide posita ad *cap. cleros num.* 20. *dist.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus cùm ordinatur patenam de manu Episcopi accipit vacuam, & calicem vacuum.*

2 *Calix vacuus cum patena Subdiacono in eius ordinatione porrigitur, eaius traditione perficitur ordinatio.*

3 *Calix licèt consecratus non sit, Subdiacono validè in eius ordinatione porrigitur.*

Cap. Subdiaconus. XV.

Ex Concil. Carthagin.

Svbdiaconus cùm ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi 1 accipit

accipit vacuam, & Calicem vacuum: de manu verò Archidiaeoni accipit vrceolum cum aqua, manile, & manutergium; hactenus Concil. Carthagin. IV. *cap.* 5. quod refert Gratian. *in præsenti*. Vnde pro ma-
2 teria porrigi Subdiacono in eius ordinatione Calicem vacuum cum patena, cuius traditione perficitur ordinatio, tradunt Iacob. de Graff. *in aureis decisionibus part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Rodulph. Cupers *in repet. cap. oportebat* 79. *dist. in* §. *Subdiaconatus Ordo art.* 1. Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *part. disput.* 236. *cap.* 3. Molfes. *in sum. Theologia moralis tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 14. & 15. Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 1. *quæst.* 52. Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 26. *num.* 1. Carol. de Graffis *de effectibus cleric. in prælud.* 288. & *seqq.* vbi addit onus esse pertinens ad hunc Ordinem ad Sacrificium deferre vinum, & aquam in vrceolis, Diaconis administrare, & manile, & manutergium tenere, & pro lauandis ante Altare manibus Sacerdotibus aquam præbere.

3 *Et Calicem vacuum.*] Licèt consecratus non sit, vt post Sor. Martin. Ledesm. & Emman. Sa resoluit Henriq. *in sum. lib.* 10 *cap.* 5. *in commento lit. F.* & *cap.* 8. §. 3. Contra Syluestr. *verbo ordinatio* 2. §. 4. *vers.* 3. Fornar. *de Ordine cap.* 1. §. 6. *ad fin.* Molfes. *d. cap.* 8 *num.* 23. Homobon. de Bonis *de humana vita statib. p* 1 *cap.* 19. *vers. Subdiaconi.* Ratio est, quia nullo iure constat necessitiam esse Calicis consecrationem ad essentiam Sacramenti, tum quia sicut validè confici potest Sacramentum in Calice non consecrato, ita validè conferri potest character Ordinis per traditionem Calicis non consecrati; attentè tamen inuigilandum est ab Episcopo ne Calice non consecrato vtatur, cùm non sine maxima causa constitutum sit, vt Calices consecrentur, & non nisi à personis sacris tractentur, *cap. in sancta de consecrat. dist.* 1.

In Pontificali Romano hæc munera Subdiacono assignantur, aquam ad ministerium Altaris præparare, Diacono ministrare, pallas Altaris, & Corporalia abluere, Calicem & patenam in vsum Sacrificij eidem offerre, oblationes populi suscipere, & supra Altare ponere, licèt ria tantùm officia Subdiacono assignent Raban. *lib.* 1. *de instit. cleric. cap.* 8. Alcuin. *lib. de diuinis officiis cap.* 35. Eatenus verò dicitur Subdiaconus diuinis Sacramentis inseruire, quatenus sacra vasa, lintea, panem, & vinum ad venerabile Eucharistiæ Sacramentum præparat, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1 *num.* 13. Ægid. de Coninck *disput.* 20. *dub.* 3. Bouer. *de Republ. Ecclesiast. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *vers. ex his planè*, *pag.* 370. Vasq. *disput.* 236. *cap.* 2. *cum seqq.*

Manus impositionem, &c.] Notatur ad hoc quòd Subdiaconus non accipit impositionem manus, vt per Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 8. §. 2. *lit. K.*

De manu Episcopi.] Ergo de essentia Sacramenti requiritur quòd ordinatus tangat instrumentum sibi porrectum ab Episcopo, vt per Syluestr. *in sum. verbo Ordo* 2. *quæst.* 5. *vers. tertio*, Nao. *in man. cap.* 22. *num.* 17. Sot. *in* 4. *dist.* 24 *quæst.* 1. *art.* 3. *vers. vnum autem*, Viuald. *in candel. aureo p.* 1. *vbi de Sacram. Ordinis n.* 21.

Cap. Acolytus. XVI.

Acolytus cùm ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat cerofetarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, accipiat & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam Sanguinis Christi. Hactenus Concil. Carthagien. IV. *cap.* 6. quod refert Gratianus *hic*. Vnde colligitur materiam huius Sacramenti esse cereum extinctum simul cum vrceolis vacuis, sicuti tradunt S. Thom. *in* 4. *dist.* 24. *q* 2. *art.* 3. *vers. Acolytorum Ordo*, Viuald. *in candel. aureo part.* 1. *vbi de Sacram. Ordinis num.* 15. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 9. §. 1. Vasq. *tomo* 3. *in* 3. *part. disputat.* 236. *num.* 29. & 30. & *disput.* 237. *sub num.* 32. *vers. caterum*, Molfes. *in sum. Theologia moralis tract.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 19 & 51. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.* 2. *alleg.* 11. *num.* 8. Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 27. *num.* 2.

Huius autem munus est candelabra, luminaria, & vrceolos ad aram deponere, & portare, ac necessaria pro Eucharistiæ ministerio Subdiaconis præparare Vide S. Thom. *d. art.* 3. *ad* 6. Greg. Lop. *lib.* 11. *in princ. tit.* 6. *part.* 1. Troc. *de vero & perfecto clerico, lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 10. *in princ.* Petr. Greg. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 16. *cap.* 6. Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 8. Card. Bellarm. *de Clericis cap.* 12. *vers. quartus Ordo*, Iacob. de Graff. *in aureis decisionibus p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. & *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 56. Rodulph. Cupers *in repetit. c. oportebat* 79. *distinct. in tit. de Acolytis*, plures refert Carolus de Graffis *de effectibus clericalibus*, *in prælud num.* 287. nouissimè Andr. Piscara Castald. *in praxi caremon. lib.* 1. *sect.* 4. *cap.* 1 *cum seqq.* Acolytorum etymologiam habes *ad cap. cleros num.* 24. *distinct.* 21.

Summarium.

1 *Exorcista cùm ordinatur accipit de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi.*
2 *Liber exorcismorum in ordinatione Exorcista traditur pro materia; & pro forma, verba ab Episcopo proferenda.*
3 *Exorcista officium quod sit, ostenditur.*
4 *Exorcistis cauendum est ne cum dæmone iocentur.*

Cap. Exorcista. XVII.

Exorcista cùm ordinatur accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sint exorcismi, dicente sibi Episcopo, *Accipe, & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sine baptizatum, siue catechumenum.* Desumitur ex Concil. Carthaginen. IV. *cap.* 7. Vnde colligitur 1
in Ordinatione Exorcistæ pro materia tradi librum Exorcismorum, & pro forma verba illa Episcopi suprà relata, vt aduertunt S. Thom. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 2. & 3. Viuald. *in candel. aureo p.* 1. *vbi de Sacram. Ordinis num.* 12. & 13. Card. Bellarm. *de cleric. lib.* 1. *cap.* 13. *vers. tertius Ordo*, Henriq. *in summ. lib.* 10. *cap.* 9. §. 2. Molfes. *in sum. Theologia moralis tractat.* 2. *cap.* 6. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 10. & 15. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part* 2. *allegat.* 11. *num.* 11. Ad illum 3
enim pertinet exorcismos memoria retinere, ac manus super energumenos, & à malis dæmonibus obsessos exorcizando imponere, eósque adiuuare adiurando illos per Dominum, vt exeat ab eis Satanas, quod mysterium pluries fuit operatus Dominus, vt legitur in Euangelio, quòd multos dæmones expulit, & præcipuè à persona Mariæ Magdalenæ, à qua fugauit septem. Vide ad hoc Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 38. Iacob. de Graff. *in aureis decisionibus part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Rodulph. Cupers *in repet c. oportebat dist.* 79. *sub tit. de exorcistis art.* 1. quos refert Carol. de Graffis *de effectibus clerical. in prælud. num.* 286. quibus addo Henriq. *d.* §. 2. Petr. Greg. *syntagm. iuris part.* 2. *lib.* 16. *cap.* 5. Card. Baron. *annal.*

annal, Eccles.tom.1.anno Christi 59.num.7. Vasquez *de Ordine disp. 235.n.23. vers. tertium, & n.24.*

Exorcistis cauendum est ne cum dæmone iocentur, & curiosa, nugaciáve misceant colloquia, vt aduertit Martin. Delr. *disquisit.magic.lib. 6. cap. 2.sect. 3.de remedijs supernaturalibus diuinis,seu Ecclesiasticis, vers.quartum est exorcismus.*

In gloss. *Super energumenum.* ibi, *energumeni dicuntur lunatici, & obsessi à dæmone,* &c. Vide Durand. *in ration.diuin. lib.1.cap.6.vers.qui autem,* Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib.1.cap.48. §. de irregularitatibus homicidij col.11 pag.28.* Petr. Gregor. *d.cap.6.num.1.* vbi ait energumenos dici a verbo Græco quod significat detineri atque impediri, quasi energumeni sint à dæmone impediti, subdítque aliquando lunaticos dici energumenos, velut in eos agat luna.

Cap. Lector. XVIII.

Lector cùm ordinatur faciet de illo Episcopus verbum ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium, post hæc spectante plebe, tradat ei Codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum, *Accipe, & esto relator verbi Dei habiturus, si fideliter, & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministrauerint.* Desumitur ex Concil. Carthaginen. IV. *cap. 8.* Ex quo colligitur in ordinatione Lectoris pro materia porrigi ei librum lectionum de prophetis, formam autem esse verba illa Episcopi suprà relata, vt per Troc. *de vero & perfecto clerico cap.19. num.6. & 7.* Iacob. de Graff. *in aureis decis.part 2.lib.1.cap. 9.num.6.post princ. & num.18. in fine.* Card. Bellarm. *de clericis lib. 1. cap. 13. vers.secundus Ordo,* Henriquez *in summ. lib.10.cap.9.§.1.* Molfes. *in summ.Theologiæ moral. tract.2. cap.5.* Vasq. *tom.3.in 3. part. disput. 236.cap.2.num.19.cum seqq.* Galganet. *de iure publico lib.3.tit.26.num.1.* Filliuc. *tract. 9.num. 21.& 51.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part. 2. allegat. 11. numero 10.*

Eius autem officium est lectiones legere, ac veteris Testamenti, & sacrarum historiarum libros recitare, & verè populo pronunciare, quod, etiam exercuit Dominus noster Iesus Christus in medio seniorum librum Esaiæ aperiens, & legens. Vide Anastas. Germ. *de sacrorum immun. lib. 3.c.3.n.63.* Roduph. Cupers *in repet.c.oportebat 79. dist. in tit.de Ordine Lectoris art.1.* quos refert Carol. de Graffis *de effectibus clerical in prælud.n.285.* Gregor. Lop. *l.1 in princ. tit. 6. part. 1.* Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 16.c. 4.* Vasq. *de Ordine disp. 236.cap.2.n.16.cum seqq.*

Cap. Ostiarius. XIX.

Ostiarius cùm ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit qualiter in Domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claues Ecclesiæ de Altario, dicens, *Sic age quasi redditurus Deo rationem pro ijs rebus, quæ his clauibus recluduntur.* Desumitur ex Concil. Carthaginen. IV. *cap. 6.* vnde colligitur materiam huius Sacramenti esse claues, quę cùm Ostiariis ordinatur, ei porriguntur, & formam esse verba illa prolata per Episcopum in traditione clauium, vt per Durand. *in ration.diuin.lib.1.c.4.n.4.* Iacob.de Graff. *in aur.decisio. part.1.lib.1.cap.9.num. 6. in princip. & num.16.* Card. Bellarm. *lib.1. de clericis cap. 13.vers.primus,* Henriq. *in summ. lib. 10. cap.9.§.2.* Molfes. *in summ. Theologia moralis tractat.2.cap.4.* Filiuc. *tractat.9. numer. 22. & 51.* plures refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.2. alleg.11.num.9.*

Eius autem officium est sacras ædes tueri, aperire, & recludere, & omnia quæ sunt intus & extrà custodire, fideles recipere, & infideles, ac excommunicatos expellere, quo quidem officio functus fuit Dominus noster Iesus Christus in propria persona quando eiecit ementes, & vendentes de Templo, item quando dixit, *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales.* Vide Henriquez *d.§.2. lit. L.* Vasq. *de Ordine disp. 236.cap.2.num. 17.& 18.* Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib. 3. cap.3.num.64.* Iacob. de Graff. *in aureis decis.part.1.lib. 1.cap.6.num.6.* Rodulph. Cupers *in repet.cap.oportebat 79. dist. in tit. de Ordine Ostiarij,* plures refert Carol. de Graffis *de effectib.clerical.in prælud.à num. 283.*

Cap. Psalmista. XX.

Psalmista, idest, Cantor potest absque licentia Episcopi sola iussione Presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero, *Vide vt quod ore cantas, corde credas, & quod ore credis, operibus comprobes.* Desumitur ex Concil. Carthaginen. IV. *cap.10.* & confertur Psalmistatus, seu prima Tonsura in abscissione capillorum S.Thom. *in 4.dist.24.q.2 art.1. vers. vlterius,* Henriq. *in summ.lib. 10. cap.9.§.3.& 4.* Vnde cùm nihil dicatur de materia, & forma essentiali Psalmistæ, colligi videtur illú eas minimè habere, ac proinde sine prolatione aliquorum verborum validam esse tonsurationem tenent illi, qui affirmant eam non esse Ordinem, & præcipuè Nauar. *cons. 4. de Sacrament. non iteran, in nouis,* Fornar. *in tract. de Ordine cap.7.* Molfes. *in summ. Theologia moral. tract. 2. cap.3.num. 20.* Vasq. *de Ordine disp. 236. cap num. 5.* Cuius tamen contrarium resoluunt Doctores per me citati *in collect. ad proœm.Sexti num.12.de officio, & potest.Episcopi part.1.alleg.2.num.16.*

Officium autem Psalmistæ est canere in choro, atque benedictiones dicere, sed hoc ministerium non pertinet per se ad Ordinem aliquem, cùm hoc munus cantandi diuinum Officium, licèt ad totam plebem fidelium non pertineat, nihilominus non est ita proprium clericorum, vt illi soli ad illud assumantur, Card. Baron. *annal. Ecclesiast. tom. 1. anno Christi 44. num. 80.* Soar. *de Relig. tom.2. lib.4.de horis Canon.cap.9.num. 14.cum seqq.* Vasq *de Ordine disp.236. cap.1. num. 5.*

Cap. Prohibete. XXI. *Anicet. II.*

Anacletus Papa relatus in hoc text. prohibuit Clericis sub anathemate comā nutrire, vt referunt Illescas *in Chronico Pontificali part.1.lib.1.cap.7. & 14.* Menoch. *de arbitr. casu 392.num.25.* Carol. de Graffis *de effectib. clericalibus effectu 37.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p. 2. alleg.9.n.10.* Bellet *disquisit. clerical. part.1.tit.de disciplina clericali §.17. num.11. cum sequentibus,* Duaren. *lib. 1. de sacris Eccles. minist. cap.4. vers. Specialiter,* Pelag. *de planctu Eccles. lib.2. cap. 14. vers. ad euidentiam.*

In modum sphæra. Præcipit Pontifex vt cleri super caput in modum sphęræ radant, vt per Fusc. *de Visitat. lib. 1. cap. 20. num. 13. in fine,* Menoch. *de arbitr. casu 392. num. 26. cum seqq.* vbi aduertit legendum esse *sphæra*, non autem *spera*, vt etat in vulgatis Codicibus.

Cap. Si quis. XXIII. *Greg. II.*

Gregorius II. de quo Card.Baron. *annal. Eccles. tom.9.anno Christi 714.cum seq.* in Cócilio Romæ habito

habito in Basilica S. Petri *cap.*17.de quo idem Baron. *anno Christi* 721. *ex num.*1. vbi *num.* 4. refert verba huius text. statuit non posse clericum comam nutrire, de qua materia latè dixi *in collect. ad cap.* 4. *de vita, & honest. cleric.*

In gloss. *Sit anathema.* ibi, *& Innoc.dicit quòd admoneri debet priusquam suspendatur.* Ergo non est ipso iure excommunicatus, sed si admonitus cessare noluerit, tunc venit excommonicandus, vt per Sot.*in* 4. *dist.*24.*q.*2.*art.*1.*col.*5.Soar. *tom.*5.*de censur.disput.*18. *sect.*3.*num.*19.

Cap. Sacratas. XXV. *Soter.*

SOter Papa omnibus Episcopis Italiæ *epistola* 2. relatus in hoc textu, vestimenta Altaris, ac vasa sacrata mulieres tangere, & incensum circa Altaria deferre prohibuit, & refert etiam Azor. *institut.moral.* *part.*1. *lib.* 9. *quæst.*6.*& lib.* 10.*cap.*29. *quæst.* 2. Greg. Lop. *l.*1.*gloss.*10.*tit.*11. *part.* 2.Troc.*de vero,& perfecto clerico lib.*2.*cap.* 3.*num.* 2.Henriq. *in sum.lib.*9.*cap.* 28. §. 3.*& in comm.lit.S*,Cardin. Baron.*annal. Eccles.* *tom.*2.*anno Christi* 179. *num.*51.vbi obseruat rationem huius decisionis fuisse,quia ex Montani hæretici secta poterant fœminæ in sacris ministeriis se immiscere, Et quòd nulla fœmina præsumere debeat ad Altare accedere, & Presbytero ministrare, dixi *in collect. ad cap. inhibendum de vita,& honestate clericorum.*

Et hinc colligunt aliqui fœminas incapaces esse Ordinis clericalis, vt per Ledesm.*in* 2.4.*quæst.*1.*art.*1. Iacob.de Graff. *in decisionibus aureis part.*1. *lib.* 1.*cap.* 1.*num.*56.Henriq.*in summa de sacramento Ordinis lib.* 5. *cap.* 16.§.1. Suar.*de censur.disp.* 51.*sect.*2.*in princip.* Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit.de discip. clerical.* §. 8.*num.*5.

Pallas.] Vide Soar. *de Sacram.disp.*18.*sect.*8.*art.*3. *vers. quartò addendum est.*

Cap. Non oportet. j. XXVI.

Ex Concil. Laod.

COncilium Laodicense sub Damaso Papa *cap.*21. statuit sacrarium Sobdiaconis ingredi non licere, quod multis sanctorum Patrum, & Conciliorum auctoritatibus ornat Soar. *de Sacram.disput.*80.*art.*8. *sect.*3.*vers. dices secundò, & vers.tertium exemplum sit.*

Cap. Ministrum. XXVII.

ORarium hîc accipitur pro stola secundùm Azor. *instit. moral.part.*1.*lib.* 10.*cap.*28.*quæst.*10.& videalia, quæ de orario cumulaui ad *cap.Ecclesiastica, hac eadem dist.& ad c.Monacho* 17.*q.*1.Et an & quando ornamenta Altaris, & vasa sacra possint tangi à laicis, seu fœminis, vide Syluest. *in sum verbo Missa* 1.*q.*2.§. 2 Sot. *in* 4.*dist.*13.*quæst.*2.*art.*3. *vers.sed crimen hoc,* Henriquez *in sum. lib.* 9.*cap.*28. Soar. *tom.*1. *de Sacrament.disput.*81. *sect.*8.*vers.tertium exemplum, & seqq.*

Cap. Mulier. XXIX.

Ex Concil. Carthag.

EX hoc text. colligunt aliqui laicos non posse prædicare, de quo vide quæ dixi *in collectan. ad cap. cùm ex iniuncto* 12.*num.* 3.*&* 4.*de hæret.*& *ibi* citatis adde Valer. Reginald. *lib.* 18. *num.* 121. Bellet. *disquisit.cleric.part.*1.*tit.de disciplina.cleric.*§.1.*num.*7. Ex commissione tamen Parochi illos posse prædicare, tenet Dec. *in cap.*2.*num.*19.*de iudic.* Nau. *cons.*7 *num.* 3. *de officio deleg. in nouis*; non enim est actus annexus alicui Ordini, & ideo prædicantem in mortali non peccare mortaliter, resoluunt Valent. *in* 3. *part. quæst.*64. *disp.*3.*q.*5. *puncto* 3.Soar. *de Sacram.disp.*72. *sect.*4.Vasq.*de Sacram. disp.*138.*cap.*5.*num.*39.Sanch. *de matrim.lib.*2.*disp.*6.*num.* 5.Ægid.de Conink *de Sacram. in genere quæst.*64.*art.*9. *dub.*1.*num.*39.quamuis contrarium teneat Caiet.2.2.*quæst.*187. *art.* 2.*& in* 3. *part. quæst.*64. 6.

Cap. Non liceat. j. XXXI.

Ex Concil. Brac.

SAcra Altaris vasa, quæ cuilibet ex Lectoribus, aliisque portare non licet, vt ait text. *in præsenti*, intelliguntur Calix, & Patena, quia hæc sola ita dicuntur, sic interpretatur Turrecr. *hic num. vnico*, Iacob. de Graff. *in aureis decision.p.*2.*lib.* 2. *cap.*14.*num.*8.Sanc. *in præcepta Decalogi tom.*1.*lib.* 2. *cap.*43.*num.*26. vbi subdit nullam esse culpam si laicus reuerenter Sanctorum reliquias portet, ac contingat.

Cap. Non liceat. *ij.* XXXII.

Ex Concil. Martini.

N*Isi Subdiacono.*] Ergo Subdiacono licet tangere vasa Sacra, de quo vide Soar. *tom.* 1. *de Sacram. disp.*81. *sect.*8.*art.*3.*vers.alia autem forma,& vers.tertium exemplum sit.*

Clerici comam non nutriant.] Vide Doctores citatos *in collect. ad cap.* ;.*de vita,& honest. cleric.*

Patentibus auribus.] Notatur ad hoc, quòd clerici debent portare capillos ita tonsos vt aures pateant, sicut notat ex hoc text. Greg. Lop *l.*39.*gloss.*7. *tit.*5.*part.*1.

Distinctio XXIV.

Cap. Nullus. I. *Syluest.*

PRobat hic text. non licere Acolytis, nec Subdiaconis tangere vasa sacra, de quo vide Cardin.Bellarm.*de sacram.Ordinis lib.*1. *cap.* 7. *vers. olim tamen,* Soar. *de Sacram. disput.*81.*sect.*8. *art.* 3. *vers. tertium exemplum, ad fin.*

Gloss. vnica in hoc text. celebris est, dum probat notoriè habiles examinandos non esse, prout eam referunt, & ad hoc notant Felin. *in cap.vltim.num* 28. *de præsumpt.* Dec. *in cap. constitutus* 46.*num.*3.*notab.*4.*de appellat.* Henriq. *in sum.lib.* 10.*cap.* 18.*lit.A* Cauall. *commun.contra commun.q.*302.*num.*14.Duen. *reg.*299. *vers. vndecimò fallit,* Lambertin. *de patronat. lib.* 2. *part.*1.*q.fin. art.*3.*n.*1. Mandos. *in reg.*14.*de malè promotis quæst.*3.*num.*4.*cum seqq.* Mench.*illustr. cap.* 103. *num.* 19.Gonzal. *ad reg* 8.*Cancel.gloss.*4.*num.*86.Vnde licèt ordinatus nullo præmisso examine, nullâque præhabita inquisitione deponendus sit, iuxta text. *in cap. si qui sine examinatione* 81. *dist.* tamen si esset cognitus,& dignus, nec peccaret, nec deponeretur, si absque præcedenti examinatione fuerit Ordinibus insignitus, sicut docent Syluest. *in sum. verbo Ordo* 2. *in* 2. Maiol. *de irregul. lib.*4.*cap.*9. *n.*6.Campan.*in diuers. iuris Canon. rub.*3.*num.* 6.

SVMMA

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur agentes de intellectu, & materia Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 5 quod innouat textum in praesenti.*

2 *Formula denunciandi in Ecclesia illum, qui ad Ordines promouendus est, remissiuè.*

3 *Episcopus debet à latere suo eligere Sacerdotes, & alios prudentes viros, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, aetatem, institutionem inuestigent.*

4 *Genus ordinandorum inuestigandum est, an scilicet ex Catholicis parentibus, vel praeditione damnatis, aut matre serua nati sint.*

5 *Originem à Iudaeis trahentes non sunt ab ordinatione excludendi.*

7 *Episcoporum munus est in scrutinio faciendo circa personam promouendam prae caeteris in titulum ordinandi inquirere.*

CAP. Quando, V.

Ex Concil. Nannetem.

1 Memorabilis est hic text. circa examen & scrutinium ordinandorum faciendum, quem innouat eius vestigiis inhaerendo, Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 5. & 7. licèt in aliquibus conuenire non videantur, quia hic text. decernit, quòd quando Episcopus disponit ordinationes facere, omnes volentes accedere ad sacrum ministerium debent conuenire feria quarta praecedenti ad examinationem coram Episcopo, qui viros prudentes, diuinaeque legis gnaros, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus eliget, vt illa inuestigent, quae inferiùs memorabo. At Concil. Trid. *d. cap.* 5. requirit, vt per mensem antea adeant Episcopum, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoueri publicè in Ecclesia propositis, de requisitis diligenter inquirat, & testimoniales litteras ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Episcopum quamprim n transmittat, de cuius Cōciliaris decreti materia agi .t Hentiq. *in sum. lib.* 10. *c.* 17. §. 1. Homobon. de Bon *de examine Ecclesiast. part.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *q.* 16. Vgolin. *de officio, & potestate Episcopi cap.* 26. §. 18. Ego ipse *in simili tractat. part.* 2. *alleg.* 10.

2 Formulas autem denunciandi in Ecclesia illum, qui ad Ordines promouendus est, & litterarum testimonialium Parochi emanantium vigore facultatis euulgandi nomina ordinandi, posui *in meo formulario Episcopali form.* 3. & 4. & *post. form.* 2. instructionem feci ad inquirendum per Parochos super vita, & moribus ordinandorum. Deputati autem ad examinandos eos, qui ad Ordines, siue minores, siue maiores promoueri petunt, antequam ad examen articulorum veniant, quomodo, & de quibus inquirere debent ab eo, qui ad examen accessit, instructionem feci *in dicto formul. Episc. post. form.* 10.

3 Deinde disponit hic text. vt Episcopus à latere suo eligere debeat Sacerdotes, & alios prudentes viros gnaros diuinae legis, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, aetatem, institutionem, locum vbi educati sunt, & benè litterati, si instructi in lege Domini diligenter inuestigent: per eadem ferè verba disponit Concil. Trident. *dict. sess.* 23. *de reformat. cap.* 7.

Genus namque primo loco relatum requisitum declaratur, an ex Catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut matre serua nati sint, iuxta expositionem Majoli *de irregul. lib.* 4. *cap.* 2. Henriquez *in sum. l.* 10. *c.* 17. §. 1. *in comment lit.* G. Auil. *de censur. part. disput.* 4. *dub.* 4. Sanch. *in praecepta Decalogi tom* 1. *lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 15. vbi multis citatis Doctoribus ait Concil. Trid. *d. cap.* 7. in illis verbis, *Ordinandorum genus*, voluisse, vt Episcopi inquirant an promouendus sit ex filiis, aut nepotibus haereticorum, fautorum, defensorum, receptatorum, quos ius à suscipendis Ordinibus excludit vsque ad secundum gradum via masculina, & vsque ad primum via foeminina, vel an sit filius ancillae, & sic seruus, Cened. *ad Decretal. collect.* 77. *num.* 2. vbi dicit, quòd verbum, *genus*, in hac materia propriè idem significat, quod legitimus, vel liber, non autem refertur ad descendentes ex genere Hebraeorum, refero ego ipse *d. alleg.* 10. *num.* 5. 4

Ideò non esse illos ab ordinatione excludendos (nisi aliud Canonicum obesset impedimentum) qui à Iudaeis originem trahunt, vel quorum maiores etsi haeretici fuerint, emendatos tamen esse constat, & reincorporatos Ecclesiae vnitati; & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiae poenitentiam recepisse, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius insistunt, aut paratos fuisse ad recipiendum eandem, resoluit Sanch. *dict. cap.* 28. *à n.* 10. & *à Sacra Congreg.* decisum fuisse refert Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarre lib.* 1. *tit.* 21. *l. vnica num.* 6. 5

In gloss. *Institutionem*, ibi, *id est, titulum*, Ita Campan. *in diuersorio iuris Canonic, rub.* 8. *c.* 1. *n.* 3. vbi subdit munus Episcoporum esse in scrutinio faciendo circa personam promouendam prae caeteris in titulum ordinandi inquirere, refero ego ipse *dict. alleg.* 10. *num.* 13. 6 7

In gloss. *Patriam*, ibi, *non propter natiuitatem, vel patriam carius, vel vilius emitur mancipium*. Notatur ad hoc quòd propter natiuitatem, vel patriam praesumitur quis bonus, vel malus, vt per Simanch. *de Cathol. instit. c.* 50. *n.* 8. & 9. & dicit Tiraq. *l.* 7. *connub. gloss.* 1. *n.* 17. per hunc text. quòd patria ordinandorum est inuestiganda, vt sciatur quibus ipsi sunt imbuti moribus. Faciunt plura quae circa hanc materiam cumulant Cosm. Magallan. *epist.* 1. *ad Titum c.* 1. *n.* 12. *sect.* 10. *annot.* 3. *n.* 3. Mendoç. *tom.* 1. *in lib.* 1. *Regum. cap.* 1. *n.* 1. *annot.* 4. *sect.* 4. *ex num.* 21. 8

DISTINCTIO XXV.

CAP. Perlectis. I.

Quae autem spectent ad ministeria vniuscuiusque Ordinis, dixi *sup. dist.* 23. ideò *hic* repetere non oportet. 1

Archidiaconus enim, &c.] De officio Archidiaconi agunt Lancel Conrad. *in templo omnium indicum, lib* 2. *c.* 8. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. & 2. *verbo Archidiaconus*, Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 3. *c.* 10. Galgan. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 21. Azor. *institut. moral, part.* 2 *lib.* 3. *cap.* 14. 2

Archipresbyter verò, &c.) De officio Archipresbyteri late tractant Lancel. Contad. *d. lib.* 2. *c.* 11. Gregor. Lop. *l.* 8. *gloss.* 1. *tit.* 6. *part.* 1 Hieron. Roman. *d. lib.* 3. *c.* 10. §. *succede. fol. mihi* 202. *verso*, Petrus Greg. *syntagm. iuris lib.* 15. *cap.* 21. Azor. *d. part.* 1. *lib.* 3. *c.* 15. Galganet. *dict. lib.* 3 *tit.* 21. 3

H Ad

Ad Primicerium pertinent, &c.) De spectantibus
4 ad officium Primicerij agunt Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 4. *consid.* 42. *fol.* 97. Grammat. *decis.* 64. *num.* 6. *cum seqq.* Azor. *dict. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. Galganet. *dict. lib.* 3. *tit.* 31. Cardin. Tusch. *pract. concl. lit. P. concl.* 650. Greg. Lop. *l.* 6. *gloss.* 1. *tit.* 6. *part.* 1. Læl. Zech. *de Republ. Eccles. cap.* 6. *num.* 1.

In gloss. *Prædicare*. ibi, *idest, legere.* Recipitur per Nao. *cons.* 2. *de temporib Ordin in antiq.*

In gloss. *Et iurgia*, ibi, *hic videtur quòd Archidiaconi habeant ordinariam iurisdictionem*, &c. De quo vide Greg. Lop. *l.* 4. *gloss. ult. ad med. tit.* 6. *part.* 1. Abb. *in cap. dudum num.* 35. *de elect.* Felin. *in rub. de offic. deleg. n.* 4. *vers. in crimin.* Corras. *lib.* 3. *miscel. cap.* 29. *n.* 12. Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum est nullum adeò veniale, quòd non fiat criminale, dum placet, declaratur.*
2 *Animæ in Purgatorio igne cruciantur ad tempus.*
3 *Leuitas materiæ excusat à mortali.*
4 *Pauperibus dare cibos delitiosos peccatum veniale est.*
5 *Ieiunij horam debitam, qui sine causa præuenit, qualiter peccet, ostenditur.*

Cap. Vnum orarium. III.

Ex Concil. Tolet.

1 DE Orario vide quæ dixi ad *cap. Monacho* 27. *q.* 1. Refert Gratianus auctoritatem Augustini ita dicentis, *Nullum peccatum est adeò veniale, quòd non fiat criminale, dum placet*, quæ dupliciter intelligi potest, primo de solo veniali ob deliberationis defectum, fit enim mortale dum plena deliberatione placet; vel secundò de omni veniali, quando ex legis contemptu placet: ita Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *quæst.* 13. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *in fine.* An autem & quando veniale peccatum in mortiferum vertatur? Vide Cou. *in cap. alma p.* 1. §. 7. *n.* 7. Nauar. *in man. cap.* 23. *de vana gloria n.* 27. Gregor. Lop. *l.* 23. *gloss.* 2. *post med. tit.* 4. *part.* 1. Anton. Gom. *tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. *post princ.* Viuald. *in candel. aureo p.* 3. *cap.* 22. Lotea *de peccatis disp.* 59.

Igne transitorio.] Notatur ad hoc quòd in Purgato-
2 rio animæ ad tempus igne cruciantur, non tamen per Angelos bonos, aut malos, vt per Henriq. *in fine summæ*, vbi de fine hominis *cap.* 25. §. 3. *lit. I.* Card. Bellarm. *lib.* 2. *de Purgat. cap.* 13.

Quæ autem sint minuta peccata.) Notatur ad hoc
3 quòd leuitas materiæ excusat à mortali, vt per Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *num.* 2.

Si pauperibus esurientibus, &c.) Notatur ad hoc quòd
4 pauperibus dare cibos delitiosos peccatum veniale est, vt, per Tiraq. *de nobilit. cap.* 10. *n.* 146. Cordoba de Lara *in l. si quis à liberis* §. *sed si filius, num.* 48. *ff. de liber. agnoscend.* Pined. *in vita S. Ioannis Baptistæ lib.* 3. *art.* 2. *cap.* 1. *pagina mihi* 130. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 2. *n.* 42. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 121.

In gloss. *Criminale*. ibi, *idest, cuius assiduitas*, &c. Notatur ad hoc quòd assiduitas in criminibus magis punitur cùm propter consuetudinem delinquendi augeatur pœna, vt per Dec. *in cap. cùm non ab homine, num.* 7. *de iudic.* Hipol. *singul.* 338.

In gloss. *Plus accepit*. ibi, *casu, non ex contemptu, & non ad ingurgitationem, aliàs esset mortale peccatũ.* Vult igitur gloss. quòd omni casu qui in cibo, aut potu plus accipit quàm necesse sit, peccat mortaliter, de quo vide Cou. *lib.* 4. *var. cap.* 20. *num.* 11. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 22. *num.* 52. *&* 53. vbi septem casus assignat in quibus circa cibum grauiter peccari potest.

In gloss. *Ieiunantibus*, ibi, *sed nónne comedere ante horam*, &c. Notatur ad hoc quòd lethaliter peccat 5
ille, qui sine causa legitima notabiliter horam ieiunij debitam præuenit, tametsi absque contemptu id faciat, vt per Caiet. 2. 2. *q.* 147. *art.* 7. Syluest. *in sum. verbo ieiunium quæst.* 4. *vers. tertium*, Couar. *lib.* 4. *var. cap.* 10. *num.* 14. *ad fin.* Nau. *in man. cap.* 21. *n.* 17. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 11. *q.* 4. vbi aduertit posse quem, præsertim Superioris auctoritate, ante horam consuetam comedere causa legendi ad mensam, docendi, iter faciendi, vel ob aduentum hospitum, aut alia iusta de causa: & subdit idem Azor. notabiliter anteuertere horam ieiunij debitam, itaut lethale peccatum admittat, eum, qui per vnam horam integram anteuertit; qui verò per semihoram, fortassis leuiter tantùm peccat. Vide Lessi. *de instit. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 13.

Cap. Qualis. IV. *Greg.*

AGitur in hoc text. de peccatis, quæ post hanc vi- 1
tam purgantur, de quo vide Abb. *in cap. significauit num.* 2. *& in cap. Deus num.* 6. *de pœnit.* Henriq. *in sum. lib.* 4. *cap.* 15. §. 9. *& ibi* gloss. *lit. K.* Ochogau. *de Sacram. tit. de sacram. Pœnit. q.* 21. *num.* 2. Item agitur de Purgatorio, de quo vide Dom. Sot. *in* 4. *dist.* 19. *quæst.* 3. Petr. Sot. *de instit. Sacerd. lect.* 1. *&* 2. *de Purgat.* Castr. *aduersus hæreses verbo Purgatorium*, Theodor. Peltan. *in tract. de Purgat.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontif. sub tit. de Purgator. pag.* 199. Cordub. *lib.* 1. *quæst.* 9. *de Indulgent.* Card. Bellarm. *in suis controu. Cathol.* vbi de Purgator. Greg. de Valent. *tom.* 4. *disput.* 11. *de locis, seu receptaculis animarum post mortem quæst.* 1. *puncto* 1. Gallet. *in margar. casuum conscientiæ, verbo Purgatorium*, Soar. *tom.* 4. *de Pœnis. disput.* 45. *sect.* 1. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 44. *art.* 1. Ægid. de Conink *de Sacrament. & censur. tom.* 1. *disput.* 11. Fernandez *in examine Theologiæ moralis p.* 3. *cap.* 8. *de Purgat.* Homobon. de bonis *de examine Eccles. tract.* 3. *q.* 61. *cum seqq.* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & Indulgent. part.* 2. *cap.* 29.

Quia si quis in Spiritum sanctum blasphemiam dixerit, &c.] Vide posita ad *cap. si Sacerdos, de pœnit. dist.* 1.

Distinctio XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia ante Baptismum inita non efficere contrahentem bigamum, & irregularem, qui teneant, referuntur, sed contrarium verius num.* 3.
2 *Homo nouus per batismum quis sit.*
4 *Bigamia impedimentum ad Ordines suscipiendos non induxit Ecclesia in alicuius delicti pœnam.*
5 *Iudæus effectus Christianus minimè puniri potest de delictis ante Baptismum commissis.*

Cap. Vnius vxoris. I. *Hieron.*

DIVVS Hieronymus scribens ad Oceanum *epist.* 8. relatus in hoc textu, ex- 1
pressè sentit matrimonia ante Baptismum inita non efficere contrahentem bigamum, & irregularem, idem tenuit *in epistolam* D. Pauli 1. *de Timoth.* 3. & refertur *in cap.* 1.

cap. t. 28. *quaest.* 3. *& in epist. ad Tit. cap.* 1. eiusdem opinionis fuerunt Gloss. ordinaria, & Lyra 1. *ad Timoth.* 3. Maior *in* 4. *dist.* 27. *quaest.* 6. *dub. vlt.* Almain. *in* 4. *dist.* 16. *q.* 1. Ductus est autem D. Hieronymus,
2 quòd ea marrimonia iam baptizato non imputentur, quasi nouus homo per Baptismum effectus sit, sicut nec stupra, & adulteria ante Baptismum patrata ei imputantur.

3 In contrariam verò sententiam iuit D. Augustinus *in epist. ad Titum, & de bono coniugali, cap.* 18. refertur *in cap. Acuim, hac ead. dist. & in cap. vlt.* 28. *quaest.* 3. & S. Ambros. *lib.* 1. *de offic. cap. vlt.* & refertur *in cap. vna, hac eadem dist.* & iam est definitum ab Innocent. I. *in epist.* 2. *c.* 5. *& epist.* 22. *c.* 2. & refertur *in cap. deinde, hac eadem dist. & in cap. si quis viduam il* 1. 34. *dist.* & referunt, ac sequuntur D Thom. *in* 4. *dist.* 27 *q.* 1. *art.* 4. *& in supplem. ad* 3. *part. quaest.* 66. *art.* 4. Couar. *in Clem. si furiosus, part.* 1. §. 2. *n.* 1. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. tit. *de discipl. cleric.* §. 5. *n.* 148. *&* §. 6. *n.* 17. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 7. Sayr. *de censur. lib.* 6. *c.* 3. *n.* 26. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 83. *n.* 9. Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 11. *cap.* . *n.* 3. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiae existentium, lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 21. Card. Bellarm. *de clericis cap.* 24. *vers. contra verò*, Gisald. *in decision. fidei, verbo bigamia, decis.* 3. vbi concludit assertionem tenentem contrarium, & bigamiam scilicet auferri per Baptismum, temerariam esse, quicquid distinguat Henriq. *in sum. lib.* 14. *de Irregul. cap.* 17. §. 1.

4 Ratio autem manifesta est, quia Ecclesia non induxit impedimentum hoc ad Ordines suscipiendos in alicuius delicti poenam, vt ea per Baptismum vnà cum delicto remittatur; sed quia id matrimonium non est aptum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia; qui defectus aequè inuenitur in matrimonio, ante Baptismum, ac post illum inito, sicut ante Baptismum corrupta non consecratur post illum instar Virginum. Vide Abb. *in cap. gaudemus num.* 16. *de diuort.* Syluest. *verbo irregularitas, num. vlt.* Cou. *d. num.* 5. Henriq. *in sum. lib.* 14. *de imped. irregular. cap.* 9. §. 3.

5 *Nec stupra, vel alia*, &c.] Notatur ad hoc quòd Iudaeus effectus Christianus minimè puniri potest de delectis ante Babtismum commissis, vt per Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quaest.* 68. *num.* 145. vide tamen Doctores, quos citaui *ad cap. gaudemus, de diuort. n.* 23. & adde Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiae existent. lib.* 4. *tit.* 68. *n.* 17. *& in tract. de Neophytis c.* 9. *n.* 26. vbi post Marquar. *de Iuda. part.* 3. *cap.* 5. *n.* 1. & alios concludit secundùm receptiorem opinionem teneri Neophytum ex delicto patrato ante Baptismum.

Cap. Deinde. III. *Innoc.*

1 DE materia huius text. vide quae dixi *suprà ad cap.* 1. *hac ead. dist. num.* 1. *&* 2. & collige bigamum esse qui ante Baptismum habuerit vnam vxorem, & post Baptismum alteram, de quo Villadieg. *de irregular. cap.* 16. *in princip.* vbi huuc text. vocat optimum.

2 *Meminerint hoc à Iudei interrogatum*, &c.] Notatur ad hoc quòd debet responsio interrogationi accommodari, vt per Soar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 2. *de Iuram. cap.* 13. *n.* 4.

3 In gloss. *Inter peccata.* ibi, *sed dico infamiam*, &c. Notatur ad hoc quòd infamia, & irregularitas omnis tollitur per Baptismum, vt per Syluest. *in summ. verbo Baptismus* 6. *q.* 2. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 11. *tit. de discipl. cleric.* §. 5. *n.* 147. *&* §. 10. *n.* 39. Sayr.

de censur. l. 6. *c.* 3. *n.* 27. *& cap.* 15. *n.* 10. *& lib.* 7. *c.* 1. *n.* 5. Maiol. *de irregul. l.* 5. *cap.* 51. *antè num* 11. *vers. propter dispensationis*, plures quod refert, & sequitur Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiae existent. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. De effectibus Baptismi, & quas maculas auferat, vide Soar. *tom.* 1. *de Sacram. q.* 69. *art.* 4. *disp.* 26. *sect.* 1. Ægid. de Conink, *de Sacram. & censur. q.* 69. *art.* 1. *cum seqq.* Vasq. *tom.* 2. *in* 3. *p. disp.* 156. *cap.* 1. 2. *&* 3. Carthag. *lib.* 3. *tit.* 42. *obseru.* 4. qui quatuor assignant praecipuos Baptismi effectus. Primus est animam abluere ab omni peccato: secundus est gratiae infusio, & virtutum theologalium, Fidei, Spei, Charitatis: tertius liberatae ab omni poenae reatu peccatis debito: quartus aperire ianuam Regni Coelorum.

Cap. Qui sine. V. & vlt. *Ambros.*

NOtari solet hic text. ad hoc quòd bigamus non potest ad Ordines promoueri, concordant alia iura *sup hac eadem dist c.* 1. *& c. maritum.* 33. *dist. cap. cognoscamus,* 34. *dist. cap. quicumque* 2. *cap. non confidat,* 50. *dist. cap.* 1. *&* 2. 55. *dist. c si quis,* 77. *dist.* Cou. *in Clem. si furiosus p.* 1. §. 2. Nau. *in man. cap.* 27 *n.* 195. Henriq. *in sum. l.* 12. *c.* 6. §. 9. Bellet. *disquis. cleric. part.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 6. *à princ.*

Distinctio XXVII.

Cap. Quidam. II. *August.*

AVGVSTINVS *in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam cap.* 10. prout eum refert Gratianus *in praesenti*, ait nubentes post votum non esse adinuicem separandos, quod omninò de voto simplici intelligendum est, vt notant Patres *in fine huius cap.* & ita probat votum simplex minimè dirimere matrimonium initum, vt resoluit Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp* 11. *n.* 4. Vnde quamtumcumque votum fiat publicè, & cum magna solemnitate, non irritabit matrimonium postea contractum, quia ad illud irritandum requiritur quòd publicè fiat, & sit solemne per susceptionem sacrorum Ordinum, vel per professionem factam in Religione approbata, ita S. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 7. *ad* 3. Nau. *in man. cap.* 12. *n.* 31. *vers. decimotertiò*, D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *n.* 99. Soar. *de Religione tom.* 3. *l.* 9. *c.* 3. *n.* 14. De voto autem solemni quòd impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, dixi latè *in collect. ad cap. vnic. de voto, lib.* 6. 1

Cap. Vouentibus. IV. *Hieron.*

GLoss. *verbo etiam velle, in praesenti*, tenere videtur posse Ecclesiam punire voluntatem, cui similis verbo ipse iure *in Clem.* 1. *de haeret.* quam glossatum senten iam tenent Adrian. *quolib* 8. *vers huius decisio*, Pigh. *de Eccles. hierarch. l.* 6. *c.* 16. Medina *in C. de Poenit. tract. de orat. quaest. de potest. Eccles. respectu actuum cordis*, Cordub. *l.* 4. *q. Theologicar. q.* 13. & alij quos retuli *in collect. ad d. Clem.* 1. *num.* 36. Sed contraria sententia verior & receptior est, & expressè tuentur Castr. *l.* 2. *de iusta haeret. punit. cap.* 18. Nauar. *in man. c.* 23. *n.* 103. *ad fin. & ad cap. fin. de simon. num.* 20. *vers. nec obstat*, Simanch. *de Cathol. institut. cap.* 41. *n.* 2. Cutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. *&* 5 Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 4. *sect.* 1. Vasq. 1. 2. 1

disp. 160. *cap.* 4.*n.*19. plures quos plena manu refero, & sequor *in collect. ad d. Clem.* 1.*n.*37.

CAP. Si nupserit. V.

Hieronymus contra Iouinianum *lib.* 1. relatus *in hoc text.* ait Virginem nubendo non peccare, nubere quidem velle malum non est, sed potiùs bonum, atque remedium singulare concupiscentiæ malæ, & infirmitatis humanæ, bene Sotomaior *in epistol. ad Timoth. cap.* 5. *num.* 10.& 14. super illa verba, *nubere volunt*, vbi subdit per hunc text. quem allegat, posse ex accidenti matrimonium fieri malum atque culpabile, nempe si quis post votum continentiæ nubere velit, & nuptias affectet, de quo etiam Cardin. Bellarm. *de sacram. matrimon. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 21. *vers. sit igitur prima propositio.* Intellige tamen quòd licèt mulier habens votum castitatis non possit nubere absque peccato, iuxta hunc text. attamen vir, qui eam desponsauit, licitè illa vti poterit, non solùm reddendo, sed etiam exigendo, vt bene resoluunt Sylvest. *in sum. verbo matrimonium* 7. *quæst.* 5. *vers. sexto, in fine,* Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 33. *num.* 2. Soar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de obligat. voti, cap.* 16. *num.* 12.

CAP. Quod interrogasti. VI. *Nicol.*

Nicolaus Papa ad Aluinum Vienen. Ecclesiæ Archiepiscopum, relatus *in hoc text.* scribit quòd mulier, quæ sanctimonialem se esse finxerat, nubere non valet, vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor.* §.47. *num.* 4. Couar. *in cap.* 2. *num.* 1. *de testam.* Professio enim monialis potest induci per impositionem sacri velaminis factam à se ipsa, itaut impediatur reditus ad seculum, Caier. *in opusc. tom.* 1. *tract.* 31. *q.* 7. & dixi *in collect. ad cap. vidua, & ad cap. consulti, de Regularib.*

Per hypocrysim.] Illa enim est vitium quo quis factis vitæ integritatem & sanctimoniam fingit, ac simulat, cupiens, & studens bonus haberi, & prædicari, vt per Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 13. *vers. hypocrisis*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 17. *num.* 113. Less. *de iust. lib.* 3. *cap.* 47. *dub.* 6. *vers. est autem*, vbi subdit hypocrisim per se & ex genere suo esse peccatum veniale, aliquando tamen posse esse peccatum mortale ratione finis, quem intendit ipse hypocrita.

CAP. Presbyteris. VIII. *Calixt. II.*

Calixtus Papa II. relatus *in hoc text.* statuit vt in sacris Ordinibus constituti non ducant vxores, & si duxerint, separentur, de quo vide latè Tiraquell *l.* 15. *connub. num.* 118. Bernard. *in pract. c.* 80. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 138. *n.* 89. *cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 28. *cum seqq.* Et eundem Calixtum, qui sedit ab anno 214. vsque ad 220. fuisse auctorem constitutionis continentiam sacro Ordini annectentis, existimant Sot. *lib.* 7. *de iustitia, & iure q.* 6. *art.* 2. *vers. probatur*, & latè Vasq. *de Ordine disp.* 249. *cap.* 4. *num.* 39. & 37. Sed contrarium, immo ab ipso nascentis Ecclesiæ primordio omnibus Diaconis ac sacerdotibus fuisse prohibitum cōtrahere matrimonium, tenent Ægid. de Conink *de sacram. Ordinis disput.* 20. *dub.* 11. & Campan. *in diversi iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 3. *n.* 11.

Iuxta sacrorum Canonum definitiones.] Ergo solo iure Ecclesiastico annexa est continentia Ordinibus sacris, vt per Cou. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *n.* 2. Cuch. *lib.* 5, *instit. maior tit.* 12. *num.* 129. D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrimon. part.* 2. *n.* 89. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *q.* 1. & plures quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 27. *n.* 5. quibus addo Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 15. *n.* 15. *n.* 61. Homobon. de bonis *de humana vita statib. part.* 1. *cap.* 19. *propè fin. vers. quoad secundum*, & alios citatos per me *de officio, & potestate Episcop. part.* 2. *allegat.* 15. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Castitas olim apud Latinos assumptis ad Ordines sacros, & coniugatis, & non coniugatis iniuncta fuit.*

2 *Continentia in non coniugatis ad sacros Ordines ascendere cupientibus cœpit iniungi, & ita sacro Ordini esse annexa ex institutione Siricij Papa anno* 338.

3 *Continentiam promouendi ad sacros Ordines cogebantur antiquitùs expressè polliceri.*

4 *Ordinandorum nullus ex constitutione Martini Papæ tenentur continentiam expressis promittere verbis, sed tacitè.*

5 *Continentia annexa est Ordinibus sacris solo iure Ecclesiastico.*

6 *Obligatio, qua tenentur clerici sacrorum Ordinum ad continentiam seruandam, non consurgit immediatè ex constitutione Ecclesiæ, sed ex voto castitatis.*

DISTINCTIO XXVIII.

IN hac Distinctione latè agitur de continentiæ voto sacris Ordinibus annexo, sed vt omnia iura de eo loquentia facilè intelligi possint, aduertere oportet olim ab initio nascentis Ecclesiæ assumptis ad Ordines sacros, & coniugatis, & non coniugatis, vtriusque autem apud Latinos iniunctam castitatem, perpetuòque obseruatam fuisse, vt de coniugatis constat ex *Clem. Romano epist.* 2. *col.* 2. & alijs citatis per Basil. Ponc. *de impediment. matrim. cap.* 3. § 2. illis verò, qui non coniugati ad sacros Ordines ascendere cupiebant, cœpit continentia iniungi, & ita sacro Ordini esse annexa, ex institutione Siricij *anno* 338. *in cap. plurimos* 82. *dist.* vt asserunt gloss. *verbo qui Sacramentis, in cap. præterito* 84. *dist.* & Clitou. *lib. de contonent. cap.* 4. eamque postea confirmauit Innocent. I. *anno* 408. vt videtur deduci ex *cap. proposuisti* 82. *dist.* quod deinde ad ministros extendisse Gregorium colligitur ex *cap. nullum, hac ead. dist.* & ex *cap. ante triennium* 31. *dist.* 1

2

Hanc continentiam promouendi cogebantur antiquitùs expressè polliceri, *cap. nullam, cap. præterea, quando, hac ead. dist.* illi tamen qui ad Diaconatus, & Presbyteratus Ordinem ascendere cupiebant, *cap. proposuisti, & cap. plurimos* 81. *distinct.* & confirmauit postea Leo I. extendítque ad Subdiaconatum, *cap. omnium Sacerdotum* 32. *dist.* cuius lex non obligauit illicò, quia vsu recepta non fuerat, *cap. in istis* 4. *dist.* ideò Gregorius Magnus cœlibatum annexum Ordini sacro etiam Subdiaconatui mandauit esse coniunctum, *d. cap. ante triennium* 31. *dist.* & postmodum Vrbanus II. *in cap. erubescant, ead. dist.* Postremò autem ex constitutione Martini Papæ nemo ordinandorum tenetur hanc continentiam expressis promittere verbis, sed tacitè, vt silentium ordinati pro consensu reputetur. *cap. Diaconus*, 27. *dist. cap. Diaconi, hac* 3

4

hac ead. dist. Sicut enim in Religiosis instituti susceptione erat professio tacita per longinqui temporis gestationem habitus,& etiam expressa, ita mihi videtur probabile, quod docuit Gregor. de Valentia 1. 2. *disput.9. generali quæst. 5, puncto 3.* fuisse tacitam, & expressam professionem continentiæ in Ordinibus suscipiendis,ipsamque Ordinis Ecclesiastici susceptionem iuxta Ecclesiæ leges fuisse tacitam professionem, & emissionem voti continentiæ, illosque ira obligati,& ab Ecclesia compelli, ac si expresse votum emisissent castitatis,non secus ac ij, qui longo tempore habitum religiosum gestauerunt.

5 Ex quibus iam primò colliges solo iure Ecclesiastico annexam esse continentiam Ordinibus sacris, vt tradunt Doctores per me citati *ad cap. Presbyteris, 27.dist.*

6 Secundò colliges obligationem illam, qua tenentur clerici sacrorum Ordinum ad continentiam seruandam,non consurgere immediatè ex constitutione Ecclesiæ, sed ex voto castitatis, quod Ecclesia suo præcepto annexuit Ordinibus sacris, cogitque eos,qui Ordinem sacrum assumunt, vt votum castitatis emittant, non expressè,sed facto ipso,& tacitè, quamuis enim non voce voueant, at facto & opere profitentur castitatem per sacrorum Ordinum susceptionem; quamuis enim Ecclesia neminem possit absolutè cogere ad continentiam,quòd sit res meri consilij,*cap. integritas 33.q.2.*potest tamen in Ordine sacro,quem confert, apponere conditiones, & leges iustas illi statui conuenientes,qualis est vt ad illum promotus castitatem voueat; & ideò ha meritò tenent Anton. Cuch. *lib.5.instit.maior.sit.12.n.219.*Gutier.*canon.lib.5.cap.7. n.2.*Spin. *speculo testam.gloss.11.princ. n.2. vers. votum autem solemne,*Azor. *instinat. moral. part.1.lib.13. cap.13. quæst.6. & cap.14. quæst.10.* D. Barbos. *in rubr. ff.soluto matrimon. part.2.num. 100. & 101.* & plures alij, quos plena manu refert,& sequitur Sanch. *de matrim. lib.7. disput.27.num.10.*

Cap. Decernimus. II. *Innoc. II.*

De Clerico in Sacris constituto, quòd si vxorem duxerit, aut concubinam habuerit, Ecclesiastico beneficio,& officio careat, per hunc text. tenent Abb. *in cap. 5. qui clerici vel vou.* Bernard. *in practic. cap. 80.num.5.* Azot. *instinut. moral.part.1.lib.13.cap. 12. quæst.3.* & quòd efficiatur irregularis, adeò vt nec in susceptis Ordinibus ministrare, nec ad maiores Ordines suscipiendos admitti possint, resoluunt Conar.*de sponsalib.part.2.cap.6.§.3.num.1.* Nau. *in man. cap.17. num.195,*Decian.*in tract.crimin.lib.6.c.22 num.9.vers. item clericus,* Vinald.*in candel. aureo part.1.tit.de matrim.n.230.* Mariens. *in rub.tit.t.gloss.1.n.157.lib.5.noua recop.* Ceuall.*commun.contra communes q.558.num. vnico,*Sayr.*de censur.lib.6. c.4.num. 22.* Sanch. *de matrim.lib.7.disp.85.num.5.in fine,*Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.31. num.110.*Bonacin. *de matrim.q.3. puncto 9.num.8.* Bellet. *disquisit.clerical. p.1. tit. de discipl. cleric.§.5.num.75.*Farinac. *in praxi criminal.part. 5.quæst.138.num.98.*

Debeant esse.] Ergo tenentur clerici in sacris constituti in statu clericali perseuerare, neque possunt sine apostasia illum deserere,vt per Soar.*in defens.Fidei aduersus Anglicanæ sectæ errores.lib.4.c.17.n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Filios habens non potest in Episcopum promoueri, sed contrarium verius, vt num.2.*

2 *D. Petrus vxorem habuit, & ex ea filiam Petronillam.*

4 *Clemens IV. tempore promotionis suæ duas habebat filias.*

5 *Declaratur text. in præsenti.*

6 *Declaratur text. in c. de Syracusana, hac dist.*

7 *Declaratur text. in cap. Catinensis, 61. dist.*

Cap. Priusquam. IV. *Greg.*

Hic text. solet allegari ad hoc quòd filios habens non potest in Episcopum promoueri, & gloss. *hic verbo paruulam,* subdit quòd hodie iure communi nullus talis promouendus est in Episcopum, simills text. *in cap. de Syracusana, hac ead. dist.* ibi,*per quam principalis constitutio habentem filios, & vxorem ad Episcopatus Ordinem promoueri prohibet,* &c. quæ principalis constitutio est *auth. de sanctissim. Episcop. in princ. collat. 9.* In idem est text. *in cap. Catinensis, 61.dist.*ibi,*qui nec vxorem habeat,nec filios, nec crimen aliquod Canonibus inimicum,* &c. cùm non debeant in Episcopos eligi,qui longam corporis sui continentiam non habeant. Sotomaior *in epist.1.ad Timoth.c.1.n.9. verbo pudicum.* Facit quia etsi nulla detur prohibitio,in recto tamen gubernandi regimine,satis inordinatum videtur illos ad Episcopatum eligere, qui proptet nimiam in filios affectionem vt plurimum, & cupiditate,& auaritia miserè detinentur, hi sunt clerici,& Episcopi erga filios, & nepotes, *gloss. vlt. in c. peruenit 1.q.3.* Vnde probabile resultat periculum quòd bona per vxorem, filios, nepotes, & cæteros temerè dissipabuntur,vt satis insinuat *d.c.de Syracusana;* & ideò prædictum huius text. notabile tenent Innoc. *in cap.1.de testam.* & *ibi* Abb. *num.2.* & hanc partem esse magis consonam iuri affirmat Nau.*de spoliis cleric. §.19.num.2.* 1

2 Verùm quòd filios habens possit in Episcopum promoueri, probat text. *in cap. sint manifesta.vers.fore assis 12.q.1.* vbi gloss. *verbo aut filios,& in cap. Episcopus qui filios 12.quæst.1.*D.Paul. *1. ad Timoth.3.* ibi, *Episcopum vnius vxoris virum,* & ibi, *filios habentem,* refertur *in c.1. in princ.26. dist.* idque plerisque constat exemplis, patet in D. Petro, qui vxorem habuit, & ex ea filiam Petronillam,Clemens IV. tempore promotionis duas habebat filias ex vxore legitima, vt videre est penes Platinam *in eius vita*, apud quem in vita Alexandri III. idem reperies, & eum hac sententia transire Doctores communiter post Host.fatetur Abb. *d num.2.* affirmat communem, & receptam Nauar. *loco citato,*vbi testatur se plures vidisse Episcopos, & alios Prælatos filios habentes promotos fuisse à sede Apost.nulla facta de filiis mentione,neque aliqua super eo habita dispensatione. 3 4

5 Qua recenta opinione non obstant quæ pro prima supra adduximus, in primis enim ad text. *in præsenti,* facilè respondetur non agere de habente vxorem, sed de habente filiam, qui retro antè à longo tempore incontinens fuit, quod longè diuersum est à castitate coniugali. Ad *d. cap. de Syracusana,* respondetur textum illum quoad intentum nihil de nouo statuisse, sed retulisse se ad Imperialem constitutionem, de qua *in d. auth. in princ.* quæ in primis interdicere non potuit electionem ad Episcopatum, iuxta reg. *cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constit. cap. vlt. de rebus Ecclesiæ non alien.*cum alijs; deinde si rectè aduertas, Iustinianus *ibi* absolutè non probauit talium promotionem, sed solummodo quando promouendus vxorem habuit legibus interdictam, aut alio defectu laborantem,non verò si vnicam, & primam, vt patet *ibid. in versiscul. etsi prius.* Denique ad text. *in cap.Catinensis,* 6 7

respondetur cum *gloss. pen. ibidem*, textum procedere propter præsumptionem, quæ est contra habentem filios quòd bona Ecclesiæ dissipabit, & vt cesset labor faciendi inuentarium, de quo *in d.cap.de Syracusane*, & tandem quia datis paribus terminis ab benè esse melius erit illum eligere, qui nullis occupationibus detinetur, & multò magis paratus est ad munus iniunctum exequendum, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 7. *Solicitus es quæ sunt mundi*, &c.

In gloss. *Ab altera parte.* ibi, *quia nomine partis medietas designatur.* Vide quæ latè dixi *in tract. de appellatione verborum vtriusque iuris signific. appell.* 186. *num.* 8.

Cap. De iis. V. *Ex Conc. Tolet. II.*

CONcil. Toler. II. *cap.* 1. habitum anno 5. Amalarici Regis circa tempora Ioannis Papæ II. statuit quòd ad Subdiaconatum accessori continentiam profiteantur, & refertur *in hoc text.* ex illóque notant Bernard. *in pract. cap.* 80. *n.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 27. *n.* 3. *&* 10.

Circa ætatem ordinandorum in maioribus adest decretum Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 12. & latè dixi *de officio, & potestate Episcopi p.* 2. *alleg.* 16.

A primis infantiæ annis.] Idest, post primos infantiæ annos, vt exponit Menoch. *de arbitr. casu* 57. *n.* 11. propositio enim à idem quod *post* significat *in præsenti*, vt multis ostendit Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, & postea, n.* 21. *C. de renoc. donat.*

Quibus autem voluntas propria, &c.] Notatur ad hoc quòd Ecclesiæ integrum non est iis, qui hactenus ad Ordines minores prouecti sunt, continentiæ legem indicere, vt per Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *quæst.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 31. *num.* 4. Vasq. *de Ordine disp.* 249. *cap.* 4. *n.* 39.

In gloss. *Infantia.* ibi, *idest, pueritia, quia infantia non durat, nisi vsque ad septennium.* Vide Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 57. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Ancyranum Concilium, licèt Prouinciale fuerit, approbatum tamen & receptum est.*

2 *Continentiam an vellent profiteri olim apud Græcos in ordinatione dabatur optio, quam si semel profiterentur, non ampliùs licebat impunè vel inire coniugia, vel contractis vti.*

3 *Græcis nunquam licuisse post sacrum Ordinem nuptias contrahere, existimarunt nonnulli.*

4 *Alij aliter dixerunt.*

Cap. Diaconi. VIII. *Ex Ancyr. Synod.*

1 DEsumitur hic text. ex Concil. Ancyrano *can.* 10. inter Græcos celebrato post tempora Marcelli Papæ circa annum Domini ferè 308. de quo Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *an Christi* 314. *post med.* quòd etsi Prouinciale fuerit, approbatum tamen, & receptum est frequentibus Græcorum Synodis, vt constat ex *cap. quoniam sancta, & ex cap. prima adnotatio* 16. *dist.* & probatur à Leone IV. *in cap. de libellis* 20. *dist.* vbi sic habetur. *Quibus autem in omnibus Ecclesiasticis vtimur iudiciis, sunt Canones Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium*, &c.

Ex hoc text. constat olim omnibus absolutè apud Græcos in ordinatione datam optionem an vellent profiteri continentiam, quam si semel profiterentur, non ampliùs licebat impunè vel inire coniugia, vel contractis vti, si tamen nollent continentiam profiteri, licebat vxores ducere, & si coniugati erant, vti matrimoniis antea contractis, ita Theologi veteres ferè omnes Scholastici, vt per Richard. *in* 4 *dist.* 37. *art.* 1. *q.* 1. *in solut. a.* Scot. *q. vnica*, Palud. *ibidem q.* 1. *concl.* 4. Thom. de Argent. *q. vnica art.* 1. *in solut. ad* 4. *contra* 2. *concl.* Sot. *eadem dist. q.* 1. *art.* 1. *& de iustit. lib.* 7. *quæst.* 6. *art.* 2. *pag.* 2. Card. Bellarm. *lib.* 1. *de cleric. cap.* 19. *col.* 3. *vers. probatur secundò.* Caietan. *in opusc. tom.* 1. *tract.* 27. Petr. Sot. *de institut. Sacerdot. lect.* 5. *&* 6. Quintanad. *lib.* 1. *rerum Ecclesiasticarum, cap.* 6. *num.* 9. qui meritò hunc dicit esse communem sensum.

Scio non defuisse alios opinantes Græcis nunquam licuisse post sacrum ordinem susceptum nuptias contrahere, Valent. *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 5. *puncto* 5. Petr. Bollo *in sua œconom. Canon. classi* 1. *cap.* 1. §. 5. Vasq. *in* 3. *part. disput.* 249. *c.* 3. Ægid. Conink *de Sacram. disput.* 20. *de Ordine dub.* 12. Suar. *de relig. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 14. & respondent text. *in præsenti* intelligendum esse eo casu procedere, si protestati fuerint se velle vxores habere, hoc est, velle se vti vxoribus ante Ordinem ductis, intelligentes præterea verba illa, *si postea ad nuptias venerint*, idest, si nuptiis antea contractis vti voluerint, sic tacito eorum nomine referunt Henriq. *in summ. lib.* 10. *cap.* 14. §. 5. *lit. D.* Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *quæst.* 4. & Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 28. *num.* 7. *vers. ad quintum.* Qui intellectus violentus apparet, & nonnulla supplet, & ex verbis Canonis manifestè refellitur, nam verba illa, *ad nuptias venerint*, non est vti vxoribus antea ductis, sed tunc de nouo eas ducere, vt aduertit Vasq. *de sacram. Ordinis disp.* 246. *cap.* 2. *num.* 16. 3

Denique Archid. Turrecrem. & Gemin. *in præsenti* exponunt id, quod dicitur *in hoc cap. si postea ad nuptias venerint*, hoc est, si postea matrimonium contraxerint facto ipso, non iure, tunc separentur ab vxoribus, quas duxerunt facto, non iure, eo quòd matrimonium non valeat, & separati ab vxoribus in ministerio permaneant, hoc est, non deiiciantur à Clero, Balsamon *in comment. super Concilium Ancyranum*, quem sequitur Mich. de Medina *lib.* 2. *de continentia cap.* 14. *sub fin.* ait hunc Concilij canonem esse abrogatum in Concil. VI. generali *can.* 6. *Trullano*, vbi definitur Subdiaconis, & Diaconis nullo modo licere ad nuptias transire, quòd si transierint, esse ab vxoribus seperandos, & hac præstita responsione nunquam licuisse Clericis etiam Græcis post sacros Ordines nuptias contrahere concludunt Azor. & Sanch. *citatis locis.* Vel meliùs forsan responderi poterit Concilium de quo *in præsenti*, non habuisse ratum coniugium à Diaconis contractum, nec liberam facultatem eis concessisse illud contrahendi, & in matrimonio sic contracto vxore vtendi, sed tantùm statuere, vt ordinatus, qui si ex licentia Episcopi contraheret, de gradu suo & Ordine non amoueretur, sed post huiusmodi nuptias in eo permaneret, ita tamen vt vxore sua minimè vteretur, quia in text. solùm dicitur Diaconos de gradu suo remouendos non esse, ita Turrian. *lib.* 2. *de dogmaticis characteribus* 5. *ad hæc obiiciens*, Bouer. *de Republ. Ecclesiast. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. 5 *à Subdiaconatu, pag.* 377. Aliter potest responderi cum Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno Christi* 314. *num.* 88. sed prima sententia forsan communior est, & receptior. 4

Cap. Presbyter. IX. *Ex Conc. Neocæs.*

NEocæsariense Concilium *cap.* 1. sub Syluestro I. celebratum secundùm Card. Baron. *annal. tom.* 3. *anno*

anno Christi 314.*post med.pag.*128.vbi *in verf. Presbyter*,refert verba huius text.statuit quòd Presbyter ducens vxorem deponatur ab Ordine.Hodie verò si constituti in Sacris matrimonium contrahebant,excommunicationem incurrunt, *Clem.eos, de consang.* & deinde suspecti sunt de fide, ac in eos possunt Inquisitores animaduertere, Palat. *in repet. cap. per vestras , de donat.inter virum* §.18.*num.*26.*verf.ex quo* , Penia *in direct.Inquis.p.*2.*comment.*74.*verf.atque*.Patam.*de origine Inquis.lib.*3.*q.*10.*num.*75.& 98. Carol. de Graff. *de effectib.cleric.effectu* 5.*num.* 4.Farin.*de haresi quast.*183. *num.*72. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor , cuius licentia, vel dissimulatione vir ad Ordines sacros promotus est, ita tenetur ad castitatem, vt viro defuncto nequeat validum matrimonium inire.*

2 *Amplia ad vxorem, qua nec expresse consensit , nec dissensit, sed conscia promotionis viri ad Ordines, dissimulauit.*

3 *Vxor,qua conscia promotionis viri,at potens commodè reclamare , nec consensum , nec dissensum prastitit, sed dissimulando tacuit,potest virum repetere.*

Cap. Quia sunt. X. *Greg.*

1 CAsus in terminis huius text. fuit de vxore , quæ conscia promotionis viri ad Ordines , mortuo viro iam facto Diacono ad alias nuptias transijt , & sic ait Gregor. *lib.*2.*epist.*59. relatus *in præsenti.* *Si in coniugio Diaconi mulierem, de qua agitur , fuisse constiterit* &c *qui malè sociati sunt,disiungantur.* vbi gloss. *verbo fuisse*, subijcit , supple & ipsum ordinatum vxore sciente : vnde colligitur vxorem, cuius licentia, vel dissimulatione, vir ad Ordines factos promotus est, ita teneri ad castitatem, vt viro defuncto nequeat validum matrimonium inire. Colligitur etiam ex *cap. si se, & ex cap. si qua vidua , hac eadem dist.* resoluunt Ochogau.*de sacram.matrimon.quast.*53.*num.* 8. Azor. *institut.moral.part.*1.*lib.*13.*cap* 14. *quast.* 11. Sanch.*de matrim.lib.*7.*disput.*40.*num.*2.vbi *num.*3. subdit legitimam rationem , cur hoc matrimonium irritum sit, non esse quòd votum simplex vxoris efficiatur solemne per actionum communicationem , sed quia Ecclesiastica constitutio ob reuerentiam Ordinis assumpti à viro ea licentiam vxoris vouentis castitatem,reddidit eam ad subsequens matrimonium inhabilem.

2 In gloss. *Fuisset.* ibi,*sed scuit , & tacuit* , &c. Hæc gloss. extendit suprapositam resolutionem ad vxorem, quæ nec expressè consensit,nec dissensit , sed conscia promotionis viri ad Ordines dissimulauit, eo quòd tunc censeatur vouere continentiam, vt per Host. Archid.Domin,Turrect.& alios,quos refert Sanch.*d.disp.* 40.*num.*5.vbi tamen subdit se id non credere, sed existimare vxorem dissimulantem id minimè pati detrimentum, Idem *eodem lib.*7.*disput.*38.*num.*15. contra plures citatos à se *num.*14. resoluit vxorem , quæ con-

3 scia promotionis viri, ac potens commode reclamare, nec consensum,nec dissensum præstitit, sed dissimulando tacuit,posse virum repetere,quia ea ea dissimulatione nullum vxori præiudicium generatur, sed ius suum virum repetendi illæsum manet , quia ad rem tam arduam iura non contenta sunt vxoris dissimulatione, quæ varias Interpretationes patitur, nec signum apertum licentiæ est, vt expressè definitur *in cap. consuluit, de conuers.coniug.*

Cap. De Syracusanæ. XIII. *Pelag.*

VIde quæ circa materiam , & intellectum huius text. dixi ad *cap. priusquam, num.*6. *suprà hac eadem distinct.* & adde quod aduertit Bouet. *de Republ. Ecclesf.part.*2. *lib.*2. *cap.*10.§.*sextum dictum, pag.* 387. quòd Pelagius *in præsenti* dùm electum coniugatum Episcopum consecrari permittit, non ei coniugis vsum indulget.

Habita rerum descriptione substantiam. &c.] Notatur ad hoc , quòd Episcopus tempore, quo Episcopatum consequitur , tenetur facere inuentarium illarum rerum , quas ipse ex patrimonio , vel alio titulo comparauit, vt per Couar. *ad cap.*1.*de testamen. num.*9,*verf.tamen Episcopus.* Ceneḍ. *ad Decretal. collect.*145. *num.*2. aduertens quòd si Prælatus hoc non fecerit , præsumitur contra eumdem nihil habuisse, & quòd omnia intuitu Ecclesiæ acquisierit , vt in simili de hærede non conficiente inuentarium probat *authent. de hared. & falcid.* §. *sancimus , collat.* 1. *verf.patet.*

Cap. Si quis docuerit. XIV.

Ex Canone Apost.

DVm in Canon. Apostolorum *can.*6. aliàs 5.statuitur vt Presbyter causa religionis non contemnat propriam vxorem, prout refertur *in hoc text.*colligi ex eo videtur tempore Apostolorum coniugatis ad sacrum Ordinem cooptandis vsum anterioris matrimonij permissum esse, vt per Clicthouæ. *de continentia Sacerd. cap.*4 *cum seqq.*& sentit Henriq. *in sum.*vbi *de Ordine, cap.*14.§.7. *verf. eodem statuto.*Contrariam tamen opinionem , nempe quod circa Apostolorum tempora cunctis fuerit Sacerdotibus vxorsus vsus interdictus, probat auctoritas Apostol. ad Titum *cap.* 1. *dum.* 9. *Oportet Episcopum esse continentem* ; cùm enim Apostoli Spiritu sancto edocti necessariam esse Ecclesiæ continentiam prospicerent,fatendum est illos docuisse nonnisi continentes ministros esse suscipiendos;quare ita tenet Sot. *lib.*7. *de Iustit. quast.* 6. *art.* 2. *concl.* 3. Con.*de sponsal.part.*2.*cap.*6.§.3, *num.*1. Cardin.Bellarmin. *de clericis lib.* 1. *cap.* 18. & 19. Non obstat hic text. solùm enim prohibet ne Sacerdotes sic vxores contemnant, vt eis, liberisque, & familiæ non prouideant,sed debent adhuc eas alere,& alimenta præstare? at verò citra contemptum communi thoro ex amborum consensu abstineat,aduertunt Sot. *d.concl.*3. *Verf. sed est prætera*, Card. Bellarm.*d. lib.*1. *de clericis cap.* 18.*col.*2.*verf. ad primum.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus dispedsare non potest cum Clerico in Sacris constituto viduam ducente quoad officium, secus in beneficio.*

2 *Ordinatus sacris Ordinibus etiamsi ignorauerit votum Ordini annexum, tenetur omninò continere,nec potest validè matrimonium inire.*

Cap. Presbyterum. XVI.

Ex VI. Synodo in Trullo.

PRobat hic text. non posse Episcopum dispensare cum Clerico in Sacris constituto viduam ducente quoad officium , secus in beneficio , sicuti tradunt Ioan. Andr. *in cap.vlt. insin. de bigam.* vbi Butr. 1

in fine, Card. *opposit*. 2. Abb. & Bellem. *in fine*, quos refert Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 86. num. 21*. cum Clerico enim ex matrimonio contracto bigamiam incurrente solus Papa potest dispensare, vt per Auil. *de censur. p. 7. disp. 8. dub. 4.* Ægid de Coniok *disput. 18. dub. 14. num. 110.*

Non legalibus nuptiis.] Non intelligas de secondis nuptiis, sed de quibuscumque à Presbyteris contractis, omnes enim sunt prohibitæ, ita Soar. *tom. 5. de censuris disp. 49. sect. 2. num. 8.*

In gloss. *Habere*. ibi, *beneficium tenebit*. Ergo suspensus non priuatur beneficio, de quo vide Soar. *tom. 5. de censur. disp. 16. sect. 3. num. 2. cum seqq.*

2 In gloss. *Ignorantia* ibi, *Arg. quòd licet aliquis ignoret se debere, continere qui ordinatur, tamen ex eo, quòd recipit Ordinem, tenetur continere*. Nota quòd ordinatus, sacris Ordinibus etiamsi ignorauerit votum Ordini anneaum, tenetur omninò continere, nec potest validè matrimonium inire, eo quòd potuerit Ecclesia iustissimam de cælibatu Clericorum legem indicere, atque ea ligare quoscumque in posterum promouendos, siue sciuerint, siue ignorauerint prædictam legem, vt pluribus citatis tradit Sanch. *d. lib. 7. disput. 27. num. 11.*

In gloss. *Priuatus est*. ibi, *si Sacerdos est excommunicatus, vel suspensus, non debet priuatim dicere Horas Canonicas*, &c. Ita Cou. *in cap. alma mater, part. 1. §. 3. num. 8.* Nauar. *in man. cap. 7. num. 17.* Soar. *tom 5. de censur. disputat. 11. sect. 2. num. 14.* Lessi. *de instit. lib. 2. cap. 37. dub. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus I. consultus à Bulgaris, quid responderit refertur.*

2 *Græcis licuit vxoribus vti, quas ante ordinationem duxerant.*

3 *Bulgari quare reprehensibiles, ac improbi vocantur, qui cum essent Presbyteri habebant vxores, ostenditur.*

Cap. Consulendum. VII. & vlt.

Nicolaus I.

1 Nicolaus I. consultus à Bulgaris, qui semper tenuerunt, & retinent Græcorum morem, num eorum Presbyteri habentes vxores sustentandi essent? respondet *cap. 70.* vt habetur *in hoc textu*, his verbis. *Licet ipsi valdè sint reprehensibiles, vos tamen Deum connenit imitari, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos*, ex quibus posset aliquis existimare Sacerdotes Græcos vtentes matrimonio ante Ordines inito, peccare, sed in eo manere permitti ob eorum duritiem, tanquam minùs malum instar permissionis lupanarium, vt sentiunt quidam quos tacito nomine refert Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 12. quæst. 1.* De hac consultatione Bulgarorum ad Nicolaum I. agit latè Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 10. anno Christi 866. in princ.* & verba huius text. referuntur *tom. 3. Concilior.* sub rescripto Nicolai I. *pag. mihi 517.*

2 Verùm dicendum est Græcis licuisse vxoribus vti, quas ante ordinationem duxerunt, eósque minime peccare, vt clarè colligitur ea *cap. aliter, 31. distinct.* vbi Stephanus Pontifex Græcorum morem refert, nec reprehendit, & similiter Innocent. III. *in cap. quæsitum, de pœnitent. & remiss.* clarè supponit eum vsum esse licitum, ibi, *quæsitum est vtrùm Sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet vti*, & Concilium Lateranense sub Innocentio III. *in cap. vt Clericorum, de vita, & honestate Clericorum, in fine*, id clarè dicit, ibi, *qui autem secundum regionis sua morem non abdicarunt copulam coniugalem si lapsi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio vti possint*, vbi *gloss. fin.* id dici ait propter Græcos, qui in Sacris constituti vtuntur matrimonio antea contracto: quare hanc partem sustinent Azor. *d. quæst. 1.* Lodou. Lopez *in instructor. conscientiæ. part. 2. vbi de matrimon. cap. 49. col. 1. vers. ad verbum*, & post D. Antoninum, Syluest. Sot. & alios, tenent Sanch. *de matrim, lib. 7. disp. 28. num. 6.*

Restat nunc vt exponamus quare Bulgari vocantur reprehensibiles, ac mali, & improbi, si receptam vsu consuetudinem à magna Synodo probatam sequebantur, & quare reprehensioni Græci subiaceant, qui cùm essent Presbyteri, habebant vxores, quòd vt clarè intelligatur sciendum est procedente tempore eò insaniæ Græcos peruenisse, quo se se magis Latinis opponerent, vt omnes, qui ordinabantur, ad nuptias cogerent, nec vllum, nisi coniugatum, ordinarent, quod olim reprehendit in Vigilantio Hieronymus his verbis, *Si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi priùs vxores duxerint, nulli calibi credentes pudicitiam, immo ostendentes quàm sanctè ipsi viuant, qui malè de omnibus suspicantur*, in hanc etiam insaniam proripuere Græci primùm, quantum suspicari possunt, post sextam Synodum, cùm in Trullo conuenientes sine capite legitimo, odio in Latinos concitati illum decimumtertium Canonem ediderunt, vbi nec antea coniugatos priuant vsu coniugum, nec antea coniugatos volunt reiici ab Ordinibus suscipiendis, & in eorum susceptione continentiæ professionem prohibent. Hanc eamdem Græcorum insaniam nobis apertè ostendit Humberti disputatio, aduersùs Nicetam Pectoratum tempore Leonis VIII. quæ habetur apud Cardinalem Baronium *tom. 11. in fine*, inquit enim, *ante omnia autem comprobamus te mentitum ipsi veritati in eo quòd dixisti nostros priùs ordinari, deinde vxores sortiri.* 3

Distinctio XXIX.

Cap. Sciendum. I. *Isid.*

Ex hoc text. colligitur quatuor considerationibus posse Canones inter se pugnantes ad concordiam reduci, nempe ratione causæ, personæ, loci, & temporum, vt per Cou. *in cap. alma mater, part. 2. in initio num. 1.* & vide quæ dixi *in collect. ad proœmium Decretal.*

Non indagantur.] Notatur ad hoc quòd confessio in iudicio ex abrupto, & absque deliberatione facta potest quandocumque reuocari, etiam non doctò de errore, vt per Decian. *resp. 8. num. 106.*

Cap. Necesse. III. *Hieron.*

Iuxta diuersitates locorum, &c.] Notatur ad hoc quòd non omnibus Communitatibus, & Rebuspublicis eædem leges conueniunt, vel vtiles sunt, vt per Aristot. *lib. 5. ethicor. cap. 7.* Couar *in cap. alma mater, in initio num. 3.*

Imperiti medici.] Peritia medici quomodo cognoscatur tradit Petr. Rebuff. *in concord. rub. de collation. §. preterea, in verbo medicina, pag 366.* hæc autem dari non potest in medico nouo, quia illum pestem in patria

patria dicit Alberic. *in l. prouidendum, in princip. C. de postulando*, & ideo Scotos medicos iuuenes in Angliã mittere, vt ibi se exerceant in grauem inimicorum perniciem, referunt Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 3. tit. de mat. possess. gloss. vnic. num.* 13. & Iacob. Benni. *de priuileg. Iureconf. p. 3. priuil.* 55. *num.* 4. Medicum imperitum, ex cuius ignorantia mortuus est ægrotus, extraordinariè debere puniri, resoluit Ripa *de peste cap.* 7. *num.* 7. nam medicus errans maiori pœna punitur, quàm iudex etiam errans, vt tradit Burg. de Paz *l.* 1. *Tauri num.* 26. Si tamen infirmos dolo ipsius Medicè decessit, tunc pœna mortis punitur, vt aduertit Menoch. *de arbitr. casu* 581. *num.* 3. & quam restitutionem facere tenetur, vide apud Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 10. *num.* 98. vbi citat Medin. *in C. de rebus restituen. quæst.* 9.

DISTINCTIO XXX.

VIDE Cardin. Cæs. Baron. *tom. 3. annal. Ecclesia anno Christi* 361. *num.* 57. *vers. sed & quod*, vbi reprehẽdit Gratianum dum *in principio huius distinctionis*, firmat causam Concilij Gangrensis fuisse hęresim Manichæorum.

SVMMARIVM.

1 *Parentes necessitate oppressos qui deseruerint occasione diuini cultus, anathematizantur in Concilio Gangrensi.*

2 *Filius peccabit mortaliter si Religionem ingrediatur parentibus in graui necessitate constitutis.*

3 *Filius etiamsi votum Religionis habeat, adhuc tenetur parentes necessitate oppressos non deserere, vt illam ingrediatur, donec cesset eorum necessitas.*

4 *Filius ingrediendo Religionem potest deserere parentes necessitate oppressos, si spem probabilem non habet subueniendi eorum necessitatibus, vel si pater, aut mater habet alios filios, vel alium modum.*

5 *Filius, quem ipsimet parentes ad peccandum prouocant, vel in sæculo morari nequit absque proximo lethaliter peccandi periculo, potest Religionem ingredi, relictis parentibus necessitate oppressis.*

6 *Filij tenentur honorare parentes.*

7 *Filij habentes parentes Iudæos, vel aliter infideles in necessitate constitutos, non possunt eos deserere causa adeundi Religionem.*

8 *Patri infideli, & malo potius subueniendum est, quàm alteri fideli sancto.*

9 *Pater hæreticus egens præferendus est extraneo Catholico in eleemosyna à filio eroganda.*

CAP. Si qui filij. I. *Ex Conc. Gangrens.*

1 ANathematizantur in Concilio Gangrensi hîc relato, filij deserentes parentes necessitata oppressos occasione diuini cultus, vt refert Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 3. Vnde non licere filio, immò illum peccare mortaliter, si Religionem ingrediatur, parentibus in graui necessitate constitutis, quibus non potest prouideri nisi ipse maneat in sæculo, resoluunt D. Thomas 2. 2. *quæst.* 101. *art.* 4. *ad* 4. D. Antoninus 3. *part. tit.* 16. *cap.* 2. *in princ.* Nauat. *commento* 3. *de Regularibus num.* 48. *& in man. cap.* 14. *numer.* Siluest. *in summ. verbo Religio.* 2. *q.* 4. Angl. *in floribus Theologicis in quæst. de voto, pag.* 94. *cum seqq.* Sebast. Medic. *in sum. peccatorum p.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 16. *vers. quinto*. Pedraça *in sum. in* 4. *præcepto Decalogi fol.* 36. *vers. Aqui se offrece, & in* 7. *præcepto fol.* 96. *vers. la sexta*, Corduba *de casibus conscient. q.* 151. Ludon. Lop. *in Instruct. conscient. part.* 1. *cap.* 34. *vers. peccatque filius* Sayr. *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 1. Azor. *institut. moral. pars.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *q.* 5. *& lib.* 12. *cap.* 1. *quæst.* 8. Lessi. *de Iustitia lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 3. *n.* 34. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 13. *art.* 5. *vers. tertiò dico*, Iacob. de Graff. *lib.* 3. *cons.* 5. *de voto num.* 8. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 19. *num.* 12. Fr. Lodon. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 17. *artic.* 8. *conclus.* 1. Suar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 11. Bonacin. *in præcepta Decalogi disput.* 6. *quæst. vnica puncto* 5. *num.* 4. Bartholà S. Fausto *in thesauro Religios. lib.* 3. *quæst.* 143. *cum seqq.* vbi *quæst.* 145. resoluit quòd si de facto filius parentibus in graui necessitate constitutis Religionem ingrediatur, & profiteatur, talis professio est valida, & *quæst.* 148. ostendit quando necessitas dicatur grauis, citati à Cened. *ad Decretum collect.* 10. *num.* 3. *in med.*

Amplia vt procedat etiamsi filius votum Religionis habeat, quia adhuc tenetur præfatos parentes non deserere, donec cesset eorum necessitas, vt tenent Sanch. *dicto cap.* 10. *num.* 8. & Suarez *dict. cap.* 58. *num.* 16. Et procedit quamuis in actu parentes in præfatã necessitate non sint, sed probabilibus coniecturis tractu temporis in eam absque filij auxilio esse casuros esse credirur, quia necessitas, quæ probaliter futura censetur, necessitati præsenti æquiparatur, ita Sanchez *dict. cap.* 20. *num.* 5. Suarez *dict. cap.* 5. *numer.* 3. *in fin.* Bonacin. *de legibus disp.* 6. *quæst. vnica puncto* 3. *numer.* 4. *vers. amplia*, quicquid dicat Fr. Emman. *in summa part* 2. *cap.* 6. *numer.* 4. Quæ quidem obligatio locum sibi vendicat, ne dum in graui parentum necessitate, vt dictum est, sed etiam cæterorum ascendentium, secundum Sanch. *d. cap.* 20. *numer.* 28. contra Suar. *dict. cap.* 5. *num.* 8. 3

Limita tamen vt non procedat in filio, qui spem probabilem non habet subueniendi necessitati parentum manendo in sæculo, Sayr. *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 5. Sanch. *dict. cap.* 20. *num.* 3. Suar. *d. cap.* 5. *num.* 4. Vel quando pater, aut mater habet alios filios, vel alium modum, quo suæ necessitati prospicere possit, Suar. *d. cap.* 6. *num.* 6. Sanch. *d. cap.* 20. *n.* 3. Suar. *d. cap.* 5. *num.* 5. 4

Vel quoque in filio, quem ipsimet parentes ad peccandum prouocant, Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 1. *quæst.* 17. *art.* 8. *conclus.* 2. Sanch. *d. cap.* 20. *num.* 12. Vel denique in filio, qui in sęculo morari nequit absque proximo lethaliter peccandi periculo, Sayr. *dict. cap.* 6. *num.* 7. Sanch. *d. cap.* 20. *num.* 11. Suar. *d. cap.* 5. *num.* 32. 5

Debitum honorem.) Ergo filij tenentur honorare parentes, vt per Nau. *in man. cap.* 14. *num.* 3. *vers. quinto*, Simanch. *de patre hæret. num.* 54. *cum seqq.* Mench. *lib.* 2. *illustr. cap.* 37. *num.* 5 Laneel. Conrad. *in templo omnium iudicum, lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *de solicitud, & officio Episcopi, n.* 70. Lara *in l. si quis à liberis* §. *vtrum, n.* 83. *vers. hanc sententiam. ff. de liber. agnosc.* Ioan. Gare. *de expensis cap.* 3. *num* 26. 6

Maximè fideles.) Notatur ad hoc quòd filij habentes parentes Iudęos, vel aliter infideles in necessitate constitutos, non possunt eos deserere causa adeundi Religionem, & est ratio, quia tenetur filius tales parentes alere, eisque succurrere, vt colligitur ex gloss. *hic verbo infideles*, & probat Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 18. *à num.* 3. Immo Gloss. *verbo domesticos, in cap. non satis* 86. *dist.* & in hoc textu Panorm. *in cap. si quis Episcopus notab.* 1. *de hæretic.* Barbat. *consil.* 63. 7

consil.63.col. 2. post medium vol. 2. & alij, quos refert,
8 & sequitur Surd.*dict.tit.1.quaest.96.num.1.* Iure optimo docent potius subueniendum esse patri infideli, & malo, quàm alicui fideli sancto, & in eadem necessitate constituto, nisi huiusmodi alimentorum præstatione parentes fierent deteriores, & ita demum quòd filius conuersus ad fidem teneatur alere parentes infideles etiam in concursu extranei fidelis, post Matquard.*de Iuda, part. 5. c. 4. n. 7.* & alios, resoluit Ricciulus *in tractat. de Neophyt.cap.9.num.14.*

9 In gloss. *Fideles.* ibi, *sed pone, quòd habes patrem hæreticum*, &c. Notatur ad hoc quòd pater hæreticus egens præferendus est extraneo Catholico in eleemosyna à filio eroganda, vt per Castr.*de iusta hæreticorum punit.lib.2.cap.7.* Surd *de aliment.tit.5. q.18.num.3. & quaest.19. à num. 3.* plures per.Sanch.*in præcepta Decalogi tomo 1.lib.2.cap.24.num.7.* Sed verius est non teneri, nisi pater extremè indigeat, ita Lara *in l si quis à liberis. § etsi impubes.a. 10 ff. de liber. agnosc.* Surd. *de aliment.tit.7.quaest.14.à num.29.* Sanchez *dict. cap. 24. n.7.* Farinac.*de hæresi quaest.182.num.14.*

In eadem gloss.ibi, *sed dicas, quòd patrem, qualiscumque sit, debemus proponere extraneo etiam sancto*, &c. Vide Perez *ad tit. 9. lib. 8. Ordin. pag. 212.* & citatos *suprà num.8.*

Cap. Quæcumque. II.

Concilium Gangrense *cap. 17.* de quo latè Card. Baron.*annal.Ecclesianno Christi 361.num.54.vers. at longè,cum seqq.* relatum à Gratiano *in præsenti*, statuit non debere mulieres comam sibi datam à Deo ad velamen & memoriam subiectionis amputare, & præscindere, vt pea Syluest.*in sum.verbo fœmina num. 3.* Tiraq. *l. 1. connub. gloss.1.part.1.num.21.ad med.* Et quòd coma in mulieribus sit pulchritudinis signum & ornatus; ex sacris & prophanis auctoribus tradunt Mantu. *lib. 8.obseru.76.* Pined.*in Iob.tom. 1.cap.-.vers. 30. num. 13.* Villalpand. *in epit. delict in defecus. cap.6.num. 18. cum seqq.* Intellige tamen text. de laicis mulieribus, non autem de Religiosis fœminis, quæ Deo, & Ecclesiæ dicatæ sunt, gloss. *in Clem. 1. de statu Regul.* cuius rei rationem assignat S. Thom.*super epist. ad Corinth. cap. 15.* quia Virgines intrantes Religionem assumunt pœnitentiæ lamentum, mulieres verò tempore luctus comam deponunt, vt post Senec. tradit Villalpand. *d. cap. 9. num. 19. & 20.*

Cap. Si quis tanquam. VII.

1 *SI quis, tanquam hoc continentia conuenire iudicans die Dominico ieiunauerit, in eiusdem diei contemptum, anathema sit.*] Vnde colligitur ieiunantem die Dominico peccare mortaliter, quia tale ieiunium est contra Ecclesiæ vniuersalis consuetudinem, cùm dies Dominici lætitiæ deputentur, non luctui, & pœnitentiæ, ita Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de consuet. in præfat. num. 73.* Card. Bellarm. *tom. 3. controu.3.gener. lib.2.cap.23.* Azot.*instit.moral.part.1.lib.7.cap.27.vers. septimò.* Iacob. de Graff. *cons. 13. num. 4.de voto*, Valer. Regin.*in praxi fori pœnit.lib.4.cap.12.num.137.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1. lib.2.cap.37. num. 11.* intelligendo iuxta ea, quæ dicam *num. seq.*

2 In gloss. *Contemptum.* ibi, *quia si non facit in contemptum illius diei, etiam omni die bonum est ei si ieiunet.* Sequitur Iacob.de Graff. *d. cons. 13. num. 8.* Vnde ieiunium in die Dominico non est semper prohibitum, sed solùm si quis in illis, vel ex superstitione ieiunet, vt Montanistæ faciebant, vel ex errore, vt Manichæi, & Priscillianistæ, vel ex contemptu Ecclesiæ, vt Eustathiani, & Arriani? vel denique cum scandalo aliorum, vt si quis vnum diem ieiunaturus, eligat diem Dominicum, ita Cardin. Bellarm. *d.c.23.* Azor. *d. cap. 27. quaest. 9.* Valer. Reginald. *d. cap. 11. num. 178.* Vnde & multi Eremitæ diebus Dominicis ieiunabant, vt ex vitis Patrum constat, & tradunt Sanch. *d. cap. 37.num.12.* Less. *de iustit.lib.4.cap.2. num. 168.* Filliuc. *tract. 27. cap. 5.num. 103.*

Cap. Si quis carnem. XIII.

SI quis carnem manducantem ex fide cum Religione præter sanguinem, & idolo immolatam & suffocatum crediderit condemnandum tanquam spem non habentem, qui eam manducat, anathema sit.] Hæc sunt formalia verba huius text. desumpta ex *canon. 2. Apostolorum*, & quamuis multi scripserint Apostolos hoc in loco solùm præcepisse, vt fideles abstineant ob homicidio, quod per sanguinem intelligunt, verbáque illa, *& suffocatum*, non tradita ab Apostolis, sed postmodum superaddita fuisse, vel per illa violentiam, seu rapinam prohiberi, longè verius est, & receptius nouum præceptum hic tradi de abstinendo ab esu carnis, & suffocati, vt interpretantur Chrysostom, Tertullian. & reliqui omnes primæ Ecclesiæ Patres, explicat D. Thomas *1. 2. quaest. 103.art.4.* prosequuntur latè Cardin. Bellarmin. *tom. 1. de Romano Pontifice lib.4.c. 18.vers. quintus locus.* Cardin. Baron. *in annalibus Ecclesiasticis tom.1.anno Christi 51.cap.11. cum sequentib.* vbi in confirmationem adducit nouellam constitut. 58. Leonis Imperatoris, pluresque alias auctoritates, quod sacrè præceptum nonnulli consuetudine abrogatum scripserunt, vt per Nauar. *in princip. de Pœnit. dist. 5. part 3.gloss. num.2.* Verior tamen sententia est præceptum illud ab Apostolis traditum fuisse ad tempus, donec scilicet vnio Gentilium, & Iudæorum, qui cibos illos abhorrebant, coalesceret, sed iam huius superstitionis nulla inter fideles prohibitio superest, vt optimè docet D. Thomas *citato loco*, sequitur Sot. *lib. 2. de iustit. quaest. 5. art. 4. in fine*, prosequitur Card. Baron. *vbi proximè, n. 54.cum seqq.* Vasq. *1.2.disp.182.cap.10.n. 77. cum seqq.* Molin. *de iustit.tract. 5. disp. 62. circa fin. vers. obijcit.*

Idolo immolatam.] Debet igitur abstinere à sanguine, & à carne idolo immolata, vt per Victor *id relect.de vsu ciborum,num.3.* Gerson.*in tract. de abstinent.* Ioan. Maior. *in 4. dist. 38.q.24.concl.5.* Vasq. *disp.162. cap.1.& 5.* vbi *num. 19. cum seqq.* resoluit quòd homo constrictus extrema necessitate potest non solùm vesci carnibus immolatis, sed etiam recumbere in idolio ad comedendum, hoc est, in mensa idolo consecrata, ita tamen vt aliis explicet suam necessitatem propter scandalum. 2

Cap. Si quis dereliquerit. XIV.

NEcessaria non præbuerit.] Ergo pater necessaria filiis præbere tenetur, vt per Anton.Gom.*tom. 1. var. cap. 11. numer.39.* Cened. *practic. & canon. quaest. lib. 1. quaest. 17.num.2.& 14.* Vnde per hunc text. tenet Nauar. *in man. cap. 14. num. 27. in princip.* peccare patrem, qui notabiliter negligit exhibere illa, quæ ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent, nisi habeat excusationem paupertatis, vel alterius rationabilis causæ. 1

Cap. Si quis virorum. XV.

ANathematizantur *in præsenti text.* illi, qui pretiosas vestes deferentes tanquam ex eo iustitiam habitui, 1

habituti, alios reprehendunt, qui vilioribus ornantur vestibus, vide Tiraquell. *l. 3. connub. gloss. 1. p. 3. n. 52. in fine.* vbi refert huius textus verba.

2 *Birris,*] Cęli. *lib. 16. cap. 16. cap. 19.* existimat birrum esse quoddam vestimenti genus, Rader. meliùs *in Martial. lib. 6. epigr. 6. pag.* 438. asserit birrum esse simile cucullo, siue bardocucullo. Omnes tamen eo pro regmine capitis vtuntur. Alciat. *lib. 3. parerg. cap. 52. post princip. & lib. 8. cap. 10. ad med.* Lancell. *in templo omnium iudicum. lib. 1. c. 4. n. 1.*

3 In gloss. *Veste.* ibi, *sufficit ergo quòd quis veste vtatur secundum consuetudinem regionis*, &c. Notatur ad hoc quòd non dicitur clericus indecoris vestibus indutus, qui iuxta regionis consuetudinem vestitus incedit, vt per Alex. *consil. 156. num. 12. vol. 6.* Abb. *in c. pen. num. 18. de vita, & honest. cleric.* Cou. *practic. c. 31. n. 7. vers. 4.* Thom. Vasq. *alleg. iuris tom. 1. alleg. 11. num. 1. & alleg. 56. n. 13.* vbi probat posse clericos ex consuetudine vti pretiosis vestibus. Nam in vsu vestimentorum excusat, mos regionis, vt multis exemplis latè comprobat Tiraq. *l. 3. connub. gloss. 1. p. 3. n. 66.*

Distinctio XXXI.

Cap. Ante triennium. I. *Greg.*

1 Gregorius scribens Petro Subdiacono Siciliæ *lib. 1. epist. 41.* relatus in hoc text. inquit quatenus Pelagius eius prædecessor decreto in Siciliam misso abstulerat consuetudinem illic vigentem, secundùm quam poterant Subdiaconi coniugati suis vxoribus licitè frui, quo quidem decreto Sudiaconis vxoratis indicebatur, vt vnum ex duobus, eligerēt, videlicet aut à suis vxoribus abstinerent, aut certè nulla ratione ministrare præsumerent, vt reliqui Ecclesiastici in tota Ecclesia cęlibes viuebant. Verùm quamuis Gregorius hoc Pelagij decretum sustulerit, non tamen Subdiaconis vsum coniugum permisit, sed quid in futurum obseruandum esset sanciuit *in vers. vnde videtur.* Cardin. Bellarm. *de cleric. lib. 1. cap. 22. vers. præterea,* Bouer. *de Republ. Ecclesiast. part. 2. lib. 2. cap. 10. vers. venio ad Subdiaconos, pag. 375.*

2 *Vt nullum Subdiaconum facere,* &c.] Dum Gregorius *in præsenti* decernit vt nullus Subdiaconus ordinetur nisi priùs castitatem promittat videtur probare non teneri Subdiaconos iure diuino, sed tantum Ecclesiastico continentiam cum propriis vxoribus seruare, benè ponderat Vasq. *de sacram. Ordinis disp. 247. c. 6. num. 72. cum seqq.* contra Franc. Turrian. *lib. de sexta, septima, & octaua Synodo generali in exposit. Canonis 3. sextæ Synodi* existimantem clericos sacris Ordinibus post matrimonium initiatos diuino præcepto continentiæ ita teneri vt coniugibus matrimonio vti non possint sine peccato. Quod autem Subdiaconis continentiam seruare oporteat, per text. *in præsenti, & in cap. multorum, & in cap. Subdiaconis 32. dist.* notant Victor. *de sacram. matrimon. num. 308.* Neuizan. *in sylua nupt. lib. 1. ex n. 134.* Rojas *de haeret. part. 1. ex n. 550.* de Mozz. *de contract. tit. de matrimon. §. qui possint contrahere matrimonium, vel non, num. 19.* Et à quo tempore fuerit præcepta continentia Sudiaconis, dixi *in collect. ad cap. si quis eorum, n. 2. dist. 32.*

3 *Præterita mala.*] Gregorius Pont. per mala præterita *in præsenti* intelligit separationes Subdiaconorum ab vxoribus, & vxorum à Subdiaconis maritis; vocat autem mala has separationes, non quia castitas ob quam fierent, secundùm se mala sit, sed quia iniuria vtrique coniugi irrogatur, eo quòd sine proposito castitatis matrimonium contrahentes ius habebant ad vsum matrimonij, quo si priuarentur sine consensu proprio, damnum & malum paterentur contra iustitiam. Hæc ergo mala & damna vocat Gregorius præterita, non quia iam illata essent, sed quia circa contractum præteritum matrimonij essent, si violenter inserrentur, ita Vasq. *d. disp. 247. n. 75.*

Futura mala.] intelligi incommoda quæ ex coniu- 4
iugio & vsu illius in sacris ministeriis consequuntur, existimat Mich. de Medina *lib. 2. de contment. cap. 15. ad fin.* Sed meliùs Vasq. *d. disput. 247. n. 76. & 77.* ait intelligi peccata, & damna spiritualia, quæ sequerentur si Subdiaconi isti à thoro coniugali separarentur.

Cap. Tenere. IV. *Innoc. I.*

Innocentius I. scribens Victricio Rothom. Episco- 1
po *epist. 2. cap. 9.* relatus *in hoc text.* ait Sacerdotes, & Leuitas cū vxoribus suis misceri non debere, quod obseruant Tiraquell. *l. 15. connub. gloss. 1. num. 118.* Creiper. *in sum. Cathol. Fidei, verbo cælibatus, conclus. 4. pag. 263.* Et vide dicta *in collect. ad cap. quoniam, inf. hac dist.*

Cap. Omnino. XI. *Leo IX.*

Humbertus *in respons. ad libellum Nicetæ Presby-* 1
teri, & Monachi aduersus Latinos editum, vt refert Bouer. *de Rep. Eccl. part. 2. lib. 2. cap. 01. vers. hinc tamen, pag. 384.* relatus, *in præsenti text.* ait Episcopum, vel Presbyterum non debere vxorem propriam à cura sua abiicere, vt per Sot. *in 4. dist. 38. q. 1. art. 1. vers. pluribus,* Card. Bellarm. *lib. 1. de cleric. cap. 21. vers. ad primum,* debere tamen illam habere vt sororem, & eius curam gerere, absque suspicione tamen carnalis commercij, aduertunt Bellarm. *citato loco,* & Vasquez *de Ordine disput. 249. vers. neque eo tempore.*

In gloss. *Vt de mercede.* ibi, *arg. quòd si quis habet* 2
vxorem, & filios, de bonis Ecclesiæ ipsos potest pascere si non habet propria. Ita Cord. de Lata *in l. si quis à liberis §. idem rescripsit n. 25. ff. de liberis agnosc.* Azot. *instit. moral. part. 2. cap. 40. q. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Paphnutij historia, qui dissuasit Concilio ne legem statueret, qua Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos iuberet ab vxoribus antea ductis abstinere, vera est.*

2 *Græcis licuit vxoribus vti quas ante ordinationem duxerant.*

3 *Contrariis respondetur, & num. 4.*

Cap. Nicæna Synodus. XII.

In hoc text. Gratianus ex alijs refert historiam 1
Paphnutij, qui dissuasit Concilio ne legem statueret, qua Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos iuberet ab vxoribus antea ductis abstinere, obtinuisséque Paphnutij sententiam. Hanc veram esse historiam referunt Socr. *lib. 1. c. 18.* Sozom. *lib. 1. c. 22.* Cassiod. *in histor. tripart. lib. 1. cap. 14.* Niceph. *lib. 8. cap. 19.* & extat in Concilio Nicæno, quod in lucem edidit Alphons. Pisan. *lib. 3. eiusdem Concilij,*

circa

circa finem, & lib. 2.c.vlt. Vasquez *de sacram. Ordinis disp.47. cap. 4.n.25. cum seqq.* quamuis hanc esse confictam fabellam asserant Sot.*lib.7.de Instit.q.6. art. 2.* Can. *de locis Theolog. lib.5. cap.vlt.ad* 6. quos refert Azor. *institut. moral. part.1. lib.13.c.13.q.1.vers. inter Catholicos*, Turrian. *ad canon.* 3. *Concilij Nicani*, & Cardin.Baron.*annalium Eccles.tom.1. anno Christi* 58. *à n.*20.& latiùs *tom.* 3.*anno* 325.§.*habes lector*, Bouer. *de Repub. Eccles.part.2. lib.2. c.* 10.*vers. labile quoque, & vers. secunda series*, Seuer. Binius *in collect. Concil. general.tom.1.in notis ad Conc.Nicanum canon.*3.Ægid. de Conink, vbi *de sacram. Ordinis disput.* 10.*dub.* 12 *num.* 121. Non enim relici potest ea historia, quòd consilium Paphnutij aut ratione caruerit, aut recens foerit, non quidem absque ratione fuit; id namque consuluit Paphnotius, tum propter nuptiarum honorem, quas paulò antea insectatus Eustachius etiam in Presbyteris, qui Laici vxorem duxerant, vt constat ex Concilio Gaogrensi *in præfat.ad Episcopos Armeniæ, & can.*4. qui contra hunc errorem scriptus est; tum etiam, vt consuleret multorum Clericorum coniugatorum fragilitati, non enim omnes possent lege contineri. Idem etiam consuluisse Dionysium Corinthiorum Episcopum refert Euseb. *lib.* 4. *cap.* 23. & Nicephor. *lib.* 4.*c.*8. non fuisse autem nouum Paphnutij concilium constat ex Socrate *lib.*5 *cap.*22.& Niceph. *lib.*12.*cap.*34.

2 Et qua Paphnotij historia colligitur licuisse apud Græcos vxoribus vti, quas ante ordinationem duxerant, quod qoidem optimè probat Innoc. III. *in cap. olim, de cleric.coniug.* ibi, *in superioribus Ordinibus vtuntur matrimonio iam contracto*, & idem Innoc. III. *in Concil. Lateranen. sub ipso cap.* 14. grauiùs puniendos Clericos incontinentes ex Græcis asseruit, rationémque reddit, quia non abdicarunt copulam coniugalem, secundùm regionis suæ moren, cùm legitimo matrimonio vti possent, & Clem. III. *in cap. quasitum, de pænit. & remiss.* ibi, *Sacerdotibus Gracis, quibus legitimo matrimonio licet vti*, & resolunt. Richard. *in 4. dist* 37.*art.* 1.*q.*1. *in* 1.*solut.* & *ibid.* Scot. *quæst. vnica*, Palud. *quæst.* 1. *concl.* 4. Thom. de Argen.*q. vnic. art.* 1. *in solut. ad* 4. *contra* 2. *concl.* Petr.Sot. *de institut. Sacerdot. lect.* 5. & 6. Quintanaduen. *lib.* 1. *rerum Ecclesiasticarum cap.* 6. *n.* 9. Sot. *l.* 7. *de instit. q.* 6.*art.*2.*post* 5.*concl.vers. haud ergo*, & *in* 4. *dist.* 38. *q.* 1.*concl.* 4. *vers. dubium*, Cou. *de sponsalib.p.* 2.*c.*6. §. 3. *n.* 1. Henriq. *in summ. lib.* 30. *c.* 14. §. 8. *lit. X.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim.p.* 2. *num.*91.Card. Bellarmin. *lib* 1.*de cleric. cap.*21.*vers. dico secundò, in fine*, Vasq. *de Ordine disp.* 337. *cap.*5.*n.*58. *vers. nullus*, Bouet. *de Republ. Eccles. part.* 2. *l.* 2.*c.*10. *vers. neque placet*, & *vers. id quidem non negamus*, Filiuc. *moral. quæst.tom.* 1. *tract.*11.*c.* 3. *n.* 65. & 69. Sanch. *de matrim.lib.*7.*disp.*28.*ex num.* 3. quorum aliqui obseruant paternam Romanorom Pont. pietatem ac benignitatem id illis propter suam ipsorum duritiem permissiuè contulisse, quod prioribus Conciliis ac perpetuo Ecclesiæ vsu interdictum fuerat.

3 Non obstant iura aliqoa, quæ videntur indistinctè asserere Clericis apud Græcos in Sacris constitutis licuisse matrimonio copulati, nulla facta distinctione, an ante, vel post ordinationem coniugati essent, quia respondetur prout dixi ad *cap. aliter, hac ead. dist.*

4 Nec etiam obstat qubd Presbyteri Græci vxores habentes reprebenduntur à Nicolao I. *ad consulta Bulgarorum cap.* 70. quia respondebis iuxta ea quæ dixi *ad cap. consulendum*, 28. *dist.*

Cap. Quoniam. XIII.

Ex VI. Synodo.

Canonem 13. sextæ Synodi, ex quo desumptus fuit text. *in præsenti*, falsom dici, & apocryphum, docent Sot. *de instit.lib.7.quæst.6.art.2.concl.*5. Card. Bellarm. *lib.*1. *Concil. cap.* 7. *vers. tertium est, & lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 18.*vers. caterùm*, Henriqez *in sum. lib.* 10.*cap.*14.§.8. *lit. Z.* & colligitur ex ijs, quæ tradunt Vasq. *de Ordine q.* 247.*c.*5.*n.* 53.*cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.*28. *num.*7.*vers. ad vltimum*, & ex latè adductis per me *in collect. ad cap. sententia, dist.* 16. licèt hunc text. negare se non audere asserat Coo. *de sponsal. p.*2.*cap.* 6.§.3.*n.* 1. *ad fin.* Decidit enim quòd quamuis permittatur clericis Orientalibus vxores habere, non tamen eis licet hebdomada, qua seruiunt Ecclesiæ, vxoribus commisceri, ita S. Thom. *in 4. dist.* 23. *art.* 1. *ad* 1. Greg. Lop. per text. *ibi in l.* 40.*gloss.*5. *tit.*5.*part.*1.Cou. *d.* §. 3. *n.* 2. *vers. sed & dicimus*, Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disput.* 13. *num.* 10.*in princ.* nam Græci minimè quotidie singulis Sacris operantur, sed Dominicis dumtaxat, & festiuis diebus, & iden cùm non essent frequentes in ministerio Altaris & diuinis Officiis, quia extra quadragenij ieiunij tempus vnum tantùm Missæ sacrificium pro vniuerso populo faciunt, & offerunt, satis visum fuit Patribus Trullanis si illi tempore vicis suæ continentiam seruarent, vt aduertit Vasq. *d. disp.* 247. *cap.*5.*n.* 58. *in fine.* Contrà verò cùm Episcopi apud Grecos frequentius ministerio Altaris assisterēt, quàm cæteri, eadem ratione ipsis perpetuam contineotiam cum proprijs vxoribus etiam Trullani Patres indixerunt, nec eis licebat simul cum vxoribus cohabitare, nec vt cum sororibus, quod ex eadem sexta Synodo *can.* 12. referunt Couar. *d.* §. 3. *num.* 2.*col.* 2. Henriq. *d.* §. 8. *vers. olim.* Card. Baron.*annal. Eccles. tom.* 1. *anno Christi* 58. *num.* 20. Vasq. *d. disp* 247. *cap.* 5. *n.* 59. *in princ. & disput.* 248. *cap.* 2. *vers. hic autem*, Azo. *instit moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *in princ.* vbi subdit quòd tenebantor eis extra domum constitutis alimenta necessaria præstare.

SVMMARIVM.

1 *Græcis Diaconis licuisse olim matrimonium inire, ex hoc textu sumpsit Sotus.*

2 *Matrimonium inire nunquam licuit sacro Ordine præditis in Ecclesia siue Latina, siue Græca.*

3 *Declaratur text. in præsenti.*

Cap. Aliter. XIV. & vlt.

Stephanus Papa in prima actione Synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregatæ, prout refertur *in hoc textu*, ait qubd aliter se Orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; nam earum Sacerdotes, Diaconi, & Subdiacooi matrimonio copulantor; ex quibus verbis Caiet. *in Opusc.tom.*1. *tract.*27. *de dispens. matrimonij in Ecclesia Occidentali, quæst. vnic. paulò ante princ.* colligit olim Græcis Diaconis licuisse matrimonium inire, & idem ex hoc textu desumit Sot. *in 4.dist.* 38. *q.* 1.*art.* 1. *col. penult. vers. colligito, & lib.7.de instit. q.*1. *art.*2.*concl.*2. Decian. *tract.crimin.lib.*6.*c.*21. *num.* 5. & *cap.*22.*num.*2. 1

Sed verius est nunquam licuisse in Ecclesia, siue Latina, siue Græca sacro Ordine prædictis matrimonium inire, nam *in cap. si quis eorum* 32.*dist.*& in sexta 2

Synodo

Synodo generali sic dicitur de Ecclesia Græca, *Si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem Subdiaconatus faciat*, & resoluunt Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. Azeued. *l.* 1. *n.* 49. *tit.* 19. *lib.* 8. *noua recop.* Cou. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *n.* 2. *vers. vtcumque sit*, D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *n.* 90. *in fine*, Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 1. *anno Christi* 58. *& tom.* 3. *n.* 325. §. *habes lector.* Dionys. Paul. *in flosculo cleric. p.* 1. *ex n.* 90. Vasq. *de ordine disp.* 247. *cap.* 2 *in princ.* Bouer. *de republ. Eccles. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *vers. neque, & vers. in Oriente.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *q.* 3. *&* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 28. *num.* 3. & fatentur Doctores, qui tradunt licuisse apud Græcos vxoribus vti, quas ante ordinationem duxerant, citati *suprà* ad *cap. Nicæna Synodus, hac eadem dist. num.* 2.

3 Non obstat text. *in præsenti*, quia licèt tribuatur Stephano, non tamen constat quis ille fuerit, cùm multi Pontifices Stephani nomine appellati essent, & apud nullius epistolam hic Canon inueniatur, vt aduertit Card. Bellarm. *lib.* 1. *de cleric. cap.* 21. *vers. ad quintum*; vnde Petr. Crespet. *in sum. Cathol. Fidei, verbo Cælibatus col.* 2. existimauit sine aliqua probabilitate esse huius text. auctorem Stephanum I. sed meliùs esse conditum à Stephano III. asserit Vasq. *de Ordine disput.* 247. *cap.* 6. *n.* 77. *vers. secundum.* Verum relicta auctoris incertitudine qua fūdari quis posset ad eius auctoritatem diluendam, responderi potest verba illa, *matrimonio copulantur*, non esse intelligenda quasi in Sacris cōstitutis vt apud Græcos liceret nubere, sed vt idem sit ac matrimonio iam antea contracto licèt vti, qua phrasi in ea significatione vtitur. Sexta Synodus *cap.* 3. & Innocent. III. *in cap. gaudemus, de diuort.* ibi, *fideles homines matrimonialiter copulari liberè possunt*, idest, matrimonio iam contracto vti, vt constat ex contextu, ita exponit gloss. *in præsenti, verbo copulantur*, quam sequuntur Richard. *in* 4. *dist.* 37. *art.* 4. *quæst.* 1. *solut. ad* 2. & *ibidem* Sot. *quæst. vnica*, Scot. *de iustit. lib.* 7. *quæst.* 6. *art.* 2. *concl.* 2. Couar. *sponsalib. part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 1. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 14. §. 7. *litt. N.* Cardin. Bellarm. *lib.* 2. *de clericis cap.* 21. §. *dico secundò*, Azor. *dict. cap.* 12. *vers. ad illud.* Quintanad. *lib.* 1. *rerum Ecclesiasticarum cap.* 6. *n.* 9. Sanch. *dict. disput.* 28. *num.* 7. *vers. ad tertium.*

Distinctio XXXII.

Cap. Si qui verò. III. *Greg:*

1 Ex hoc text. vulgò colligitur Ordines minores nullum prorsus impedimentum matrimonio præstare, ac proinde liberum esse constitutis in minoribus Ordinibus omni tempore attento iure matrimonium contrahere, vt per Cou. *de sponsalibus part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *n.* 3. *in fine*, Henriquez *in sum. lib.* 10. *de Sacram. Ordin. cap.* 2. §. 2. *lit. L. & lib.* 2. *de matrim. cap.* 5. §. 9. *lit. O.* Azor. *instit. moral. parte* 1. *lib.* 13. *cap. vlt. q.* 14. Vasq. *de Ordine disput.* 249. *c.* 4. *n.* 39. Filliuc. *moral. quæst. tom.* 1. *tract.* 10. *p.* 2. *cap.* 4. *n.* 129. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 31. *n.* 3. Nec
1 obstat Canon 27. *Apostolorum*, ibi, *qui ad Clerum prouecti sunt, præcipimus, vt si noluerint, vxorem accipiant, sed Lectores, & Cantores tantummodo*, quia respondetur cum Cardin. Bellarm. *in suis controuers. lib.* 1. *de cleric. cap.* 19. *col.* 5. *vers. probatur. tertiò*, & Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *quæs.* 4. *in fine.* dictionem illam taxatiuam non excludere duos alios Ordines minores, sed includere, quia in illis est eadem prorsus ratio, atque ea est dictionis taxatiuæ natura, vt ita excludat extranea, & dissimilia, vt includat omnes casus similes eamdem rationem habentes, vt tradunt Cened. *post canon. & practic. quæst. singul.* 11. *num.* 2. Menoch. *cons.* 432. *n.* 36. *& cons.* 1122. *n.* 24. & plures alij, quos refero ego ipse *in tractatu de dictionib. vsufreq. dict.* 401. *numer.* 8. *secundum Lugdunen. impress.*

Cap. De illo. V. *Nicol.*

Nicolaus Papa Odoni Vienoensi Archiepiscopo scribens ait, non licere Subdiacono vxorem ducere, vt per Crespet. *in sum. Cathol. Fidei verbo Cælibatus, pag.* 165. Peccat enim qui ordine aliquo sacro initiatus contrahit, & non valet matrimonium, quia illi est annexum votum solemne castitatis, quod impedit matrimonium, & dirimit, Cou. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *n.* 1. *in princ.* Azeued. *l.* 1. *n.* 21. *tit.* 19. *lib.* 8. *noua recop.* Sanch. *de matrim. l.* 7. *disp.* 28. *num.* 2. Vide quæ dixi *in collect. ad cap. si quis eorum, inf. hac dist.* 1

In gloss. *Damus.* ibi, *sed nunquid Papa dare potest Subdiacono licentiam contrahendi? Videtur quod sic*, Ita Filliuc. *moral. quæst. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 4. *n.* 120. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 8. *num.* 1. *cum seqq.* vbi *num.* 4. subdit, quòd si absque legitima causa Pontifex dispensaret vt sacris initiati vxores ducant, peccaret vtique, sed matrimonium valeret. 2

SVMMARIVM.

1 *Missam nullus audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere.*

2 *Concubinarios, seu fornicarios Clericos etiam in Sacris notorios hodie vitare non tenemur, nisi per iudicem fuerint publicati, & denunciati.*

3 *Extrauag. Ad euitanda, est vsu recepta cum sola exceptione de notorio Clerici percussore, non verò cum exceptione de notorio excommunicato.*

Cap. Nullus. V. *Nicol. II.*

Nicolaus Papa II. omnibus Episcopis, prout refertur à Gratiano *in præsenti*, statuit, vt nullus Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem; idem præcipit Alexander II. *in sequenti textu*, ad quorum materiam, & intellectum vide Nauar. *in cap.* 1. §. *laboret, de pœnit. dist.* 6. *n.* 10. Lambertin. *de iure patron.* 1. *part.* 2. *lib. in* 20. *art.* 9. *quæstion. princ. à num.* 1. Stephan. de Gaëta *in repet. cap. ad limina* 30. *q.* 1. §. 6. *à num.* 138. Cou. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 2. *n.* 10. Sebast. Medices *in sum. Decreti dist.* 32. *art.* 2. Læl. Zech. *de casibus reseruat. casu* 1. *num.* 19. *vers. secundo Clericus*, Ferdinand. Paex *in repet. cap. Missas. de consecrat. dist.* 1. *n.* 198. *cum sequentibus*, Barthol. Humada *l.* 43. *gloss.* 2. *à princ. tit.* 6. *part.* 1. Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 1. *n.* 44. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *c.* 7. *quæs.* 16. *& part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæs.* 5. Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 1. *quæst.* 57. *n.* 8. *cum seqq. & lib.* 6. *q.* 42. *à n.* 8. Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 138. *n.* 59. 1

Licèt olim tanto iure huius text. iuncto *cap. quæsitum vlt. de cohabit. cleric.* teneremur vitare Cle- 2

ricos concubinarios, seu fornicarios notorios per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, seu notorietatem facti, hodie tamen per *Extrauag. Ad euitanda scandala*, Martini V. quæ postea in Concilio Basiliensi renouata est *sess. 20. decimo Kalendas Februar.* 1435. seclusa consuetudine non tenemur eos etiam in Sacris vitare, nisi per iudicem fuerint publicati, & denunciati, vt tradunt Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 82. sub n. 6.* Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 5. §. 3.* Petr. de Ledesma *in summa part. 1. tit. de Eucharistia sacramento cap. 27. circa finem*, Spin. *in speculo testamen. gloss. 3. princ. n. 43.* Gutiet. *canon. lib. 1. cap. 7. n. 85.* Azeued. *l. 1. n. 65. tit. 15. lib. 8. noua recopil.* Azor. *d. lib. 7. cap. 7. quæst. 16.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 12. n. 20.* Suat. *tom. 5. disp. 11. sect. 4. n. 16.* & latiùs *tom. 3. de Sacram. disp. 18. sect. 1. & disp. 88. sect. vlt. vers. vltimum caput excusationis*, Comitol. *d. lib. 1. quæst. 57. num. 13.* Bonacin. *de Sacrament. disp. 4. q. vlt. puncto 12. n. 1. vers. vtrum.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 14. à n. 36.* vbi cum Nauar. Valent. Henriq. Vega. Tolet. Vuila, &
3 alijs resoluit dictam Extrauag. *Ad euitanda*, non esse vsu receptam cum receptione de notorio excommunicato iuxta litteram Concilij Basiliensis, sed cum sola exceptione de notorio Clerici percussore. Aduertit Comitol. *d. lib. 1. quæst. 57. n. 14.* quòd etiam post dictam Extrauag. Martini nulla suadente necessitate publicos inducere concubinarios ad Sacramenta ministranda, aut ad Missam celebrandam nemo sine mortifera culpa potest, cùm sit contra ius naturale quempiam inducere ad peccandum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici concubinarij, seu fornicarij notorij suspensi sunt à Diuinis.*
2 *Baptismi Sacramentum satius est ab hæretico sumere, quam in æternum perire.*
3 *Papa potest mero Laico delegare causas spirituales ac certis casibus ei concedere iura spiritualia.*
4 *Papa non potest delegare mero laico omnes causas spirituales, nec causas Ordinibus annexas.*

CAP. Præter hoc. VI. *Alex. II.*

1 OMninò contradicimus, vt Missas non cantent. Ergo Clerici concubinarij, seu fornicarij notorij suspensi sunt à Diuinis, de quo tamen vide quæ dixi ad *cap. vlt. num. 4. de cohabit. Cleric.* & ibi citatis addo Bellet. *disquisit. Cleric. part. 1. tit. de disciplina Cleric. §. 5. num. 45.*

2 *Neque partes ab Ecclesia suscipiat.*] Vide Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de sentent. prouis. n. 120. pag. 147.*

3 *Sanctius est ab hæretico Baptismi sacramentum sumere*, &c.] Vide Gutier. *canon. lib. 1. cap. 1. n. 55.* Ludou. Beia *responsæ casuum conscientiæ p. 4. casu 6.*

Vtrum sit vtendum ordinationibus, &c.) Notatur ad hoc quòd licèt sacramentum Ordinis ab excommunicato collatum imprimat charactèrem, tamen sic ordinatus non habet Ordinis executionem, donec subsequatur dispensatio, siue ignorans, siue sciens Ordines susceperit, vt per Cou. *in c. alma, p. 1. §. 6. n. 6.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 62. & 63.*

1 In gloss. *Duci*, ibi, *tamen Dominus Papa*, &c. Notatur ad hoc quòd Papa potest mero laico delegare causas spirituales, ac certis casibus ei concedere iura spiritualia, hoc est, vt possit excommunicare, beneficia conferre, ab excommunicationis vinculo absoluere, & similia, vt per Bero. *in quæst. famil. q. 7.* Petr. Lausm. *in tract. de priuileg. Doctorum part. 2. 9. 18.* Cou. *in cap. alma mater, part. 1. §. 11. num. 3.* Nauar. *in man. cap. 27. n. 6. & cons. 1. de sentent. excommun. in nonis, & in princ. de Pœnit. dist. 7. n. 83.* Henriq. *in sum. lib. 13. de Excom. cap. 14. in prin. lit. B.* Catol. de Graff. *de effectibus Clerical. effect. 1. num. 30.* vbi cum Anast. Germon. *de sacrorum immun. lib. 3. cap. 15. n. 12.* id limitat quando delegatio esset generalis de omnibus
causis spiritualibus, quod etiam limitatur vt non possit Papa merè laico delegare causas Ordinibus annexas, veluti quòd Missam dicat, vel à peccatis absoluat, vel Ordines conferat, de quo gloss. *verbo concedimus in cap. peruenit 95. dist. Cou. lib. 1. var. cap. 10. num. 4.* Mol. *in empor. iuris p. 1. tit. 1. de iurisdict. quæst. 22. num. 9.* 5

In gloss. *Sed agentibus*. Agit hæc gloss. quę Sacramenta à præcisis nominatim, & hæreticis sumi possunt in extrema necessitate, de quo vide Nau. *in man. c. 22. n. 4. & cap. 26. n. 16.* Soar. *de Sacram. tom. 1. disp. 18. sect. 1. & disp. 72. sect. 4.* Sayr. *de sacrament. lib. 2. cap. 8. q. 2. art. 1. 2. & 3.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 1. cap. 26. n. 2.* vbi dicit hanc glossam communiter receptam.

CAP. Si quis eorum. VII.

Ex VI. Synodo.

GRatianus ex sexta Synodo *cap. 6.* refert quòd 1
vxorem ducere volens, ante Ordinem Subdiaconatus hoc facere debet, vt per Soar. *in 4. dist. 38. q. 1. art. 2. concl. 4. vers. plurib.* Sylnest. *in sum. verbo matrimon. 8. §. 12. dicto 6.* Cou. *de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 3. n. 1. in princ.* Salzed. ad Bernard. *cap. 80. lit. A.* Azeued. *l. 1. n. 50. cum seqq. tit. 19. lib. 8. noua recopil.* Petr. Ctesipet. *in sum. Cathol. Fidei, verbo Calibatus. pag. 165.* Vasq. *de Ordine disp. 249. cap. 4. n. 32.* ad varias quæstiones hunc text. inducentes. Vide posita ad *cap. ante triennium 1. hac dist. n. 1. & 2.* Et quòd Ordines minores nullum prorsus impedimentum matrimonio præstent, vide posita ad *cap. si qui verò, n. 1. hac eadem dist.*

In gloss. vnic. ibi, *nec etiam tempore Apostolorum licitum fuit contrahere in Subdiaconatu* Contra hanc 2
gloss. meritò tenent communiter Doctores, resoluentes multo tempore Subdiaconis fuisse permissum matrimonium postquam prohibitum fuerat Diaconis, & Presbyteris, ita Abb. *in cap. à multis, notab. 2. de ætate & qual.* Turrec. *in cap. nullus 1. dist. 28. & in princ. dist. 31.* Card. Bellarm. *de monach. lib. 2. cap. 34. ad fin.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 2. §. 2. lit. L. & cap. 14. §. 7.* Vasq. *de Ordine disp. 237. cap. 2. ex num. 12. & disp. 238. c. c. n. 17. cum seqq. & disp. 240. c. 3.* quorum aliqui tenent à tempore Syluestri in Concilio Romano fuisse præceptam continentiam Subdiaconis alij verò à tempore Gregorij I. per *cap. miramur, de seruis non ordinand.* dum Innoc. Papa inquit à Gregorio Subdiaconatus Ordinem cœpisse dici sacrum, in primitiua enim Ecclesia sacer non fuit, *cap. nullus 60. dist. cap. à multis, de ætate & qual.*

CAP. Lectores. VIII.

Ex Concil. Carth. III.

COncilium Carthaginense III. *cap. 19.* de quo 1
Card. Baron. *annal. Eccl. tom. 5. anno Christi 397. post med. vers. eisdem huius anni consulibus*, statuit teneri, lectores aut vxorem ducere, aut continentiam profiteri,

profiteri, cuius verba refert Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 13. cap. 13. quæst. 4. in fin.* quod non videtur congruere cum iis, quæ dixi ad *cap. si qui verò n. 1. sup. hac dist.* vbi ex illo text. notaui liberum esse constitutis in minoribus Ordinibus omni tempore matrimonium contrahere, difficultatem soluere nititur Ribadeneira *in lib. pro defensione Societatis Iesu cap. 12.* & Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 2. §. 2. lit. L.* vbi dicit textum *in præsenti* constituisse vt lectores non contraherent sine licentia Episcopi, sed esse iam abrogatum, Sed meliùs Turrec. *hic*, verbum illud, *cogantur*, de quo in text. interpretatur, hoc est, moneantur, quæ interpretatio magis placet ne aliàs dicamus cogendum aliquem ab Ecclesia, vel ad matrimonium, vel ad votum continentiæ, quare huiusmodi coactio de monitione & suasione necessariò videtur intelligenda. Verùm littera huius tex. vitiosa est, si enim ad antiquos Codices aduertas, & illam, prout illic est, reponas, nullam patitur text. difficultatem; nam illi sic habent, *vt lectores vsque ad annos pubertatis legant, deinceps autem nisi vxores custodita pudicitia, duxerint, aut continentiam professi fuerint, legere non sinantur.* Habentur hæc verba *in collect. Concil.* apud Laurent. Surd. *tom. 1. pag. mihi 505.* & notant Vasquez *de Ordine disp. 246. cap. 4. n. 30.* Seuerin. Bini. *in nouiss. collect. Conciliorum tom. 1. part. 1. p. 575.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor clerici in minoribus constituti fruitur priuilegio fori vt maritus, etiamsi habitauerit seorsum à viro, qui vouit continentiam solemniter.*

2 *Vxor, mortua & extincta persona clerici eius viri, non fruitur priuilegio fori.*

3 *Concubina clerici sortitur forum ipsius clerici quoad delicta commissa cum clerico.*

Cap. Eos, qui. X. *Vrban. II.*

Mancipent seruituti.] Ergo Papa potest statuere vt laicus committens aliquod crimen fiat seruus, ita gloss. *verbo priuatione, in cap. ita quorundam, de Iuda.* vbi Nauar. *notab. 11. gloss. 5. & gloss. pen. n. 15.* subdens hinc probari aliquam seruitutem inductam esse iure Pontificio.

In gloss. *Eos qui.* ibi, *intelligo quando quasi matrimonialiter ducunt vxores, & eo casu filij rediguntur in seruitutem.* Notatur ad hoc quòd filij clericorum si de facto contrahant, statim cùm nascuntur effici seruos, & mancipia Ecclesiæ, cuius pater est sacerdos, vt per Abb. *in cap. si quisquam num. 5. de cohabit. cleric.* Roman. *sing. 526. incip. Dic quòd filij* Rojas *de successionibus cap. 27. ex n. 18.* Cou. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 19.* Nau. *in d. cap. ita quorumdam, notab. 11. in gloss. pen. num. 16.* Perez *l. 2. tit. 3. lib. 5. Ordin. pag. 151.* Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 21. n. 38.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 3. dub. 4. n. 14.* Sayr. *in claui Regia lib. 9. cap. 1. num. 14.*

1 In ead. gloss. ibi, *legitima vxor sortitur forum ex persona viri*, &c. Notatur ad hoc quòd vxor clerici est de foro Ecclesiæ, & fruitur priuilegio fori sicut maritus, siue ille sit clericus in minoribus coniugatus, iuxta *cap. vnic. de cleric. coniug. lib. 6.* siue de licentia vxoris sacros Ordines perceperit, iuxta *cap. coniugatus, de conuers. coniug.* siue Religionem profiteatur, iuxta *cap. 1. eod. tit.* Ita Abb. *in cap. 2. nu. 7. de foro compet.* & *ibi* Imol. *n. 3.* & Felin. etiam *num. 3.* Aretin. *num. 10.* Monach. *in cap. vnico n. 1. de cleric. coniug. lib. 6.* & *ibi* Dominic. *§. fin. num. 7. in fine*, Tiraquel. *post leges connub gloss. 2. n. 54.* Auiles *ad capita Prætor. in Præam. gloss. 1. n. 28.* Anton. Cuch. *lib. 3. Instit. maior. tit. 9. n. 20.* Perez *l. 1. vers. vxor etiam clerici, tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 57.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 4. c. 9. n. 53.* & sequitur Carol. de Graffis *de eff. clib. clericalib. effectu 1. num. 155. cum seqq.* vbi *n. 181.* ampliat. procedere in vxore habitante seorsum à viro, qui vouit continentiam solemniter, & *num. 158.* limitat mortua, & extincta persona ipsius clerici. 2

In e d. gloss. ibi, *sed illa, quæ non est legitima*, &c. Notatur ad hoc quòd concubina clerici sortitur forum ipsius clerici quoad delicta commissa cum clerico, vt per Octau. Vulpel. *in tractat. de libert. Eccles. part. 3. n. 27.* Decian. *lib. 6. c. 21. n. 37. & 38* Carol. de Graff. *d. effectu 1. n. 181.* Matt. *de iurisdict. p. 4. casu 44. nu. 7. cum seqq.* Palat. *in repet. cap. per vestras in rub. §. 39. n. 7. in princ.* 3

Cap. Erubescant. XI.

Secretorum autem est cognitor Deus. Vnde Ecclesia de occoltis non iudicare ipsa fatetur in *cap. vt nostrum, vt Eccles. benefic. & in cap. tua nos, in fine, de simon. & in cap. à nobis il 2. de sentent. excommun. & in cap. sua, de sponsal. & in cap. 1. de clandest. desponsat.* & pluribus aliis iuribus, quæ refert Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. existent. lib. 4. c. 10. n. 10.* Et hinc infert Nauar. *in rub. de iudic. notab. 13. num. 53.* contra iudices, qui per torturam, vel iuramentum non probatis coram ipsis priùs indiciis in id sufficientibus, interrogant, & compellunt partes ad respondendum super criminibus occultis. 1

Ab omni graduum dignitate, &c.] Notatur ad hoc quòd clericus in Sacris matrimonium contrahens priuatur officio si quod habet, vt per Simanch. *de Cathol. instit. cap. 40. n. 13.* Carol. de Graffis *de effectib. clerical. effectu 5. num. 5.* vbi subdit quòd talis clericus post peractam pœnitentiam poterit restitui ad Officij executionem. 2

SVMMARIVM.

1 *Bigamus dicitur, qui ducit illam, quam credebat virginem, & tempore consummationis matrimonij ab alio corruptam inuenit.*

2 *Matrimonium contrahens cum ea, quam priùs fornicariè violauerat, & corruperat, effectur bigamus, proinde irregularitatem incurrit, sed contrarium verius, vt num. 3.*

Cap. Nemo. XII.

In gloss. vnica, ibi, *quid si credit se contrahere cum virgine, & est corrupta*, &c. Notatur ad hoc quòd bigamus dicitur, qui duxit illam, quam credebat virginem, & tempore consummationis matrimonij ab alio corruptam inuenit, vt per addit. ad Cappell. Tholos. *super quæst. 255.* Cou. *in Clem. si furiosus, p. 1. §. 2. n. 2. vers. tertio*, Anton Gom. *tom. 3. var. cap. 10. n. 4.* Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 2. lib. 16. cap. 19. n. 8.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 33. num. 4.* Humald. *l. 5. gloss. 33. n. 2. tit. 5. part. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 84. sub num. 15. vers. & alio*, Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 4. n. 11. & in claui Regia lib. 2. cap. 9. numer. 28.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina clericali §. 6. num. 24.* 1

In ead. gloss. *Quid si primò corrupi virginem, & postea illam desponsaui*, &c. Notatur ad hoc quòd contrahens matrimonium cum ea, quam priùs forni- 2

catiè violauerat, & corruperat, efficitur bigamus, ac proinde irregularis, vt per Host. *in sum. tit. de bigamis post arborem bigamia quast. 6. & cap. 2. n. 2. verbo virginem, de cleric. coniug.* vbi Ioan. Andr. Imol. & Anchar. omnes *num. vlt.*

3 Verùm hæc gloss. in hoc est communiter reprobata per Doctores asserentes hunc non esse bigamum, nec irregularem, quia nec ille, aut illa diuiserunt suas carnes in plures, tum quia matrimonium illud retrotrahitur purgans præcedens vitium, *c. tanta, qui filij sint leg.* quare sic resoluunt, Capell. Tholos. *quast.* 219. & 154. S. Thom. *in addit. ad 3. part. q. 66. art. 3. ad 2.* Sut. *in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. concl. 4. in fine.* Cou. *in Clem. si furiosus p. 1. §. 1. n. 1. in fine,* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 10. n. 4.* Borgas. *de irregul p. 5. tit. de bigamis num. 47.* Nau. *in man. cap. 27. num. 195. vers. 2.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 35. n. 5.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 6. §. 10.* Valent. *part. 4. disp. 7. q. 19 puncto 3. in 1. specie irregul. col. 1.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 556. n. vnico,* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 8.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 4. num. 17.* Bellet. *d. §. 6. num. 18.* plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 84. num. 14.*

CAP. Placuit. XIII.

Ex Concil. Carthag. V.

CONcil. Carthaginense V. *cap. 3.* de quo Cardin. Baron. *annal. Ecclesiast. tom. 5. ann. Christi 398 post princ. vers. quod insuper,* relatum *in hoc text.* decreuit Episcopos, Presbyteros, & Diaconos debere ab vxoribus abstinere, de quo vide Greg. Lop. 1. *l. gloss. 1. tit. 2. part. 4.* Cresper. *in sum. Catholi fidei, verbo Calibatus, pag. 163.* Cardin. Bellarm. *tom. 1. lib. 1. de clericis cap. 19. vers. Ecclesia Hispanica,* Bouet. *de Republ. Ecclesi part. 2. lib. 2. cap. 10. vers. ex his planè, pag. 376. & vers. caterum pag. 378.* Vasq. *de Ordine disp. 447. cap. 5. n. 60. vers. putarunt.*

2 *Secundum vniuscuiusque Ecclesia consuetudinem.*] Notatur ad hoc quòd consuetudo quamuis minimè sit approbata per Summum Pontif. potest tamen introducere impedimentum impediens matrimonium contrahendum, maximè si adsit scandalum, quod ex matrimonio inito pullularet, vt per gloss. *verbo consuetudo, in cap. super eo, de cognat. spirit.* gloss. *verbo non obstante, in cap. quod super, de consang. & affinitat.* vbi Abb. *num. 4.* & Alex. de Neuo *num. 7. & 8.* Turrec. *in præsenti, num. 10.* Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 10. n. 18.* Villalob. *in ærario commun. opinion. verbo consuetudo n. 160.* Perez *l. 5. gloss. 1. col. 2. tit. 3. lib. 1 Ordin.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 4. n. 11.*

SVMMARIVM.

1. *Ordinibus minoribus initiatos si absque iusta causa retrocedant ducentes non virginem, ac binas nuptias contrahentes peccare mortaliter, tenuit Caietanus, sed contrarium verius, vt num. 2.*
2. *Declaratur text. in præsenti.*
3. *Vxor, qua voto castitatis emisso licentiam concessit viro Ordinis sacri assumendi, redditur inhabilis matrimonio ineundo post viri obitum.*

CAP. Seriatim. XIV. *Leo IX.*

1 PEr hunc text. tenet Caietan. *2. 2 q. 12. art. 1. dub. 2.* culpam esse mortalem si initiati prima Tonsura, aut minoribus Ordinibus absque iusta causa retrocedant, ducentes non virginem, aut binas nuptias contrahentes ac proinde reddentes se inhabiles propter bigamiæ irregularitatem ad exequenda horum Ordinum ministeria, & id propter prohibitionem quam fecit illis verbis hic text. ibi, *non autem viduam, aut repudiatam.* Sed tantùm esse culpam venialem ducere non virginem, aut bis contrahere nuptias, qui in minoribus Ordinibus sunt constituti, tenent Tabien, *verbo apostasia quast. 10. num. 13.* Bannes *2. 2. q. 12. art. 1. vers. sit tamen tertia conclusio,* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 31. n. 11.* Vasquez *de Ordine disput. 249. c. 4. n. 39.* Filliuc. *quast. moral. tom. 1. part. 2. tract. 10. cap. 4. num. 130.*

Verùm quando ex iuxta causa retrocedit huiusmodi clericus, etiamsi viduam ducat, nulla est culpa; quia vtitur iure suo, nec recedit à statu perfecto, sed à statu, qui initium est, & via ad perfectum Ordinis statum, ita Aragon. *2. 2. q. 11. art. 1. dub. 1.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 7. n. 1.* Tolet. *in sum. lib. 4. cap. 18. n. 4.* Valent. *2. 2. disp. 1. quast. 12. puncto 1.* Bonacin. *de matrim. q. 3. puncto 9. n. 2. & 4.* Ægid. de Conink. *disp. 23. dub. 3. n. 56.* Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 4 q. 8. n. 27.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 14. quas. 14.* Couar. *de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 3. n. 3. in fine,* absolutè ait nulla distinctione præmissa nullam esse culpam initiatum minoribus Ordinibus retrocedere transeundo ad matrimonium, & Petr. de Ledesma *in sum. part. 1. de Sacrament.* vbi *de Sacram. Ordinis, cap. 7. post 3. conclus. vers. de la primera corona, circa med.* Nec obstat text. *in præsenti*, quia non absolutè interdicit matrimonium huius cum vidua, sed si velit mortua vxore ad clericatum redire, ad maioresque Ordines ascendere, vt inter retantur Archid. *hic num. 1.* Turrec. *art. 2. num. 2.* S. Bonauent. *in 4. dist. 37. in init. in expositione littera.* 2 3

Nec cuiquam nubere in vita, &c. Notatur ad hoc quòd vxor, quæ voto castitatis emisso licentiam concessit voto Ordinem sacrum assumendi, redditur inhabilis matrimonio ineundo post viri obitum, vt per Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 14. q. 11.* Filliuc. *quast. moral. tom. 1. tract. 10. cap. 4. n. 131. cum seqq. & à n. 145.* Basil. Pone. *de imped. matrim. cap. 19. §. 1. vers. simili.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 40. n. 2.* vbi *n. 3.* rationem præstat huius inhabilitatis inducendæ. Secus autem erit si maritus repugnante, vel ignara vxore fuerit ad sacros Ordines promotus, quia tunc vxor habet ius repetendi virum, illúmque reuocato ad matrimonium, & vir vxori restitutus debitum coniugale reddere iure ipso compellitur, nequit tamen petere debitum, quia promisit non exigere, quod in eius potestate erat, *cap. quidam, de conuers. coniug.* Azor. *d. cap. 14. q. 12.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 38. num. 12.* Filliuc. *d. cap. 4. n. 1[illegible]* vbi *n. 147.* idem dicendum asserit, si licentia vxoris fuisset extorta per metum grauem, vel vim, aut dolum. Illud demum aduertendum duxi quòd licèt Sanch. *d. lib. 7. disput. 31. num. 7.* putauerit hunc textum emanasse à Leone IX. contra epistolam Nicetæ Abbatis, vt habet illius superscriptio, tamen verius est quod tradit Vasquez *de ordine disput. 246. cap. 4. num. 39.* videlicet emanasse ab Humberto Legato Leonis IX. in resp. contra Nicetam. 4

CAP. Interdixit. XVI.

Ex Concil. Nicano.

QVatenus in hoc text. deceditur quòd clerici non debent habere in domo mulieres suspectas, vide ad ornatum posita ad *cap... de cohabit. cleric.* 1

Subintro

2 *Sub introductam mulierem.*] Quæ dicatur subintroducta mulier, de qua pluries fit mentio in hoc decreto, non erit abs re inuestigare, sed quia hoc non pertinet ad nostrum institutum, ideo remitto Lectorem ad Couar. *de sponsalib. part. 2. cap.* 8. §. 4. *n.* 5. Vasquez *de Ordine disp.* 247. *cap.* 4. *n.* 42. *cum seqq.* Latissimè Anastas. Germon. *animaduers. iuris lib.* 2. *cap.* 15. *per tot.* vbi tandem concludit his verbis, *Introductitia ergo mulier meo iudicio erit, quæ libidinis causa intus retinetur, hoc est, quæ non in luce, & oculis ciuium, sed intus in domo habetur.* & paulo infrà, *Et ex his inferitur fornicarias mulieres dici solitum introduci, vxores verò in domum deduci cum festiuitate, & pompa.*

Cap. Presbyter. XVIII. *Greg.*

1 Presbyteram.] Non sic dicitur ex eo quòd habeat officium Sacerdotis, nec ab vllo Ordine, quem suscepisset, nec à ministerio, ad quod esset destinata, sed à viris, quorum vxores erant, vt obseruant Mich. Medin. *lib.* 4. *de contin. contron.* 6. *cap.* 7. Vasq. *de Ordine disp.* 245. *cap.* 3. *num.* 49. Ochagauia *de Sacrament. tractat. de Ordine q.* 8. *n.* 6. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 24. *nu.* 26 Aliquando verò Presbytera ob ætatem vidua senior dicitur, vt *in cap. seq.* & tradunt Albert. Troc. *de vero & perfecto clerico lib.* 2. *c.* 3. *n.* 7. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 1. *anno Christi* 34. *n.* 289. Iul. Lauor. *d. cap.* 14. *n.* 27.

Distinctio XXXIII.

Summarium.

1 *Concubina in hoc text. non dicitur ea cum qua vagus, ac solutus fit concubitus, sed vxor matrimonio copulata, minori tamen illa solemnitate, cum qua matrimonialis coniunctio fiebat.*

2 *Bigamus censetur qui duobus solemnibus matrimonijs copulatus fuerit, vel alterum solemne, alterum cum concubina, idest, minus solemniter contraxerit.*

3 *Reprobatur Ferdinandus de Mendoça hunc text. de concubina turpi intelligens.*

4 *Reijcitur interpretatio Couar. quam ad hunc text. præstat.*

Cap. Si quis I.

1 Ex auctoritate Canonum Apostolorum *capit.* 17. Gratian. *in præsenti* ait quòd qui post acceptum Baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, vel concubinam habuerit, non potest fieri Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, nec protsus de eorum numero, qui Altari deseruiunt, cuius canonis verba, *concubinam habuerit*, non sunt intelligenda de ea, cum qua vagus, ac solutus esset concubitus, sed de vxore matrimonio copulata, minori tamen illa solemnitate, aut sine solemnitate, cum qua tamen vera matrimonialis coniunctio erat, vt explicauit Gratian. *in cap. omnibus* 34. *dist.* vbi Doctores citaui. Decernunt enim Apostoli, vt qui duo-
2 bus solemnibus matrimoniis copulatus fuisset, vel alterum solemne, alterum cum concubina contraxisset, hoc est, non solemni coniuge, bigamus censeretur, en quòd re vera duo matrimonia consummauerat. Quamuis enim certum esset apud Ecclesiæ Patres non licere habere concubinam retenta vxore, attamen quia sciebant duplex esse, & receptum eo tempore vxorum genus, ne quis existimaret tantùm bigamum censeri, qui duas solemni ritu duxerat vxores, non verò qui vnam solemniter, aliam sine solemnitate, declararunt verè esse bigamum, & à sacris Ordinibus arcendum tam eum, qui duo solemnia matrimonia consummauerat, quàm etiam minus solemnia, & cum concubinis contracta, hoc est, cum inferioris ordinis coniugibus.

Quamuis Ferdinandus de Mendoça *lib.* 2. *de confirmat. Concil. Illiber. cap.* 8. affirmet in hoc Canone 3
Apostol. concubinam turpe nomen esse, quod quidem ex eo colligit, quia si concubina vxor esset, nequaquam Apostoli id constituissent, cum clerici minorum saltem Ordinum, de quibus etiam agit Canon ille, vxores habere non prohiberentur; sed à vero sensu penitùs aberrat, nam Canon Apostolicus non prohibet ne coniugatus ordinetur, vt falsò deducit, sed ne bis coniugatus assumatur ad Clerum; sine vtrumque coniugium solemne fuerit, siue vnum solemne, alterum sine solemnitate cum concubina inferioris classis vxore ob bigamiam contractam; bigami autem ab omni prorsus Ordine excludebantur; quamuis enim aliquando toleratum vt bigamus etiam ad Subdiaconatum ascenderet, vt constat ex Concil. Arelatensi II. *cap.* 26. & Tolet. I. *cap.* 3. attamen à minoribus Ordinibus bigamus olim etiam exclusus planissimum aliòque ostendendum loco.

Ex quo reiicitur interpretatio, quam adhibet Cou. 4
in clem. si furiosus part. 1. §. 2. *n.* 3. qui cùm meretricum concubitum in isto Canone Apostol. intellexisset, affirmauit olim eo effici aliquem irregularem, iam tamen sublatum vsu, id enim absque fundamento asseritur. Reiicienda etiam venit interpretatio Suar. *tom.* 5. *de censur. disputat.* 46. *sect.* 2. *num.* 2. qui cùm idem, ac Couarruuias concubinæ nomine intellexisset, addit reiici ab Altari, qui concubinam habuerit propter infamiam, infamis enim ad sacros Ordines non est admittendus, *cap. infamis.* 6. *quæst.* 1. cum aliis, Filliuc. *moral. quæst. tract.* 19. *cap.* 8. *ex num.* 213. Thom. Valasc. *alleg. iuris tom.* 1. *alleg.* 41. *n.* 8. Sed neque is sensus quadrat Apostolico Canoni, in quo de bigamiæ irregularitate agi planum est, ex supradictis iunctis iis, quæ in sequenti text. dicemus.

Summarium.

1 *Maritus duarum post Baptismum matronarum in clericum ordinandus non est.*

2 *Matronæ nomen quid significet, ostenditur.*

3 *Concubina nomine in hoc text. non venit ea cum qua vagus, & omni lege solutus est concubitus.*

7 *Pœnitentes publicè prohibentur ordinari.*

8 *Pœnitentia publica peracta, dummodo non sit solemnis, potest quis ordinari.*

9 *Episcopus propter necessitatem vel vtilitatem Ecclesiæ potest cum solemniter pœnitentibus ad suscipiendos minores Ordines dispensare.*

Cap. Ostiarius. II. *Greg.*

Gennadius, cuius est text. iste, vt notant Decreti Gregoriani correctores, ait maritum duarum post Baptismum matronarum clericum non ordinandum, neque eum, qui vnam quidem, sed concubinam, non matronam habeat, quo loco 2
matronæ nomen non in eo sensu vsurpatur, quo Gellius accipit *lib.* 16. *noctium Atticarum cap.* 6. *in fine*, vbi matrisfam. nomen à matrona distinguit, matronam appellans, quæ in matrimonium cum viro conuenit,

uenit, & matremfam. quæ esset in mariti manu, mancipióque, aut in cuius manu, mancipióque maritus esset. Sed matronæ nomen *hic* accipitur pro spectatæ, probitatis, & ingenuitatis fœmina, in quo sensu non semel accipitur in iure Ciuili, vt Brisson. docet *de verborum signif. verbo Matrona.*

3 Concubinæ autem nomine in hoc text. non venit ea cum qua vagus, & omni lege solutus est concubitus, sed vxor matrimonio copulata, minori tamen illa solemnitate, aut sine solemnitate, cum qua tamen vera matrimonialis coniunctio erat, sicut interpretatur Gratian. *in cap. omnibus 34. dist.* vbi plures citaui Doctores.

4 *Qui semetipsum truncauerit.*] Notatur ad hoc quòd ille, qui propria voluntate aliquo sui corporis membrum amisit, irregularitatem incurrit, de quo vide posita ad *cap. 1. de corpore vit.*

5 *Qui vsuras accepisse conuincitur.*] Notatur ad hoc quòd conuictus de vsura est inhabilis ad sacrorum Ordinum susceptionem, vt per Perez *in proœm. tit. 2. col. 26. vers. hinc venit, lib. 8. Ordin. pag. 26.* Illi enim sunt infames, vt tenent plures Doctores per me citati *de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 43. num. 3.*

6 *Aut in scena lusisse dignoscitur.*] Notatur ad hoc quòd repræsentantes comœdias, tragœdias, aut satyras, non possunt ad sacros Ordines promoueri, quia ipso iure sunt infames. Alphons. de Mendoça *in quodlib. q. 9. n. 12.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 10. n. 8. in fine*, Beller. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina clericali. §. 10. n. 17. cum seqq.* vbi intelligit. Ergo ipse *d. alleg. 43. num. 10.*

7 *Nec illum, qui publica pœnitentia*, &c. Notatur ad
hoc quòd pœnitentes, idest, qui publicam pœni-
tentiam pro graui, & publico delicto aguot, ordinari
prohibentur, similis text. *in cap. ex pœnitentibus, &*
in cap. illud, hac ead. distinct. Maiol. *de irregul. lib. 3.*
cap. 2. sub nu. 4. Ergo ipse *de officio, & potest. Episcopi*
part. 2 alleg. 10. num. 42. & alleg. 43. n. 7. secundum
8 *Lugdunen. impress.* vbi resoluo quòd peracta publica
pœnitentia, dummodo non sit solemnis, potest quis
9 ordinari, at propter necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ licere Episcopo cum solemniter pœnitentibus ad suscipiendos minores Ordines dispensare, resoluunt Bernard. Diaz *in pract. cap. 23. n. 3.* Maiol. *d. cap. 3. sub. n. 6. vers. hac qua*, Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 21. num. 7.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 16. de suspens. cap. 1. vers. quartum casum*, quos refero ergo ipse *de alleg. 43. num. 8.*

10 *In furiam aliquando*, &c.] Notatur ad hoc quòd non debet ordinari, qui aliquando in furiam insaniuit, vt per Nau. *in mann. cap. 25. n. 72. & cap. 27. n. 203.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 13. n. 1.* Perpetuò enim manet irregularis qui semel in furiam incidit, licèt postea sanitatem recuperet, vt per Viuald. *in candel. aureo, tit. de irregul. n. 181.* Sayr. *d. lib. 6. cap. 6. n. 14.* Valenz. *cons. 25. n. 5.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 51. sectione 1. numero 4.* vbi intelligit de furore, qui procedit ex propria organorum læsione, non autem si ex vehementi febre quis deliret, vel furiosus fiat, quia nullam inde contrahit irregularitatem, de quo etiam Viuad. *vbi sup. num. 182.*

Diaboli vexatus.] Vide posita ad *cap. communiter n. 1. hac ead. dist.*

In gloss. *Concubina.* ibi, *Arg. quòd si quis habuit virginem concubinam, licèt postea sumat eam in vxorem, quòd non potest promoueri.* Reprobatur per Doctores, quos citaui *in cap. nemo, in fine, 32. dist.*

SVMMARIVM.

1 *Dæmoniaci perpetuò ab Ordinum susceptione excluduntur, & promoti susceptos Ordines administrare non possunt.*

2 *Morbo caduco laborantes sunt irregulares cum impediantur promoueri ad Ordines, & promoti suspendantur.*

3 *Morbo caduco laborans est inhabilis ad beneficia obtinenda, & collatio illi facta est ipso iure nulla.*

Cap. Communiter. III. *Pius.*

DE his, qui aut in terram arrepti à dæmonibus, &c.]
Notatur ad hoc quòd dæmoniaci arreptici, & 1
energumeni perpetuò ad Ordinum susceptione excluduntur, & promoti susceptos Ordines administrare nõ possunt, vt per Maiol. *de irregul. lib. 2. c. 17. col. 2.* Pelag. *de planctu Eccles. lib. 1. cap. 48. vers. dæmoniaca vexatio, pag. 98.* Nau. *in man. cap. 27. n. 203. vers. 14.* Tolet. *in sum. lib. 1. cap. 25.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de irregul. n. 184.* Soar. *de censur. disp. 51. sect. 1. n. 7.* Flamin. Paris. *de resignation. benefic. lib. 5. quæst. 6. n. 94.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 17. num. 188.* Filliuc. *tract. 19. n. 181. vers. septimum.* Henrisq. *lib. 14. c. 8. §. 8.* Ragus. *de Missa q. 17. n. 1.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 9. n. 14.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs, disp. 9. dub. 11. sub num. 4.* cum aliis per me citatis *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 42. n. 51. cum seqq.* Amplia, etiamsi semel hoc genus vexationis quis passus fuerit, vt per Viuald. *n. 181.* Soar. *n. 7.* Sayr. *n. 14. citatis locis*, Valenzuel. *cons. 25. n. 2. cum seqq.*

Quousque vnius anni spatio, &c.] Ergo dæmoniaci & similes non aliter sunt admittendi in susceptis Ordinibus ministrare, nisi postquam annus lapsus sit, in quo abreptio aliqua non videatur, quod tamen prudentiarbitrio Episcopi relinquitur, qui tenebitur suum consensum præbere, cùm potius sit iusta declaratio, quàm gratiosa dispensatio, vt per Viuald. *vbi sup. num. 183.* Soar. *d. disput. 51. sect. 1. num. 5. & 7. vers. quoad vsum*, Sayr. *dict. lib. 6. cap. 9. num. 14. vers. quòd si dicas.*

Notatur etiam ad hoc hic text. quòd morbo cadu-
co laborans est irregularis, cùm impediatur promoue- 2
ri ad Ordines & promotus suspendatur, vt per Maiol. *de irregul. lib. 2. cap. 16. n. 4.* Verall. *decis. 236. in princ. parc. 2.* Flamin. Paris. *d. q. 6. num. 106.* Vgolin. *de irregul. cap. 54. §. 1.* Aluar. Pelag. *de planctu Eccles. lib. 1. c. 48. lit. F.* Nau. *in man. cap. 27. n. 203.* Franc. Leo *in thresauro fori Ecclesiast p. 2. cap. 8. n. 32.* Henriquez *in summ. lib. 14. cap. 8. §. 8.* vbi declarat huius morbi species, Ragus. *de Missa in Ecclesia q. 16.* Filliuc. *tract. 19. n. 181. vers. sextum.* Ergo ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 42 n. 48.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. n. 4. in princip.* Rot. *in Salamantina dimidia portionis 23. Ianuarij 1609.* coram Card. Marqoemontio, impressa per Farin. *decis. 236. n. 2. part. 2. recent.* vbi etiam quòd iste est inhabilis ad be-
neficia obtinenda, & collatio illi facta est ipso iure nul- 3
la, & *n. 3.* declarat, id non procedere in beneficio in quo aliquis Ordo sacer non requiritur.

Cap. Laici. VI. *Innoc. I.*

INnocentius I. *epist. 4. ad Nucerinum n. 4.* relatus
in hoc text. prohibet, ne qui habentes vxores, ac 1
illis defunctis postea concubinam habuerint, admittantur

tantur ad Clerum, sunt enim illi bigami ob secundum coniugium cum concubina contractum, licèt enim cõcubina propriè illa dicatur cum qua vagus, & omni lege solutus est concubitus, vt multis probare contendit Ferdinand. de Mendoça *de confirmat. Concily Illiber, cap.* 8. sæpè tamen accipitur pro vxore matrimonio copulata, minori tamen illa solemnitate, aut sine solemnitate, cum qua vera matrimonialis coniunctio erat, & in hoc sensu vsurpatur concubina in hoc text. iuxta ea, quæ Gratianus scribit *in cap. omnibus* 34. *dist.* cum *ibi* per me adductis; nec verò quemquam moueat quòd concubinam, aut pellicem coniunxerit hic text. tum quia dici potest illa disiunctiuè accipi, ac potiùs indicare aliud esse pellicem, aliud concubinam, ac proinde concubinæ nomine etiam coniugalem copulam intelligendam; tum quia pellicis olim, vt inquit Festus, non omninò probosum nomen. *Antiqui*, inquit, *propriè pellicem nominabant, quæ vxorem habenti nubebat.* Quare olim erat idem quod concubina, idest, ordinis inferioris vxor, quæ etiam vxoris loco, sine nuptiis tamen legitimis, & solemnibus, habebatur, vt inquit Paul. *in l. Mansurius, ff. de verbor. signific.* vbi Alciat. *num.* 3. *&* 4. ponit discrimen inter pellicem, concubinam, pallacam, amicam, & meretricem. Vide Tiraquel. *ad leges connub. gloss.* 8. *num.* 244. Anton. Augustin. *lib.* 1. *emendat. Gratiani dial.* 15. *pag.* 151. Sotomaior *in cap.* 6. *Cantic. num.* 7. *pag.* 10, 6.

Distinctio XXXIV.

Cap. Quorumdam. I.

Nicolaus.

1 VENATORAM *nunquam legimus sanctum.*] Quia venatores miserandam in animalibus exercendo carnificinam, multum inde sanguinatiæ crudelitatis assumunt, & mentem induunt ab omni pietate alienam. Pined. *in Iob. cap.* 16. *vers.* 10. *num.* 3. *&* 7. Ferdinand. Salazar *Prouerb. cap.* 12. *vers.* 27. *num.* 123. vbi fraudulentos homines venatori dicit persimillimos, ipsámque artem venatoriam multis fraudibus, ac dolis esse coniunctam, & Martin. Delr. *in adag. sac. adag.* 13. *per tot.* firmat quòd sacer textus venationis nomine omnem tyrannidem, crudelitatémque designat. Non obstat quod obiicit gloss. *verbo Venatorem, in præsenti text.* de sancto Eustachio, quia bene soluit, dicens quòd deseruiens venationi non est sanctus, sed qui semel fuit venator, potest postea effici sanctus peracta iam pœnitentia, sequitur Abb. *in cap.* 1. *vers. & pro illa, de clerico ven.* declarant Abulen. *in Matth. cap.* 6. *q.* 43. *vers. si autem obiiciatur.* Franc. March. *Delphin, decis.* 529. *ex num.* 7. *p.* 1. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 39. *cap.* 10. *num.* 13. Thom. Valasc. *alleg.* 31. & alij plures per me citati *in collect. ad d. cap.* 1. *de clerico ven.*

2 In gloss. *Excommunicatus abscedat.* ibi, *vt non intersit cum eis in negotiis communibus.* Intelligit glossa *verba text. excommunicatus abscedat*, non de propria communicatione, sed de sola quadam separatione in negotiis, & aliis ministeriis, v. g. vt non vocetur ad consecrandum aliquem Episcopum, vel ad alia negotia tractanda, sequuntur Greg. Lop. *l.* 5. *gloss. vltim. tit.* 9 *part.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 418. *num.* 12. *in fine*, Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Venationes, & syluatica fatigationes cum canibus, & falconibus clericis prohibita sunt.*

2 *Concubinæ nomine sæpè significatur vxor matrimonio copulata, minori tamen illa solemnitate, aut sine solemnitate, cum qua vera matrimonialis coniunctio erat.*

Cap. Omnibus. III.

DE venationibus, & syluaticis fatigationibus cum canibus, & falconibus clericis prohibitis, dixi *in collect. ad cap. omnibus* 2. *de clerico venat.* vbi plures citaui Doctores, & multipliciter declaraui. 1

Concubina autem hîc ea intelligitur, &c.] Concubinæ nomine sæpè post Christum non tantùm significatur illa, cum qua vagus, & omni lege solutus est concubitus, sed etiam vxor matrimonio copulata, minori tamen illa solemnitate, aut sine solemnitate, cum qua tamen vera matrimonialis coniunctio erat, non quidem vigente prioris coniugis copula, aut prima vxore alia superstite, sed tantùm, quæ minùs solemniter ducta esset. ita Archid. & Turrect. *in cap. is qui, & in cap. Christiano, hac ead. dist.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 16. Turrian. *pro Canonibus Apostolor. lib.* 1. *cap.* 13. Anastas. Germon, *animaduers. iuris lib.* 1. *cap.* 11. Cardin. Bellarm. *lib.* 2. *de Conciliis cap.* 8. *vers.* 11. Thom. Boss. *de signis Ecclesia cap.* 41. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 138. *num.* 5. Et sic Agar verè fuisse Abrahæ vxorem, licèt minus principalem, docent ex SS. Patribus S. August. *in lib. de bono coniugali cap.* 9. 13. 15. *vsque ad* 20. *& lib.* 1. *q. super Genes. quæst.* 90. *& lib.* 16. *de ciuitate Dei cap.* 25. *&* 34. S. Ambros. *de Abraham lib.* 1. *cap.* 4. S. Hieron. ad Ageruntiam *de monog. tom.* 1. *pag.* 119. *& lib.* 1. *contra Iouinian pag.* 509. Tertullian. *lib. de exhortat. ad castitatem pag.* 650. *& lib. de monogam. pag.* 665. Anton. Augustin. *lib.* 1. *de emendat. Gratiani, dial.* 15. *pag.* 151. *&* 155. Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *de matrimon. cap.* 11. *& lib.* 2. *de Concil. cap.* 8. Ludou. de Sotomaior *in Cantica cap.* 6. *num.* 7. ibi, *sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ*, &c. quamuis Ferdin. de Mendoça *de confirmat. Concilij Illiber cap.* 8. asserat concubinę nomen, si Rempublicam Hebræorum excipias, semper in turpem partem acceptum, & infame habitum, nec vxorum vnquam nomine comprehendi. Non obstat text. *in cap. non omnis* 32. *q.* 2. quia respondetur prout *ibi* circa illius textus intellectum latè dixi. 2

SVMMARIVM.

1 *Vxorem non habenti quomodo fiat licitum vnicam habere concubinam.*

2 *Communio quare deneganda non sit illi, qui non habet vxorem, sed loco illius concubinam, ostenditur.*

3 *Concubina in hoc text. dicitur, quæ ducebatur sine solemnitate illa, qua principalis vxor ducebatur, & ita cessantibus iuris solemnitatibus, & legalibus instrumentis, sed tamen coniugali affectu.*

4 *Sacra Pagina eas fœminas, quas Sancti Patres præter proprias vxores carnaliter cognouerunt, eosque in contubernio, veluti vxorum ancillas retinebant, promiscuè appellabant vxores, vel concubinas, veras tamen vxores nunquam concubinas, nominauit.*

5 *Concubinæ olim ducebantur sine solemnitate illa, qua principalis vxor ducebatur, scilicet conuiuij per septem dies.*

6 *Filiis concubinarum olim loco vxoris habitarum, non debebatur hereditas, non aequalis honor, non sacerdotium, non primogenitura, munera tantum recipiebant, mutua se charitate complectebantur, & se se iuuabant.*

7 *Ferdinandus de Mendoça reprobatur hunc text. interpretans de vago concubitu, & n. 8. & 9.*

Cap. Is, qui. IV.

1 IN aliquibus antiquis Canonibus non habenti vxorem licitum fit vnicam habere concubinam, vt expressè ait text. *in cap. Christiano, inf. hac ead. distinct.* & ideò statuit Concil. Tolet. I. *cap.* 17. quod refert Gratian. *in praesenti*, à Communione repellendum non
2 esse qui non habet vxorem, sed loco illius concubinam; qualis autem debeat esse haec concubina inuestigate oportet; illa igitur talis dicitur in hoc pro-
3 posito, quae ducebatur sine solemnitate illa, qua principalis vxor ducebatur, & ita cessantibus iuris solemnitatibus, & legalibus instrumentis, sed tamen coniugali affectu, vt interpretatur Gratian. *in cap. omnibus, hac ead. dist.* vbi plures citant Doctores, & colligitur ex notatis per Doctores *in l. Masurius ff. de verb. signific.* & sequuntur communiter Gregor. Lop. *in proem. tit.* 14. *gloss.* 3. *p.* 4. Perez *l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 202. *ad fin.* Couar. *de sponsalib. p.* 1. *cap.* 4. *in initio num.* 9. Menoch. *de arbitr. casu* 418. *n.* 20. Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 35. Sayr. *in claui Reg. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 5. Anastas. Germon. *animaduersionis lib.* 2. *cap.* 11. Pined. *in vita S. Ioannis Baptistae lib* 1. *art.* 1. *cap.* 8. §. 35. *pag.* 145. Fr. Ludou. de Sotomaior *super Cantica cap.* 6. *num.* 7. *pag. mihi* 1094.

4 Sacra autem Pagina eas foeminas, quas sancti Patres, praeter proprias vxores carnaliter cognouerunt, easque in contubernio veluti vxorum ancillas retinebant, promiscuè appellat vxores, vel concubinas, veras tamen vxores nunquam concubinas nominauit, vt exponit D. Augustin. *lib.* 1. *quaest. super Genes. cap.* 90. & *lib.* 16. *de Ciuitate Dei cap.* 34. scribens Cethuram veram Abrahae vxorem peculiari mysterio dici concubinam. Inter vtrasque ea est differentia, quia
5 concubinae ducebantur sine solemnitate illa, qua principalis vxor ducebatur, scilicet conuiuij per septem dies, de quo Lyra intelligit illud Genes. cap. 29. *Imple hebdomadam dierum huius copulae*, iuncta auctoritate Iudicum cap. 14. *Vxor Sampson septem diebus conuiuij flebat*, vt post Magistr. ex Aloys. Lippom. *in Genes. cap.* 22. explicant Henriq. *in summ. lib.* 12. *cap.* 6. §. 1. *lit. S.* Gutier. *d. cap.* 7. *num.* 32. Cou. *d. num.* 9. vbi ex Lippom.
6 *citato loco* subdit concubinas olim esse non illegitimas, & fornicarias, sed vxores minimè principales, quarum filiis non debebatur haereditas, nec aequalis honor, non sacerdotium, non primogenitura, sed munera tantùm recipiebant, mutua se charitate complectebantur & se se iuuabant.

7 Verùm Ferdinandus de Mendoça *lib.* 2. *de confirm. Concil. Illiber. c.* 8. qui textum *in praesenti* de vago concubitu contra communem Doctorum omnium sensum interpretatur, inquit eo permitti vt concubinarius à Communione sacri Corporis non repellatur, etiamsi communicare auderet, idque permissum ob temporum iniquitatem, & peccantium multitudinem: qua ratione Alexander III. *in append. part.* 50. *cap.* 51. clericis concubinariis depositionis poenam mitigauit; & quod magis ad rem, Augustin. *serm.* 2. *Domin.* 22 *post Pentecost.* qui est de castitate coniuga li idem Africanos Episcopos permisisse ob eandem causam, disertissimè docet. Quod ergo Afris permissum, eodem tempore permissum apud Hispanos, vtrorumque enim effraenatam libidinem scripsit Saluian. Massiliensis Episcopus *lib.* 7. *de prouidentia Dei.*

8 His tamen non obstantibus à prima interpretatione non est recedendum, nam licèt haec Ferdinandi de Mendoça acutè, & eruditè excogitata videatur, ea tamen ratione refellitur, quia quamuis, vt Augustinus loquit, peccantium multitudo cogeret, vt in sacra distribuenda Communione Episcopi tolerarent etiam concubinarios ad illam accedentes, attamen vniuersali, ac publica lege ab Hispanis Patribus statutum, ne à Christi corpore percipiendo repellerentur etiam publici, & noti populo concubinarij, indignum est tantorum Patrum egregia sanctitate; laxarentur enim ea lege habenae lasciuiae, & quod publica lege non solùm tolerari, sed etiam praecipi vidissent, vires libido sumeret, quare non minueretur peccatum, sed augeretur. Refellitur etiam, quia ex Concil. Illiberitano *cap.* 3. & 7. & Illerdensi *cap.* 4. constat scortationem, & fornicariam coniunctionem fuisse paulò ante hoc Toletanum Concilium in Hispania seuerissimè punitam, & in Nicaena Synodo *cap.* 65. & 68. (cuius meminit text. *in praesenti*) tam clericorum, quàm laicorum fornicationem interdici.

9 Denique refellitur hic vltimos Mendoçae intellectus, & interpretatio ad hunc text. si eius verba attentè, & consideratè legantur; nam cùm eum, qui concubinam habuerit simul cum vxore, à Communione repellat, quo pacto publicum concubinatum, licet solùm lege ille sit, ad Communionem admittet? adde eandem iubere esse rationem, & aequè ad Communionem admittendum vxoratum, & qui concubinam habuerit tantùm, aut vnius mulieris, siue vxoris, siue concubinae sit coniunctione contentus, vt ei placuerit. At si eadem ratio est aut vxorem, aut concubinam habenti, coniunctio cum concubina matrimonialis erat. Expendo etiam verbum illud, *vt ei placuerit*; si enim concubina permitteretur tantùm in hoc text. vt minus malum, & non approbaretur, aliquod saoè verbum esset, quod illud vt minus malum iudicaret permitti tantùm; at verbo illo, *vt ei placuerit*, optio datur eligendi vel vxorem, vel concubinam; ergo licita coniunctio vtraque erat, aliàs quo pacto inter licitam, & illicitam copulam illi optio datetur eligendi nullo interim verbo addito, quo turpis ea coniunctio cum concubina declararetur, sicut eo loco, quem ex Augustino citat Ferdinandus de Mendoça, sunt quamplurima.

Cap. Christiano. V.

VIde dicta ad *cap. is qui, sup. hac eadem distinct.* Et quatenus *hic* agitur circa pluralitatem vxorum, vide posita ad *c. gaudemus, de diuort.* & adde Franc. de Mendoça *tom.* 1. *in lib.* 1. *Regum c.* 1. *n.* 2. *annot.* 5. *sect.* 2.

Cap. Fraternitatis. VII. *Pelag.*

FVtura incontinentia suspicionem, &c.] Notatur ad hoc quòd aetas senilis futurae incontinentiae suspicionem aufert, vt per Tiraq. *l.* 6. *connub. gloss.* 1. *part.* 6. *num.* 9. Alciat. *de praesumpt. reg.* 2. *praes.* 1. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 89. *num.* 53. Et seniores virtutibus praesumuntur excellere, idem Tiraquel. *in praefat. primogen. n.* 153. & praeferuntur iunioribus. Menoch. *consil.* 16. *n.* 22. & 26. Guilelm. Benedict. *in c. Raynutius, verbo in extremis n.* 6. *de testam.* Nam plus valet vmbra senis, quàm ensis iuuenis, vt ex Bald. refert Auiles *ad capita Praetorum in proem. num.* 18. *pag.* 17. Pined. *in vita D. Ioannis Baptista lib.* 2. *art.* 1. *cap.* 6. §. 139. *pag. mihi* 98. 1

SVMMARIVM.

1 *Bigamus dicitur ille, qui virginem duxit, & post adulterium ab ea vxore commissum eandem etiam ignoranter carnaliter cognouit.*

2 *Irregularitas vt incurratur à viro carnaliter cognoscente vxorem adulteram, an requiratur vt vxoris adulterium sit euidenter probatum, ostenditur.*

3 *Maritus cognoscens vxorem adulteram etiam Ecclesia præcipiente, vel tempore, quo lis pendet, incurrit irregularitatem.*

Cap. Si cuius. VIII.

1 EX hoc text. colligont communiter Doctores non dabere illum Sacerdotem fieri, cuius vxorem constat adulteriom commisisse, vt per Greg. Lop. *l.* 35. *gl.* 6. *tit.* 5. *part.* 1. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 48. *sect.* 3. *nu.* 14. Sayr. *in simili tract. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 18. Vnde bigamum dici illum, qui virginem duxit, & post adulterium ab ea vxore commissum, eaodem carnaliter cognouit, resoluunt Sot. *in* 4. *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 1. *col. pen. conclus.* 5. Capell. Tholos. *q.* 220. *in fine.* Albert. Tror. *de vero, & perfecto clerico lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. Alphons. de Castr. *libr.* 2. *de lege pœnali cap.* 14. *corol.* 2. quod infert ex 1. *conclus.* Villadieg. *de irregul. cap.* 15. *num.* 1. Borgas. *in simili tract. part.* 5 *tit. de bigamia. n.* 46. Maiol. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 33. *num* 6. Cou. *in Clem. si furiosus part.* 1. §. 2. *num.* 4. *vers. quartò*, Petro de Soto *lect.* 18. *de matrimon. part.* 4. *vers. hac igitur*, Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7. Henriq. *in sum. lib.* 12. *de matrim cap.* 6. §. 10. Matiens. *in rub. tit.* 1. *gloss.* 1. *num.* 102. *lib.* 5. *noua recopil.* Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 15. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 84. *num.* 15. Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 19. Salzed. de Bernard. *in practic. cap.* 16. *littera F.* Belett. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de disciplina clerical.* §. 6. *n.* 39. id ipsum asserentes, etiamsi vir ignoranter vxorem adulteram cognouerit, cùm hæc irregularitas contrahatur, ex quacumque adulterij ignorantia cognoscatur vxor, quia hic non agitur de vitio promouendi ad Ordines, ad quod desideratur scientia, sed de significationis defectu, quem potest pati ignorans, & expressè Cou. *d.* §. 2. *num.* 3. Nau. *in man. cap.* 28. *n.* 195. *vers. secundò dico*, Tolet. *in sum. lib* 1. *cap.* 226. *nu.* 6. Henriq. *d.* §. 10. Sanch. *d. num.* 14. *vers. & ideo*, Suar. *d. sect.* 3. *n.* 15. quamuis cõtra eos teneant Rebuff. *de pacif. possess. num.* 194. Sà *verbo irregularitas, vbi de bigamia, num.* 3. Petr. Ledesm. *de matrimon. q.* 66. *art.* 3. *col. pen.* Petr. Greg. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 16 *cap.* 10. *num* 8.

2 Et quamuis Bernard. Diaz *in pract. cap.* 16. *in fine*, intelligat tunc irregularem esse virum cognoscentem vxorem adulteram, quando potest probari adulterium, quia in hoc text. petitur ad inducendam huiusmodi irregularitatem vt vxoris adulterium sit euidẽter probatum, tamen meliùs aduertit Alphons. de Castro *citato loco* hanc facti euidentiam ad hoc solum peti in præsenti, vt si vir tentaret sacros Ordines recipere, iustè posset repelli in foro externo, non autem vt vir ipse sit irregularis; vnde optimè Nau. *in man. cap.* 16. *n.* 27. ait quoad forum conscientiæ nihil referre, possit vir probare adulterium, necne.

3 In gloss. *Admitti.* Notat ut ad hoc quòd maritus cognoscens vxorem adulteram etiam Ecclesia præcipiente, vel tempore quo lis pendat incurrit irregularitatem, Cou. & Nau. *vbi supra* Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 189. Salzed. ad Bernard. *d. cap.* 16. *in fine.* Henriquez *d. cap.* 6. §. 6. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 25. *num.* 15. Cened. *ad decretal. collect.* 166. *num. vlt.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 158. *n.* 4. *conclus.* 3. Soar. *de censur. disput.* 48. *sect.* 3. *num.* 17 Sayr. *in claui Regia lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 19. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp.* 84. *num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus excluditur à clericatu.*

2 *Bigamus prohibetur Ecclesiastica consequi beneficia.*

3 *Beneficij collatio facta bigamo est inualida.*

4 *Pœnitentes an & quando ordinari possunt, remissiuè.*

5 *Corpore vitiati, & litteras ignorantes ordinari non possunt.*

6 *Curiales ordinari prohibentur.*

7 *Curia oblati quandiu in eius officijs eidem sunt obligati, ordinari prohibentur.*

Cap. Præcipimus. X. Greg.

1 GRegorius vrbis Romæ Præsol Squilatino Episcopo *lib.* 2. *epistol.* 25. relatus *in hoc text.* scribit promouendum non esse bigamum, pœnitentem, corpore vitiatum, literas ignorantem, & Curiæ, vel conditioni obnoxium. De bigamo vide quæ dixi *de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *alleg.* 10. *num.* 43. *secundùm Lugdunen. impress.* & *allegat.* 49. latè disputaui, an & quando Episcopus cum bigamis dispensare possit. Quòd autem bigamus excludatur à clericatu tradunt Bernard. Diaz. *in prax. cap.* 16., Belet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina cleric.* §. 6. *num.* 1. Ego ipse *d. alleg.* 49. *num.* 16. 2 ac proinde prohibetur Ecclesiastica consequi beneficia, Rebuff. *in tract. de pacificis possess. num.* 193. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 9. Azor. *in simili tract. part.* 7. *disput.* 8. *dub.* 1. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 6. *num.* 1. & 2. 3 itaut collatio beneficij facta bigamo inualida sit, secundùm Nauarr. *cons.* 3. *num.* 1. *de bigam.* Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 192. quamuis accederet Episcopi consensus ex Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 11.

4 De pœnitente dixi ad *cap. maritum* 33. *dist. num.* 4. *cum seqq.*

5 De corpore vitiatis, & de ignorantibus litteras dixi *infrà ad cap. illiteratos* 36. *dist.*

6 De Curialibus, idest, iis, qui propter aliquod officium Curiæ sunt addicti, quòd ordinari prohibeantur, probant etiam text. *in cap.* 1. & 2. & *per tot.* 51. *dist. cap. vnic.* 53. *dist. cap. si quis* 77. *distinct. cap. infames* 6. *quæst.* 1. S. Anton. *p.* 3. *tit.* 29. *cap.* 6. Syluest. *verbo Ordo* 4. *q* 2. *vers. nec septimo*, Tabien. *eod verbo* 4. Maiol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 5. Tolet. *in sum. lib.* 1. *cap.* 60. *num.* 2. Henriq. etiam *in sum. lib.* 14. *cap.* 5. §. 5. & *in gloss. lit. L.* Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *tract.* 2. *num.* 64. cum aliis adductis per Belett. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 11. *num.* 6. vbi hoc intelligendum esse existimat de iis Curialibus, qui exercuerunt sæua, vel turpia, siue vilia, vt sunt nuncij, lictores, & id genus similia, seu qui fuerunt officiales in causa sanguinis, &c. quia nec poterant tales ad armatam militiam assumi. *l. omnes. C. qui militare possunt. lib.* 12. optimè Soar. *de censur. tom.* 5. *disputat.* 47. *sect.* 4. *num.* 1. qui concludit, Curiales, qui irregularitatem incurrunt, esse omnes, qui in quacumque seculari Curia ministri sunt in causis sanguinis, quomodocumque ad illas cooperentur, vt tabelliones, solicitatores, procuratores, & inferiores ministri, qui vel denuntiant, vel scribunt sententiam, vel aliquod simile munus exhibent, quos omnes dicit esse irregulares dum talibus detinentur, alios verò ex iis etiam postquam talia munera dimiserunt, nimirum

nimirum eos, qui dum eis occupabantur, irregularitatem ex lenitatis defectu contraxerunt, aut infames facti sunt; vide Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 16. ex num.* 1. vbi *num.* 12. numerat satillites, lectores, ministrum iustitiæ publicæ, qui vindictam exercet mutilando, strangulando, in frusta secando, &c. item deferentes instrumenta sanguinis, eáque ad id aptantes, & applicantes, cursores quoque ad eandem causam sanguinis deputatos, & præcones, quos omnes irregulares dicit. Qui ergo oblati sunt Curiæ alicuius publicæ potestatis, siue sint milites, siue Aduocati; aut Iudices, vel aliud officium gerentes, siue honestum, siue inhonestum vel indecens, præsertim verò in causa sanguinis, non sunt ad Ordines promouendi, quamdiu in huiusmodi perdurãt officiis, aut sunt in iis Curiæ obligati, nec à Curia absoluunt, *cap. Osius* 61. *dist.* qui nec eo casu poterunt ordinari si inde irregularitatem aliquam, vel infamiam traxerint, nisi cum eis fuerit dispensatum, sed & adeò debent à cura esse soluti, vt repeti omninò non possint, *cap.* 1. *&* 3. 51. *dist.* Ego ipse *d. part.* 2. *alleg.* 39. *num.* 46. *secundum Lugdunen. impressionem.*

Cap. Si quis viduam. j. XIII.

Innocent.

De materia huius textus dixi ad *cap.* 1. 26. *distinct.*

SVMMARIVM.

1 *Ancillam ducens irregularis fit.*
2 *Ancillam suam in vxorem ducens iure communi attento minimè facit liberam.*

Cap. Si quis viduam. *ij.* VX.

Ex Canonib. Apost.

1 A*Vt Ancillam.*] Notatur hic text. iuncta gloss. ad hoc quòd ancillam ducens irregularis est, vt per Maiol. *de irregular. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 158. *num.* 3. Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 196. Henriq. *in sum. lib.* 14 *de irregularit. cap.* 5. §. 4. *in fine* Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 19. *num.* 12. Intellige, etiamsi illa mulier sit virgo, propter vilem conditionem personæ, cui similis efficitur; qui cum illa contrahit, & ideo censetur indignus Ordinibus, qui contrahit cum ancilla, mima, vel scenica, saltatrice, ioculatrice, abrepta, vel meretrice, vt gloss. sentit *in præsenti, prope fin.* Soar. *tom.* 5. *de censur. disputat.* 48. *sect.* 3. *in fine*, & Sayr. *in simili tractat. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 8.

2 In gloss. *Ancillam.* ibi, *Eo ipso quòd aliquis ducit ancillam suam in vxorem, ipsa libera efficitur.* Verùm cùm nullus detur text. eam libertatem decernens, iure optimo ab opinione huius gloss. recedunt communiter Doctores, tenentes iure communi attento eam ancillam minimè effici liberam, vt per Cou. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 3. §. 7. *num.* 1. *vers. tertiò*, Emman. Sà *in aphorism. verbo matrimonium, ibi de impedim. dirimentibus num.* 2. *vers. si dominus*, Viuald. *in candelabro aureo tit. de Sacrament. p.* 1. *de matrimon. num.* 125. Henriquez *in sum. lib.* 11. *de matrimon. cap.* 10. §. 4. *in commento lit.* Z. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 39. *vers. sextus est*, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 20. *num.* 11.

Cap. Vidua XVI. *Hieron.*

1 M*Eretrix, quæ multorum libidini patet.*] Quæ autem dicatur meretrix, dixi latè *in collect. ad cap. inter oper n.* 6. *cum seqq. de sponsalib. & in meo tract. de appellatina verborum vtriusque iuris signific. appell.* 150.

2 In gloss. *Quæ multorum.* ibi, *quæ admiserit plures quam* 23. *millia hominum.* Refert & sequi videtur Card. Tusch. *practic. conclus. lit. M. concl.* 211. *num.* 4. sed hoc videtur gratis dictum, & ideo hæc eadem glossa moderando suam primam opinionem ad fin. appellat meretricem, quæ admisit sexaginta viros, referunt Præpos. *in cap. inter opera num.* 1. *vers. item, de sponsalib.* Azeued. *l.* 2. *num.* 114. *tit.* 15. *lib.* 8. *nouæ recop.* Verùm Iureconsultus *in l. palàm quæstum, post princ. ff. de ritu nupt.* videtur appellare meretricem, quæ duos pretio admisit; quare Abb. quem sequitur Præp. *d. n.* 1. pro concordia nota quòd amore plures admittens non est meretrix, nisi admittat vsque ad numerum prædictum huius gloss. quæ verò pretio duos admisit, meretrix est, videlicet si se palàm prostituerit, vt obseruant Azeued. *d. num.* 114. *ad fin.* Pichard. *ad* §. *iuris præcepta num.* 22. *Instit. de iustit. & iure.*

Cap. Lector. XVII. *Martin.*

1 IN bigamia quis possit dispensare, latè egi *de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *allegat.* 49. Aduerte auctorem huius text. esse Martinum Papam, vt bene dicit Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 86. *num.* 11. *in princ.* non verò Martinum Episcopum Bracharen. vulgò Dumieo. vt existimauit Soar. *de censur. disputat.* 49. *sect.* 6. *num.* 5.

2 Gloss. *verbo fiat, in hoc text.* tota est in ostendendo integrum esse Summo Pont. in bigamiæ veræ irregularitate dispensare, quia solo iure Pontificio inducta est, & sic refert Lucium dispensasse cum Episcopo Panormitano, qui bigamus erat. ita omnes *in cap.* 2. *de bigam.* vbi Host. *num.* 4. Innoc. *num.* 2. Ioan. Andr. *à num.* 9. Butr. etiam *num.* 9. Abb. *num.* 6. Cardin. *quæst.* 2. Anch. *num.* 4. Bellarm. *num.* 1. Couat. *in Clem. si furiosus p.* 1. §. 2. *num.* 4. Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 197. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 86. *num.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 7.

Cap. Presbyteri. XIX.

Ex Concil. Agath.

1 IN Concilio Agathenensi *cap.* 39. de quo *in hoc text.* legitur non debere Presbyteros interasse conuiuiis, choreis, & saltationibus, ne propter motus obscœnos oculi eorum contaminentur, vt per Gregor. Lop. per text. *ibi in l.* 57. *gloss.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. *& l.* 34. *gloss.* 7. *tit.* 6. *part.* 1. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 34. *num.* 25. Nau. *in cap. inter verba, conclus.* 2. *num.* 6. *post princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 8. *&* 19.

Turpium spectaculorum.] Quales sunt comœdiæ, de quibus egi *in collect. ad cap... de vita & honest. cleric.* vel agitationes taurorum, de qui plura adduxi *in collectan.*

Cap. Valentino. XX. & vlt. *Pelag.*

1 NOtatur hic text. ad hoc quòd bigamus non dicitur ille, qui contraxit cum virgine, quæ nondum ab eo cognita est mortua, & postea contrahit cum alia virgine, quia nec ipse carnem suam diuisit in plures, vt per Capell. Tholos. *q.* 253. *in fine*, Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 2. *&* 3. Bellet. *disquisit. clerical.*

part. 2.

part. 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 6. *num.* 25. Sic etiam si quis ducat vxorem corruptam, moriatur tamen illa ante carnis copulam, si postea ducat virginem, & illam cognoscat, non manet bigamus, aut irregularis, Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 16. Oportet enim ad irregularitatem inducendam vt ipsa vidua sit cognita à primo marito, sicut resoluit Sebast. Medic. *in sum. part.* 2. *tit.* 9. *quæst.* 28.

Distinctio XXXV.

Cap. Episcopus. I. *Ex Canonib. Apost.*

1 De clerico aleatore dixi *in collect. ad cap. clerici* 15. *num.* 3. *cum seqq. & à num.* 15. *de vita, & honest. cleric.*

2 Item de clerico ebrietati deseruiente, dixi *in collect. ad cap. à crapula* 14. *eod. tit.*

3 *Similiter etiam laicus.*) Ex his verbis colligitur laicum lusorem ratione huius criminis subijci iudicio Episcopi, cuius tamen contrarium tenent Salzed. ad Bernard. *in practic.* 70. *lit. C. vers. hoc de clericis*, & Fat *in praxi crimin. quæst.* 109. *num.* 79. *in fine*, & ideo textum *in præsenti* consuetudine esse derogatum, dicit Caiet. 2. 2. *quæst.* 168. *art.* 3. *in fine*, Azeued. *l.* 4. *n.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *nona recop. & l.* 2. *num.* 53. *tit.* 7. *lib.* 8. *etiam nana recopil.* vbi limitat, nisi fortè Ecclesiasticus procederet contra ludentes in Ecclesia, vel extra, dum sacra officia in die festo celebrantur.

4 In gloss. *Alea.* ibi, *sed nunquid potest repeti id, quod in alea perditur*, &c. De hoc dubio vide Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 53. *ex num.* 1. Farin. *d. q.* 109. *num.* 27. Moli. *de instit. tract.* 4 *disp.* 514. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 10. *num.* 385. *& seq.* Rebell. *de oblig. iustit. lib.* 12. *q.* 1. *num.* 5.

5 In gloss. *Deseruiens.* ibi, *idest, valde seruiens.* Notatur ad hoc quòd vt clericus dicatur publicus aleatator, & pœnas aleatorum incurrat, non satis est si bis, aut ter ludat, sed requiritur vt sæpè id efficiciat, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 399 *num.* 19. Farinac. *d. q.* 109. *num.* 102. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 512. *vers. quod verò, in fine.*

Cap. Ab exordio. II. *Hieron.*

1 Allegari solet hic text. ad hoc quòd via est admittenda per quam ad ius commune redditur, vt per Reboff. *in praxi benefic. tit. differentia inter privilegium num.* 6. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Gutier. *consil.* 1. *num.* 37. Tiraq. *de primog. quæst.* 24. *num.* 6. Palat. *in repet. cap. per vestras* §. 8. *num.* 5. *& seqq.* Et fauorabilis est dispositio, qua reuertimur ad ius commune. Fr. Anton. de Sousa *in relect. de censur. in Bulla Cœnæ Domini cap.* 26. *disput.* 83. *num.* 6. & facilis est reditus ad ius commune, ex Monet. *de optione Can. cap.* 8. *num.* 39.

Cap. Luxuriosa res vinum. III.

1 Gratianus multis Sanctorum Patrum adductis auctoritatibus tam in præsenti text. quàm in sequentibus, ostendit quot malorum origo sit vinum immoderatè sumptum, quæ colligunt, & latè explicant Menoch. *de arbitr. casu* 404. *à princip.* Farinac. *fragment. crimin. part.* 1. *lit. C. num.* 253. Aldrete *de Religiosa discipl. tuenda lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 39. *cum seqq.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 10. *num.* 5. Vinum enim ad luxuriam incitat, vt ex hoc text. colligit Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 17. Et vbi est ebrietas, ibi libido dominatur, & furor, vt per text. *in c. venter. inf. hac dist.* notant Gregor. Lop. *l.* 36. *gloss.* 6. *tit.* 5. *p.* 1. Ludou. Sotomaior *in epist.* 1. *ad Timoth. cap.* 3. *verbo, non vinolentum, in princip.* Et demum quantum, & quàm insanabile sit ebrietatis malum, ostendit Didac. de Baëza *in commentar. moralib. tom.* 2. *lib.* 10. *cap.* 1 *t.* §. 9. *per tot.* Vnde Philo Iudæ. *lib. de plant. Noë, & lib. de temulentia*, vini abusum damnat, & Clem. Alexand. *lib.* 2. *Pædag. cap.* 2. multa contra ebrietatem scribit allatis Salomonis, & Poëtarum testimonijs, Isidor. Pelusiota *lib.* 1. *epist.* 203. commemoratis Noe, Loth. & Herodis ebrietatibus, subdit omnia vesana crimina a vino promanare. Rectè igitur vini abstinentiam Hispani, & præcipuè nostri Lusitani, præsertim dum pueri, & adolescentes sunt, ac mulieres omnes, saltem donec viro copulentur, excolunt, & quòd ab antiquo etiam tempore Hispani abstemij fuerint, refert ex Philarco Athenæus *lib.* 2. in hæc verba, *Hispanos quamuis hominum ditissimos aquam bibere, solos cibum capere ob parsimoniam, indui tamen sumptuosa veste*, &c. Quę autem bona corpori, & animo præstet vinum moderatè sumptum, dixi *d. gloss.* 10. *num.* 4. Et ideo Apostolus Timarheo *cap.* 5. *num.* 23. qui se longa abstinentia iam fregerat, & stomachum aquæ perceptione corruperat, modico vino vti debere præcipit, si tamen defuerit debilitas, à vino est abstinendum, ne vini perceptio, quæ infirmum sostentat, sanum corpus incendat, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 149. *art.* 4. Prosper *lib.* 2. *de vita contempl. c.* 22. Gut. *can. lib.* 2. *c.* 4. *à n.* 32. *&* 37.

Summarium.

1 *Temperantia clericis cur accuratè colenda sit ex multis casibus ostenditur.*

2 *Sobrietas specialiter indicenda est Episcopis, & alijs Ecclesiæ ministris.*

3 *Clericis ignominiosum est effluere epulis inter quas difficulter potest seruari prudentia.*

4 *S. Augustinus in patria sua petitus ad conuiuium nunquam ire voluit.*

5 *Sacerdos debet esse contentus moderatis epulis.*

Cap. Ecclesiæ Principes. IV.

Vna sententia multas causas affert Beatus Hieronymus relatus *in hoc text.* cur accuratè colenda sit clericis temperantia, primò quòd sis delicijs priuandi, secundò quòd perpetuis supplicijs excruciandi, tertiò quòd probrum illorum, & dedecus sit, vt intemperantes non modò temperantem, sed & egenum, & famelicum Christum prædicent, quartò quòd in indigentium Apostolorum locum successerint; sed & aliam *ibi* subministrat causam cur Ecclesiasticos esse io cibo, potúque moderatos oporteat, nimirum quod fallantur illi, qui inter epulas, atque lasciuias se pudicitiam seruare posse arbitrantur, & rectè eos decipi affirmat, refert Gisbert. Scheuicbau. *de Ecclesiast. vita, morib. & offic. libr.* 3. *capio.* 35. 1

Rectè igitur inter Episcoporum ornamenta collocatur pulcherrima illa parcitatis virtus, quia, vt ait S. Thom. 2. 2. *q.* 289. *art.* 4. Episcopis, & alijs Ecclesiæ ministris, qui mente deuota debent spiritualibus officiis insistere, & Regibus, qui per sapientiam debent populum subditum gubernare, specialiter sobrietas indicenda est, nam ignominiosum est clericis effluere epulis, inter quas difficulter potest seruari 2 3

seruari pudicitia, vt ex Hieronym. refert Gratianus *in praesenti*, ex pluribus Sanctorum Patrum sententiis comprobo ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 1. tit. 2. gloss. 5. à princ.* vnde Prosper *lib. 2. de vita contempl. cap. 17. de abstinent.* ita dicit, *Quicquid sine quo potest viui percipitur, non sustentanda natura, sed luxuria causa sumitur.* Hinc etiam Possid. *in vita S. Au-*
4 *gust.* attestatur eum in patria sua petitum ad conniuium nunquam ire voluisse, ne per frequentiam in patriae conuiniis constitutus temperantiae amitteretur
5 modus. Oportet igitur moderatis epulis contentum esse Sacerdotem, vt nos admonet Eutych. Papa *cap. fin. Concily Carthaginen. cap. 15.* vt aliorum incontinentiam, & immoderationem, valeat arguere, dicente S. Clemente *in Apost. constit. lib. 8. cap. 50.* Cùm sitis Presbyteri, & Diaconi Christi, sobrij esse debetis, & priuatim, & cum alijs, vt possitis intemperantes coërcere. Liberator enim noster Sacerdos secundùm Ordinem Melchisedech idcircò conuiuia adiit, vt verbo, & exemplo alios temperantiam doceret, non vt se ipsum pasceret, qui modestiam victus praescriberet, & ipse continuis quadraginta diebus nihil gustauit. Verùm abstinentiam instar citharae temperandam docet Greg. *lib. 10. moral. cap. 31.* Pensandum, inquit, est quòd chorda in cithara si minus tenditur, non sonat, si amplius, raucum sonat; sic virtus abstinentiae aut omninò nulla est, si tantum quisque corpus non edomat, quantum valet, aut valdè inordinata est, si corpus atterit plusquam valet. Vide plura per me adducta *d. gloss. 5.*

Ecclesiae Principes.] Ergo Praelati Ecclesiarum Principes vocantur, vt per *gloss. in praesenti*, ad quod faciunt quae tradit Card. Bellarm. *de officio Princip. lib. 1. cap. 5.*

CAP. Sexto VIII. *Ambros.*

1 *Sexto die bestiae sunt creatae.*] Ita Soar. *de opere sex dierum lib. 2. cap. 10.* vbi *cap. 7. ex num. 9.* ostendit ad quid Deus creauit serpentes, & herbas venenosas, cùm nihil proficiant, & hominibus noceant, de quo etiam Abulen. *super Genes. cap. 1. quaest. 30.*

2 *Non esset hodie seruitus si ebrietas non fuisset.*] Ergo hinc fuit seruitus inducta, vide Pined. *in monarchia Ecclesiast. l. 1. c. 18. §. 4. ad finem.* Sed hoc non obstante tenendum est veram & propriam seruitutem solo iure gentium fuisse institutam, cùm sola haec seruitutus ipsum libertatis statum prorsus euertat. *l. libertas, vers. seruitus, ff. de instit. l. 1. ff. de ijs qui sunt sui*, ibi, *tota potestas in seruos est iure gentium.* Non obstat text. *in praesenti*, quia respondetur S. Ambrosium, de quo *hic* solùm asserere seruitutem à Noë fuisse pronuntiatam, quasi velit non alia de causa postmodum processu temporis fuisse inductam, quàm vi Propheticae maledictioni erga Chanaam satisfactum foret, idque significant verba text. proximè relata, & sic non negat S. Ambrof. seruitutem iure gentium bellorum iniuria fuisse institutam, vt deducit optimè S. August. *lib. 19. de ciuitate Dei cap. 15.* Fuit igitur seruitus consequuta ex ebrietate occasionaliter in quantum Chā maledictionem seruitutis in sua posteritate suscepit, vt exponit S. Thom. *1. 2. quaest. 150. art. 5. ad 3.* & sic cessat labor, gloss. *verbo seruitutes, in cap. ingentium, dist. 1.* ac Soti *l. 4. de iust. q. 2. art. 2. in fine*, affirmantis se verba S. Ambrosij non intelligere.

CAP. Ante omnia IX. & vlt. *Ex Concil. Agath.*

1 *VT* tringinta diebus à Communione abstineat clericus, quem ebrium fuisse constiterit, statuit Concil. Agathen. *cap. 41.* relatum *in hoc text.* sicuti referunt Menoch. *de arbitrar. casu 404. num. 3. 5. & 6.* Farinac. *fragment. criminal. part. 1. lit. C. num. 243.* vbi *num. 250.* obseruat textum *in praesenti* derogatum esse per *cap. à crapula, de vita, & honest. cleric.* vbi statuitur clericum à crapula & ebrietate non abstinentem, qui à superiore commonitus non satisfecerit, ab officio, & beneficio esse suspendendum, cuius auctoritate ita docent Trot. *de vero & perfecto clerico lib. 2. cap. 59.* Gutier. *canon lib. 2. cap. 4. num. 63.* & alij per me citati *in collect. ad eandem text.* cuius *gloss. vlt.* relinquit superioris arbitrio, an & quando debeat delinquentem suspendere ab officio, vel beneficio, sequuntur Salzed. ad Bernard. *cap. 77. num. 4.* Menoch. *dict. casu 404. num. 4.* Gutier. *d. cap. 4. num. 63.* Soar. *de censur. disp. 2. sect. 2. num. 12.*

DISTINCTIO XXXVI.

IN hac Distinctione, vt ex eius principio constat, agit Gratianus, qualiter oporteat prudentem Episcopum esse non solùm litteratum peritia, verùm etiam secularium negotiorum dispositione, de quo vide quae latè dixi *in tract. de officio, & potestate Episcopi part. 1. tit. 2. gloss. 6. & 17. per tot.* Est enim prudentia virtus propria eius, qui caeteris praeest, teste Aristot. *lib. 3. polit. cap. 3.* quanta verò prudentia sit opus, iudicis arbitrio relinquitur. Andr. Sicul. *consil. 34. Praelati, num. 39. vol. 2.* Nauar. *in cap. si quando. de rescript. except. 11. num. 5.* Menoch. *de arbitr. casu 426. num. 12.* 1

SVMMARIVM.

1 *Clericatus ad Ordinem nullus debet assumere illitteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos.*
2 *Illiterati penitus non possunt fieri clerici.*
3 *Illiterati penitus sunt irregulares.*
4 *Litteratura in clericis requiritur de iure diuino.*
5 *Illiteratus penitus dicitur, qui prima Grammatica rudimenta non didicit.*
6 *Episcopus potest dispensare cum ordinando si aliquod principium Grammaticae habuerit, aut modicum quid sciat, & ostendat spem addiscendi in futurum.*
7 *Corpore vitiati, seu diminuti ad clericatus Ordinem promoueri non possunt.*

CAP. Illiteratos I. *Gelas.*

GElasius Papa *in epist. ad Episcopos per Lucaniam cap. 18. & 19.* relatus *in hoc text.* scripsit vt nullus illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos, seu diminutos praesumeret ad clericatus Ordinem promouere. 1

Quoad illiteratos *gloss. 1. in praesenti*, subdit, scilicet penitus, vnde recepta deducitur conclusio, quòd penitùs illiterati non possunt fieri clerici, quam tradunt Bernard. Diaz. *in practic. cap. 18.* Lambertin. *de iure patron. part. 1. lib. 2. art. 14. quaest. 9. num. 9.* Nauar. *in cap. si quando except. 11. num. 45. & 50. de rescript.* Menoch. *de arbitr. casu 425.* Fului. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 34. num. 79.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 37.* Henriquez *in sum. lib. 14. cap. 8. §. 11.* Flamin. *de resign. benefic. lib. 4. quaest. 4. num. 1. & quaest. 11. num. 17. cum seqq. & lib. 5. quaest. 3. num. 70. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 28. q. 9.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. 2

Cancell. *gloss. 4. n. 41. cum seqq.* Ego ipse *de officio,*
3 *& potest. Episcopi part. 2. alleg. 46. n. 5.* Tales enim
irregulares sunt, cùm inter irregularitates connumere-
tur hæc ex defectu litteraturæ, Rebuff. *de pacif. possess.*
n. 226. Viuald. *in candel. aureo part. 2. tit. de irregul.*
§. 1. Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 7. num. 19.*
Gonzal. *d. gloss. 4. n. 41.* Flamin. *d. quæst. 3. n. 89.* Auil.
de censuris part. 7. disput. 4. dub. 1. quæ est omninò
indispensabilis, Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 31.* Flamin.
4 *d. q. 4. n. 6.* nam litteratura in clericis requiritur de iure
diuino, Viuald, *d. tit. de irregul. n. 79.* Flamin. *d. q. 4.*
n. 7. Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 6. q. 4.* Carol. de
Grassis *de effect. lib. clerical. in prælud. n. 64.* Bellet. *dis-*
quisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 4. n. 2.
5 Dicitur autem penitus illiteratus, qui prima Gram-
maticæ rudimenta non didicit, sicut Traduot Præpos.
in cap. 1. n. 2. post med. 39. dist. Maiol. *d. cap. 31.* Rot.
decis. 16. n. 3. part. 2. diuers. Flamio. *d. quæst. 4. n. 2.*
cum seqq. & dict. lib. 5. quæst. 3. num. 70. cum seqq.
Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 5. cap. 5. n. 2.* Bellet.
disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 4. n. 4.
6 Verùm si ordinandus aliquod principium Gramma-
ticæ habuerit, aut modicum quid sciat, & ostendat
spem addiscendi in futurum, potest Episcopus eum eo
dispensare, quia minor scientia sufficit quando adest
spes addiscendi in futurum, ita Henriquez *in sum. lib.*
14. cap. 8. §. 11. propè fin. Salzed. *ad Beraard. in pract.*
cap. 21. lit. D. in nouiss. impress. Gonzal. *d. gloss. 4.*
num. 80. cum seqq. remissiuè Mar. Alter. *de censur.*
tom. 2. disputat. 16 de suspens. cap. 1. vers. secundò,
in fine.
7 Quoad corpore vitiatos, seu diminutos, quòd non
possint ad clericatus Ordinem promoueri, vltra text. *in*
præsenti probant *cap. 1. 49. dist. cap. non confidat, 50.*
dist. cap. c. cap. pœnitentes. cap. præcepta. 55. dist. cap.
infames 6. quæst. 1. tradunt Albert Trot. *de vero, & per-*
fecto clerico lib. 1. cap. 16. Lambert *de iure patron. part. 1.*
lib. 2. quæst. 7. art. 12. n. 1. Cou. *in Clem. si furiosus p. 1.*
in initio n. 5. Thom. Acti. *de ludo scaccorum quæst. 5.*
princ. n. 23. Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 11.*
cap. 17. n. 1. Azor. *instiut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 4.*
quæs. 13. Bellet *disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl.*
cleric. §. 7. n. 1. pag. 86. Nicol. Garc *de benefic. p. 7.*
cap. 12. num. 4. latè ego ipse *de officio, & potestate*
Episcopi part. 2. allegat. 42. à princip. vbi latè qui dican-
tur corpore vitiari ad hoc vt ad Ordines promoueri
non possunt.

De illis qui se ipsos abscindunt, vidæ quæ dixi *ad cap. si quis abscidit, & ad cap. si quis pro ægritudine 55. distinct.*

SVMMARIVM.

1. *Sacrarum litterarum oportet Episcopum habere peritiam.*
2. *Examen fidei qualiter faciendum à promouendo in Episcopum, ostenditur.*
3. *Episcopus qua doctrina, & quo scientiarum genere præditus esse debeat, remissiuè.*

Cap. Qui Ecclesiasticis. II.

Zozimus.

1 GRatianus multis sacræ Paginæ adductis aucto-
ritatibus totus est in ostendendo quòd sacra-
rum Litterarum oportet Episcopum habere peri-
tiam, id etiam docet Gregor. *in laudibus Athanasii*
dum inquit, *absurdum est, & salutis Doctorem, & An-*

tistitem salutis principia ignorare. Vnde ad examen fi- 2
dei, quod tanquam fundamentum, & basis totius
ædificij est, in Episcopum consecrandus se se confert,
fitque per Consecratorem inquisitio, an doctrinam
veteris, & noui Testamenti, cuius magister & inter-
pres esse debet, rectè norit? & non prudentiam suam,
quantum illius capax est natura, diuinæ Scripturæ
sensibus accommodare velit? Hæc dum sanctè pro-
fessus fuerit, proponitur illi vniuersæ fidei summa,
eorum præsertim capitum, quibus vniuersa Religio
Christiana continetur, summæ scilicet, ac diuinis-
simæ Trinitatis confessio, Incarnationis, salutísque
nostræ oeconomia, spes vitæ, & Resurrectionis futuræ,
Sanctorum communio, ac vnius sanctæ Catholicæ,
& Apostolicæ Ecclesiæ auctoritas. Interrogatur num
ea, quæ ex diuinis Scripturis legit, & intelligit,
plebem, qui ordinandus est, & verbis, & exemplis
docere velit? Num traditiones Orthodoxorum Pa-
trum, ac Decretales sanctæ, & Apostolicæ Sedis
constitutiones venerantes suscipere, docere, ac ser-
uare? Num Beato Petro Apostolo, cui à Deo data
est potestas ligandi, atque soluendi, eiúsque Vica-
rio Domino nostro, suísque successoribus Romanis
Pontificibus fidem, subiectionem, & obedientiam se-
cundùm Canonicam auctoritatem per omnia exhibe-
re? Num mores ab omni malo temperare, & quan-
tum poterit, Domino adiuuante, ad omne bonum
commutare, castitatem, & sobrietatem cum Dei au-
xilio custodire, & docere, diuinis semper negotijs
mancipari, & à terrenis negotijs, vel lucris turpibus
alienus esse? Num humilitatem, & patientiam in se
ipso custodire, & alios similiter docere velit? Hæc
omnia sancta, & bona fide seruaturum se, quantum
humana fert conditio, promittere debet consecrandus.
Qua verò doctrina, & quo scientiarum genere prædi- 3
tus esse debeat Episcopus, dixi *de officio, & potest. Episc. part. 1. tit. 2. gloss. 10.*

Distinctio XXXVII.

RATIANVS in hac Distinctione totus est 1
in ostendendo, quanta vtilitas nobis pro-
ueniat ex sacræ Scripturæ, & diuinorum
Scriptorum lectione, & è conuerso quam
damnosa sit librorum Gentilium, hæreticorum, & similium lectio, quod Scripturarum studium. D. Hieron. *tota epistol. 103.* hortatur Paulinum, *& epist. 4. ad Rustic cap. 5.* sic ait, *Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis,* & *epist. 10. ad Fur. c. 4. De Scripturis,* inquit, *sanctis habeto fixum versuum numerum, istud pensum Domino tuo redde. Nec antè membra quieti concedas, quàm calathum pectoris tui, hoc subtegmine impleueris. Post Scripturas sacras Doctorum hominum tractatus lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est.* Et *epist. 2. ad Nepot. c. 8. Diuinas Scripturas sæpius lege, immò nunquam de manibus tuis sacra deponatur lectio, &c.* S. August. *serm. 112. de temp. Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, & legere, nam cùm oramus, ipsi cum Deo loquimur, cùm verò legimus, Deus nobiscum loquitur.* Vide Gisbert. Schouichau. *de Ecclesiasticor. vita, morib. & offic. lib. 1. c. 125.* De incommodis ex lectione hæreticorum, prophanorúmque librorum prouenientibus, vide Castr. *de iusta hæret. punit. lib. 2. cap. 15. & lib. 3. cap. 8.* Nonnunquam verò prodest malos libros legere vt errores refutentur eorum, & fraudes detegantur, ita per. text. *in cap. 1. inf. hoc cap. distinct.* tradunt Albertin. *de agnoscend. assert. quæst. 28. n. 4.* Penia *in direct. Inquis. part. 2.*

part. 1. comm. 68. lit. B. Prophani autem legi non possunt quando ex eorum lectione quis prouocatur ad lasciuiam, Syluest. in sum. verbo Doctor q. 8. in fine.

Cap. Legant. V. Hieron.

1 EX hoc texto colligit Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 14. n. 35. quòd pater qui non curauit filium in aliqua arte erudiri, non alitur à filio.

2 Heli Sacerdos ipse Sanctus fuit.] Quamuis Heli summus Sacerdos aliàs bonus existeret, quia tamen excessus subditorum efficaciter non correxit, diuinam vindictam excepit dum filiis suis in bello peremptis, idem de sella corruens fractis ceruicibus expirauit, vt dicitur in cap. haec Heli 31. de simon. Perez l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordin. pag. mihi 130. in princ.

3 Supinus cecidit, & mortuus est.] Ac proinde propter peccata æterno supplicio damnatum fuisse indicant S. Gregor lib. 2. cap. 3. & Pastor. part. 1. cap. 6. Augustin. lib. 17. de ciuitate Dei cap. 4. Franc. Mendoça tom. 1. in lib. Regum c. 4. num. 18. annot. 13. sect. 3.

4 In gloss. Strenam. ibi, strena est primum donum quod datur in principio Kalendarum, & datur pro augurio. Similis gloss. 1. in l. laudabile. C. de aduoc. diuers. iudic. Vide Sueton. in Caligulam cap. 41. Rader. in proœm. lib. 13. Martialis.

Cap. De quibusdam, XII.

Ex Synodo Eugenij.

1 COllige ex text. Magistros & Doctores debere ab Episcopo congruis locis constitui, de quo vide Gregor. Lop. l. 7. gloss. 2. prope med. tit. 6. part. 1. Syluest. in sum. verbo Doctor. quæst. 9. Nau. in man. cap. 21. num. 107. Sebast. Medic. in summ. peccatorum part. 1. cap. 1. q. 74. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 10. cap. 13. Et per nouam dispositionem Concilij Trid. sess. 5. de reform. cap. 1. in singulis Ecclesiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, & collegiatis insignibus præbenda Theologialis pro S. Scripturæ lectione habenda, constitui, & deputari iubetur; & in monasteriis quoque monachorum, & in Conuentibus aliorum Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, similiter statuitur lectionem S. Scripturæ habendam, vnde posse Episcopum vti à Sede Apost. delegatum Regulares suæ diœcesis compellere vt lectionem S. Scripturæ in monasteriis suis habeant, resoluunt Franc. Leo in thesauro fori Eccl. p. 1. cap. 2. num. 59. Piasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 41. vers. item. Campan. in diuersor. iuris Canon. rub 12. cap. 13. num. 5. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 3. allegat. 56. num. 16.

In gloss. Vt magister. ibi, quare non posset magister vendere doctrinam suam, &c. Vide Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 66. Suar. de Relig. lib. 4. de simon. cap. 18. num. 7.

Cap. Si quid veri. XIII. August.

SIbylla.] Lingua Græca dicitur omnis fœmina va-
2 tes, quod nomen ex officio, non ex proprietate
est vocabuli. Decem autem Sibyllas à Doctoribus fuisse traduntur, quas fatidico plenas spiritu constat multa labentibus annis futura prædixisse, necnon Saluatoris Christi natiuitatem, & mortem diuinasse, & ex Bossio de signis Eccles. lib. 20. cap. 6. refert Seraphin. de Freitas in suo lib. de iusto Imper. Asiat. cap. 8. num. 6. nostrorum Lusitanorum in Indiam nauigationem Sibyllas vaticinatas fuisse. De illis vide S. August. lib. 18. de ciuitate Dei c. 23. vbi Leonard. Coquæ. in addit. Isidor. lib. 8. etymolog. cap. 8. Lactant. lib. 1. diuinarum instit. cap. 6. Diodor. Sicul. lib. 5. rerum antiq. cap. 6 ad fin. latè Vincent. in speculo histor. lib. 2. cap. 100. cum sequent.

Distinctio XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 Ignorantia est mater omnium errorum.
2 Scientia est mater virtutum.
3 Litterati ratione scientiæ, qua sunt decorati, præsumuntur abstinere à vitiis.
4 Sapientia ab ignorantia tantum differt, quantum lux à tenebris.
5 Clericorum officium est docere, & pascere populum, & ab errore eum reuocare.

Cap. Ignorantia. I.

Ex Concil. Tolet. IV.

IN Concil. Tolet. IV. cap. 24. quod re- 1
fert Gratian. hic, legitur quantum Eccle-
siasticorum ignorantia Deo displiceat, &
ab eis euitanda est, cum sit mater cunctorum errorum, referunt Lambertin. de iure patron lib. 1. part. 1. q. 9. art. 24. num. 4. Viui. in decis. 455. num. 3. & alij citati per Carol. de Grass. de effectib. cleric. in præl. num. 63. & multis S. Paginæ, & Sanctorum Patrum auctoritatib. comprobat Gisbert. Scheuichau.
de Ecclesiast. vita, moribus, & offic. lib. 1. cap. 67. Nam 2
quemadmodum scientia est mater virtutum, cap. præsentium 1. quæst. 5. Menoch. de præsump. lib. 6. præs. 91. 3
num. 20. quia litterati ratione scientiæ, qua sunt decorati, præsumuntur abstinere à vitiis cap. cum à iuuentute. §. quis præterea, de præsumpt. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi p. 3. allegat. 46. num. 3. ita ignorantia est mater omnium errorum, maximè in Clericis, vt probat text. in præsenti, cum aliis citatis per me dict. alleg. 46. num. 4. Vnde elaborare debent Sacerdotes vt ignorantiam à se quasi quandam pestem abiiciant. Mandos. reg. 20. de idiom. in princ. num. 3.
& 12. & tantum differt sapientia ab ignorantia, quan- 4
tum lux à tenebris, nam sapientis oculi sunt in capite eius, stultus verò in tenebris ambulat. Eccles. cap. 2. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplin. Clerical.
§. 4. num. 15. Et prædictorum ratio est, quia Clerico- 5
rum officium est docere, & pascere populum vti gregem sibi commissum, & ab errore eum reuocare, vt habetur in hoc tex. & eo desumunt Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib. 2. cap. 3. num. 5. Carol. de Grassis de effectibus clerical. in prælud. num. 65. qui proinde tenentur ea omnia scire, & docere, quæ fuerint necessaria ad salutem populi, vt per text. in cap. si in laicis, infr. hac ead. dist. tenent Syluest. in summ. verbo clericus 2. à princip. Menoch. de arbitr. casu 415. ex num. 47.

Cap. Quæ ipsis. V.

Ex dictis Augustini.

GRatianus hic ex Augustini dictis ait Sacerdoti
necessariam esse scientiam libri Sacramentorum, Lectionarij, Antiphonarij, Homiliarum per 1
circulum anni Dominicis diebus, & singulis festis aptarum, prout eum referunt Abb. in c. cum in cunctis num. 4.

n.4. vbi Host. *num. 1n. de elect.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina cleric. part. 1. § 4. n.22.* Azot. *institut. moral. part. 2. lib. 6. c. 6. quæst. 2. vers. 2. vers. ad minores.* Menoch *de arbitr. casu* 425. *num.* 49. Carol. de Grass. *de effect. cleric. in prælud. a num.* 76. Non enim poterit Sacerdos alios ad rectam viam deducere, si ipse ignorans extiterit, atque ea deber esse scientia, quæ sufficiat ad regendum beneficium obtentum, vt per Fusc. *lib. 2. de visitat. lib. 1. cap. 5. num. 2.* Gregor. Lop. *l. 2. gloss. 1. tit. 16. part. 1.* Perez *lib. 5. gloss. 1. tit. 5. lib. 2. Ords.* Attenta verò noua dispositione Concil. Tridentini *sess. 23. de reformat. cap. 14.* nullus ad Presbyteratus Ordinem est assumendus, nisi qui ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministrandi Sacramenta diligenti examine præcedenti comprobetur, Bellet. *vbi suprà,* & Campan. *in diuersor. iuris Can. rubr. 5. cap. 1. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet habere scientiam veteris, & noui Testamenti, & iuris Canonici.*

2 *Episcopus attento iure Concilij Trident. debet antea in Vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico promotus esse, aut publico Academiæ testimonio idoneus renunciatus.*

3 *Clemens VIII. quid statuerit circa Episcoporum examen, ostenditur.*

CAP. Omnes. VI. *Ex VII. Synodo.*

1 QVæ oportet scire eum, qui Episcopus est ordinandus, declarat text. *in præsenti*, dum asserit illom debere scientiam habere noui, & veteris Testamenti, vt per sacram Scripturam, suos docere, & alios confutare possit, concordant text. *in cap. Episcopus 22. dist. cap. qui Episcopus 23. dist. c. qui Ecclesiasticis, & cap fin. 36. dist.* Item & scientiam iuris Canonici, & Ciuilis Episcopus habere debet, cùm ius dicere, & iudicare teneatur, vt probat text. *in præsenti,* tradunt Abb. *in c. cùm in cunctis, in princ. n. 4.* & Host. *n. 9. de elect.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplin. clerical. § 4. num. 33.*

2 Postea verò per Concil. Trident. *sess. 22. de reform. cap. 1. & sess. 24. etiam de reform. cap* 1. eam in Episcopo sancitur requiri scientiam, qua muneris sibi iniungendi necessitati satisfacere possit; sic igitur qui antea in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico meritò sit promotus, aut publico Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur, & si Regularis fuerit à Superioribus suæ Religionis similem fidem habeat, tali censebitur munere dignus; quod etiam sanciuit Gregorius XIV. *in sua constitutione incip. Onus Apostolicæ seruitutis, sub Datum Romæ Idibus Maij* 1591. Vide Menoch. *de arb. casu* 425. *num. 35.* Henriq. *in summa lib. 10. cap. 16. § 2. in commento lit. B. & cap. 33. § 2. & lib. 14. cap. 9. § 1. vers. gradus,* Azor *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 9. & lib. 6. cap. 6. q. 1.* Lessi. *de iustitia lib. 2. cap. 34. dub. 24.* Gonzal. *ad regul. 8 Cancel. gloss. 4. n. 67.* Bellet. *d. cap. 4. à num. 33. vers. hodie,* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 3. cap. 4. num. 4.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. part. 1. tractat. 1. cap. 9. quæst. 52. & 53.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 1. num. 24.*

Sed cùm priuilegium Doctoratus non faciat Do-

Barbos. Collect. Tom. V.

ctorem, sed requiratur doctrina, nouissimè Clemens VIII. statuit, vt non solùm habentes priuilegium, sed docti viri ad Cathedrales assumantur, quoad Episcopatus in Italia sumendi in Vrbe coram ipso, & Sacra Congregatione Illustrissimorum Cardinaliũ, aliorúmque grauium, & peritorum Prælatorum, & virorum. In Gallia verò, & Hispania coram S.R.E. Cardinalibus Legatis ibi existentibus, & Legatis deficientibus coram Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuncijs, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis de speciali Papæ mandato, assistentibus alijs Prælatis, ac peritis viris, vt huiusmodi negotij grauitas requirit, se examini subiiciant, qui approbat, & non aliàs ad Ecclesiæ regimina admittantur, referunt Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. cap. 4. num. 10. & 11.* Campan. *d. cap. 4. num. 4.*

Diuini Apostoli librum. Ex hoc loco colligit Torreblanc. *in tract. de Magia cap. 1. de prophetia num. 7. & 8.* hoc nomen diuinus, & diuinatio in sacris litteris vsurpari pro ipsa inspiratione, & diuina prophetia, habetur *in cap. eos 1. quæst. 1. & in cap. prædicatur 16. quæst. 1.* Aliquando etiam nomen illud accipitur pro scientia a Deo hominibus infusa, ac si homines diuini aliquid ab ipso Deo hauriant diuini atis, de quo Prouerb. c. 16. *Diuinatio in labijs Regis*, & Franc. Pic. *lib. 1. prænotionis.* Dicitur igitur diuinus Apostolus, cui multa à Deo sunt reuelata, & qui diuino Spiritu multa futura præuidebat. 4

DISTINCTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Simplex penitus, & omnino secularium negotiorum imperitus non est in Episcopum ordinandus.*

2 *Regiminis œconomici ex aptitudine, & dexteritate sumitur indicium de aptitudine ad regimen politicum, & Ecclesiasticum.*

3 *Episcopus duo extrema cauere debet ne exterioribus curis nimis deditus ab internis corruat, aut solis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis non impendat.*

CAP. Petrus Diaconus. Vnic.

Gregorius.

GREGORIVS Cleto, & nobilibus Neapolitanis *lib. 8. epistol. 40.* relatus *in hoc text.* scribit penitus simplicem, & omninò secularium negotiorum imperitum non esse in Episcopum ordinandum, quem refero ego ipse *de officio, & potest, Episcopi p. 1. tit. 2. gloss. 6. num. 7.* Menoch. *de arbitr. casu* 427. quia eligendus ad beneficium non solùm debet habere scientiam, sed etiam experientiam factorum, Imol. *in cap. graue n. 4. de præbend.* Menoch. *de arbitr. casu 424. num. 1. cum seqq.* 1

Ex aptitudine, & dexteritate regiminis œconomici sumitur indicium de aptitudine ad regimen politicum, & Ecclesiasticum, qui enim benè domum suum moderatur, signum *est* quòd idem benè reget Ecclesiam. Vnde Hieron. *ad Occeanum. Vult*, inquit, *Apostolus Episcopum domum suam benè regere, non vt opes augeat, non vt regias paret epulas, non vt cælatas patinas struat, non vt phasides aues lentis pauonibus coquat, qui ad ossa perueniant, & superficiem carnis non dissoluant artifici temperamento, sed vt quod populo præ-*

cepturus est, priùs à domesticis exigat. Quare benè ait Theodor. *qui parua nescit administrare, quomodo poterit ei credi cura præstantiorum, ac diuinorum.* Et Ambr. *Manifestum est, quia tunc potest idoneus Rector futurus probari, si priùs domũ suam rectè gubernauerit, qui enim in minimis fidelis est, & in magnis fidelis erit* Paulus enim 1. *ad Timoth.* 3. omninò necessariò à maiori negando concludit, nam qui familiam non potest rectè administrare, is Ecclesiasticæ præfecturæ, quæ multò est tum difficilior, tum laboriosior, par esse non potest. Sic namque Chrysostom. *Ecclesia,* inquit, *est veluc domus quædam, ac sicut in domo vxor est & filij, ac serui, omniúmque cura, & regimen incumbit viro, ita ferme & in Ecclesia videas, est autem longè facilius domum, quàm Ecclesiam regere.* Qui igitur rem, vt dixi, familiarem dispensare congruè nescit, is quo pacto Ecclesiæ præesse conuenienter posse putandus est.

3 Verùm duo extrema, vt admonet Greg. cauere debet Pastor, ne aut exterioribus curis nimis deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus, quæ foris debet, proximis non impendat, quod multis Sanctorum Patrum auctoritatibus comprobaui *dict. tractatu de officio Episcopi p.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 16. *à num.* 2.

Simplex est.] Ita simplicitas discretioni aduersatur, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 193. *num.* 8.

DISTINCTIO XL.

CAP. Nos qui præsumus. III. *Greg.*

1 ELEGANTER Gratianus ex B. Gregorio nobis ostendit quòd Sacerdotes non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debent, refert Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplin. cleric.* §. 15. *num.* 4. *in fine,* nam vera nobilitas non ex sanguine, & carne, sed ex virtute animi accipit formam, & claritatem, quia, vt inquit Hieron. ad Celant. *Summa nobilitas est clarum esse virtute* & Osor. noster *de nobilit. ciuili. Omnis generis splendor & familia claritas à fonte virtutis ortum habet,* cum aliis per me adductis *de offic. & potest. Episcopi part.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 17. *n.* 13. *cum seqq.* & per Bellet. *d.* §. 16 *num.* 5. *cum seqq.*

2 *Morum nobilitate.*] Ergo virtus nobilitatem confert, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap.* 4. *in princip.* immo nobilitati anteponitur, *cap. illud, dist.* 40. Tiraquell. *de nobil. c.* 12. *num.* 1. *& cap.* 7. *num.* 9.

3 *Vrbium claritate.*] Igitur patriæ claritas suos municipes nobilitat, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap.* 12. *n.* 3. *cum seqq.* Vnde Luc. de Penna *in l. mulieres col.* 3. *vers.* 8. *C. de dignitat. lib.* 12. dicit, ciuem ex vrbe splendida oriundum esse nobilem, allegat *l. non tantum.* §. *clientibus,* ibi *propter inclytam nobilitatem ciuitatis ff. de excusat. tutor.* Et propter patriam præsumitur quis bonus, vel malus, Simanch. *de catholicis instit. cap.* 50. *num.* 8. *&* 9. & ideo ordinandorum patria inuestigatur vt sciatur quibus ipsi sint imbuti moribus, Tiraquell. *l.* 7. *connub. gloss.* 1. *num.* 17. nam vidimus apud aliquas nationes plura laudabilia studia adesse, quæ in aliis desiderantur. Cosm. Magal. *epist.* 1. *ad Titum cap.* 1. *num.* 12. *sect.* 10. *annot.* 3. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Canon iste non est alicuius Pontificis, vel Concilij generalis, neque alicuius ex prima classis Ecclesiasticis Scriptoribus.*

2 *Papa consideratur vel tanquam supremus Iudex, & vniuersalis Ecclesiæ Pastor, vel tanquam priuata persona.*

3 *Papa consideratus tanquam supremus Iudex, & vniuersalis Ecclesiæ Pastor in definiendis ijs, quæ sunt Fidei, habet infallibilem auctoritatem.*

4 *Declaratur auctoritas Christi Domini Luc.* 21. Ego oraui pro te, &c.

5 *Fidei quæstiones ad solum iudicium Papæ pertinent.*

6 *Primatus, & Papatus annexus est Romanæ Ecclesiæ.*

7 *Primatus à Domino ante Passionem suam Petro promissus, post Resurrectionem datus fuit.*

8 *Petri pes in lotione positus supra manus Domini Primatus soliditatem, ac perpetuitatem significauit.*

9 *Pes hieroglyphicè soliditatem innuit.*

10 *Romana Ecclesia cunctorum fidelium mater est, & magistra.*

11 *Hæreticorum impudens mendacium, qui Petrum Romam venisse, vel ibi Cathedram constituisse negant, conuincitur.*

12 *Papæ infallibile esse iudicium de Fide est, ita ut contraria doctrina hæresis sit.*

13 *Papam errare posse in ijs, quæ sine Concilio vniuersali decernit, est temerarium dicere.*

14 *Priuilegium confirmandi fratres in Fide per Christum Petro soli non autem vniuersæ Ecclesiæ, nec omnibus Apostolis simul concessum fuit.*

15 *Papa si eius solam personam consideremus, homo est, & humanis infirmitatibus subiectus, sicut alij homines.*

16 *Papa licet vt homo errare possit, non poterit tamen sic ponamus diuinam prouidentiam, & Christi promissionem.*

17 *Papa quare peccare possit, & in alia vitia incidere, non ita errare in Decretis, quæ tanquam Pontifex edit, ostenditur.*

18 *Papa in decidendis causis fidei, aliísque arduis petit consilium Cardinalium*

19 *Papa errare non potest in decisionibus quæstionum Fidei si solus ipse definiat, debet tamen non contemnere media humana, & ordinaria ad illum finem assequendum.*

20 *Declaratur text. in cap. fundamenta,* §. *decet, de elect. lib.* 6.

21 *Papa etiam in quæstionibus fidei ac reliquis arduis non tenetur Cardinalium consilium exigere de necessitate.*

22 *Clausula,* de Fratrum nostrorum consilio, *decentiæ magis est, quàm necessitatis.*

23 *Papa in decretis morum, quæ ad statum totius Ecclesiæ spectant errare minimè potest.*

24 *Papa in ijs, quæ vt Summus Pastor decernit, & necessaria sunt ad specialem suarum ouium salutem, infallibili Spiritus sancti assistentia ex Christi Domini promissione iuuatur, & gubernatur.*

25 *Papa in decretis, quæ non totius Ecclesiæ statum, sed certas personas, vel certam Ecclesiam respiciunt, an errare possit, ostenditur, & num.* 27.

26 *Papa errare potest circa quæstiones facti, quæ ex probationibus dependent.*

28 *Papa errare non potest in alicuius Sancti canonizatione, & num.* 29.

30 *Canonizatio Sanctorum quamuis aliquo modo pendeat ex probationibus, est tamen quasi professio, & protestatio Fidei.*

31 *Declaratur Augustini auctoritas. Multorum corpora honorantur in terris, quæ torquentur in gehenna.*

32 *Papa an errare possit in approbandis, vel confirmandis Religionibus, ostenditur, & num.* 33.

34 *Papa*

34 *Papa aliquando tanquam priuati, & particulares Doctores responderunt.*

35 *Papa quatenus persona priuata an in fide errare, atque ita hæreticus esse possit, ostenditur, & num. 40. cum seqq.*

36 *Papa vt homo est naturaliter erroribus, & ignorantia, alijsque humanis infirmitatibus est subiectus.*

37 *Papa errare potest vt priuata persona, quando scilicet doctrinam aliquam tradit, quam non vult vt vniuersale decretum apud omnes censeri; sed tanquam particularis Doctor docet, & scribit.*

38 *Innocentius IV. interrogatus, an vellet, quæ in iure Pontificio scripsit, pro lege teneri, respondit id se minimè velle, quia ea non vt Pontifex, sed vt Doctor priuatus scripserat.*

39 *Papa si detur casus, in quo hæreticus esse possit, statim per se desinit esse Papa, & vti talis potest ab Ecclesia declarari, & verus Pontifex eligi.*

Cap. Si Papa. VI.

Ex dictis Bonifacij Martyris.

1 CLatissimè supponit hic text. Summom Pontificem hæreticum esse posse in illis verbis, ibi, *nisi deprehendatur a fide deuius*, quod quantum sit à veritate alienum, apparebit ex infra dicendis, & ideò Pigh. *de Ecclesiast. hierarchia lib. 4. cap. 8. in fine*, dicit hunc Canonem non esse text. alicuius Pontificis, vel generalis Concilij, neque alicuius ex primæ classis Ecclesiasticis Scriptoribus, cuius nos premat auctoritas, sed cuidam Bonifacio Martyri vix noto illud tribui à Gratiano, incertúmque esse, verène, an falsò tribuatur, & cùm in tam ardua quæstione maius aliquod tequiratur testimonium, quàm vnius Bonifacij Martyris citati à Gratiano, ideò de ea impræsentiarum latè tractare, & pro eruenda veritate disputare operæpretium duxi.
2 Ad cuius maiorem dilucidationem sciendum est Summum Pontificem, vel considerari posse tanquam supremum iudicem, & vniuersalem Ecclesiæ Pastorem, vel tanquam priuatam per-
3 sonam: si primo modo consideretur, certum est in definiendis his, quæ sunt fidei, habere infallibilem auctoritatem, ita ut in publico fidei iudicio minimè errare possit.

4 Probatur primò auctoritate Christi Domini *Lucæ 22.* vbi ad Petrum inquit, *Ego oraui pro te, vt non deficiat fides tua*, quem locum licèt aliqui intelligant de tota Ecclesia, quasi Dominus orauerit pro Petro, quatenus totius Ecclesiæ figuram gerebat, conuincitur tamen hæc interpretatio primò ex *Clem. 1. in fine* ibi, *persona B. Petri, de re iudic.* deinde quia non conuenit verbis Christi, ibi, *& tu conuersus confirma fratres tuos*, non potest enim considerari conuersio respectu ipsius Ecclesiæ, cùm nunquam in totum defecerit à fide. Deinde, quia respectu Ecclesiæ nulli sunt fratres, sed potiùs omnes filij. Deinde repugnant particulæ illæ, *te, & tuos*, atque alia verba præcedentia, vbi Simon bis repetitur & apertius quia dixerat Dominus, *Satan expetiuit, vt cribraret vos*, mox mutata loquendi ratione inquit, *Ego autem oraui pro te, &c.* quæ omnia satis ostendunt aliquid speciale pro ipso Petro Christum Dominum impetrasse: neque etiam dici potest auctoritatem illam personaliter ad Petrum pertinere, non verò ad eius successores Romanos Pontifices; contrarium enim meritò declarauit Innoc. III. *in cap. maiores, in princ. de Baptismo.* ad Petri Sedem referendas, atque alij sex antiquiores Pontifices, & Patres, quos refert Card. Bellarm. *de Romano Pontifice lib. 4. cap. 3.*

Probatur secundò ex auctoritate eiusdem Christi Matth. 16. *Tu es Petrus*, &c. quam auctoritatem de Petro, omnibúsque eius successoribus explicat Leo Pont. *in cap. ita Dominus 19. dist.*

Probatur tertiò ex auctoritate eiusdem Christi Ioan. 21. *Pasce oues meas*, quo loco omnis potestas necessaria ad rectam Ecclesiæ gubernationem significauit modò per officium Pastoris, quod ex maxima parte consistit in pabulo veræ doctrinæ spiritualis exhibendo, modò per aliam metaphoram ligandi, & soluendi, seu Clauium, tollendo scilicet impedimenta, quæ clauderent ingressum Regni Cœlorum; & constat in primis necessariam esse potestatem resoluendi dubias fidei quæstiones, ad tollendam ex parte intellectus ignorantiam, sicuti necessarium est ex parte voluntatis salubribus præceptis ad tollendas prauas voluntatis affectiones, cùm hoc duplex sit impedimentum, quod ingressum Regni potest, & solet impedire. Ergo rationes, quibus conuincitur potestatem Petro datam non personalem fuisse, sed in omnibus Successoribus duraturam, concludunt & infallibile iudicium, quod Christus Petro promisit, ad eius Successores pertinere.

Quod quartò confirmatur ex *Deuteron. 17.* vbi difficile, & ambiguum iudicium iubet Dominus deferri ad Sacerdotes Leuitici generis, & Iudicem, qui fuerit illo tempore, & addit, *qui indicabunt tibi Iudices veritatem*, & quæ ibi sequuntur, quibus Summi Pontificis potestatem depingi explicat Innocent. III. *in cap. per venerabilem, vers. rationibus, qui filij sint legitimi*, iunctis multis traditis à Pigh. *de Ecclesiastica hierarchia lib. 4. cap. 3.* Can. *de locis Theolog. lib. 6. cap. 3. proposit. 3.*

Tandem confirmatur, quia huiusmodi fidei quæstio- 5
nes ad solum iudicium Papæ pertinent, *cap. omnes* a 2. *distinctione, cap. quoties* 24. *quæstione* 1. ex quibus, atque aliis hanc resolutionem probauit expressè Diuus Hieronymus *in capite hæc est fidee 24. quæstione prima*, vbi ad Damasum Papam inquit, aut parum fortè aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri Sedem, & fidem tenes, & constantissimè recipiunt Catholici omnes, vt post antiquiores Patres tradunt, D. Thom. 2. 2. *q. 1. art. 10. & q. 11. art. 2. ad 3.* Caiet. *in apologia de potestate Papæ part. 2. c. 13. cum seq.* Turrec. *l. 2. c. 19.* Pigh. & Cano *dictis locis*, Carranz. *in sum. Concil. controu. 3.* Albertin. *de assert. Cathol. q. 30. à n. 19.* Card. Bellarm *l. 4. de Romano Pont. c. 3. vers. de cætero*, Soar. *de fide disp. 5. sect. 8. a n. 9.* Vnde Bañes *2. 2. q. 1. art. 10. concl. 3. & 4. dub. 2.* meritò concludit ita tenendum esse tanquam Apostolicam traditionem, & iam ita esse definitum à Leone X. in Bulla condemnationis Lutheri *art.* 18. in quo aiebat quòd etsi Papa & maior pars Ecclesiæ aliquid sentiret, non esse peccatum, neque hæresim, oppositum tenere, quem errorem cum aliis ipsius Lutheri meritò damnauit Leo X. vt constat ex *tom. 2. Concil. pag.* 706.

Quòd verò hic supremus Pastor & iudex, cuius in 6
fidei quæstionibus infallibile iudicium esse ostendimus, solus sit Romanus Pontif. probatur omnibus rationibus, & auctoritatibus, quibus Romanæ Ecclesiæ Primatum, & Papatum annexum esse Doctores omnes solent demonstrare, quod ex ipsa lege diuina, & Christi institutione procedere apertè videtur deduci ex Pelagio Papa *in cap. quamuis 21. dist.* ibi, *sancta Romana Ecclesia Catholica, & Apostolica nullis Synodicis constitutis prælata est, sed Euangelica voce Domini, &c.* consonat Nicol. *in cap. omnes*, & Anaclet. *in c. sacrosancta 22. dist.* Pro quo pondero quòd cùm Pri- 7
matus à Domino ante Passionem suam Petro promissus, dicendo, *Tibi dabo claues Regni Cœlorum*, &

post Resurrectionem datus eùm dixit, *Pasce oues
meas*, vt habetur in Euangelio *Ioan. cap.* 21. gloss. *ver-
bo Petrus, in cap. in nouo* 21. *dist.* Mich. Aninyon *de vni-
tate Ouilis & Pastoris cap.* 50. *num.* 7. *& seq.* Blas. Nau.
de sacro Ecclesiæ Principatu lib. 1. *cap.* 9. *vers. potestas*. in
sacra tamen illa lotione pedum Petri fuit ei designa-
8 tus, illius enim per supra manus Domini positus fuit,
vt soliditatem, ac perpetuitatem huius Primatus si-
9 gnificaret, cùm ex Ægyptiorum doctrina, & hiero-
glyphico constet quòd pes sic apparens soliditatem
innuat, vt Pierius Valerian. annotauit *in hieroglyphi-
10 cis lib.* 35. *tit. de pedibus, in vers. fundamentum*. Vnde ex
dispositione diuina dicitur Romana Ecclesia cuncto-
rum fidelium mater, & magistra *in cap.* 5. *ad fin. de
summ. Trinit.* consonat. *cap.* 1. *in princip.* ibi, *disponente
Domino, de homicid. lib.* 6. & confirmatur ex celebra-
tissima Petri historia, cuius meminit Marcell. Pont.
in cap. rogamus 24. *q.* 1. ibi *postea iubente Domino Ro-
mam translata est*, & postea Innocent III. *in cap. per
venerabilem, ante fin. vers. sanè*. ibi, *dum enim Petrus
Vrbem fugiens, &c.* & veram esse constat ex antiquissi-
mis, & fide dignissimis auctoribus, scilicet Abdia, Ege-
sippo, DD. Ambrosio, & Antonino, quos refert Can.
dist. lib. 6. *cap.* 8. *ad* 10. & plures alij citati ab Alphon-
11 so de Mendoça *in quodlibet quæst.* 4. *scholast.* §. 4. *vers.
secundò arguitur*. Vnde etiam conuincitur impudens
mendacium hæreticorum huius tempestatis, qui Pe-
trum Romam venisse, vel ibi Cathedram constituisse
negant, quos tum ex dictis, tum ex multis aliis con-
uincit Pigh. *lib.* 3. *cap.* 13. Turrian. *aduersùs Magde-
burgenses lib.* 2. *cap.* 16. Card. Baron. *annalium Ec-
clesiæ tom.* 1. *anno Christi* 44. *cap.* 22. *cum seqq.* latis-
simè Cardin. Bellarm. *d. tom.* 1. *contro.* 3. *lib.* 2. *per to-
tum*. Vnde etiam sic argumentantur Bannes, & Men-
doça *dictis locis*. Quoties alicuius syllogismi altera pars
præmissa est de fide, aut iure diuino, altera verò per
se, & moraliter euidens, conclusio inde deducta ad
fidem, vel ius diuinum pertinet, sed in proposito de
iure diuino esse constat quòd Petri successor ha-
beat potestatem, quam ipsi Petro Christus Domi-
nus communicauit, euidens etiam est constantissi-
mo omnium historiarum testimonio ex proximè di-
ctis Romanum Pont. esse ipsius B. Petri successorem;
ergo de iure diuino solum Romanum Pont. esse
summum illum Pastorem, qui Petro successit, rectè
infertur; quibus & aliis rationibus ita docent fre-
quentissimè Doctores tam antiqui, quàm recentiores,
vt constat ex Turrec. *lib.* 2. *part.* 36. Pigh. *libr.* 3. *capit.*
11. Can. *lib.* 6. *capit.* 4. Carranz. *d. contro.* 3. Cardin.
Bellarm. *dict. lib.* 2. *de Romano Pontifice cap.* 12. *cum
seqq.* & plures, quos latè refert Cened. *ad Decre-
tum collect.* 11. *numer.* 4. *&* 5. Neque obstabit text.
difficilis *in cap. prima sedes, & in cap. ecce* 99. *distinct.*
variè enim intelligitur à Doctoribus, vt videre est
apud Mendoz. *distinct. quæst.* 4. §. 3. *vers. veruntamen*,
& eisdem locis demonstrabo, & per consequens si
Petri eiúsque successorum in quæstionibus fidei infal-
12 libile est iudicium, & Rom. Pont. verus est Petri
successor, vt proximè demonstrauimus, rectè sequitur
de fide esse Romani Pont. qui nunc est, & erit in fu-
turum, infallibile esse iudicium, & contrariam doctri-
nam hæresim esse quam vti talem meritò damnauit
Sixtus IV. primò per Synodum Complutensem, quam
reperies apud Carranz. *in summa Concil. pag.* 388. de-
inde per se inter alios errores Petri Oxomiensis Sal-
manticensis Primarij sacræ Theologiæ, vt testatur eius-
dem Academiæ, & facultatis Primarius Bannes *dict.
art* 10. *dub.* 2. *concl.* 5. & explicat latiùs *in posterioribus
commentariis dub.* 4. *concl.* 3.

13 Quibus omnibus fit consequens falsam esse eo-
rum sententiam, qui docent in his, quæ sine Con-
cilio vniuersali decernit Papam errare posse, quod
hæretici omnes contendunt, & ex Catholicis tenue-
runt Gerson, Almain. & Adrian *in d. q. de confirmat. ad
fin.* & alij, quos refert Can. *d. lib.* 6. *cap.* 1. *ad fin.* hoc
ipsum tribuentes Gratiano *in cap. ita dominus, vers.
hoc autem* 19. *dist.* eiusdem etiam sententiæ videtur
fuisse Abb. Panorm. *in cap. significasti num.* 3. *de elect.
& quæst.* 1. *numer.* 52. Anton. de Rosell. *de Concil.
quæst.* 14. *numer.* 13. *&* 17. à quibus non multum
discrepat Castro *dict. lib.* 1. *cap.* 8. dum disputat
Papam in quæstionibus fidei, quas decidit solus, er-
rare posse, non tamen Sedem Apost. idest, Papam
cum Cardinalium collegio. Conuincitur enim ex om-
nibus prædictis, ex quibus constat soli Petro, non au- 14
tem vniuersæ Ecclesiæ, neque omnibus Apostolis si-
mul concessum priuilegium illud confirmandi fratres
in fide; pro ipso Petro singulariter orauit Christus Do-
minus ne eius fides deficeret, Petrus petra est, & fun-
damentum super quo Ecclesia fundatur, quæ omnia
concludunt certitudinem, & infallibilitatem illam
in ipso Petro, Romanisque Pontificibus eius succes-
soribus, non verò in Concilio vniuersali, nec in Car-
dinalibus, & consiliariis positam esse, atque ita me-
ritò doctrinas prædictas reprehendunt Cano *dict. c.* 8.
Cardin. Bellarmin. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *&* 7. optimè Bannes
d. dubit. 2. *concl.* 4.

Non obstat ratio, quam adducunt Anton. de Ro- 15
sellis, atque alij præcitati, quòd scilicet Summus
Pontifex homo est, & humanis infirmitatibus sub-
iectus, sicut alij homines, docente Paulo *ad
Hebr. cap.* 7. dum inquit, *Omnis Pontifex ex homi-
nibus assumptus*, &c. & qui condolere possit his,
qui ignorant, & errant, quoniam & ipse circumda-
tus est infirmitate, vnde se errare posse Pontifex
ipse fatetur *in cap. à nobis* 58. *de sentent. excommun.*
quemadmodum in alia vitia auaritiæ, vel similia
potest incidere, vt apud omnes est indubitatum,
facilè enim respondetur quòd si solam personam
Papæ per se consideremus, vt homo est, facilè er- 16
rare potest, non ita si ponamus diuinam prouiden-
tiam, & Christi promissionem, secundum quam
Ecclesia, & eius supremus Princeps Spiritus sancti
assistentia ita dirigitur, vt in decretis statum totius
Ecclesiæ respicientibus errare minimè possit, vt no-
tauit bene Turrec. *lib.* 5. *cap.* 112. *num.* 2. Vnde etiam 17
euidens apparet differentiæ ratio, quare Papa pecca-
re possit, & in alia vitia incidere, non ita errare in de-
cretis, quæ tanquam Pontifex edit, quia scilicet pro
hoc orauit Christus, non ita pro illis, vt vltra præ-
citatos optimè aduertit Albertin. *de assertion. Catholic.
quæst.* 9. *à num.* 15. Cardin. Bellarm. *dict. lib.* 4. *cap.* 7.
vers. vltima ratio. Nec etiam obstat si replices ex text. 18
in d. c. per venerabilem, vers. sunt autem, iuncto *cap.
fundamenta*, §. *decet, de elect. lib.* 6. quibus probatur in
decidendis causis fidei, aliisque arduis debere Papam
petere consilium Cardinalium, vt vsus obseruat, pas-
sim enim vidimus in rescriptis de causis grauioribus
apponi clausulam *de S. R. E. Cardinalium consilio*, &
probat text. *in cap. Apostolica, de re iudic. lib.* 6. *Clem. ne
Romani, Clem. in plerisque, de electione* prosequuntur
nostri *in rub. de constitut.* vbi Dec. *num.* 50. Rip. *num.* 14.
& Bero. *num.* 42. latè Cardin. Paleoth. (cuius scripta
ferunt secum laudem suam, teste Card. Baron. *annal.
Eccles. tom.* 6. *anno Christi* 506. *pag. mihi* 574. *in vers.
quod autem*) *de consultationibus Sacri Consistor. part.* 1.
q. 3. *art.* 5. *cum seqq.* refert multos Mench. *illustr. quæst.
cap.* 53. & esse communem ex aliis asserit Ceuall. *com-
mun. contra communes q.* 645. *à num.* 1. Quinimo pro
causis fidei necessariò teneri Pontificem conuocare
generale

generale Concilium, tenuit gloss. *verbo Concilio, in cap. Anastasius 19. distinct.* quod ex eo probari videtur, quia à principio nascentis Ecclesiæ ita vsus obseruat vt quæstiones fidei in generalibus Conciliis definiantur, vt constat de Concilio Apostolorum *Actor. cap. 15.* & ex quatuor illis antiquissimis, quæ sicut quatuor Euangelia veneratur Ecclesia, de quibus B. Gregorius *in cap. sicut*, & Gelasius *in cap sancta 15. dist.* & aliis, vt ex sequentibus facile apparebit, quod tamen frustra fieret si absque Concilio generali, vel Cardinalium consilio possit Papa quæstiones fidei decidere. Ad hoc enim argumentum facilè cum Card. Bellarm. *vbi proximè* respondetur minimè con-
19 cludere erraturum Papam in decisione huiusmodi quæstionum si solus ipse definiat, sed solùm conuincere debere ipsum facere, quod in se est, vt veram quæstionis decisionem, & rei de qua agitur cognitionem assequatur, non contemnendo media humana, & ordinaria ad illum finem assequendum, quæ sanè ea esse noscuntur, vt cum personis doctrina, & rerum experientia pollentibus maturam habeat deliberationem, quales esse solent Cardinales ad exequotionem sacerdotalis officij coadiutores deputati. Quòd si maior vrgeat difficultas, vtilissimum semper fuit, & vsitatissimum quòd omnes conueniant Episcupi, tum vt maturè deliberent, tum vt ex relatione consuerudinis, quæ in vniuscuiusque Ecclesia viget, appareat quæ sit vniuersalis Ecclesiæ, atque ita consentaneum quidem est quòd Pontifex Cardinalium consilium in arduis exigat, vel etiam Concilium conuocet, non tamen ita est necessarium vt sine eo deficiat assistentia illa infallibilis diuini Spiritus, quam Petro Ecclesiæ capiti Christus promisit. Quare meritò Pontifex *in dicto §. decet*, loquitur per
20 verba honestatis, scilicet *decet*, non verò necessitatis ac subinde optimo iure veriorem esse, & receptio-
21 rem sententiam quòd Pontifex etiam in quæstionibus fidei, atque reliquis arduis non teneatur Cardinalium consilium exigere de necessitate, testantur Beroius *num. 60. dicto loco*, & infinitos adducunt communem asserentes Mench. *dict. cap. 23.* Card. Iacobat. *de Concil. lib. 7. art. 5.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 3. consid. 47.* Marc. Anton. Cucb. *de instit. maiorib. lib. 2. tit. 2. de Summo Pontifice num. 57.* Gabriel. Paleoth. *de sacri Consistorij consulation. p. 1. q. 3. per tot.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. c. 20. n. 18.* Mascard. *de probation. conclus. 262. num. 56.* latè Ceuall. *dicta q. 64. num. 3.* Glossam verò *in dicto cap. Anastasius* meritò reprehendunt Doctores communiter, vt per Abb. *dicta quæst. 1. num. 13.* Albertin. *dicta quæst. 9 à n. 16.* Iacobat. *lib. 4. art. 2. §. reperio.* Clausula verò illa, *de Fratrum nostrorum consilio*, de-
22 centiæ magis esse, quàm necessitatis, iam antea aduertit Albert. *in rub. num. 3. C. de legibus* & plerique ex proximè citatis.

23 Secundò fit consequens Pontificem in decretis motum, quæ ad statum totius Ecclesiæ spectant, errare minimè posse. Probatur, nam licèt (vt *suprà* diximus) Summus Pontifex, qua homo est, & intra limites humanarum virium, sit ignorantiæ, aliisque humanis infirmitatibus subiectus, in his tamen quæ vt Summus Pastor decernit, & necessaria sunt ad spi-
24 ritualem suarum ouium salutem, infallibili Spiritus sancti assistentia ex Christi Domini promissione iuuari, & gubernari certissimum est, iuxta auctoritatem Ioan. 14. & 16. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*, quòd sanè in his decretis, quæ ad mores totius Ecclesiæ pertinent, omninò necessarium est, aliàs enim si in his Pontifex erraret, talis error totius Ecclesiæ error esset, subindéque in maximum totius Ecclesiæ damnum redundaret; cùm enim omnes fideles teneantur Summi Pontificis decreta, quæ ad mores pertinent, sequi, & venerari, *cap. 1. de constitut.* vbi omnes, & ab illis recedere crimen esset grauissimum, iuxta reg. *cap. non decet 12. dist. cap. cùm non liceat, de præscript.* iuncta prædicta auctoritate *Deuteron. 17.* & alia Christi Domini Matth. 23. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi; omnia ergo quæ dixerint vobis, seruate, & facite*, meritò sequitur oportere Summi Pontificis auctoritatem in huiusmodi decretis infallibilem esse, atque ita inter omnes receptum est, vt constat ex multis quæ latè Can. *d. lib. 5. cap. 5.* Menoch. *de arbitrar. casu 458. num. 31.* Cardin. Bellarm. *lib. 4. cap. 5.* Dominic. Bannes *dub. 6. dictis locis.*

Virùm verò in decretis, quæ non totius Ecclesiæ 25
statum, sed certas personas, vel certam Ecclesiam respiciunt, Papa errare possit, inter prædictos controuertitur. Partem affirmatiuam securè tuetur Can. *d. cap. 5. conclus. 3.* cuius rei ait esse rationem, quia huiusmodi decreta respectu particularis Ecclesiæ, vel
certæ personæ, non nituntur certis principiis, sed pro- 26
bationibus, quæ incertæ sunt, ac subinde non immeritò falli potest Pontifex, vt in iudiciis, & sententiis particularibus manifestum est, & in excommunicatione probat text. *in c. à nobis 28. de senten. excommun.* iuncta ratione, quam reddit text. *in c. 1. de constit. lib. 6.* ibi, *cùm sint facti, & in facto consistant, posset probabiliter ignorare*, iunctis resolutis per Albertin. *de assertion. Cathol. q. 30. n. 22.* Card. Bellarm. *d. lib. 4. cap. 2. versic. his notatis.*

Contrariam tamen sententiam meliùs tuetur Bañes 27
dub. 6. conclus. 4. sic distinguens. Vel enim agimus de iudicio rerum gestarum, seu forensi, quando scilicèt Pontifex sententialiter inter duas Ecclesias aliquam quæstionem definit, veluti si decidat controuersiam illam, & antiquam quæstionem de Primatu Hispaniæ inter Toletanam, & Bracharensem Ecclesias, de qua latè egimus *de officio & potestate Episcopi part. 1 tit. 3. cap. 8.* & tunc verum est errare posse, quia tale iudicium nititur probationibus, quæ incerta sunt, vt *supra* diximus, & procedit argumentum factum à Cano. Vel agimus de decretis Pontificis circa mores alicuius Prouinciæ, vel Ecclesiæ, condendo scilicet legem, & præscribendo præcepta, quibus subditi regantur, & viuant, & hoc casu nulla potest assignari congrua differentiæ ratio inter decreta pro Ecclesia vniuersali, vel particulari, immò in omnibus Pontifex se gerit tanquam supremus Pastor, & legislator, vtroque etiam casu decreta illa ad subditorum salutem, quibus præscribuntur, necessaria sunt, cùm secundùm illorum formam viuere debeant, eorúmque salus spiritualis periclitetur, si vel illis non obtemperent, vel obteperando faciant id, quod legi diuinæ, aut naturali repugnat, vel aliàs illicitum est.

Ex illa verò generali regula suprà posita quòd Sum-
mus Pontifex falli, & errare possit circa quæstiones 28
facti, quæ ex probationibus dependent, putarunt nonnulli illum aliquando errare posse in alicuius Sancti canonizatione, cùm enim hoc pendeat ex probationibus miraculorum, & ex multis aliis, quæ in facto consistunt, quæ late recenset Mascard. *de probat. conclus. 261. à princip.* non est mirum si aliquando in eo decipiatur Ecclesia, vt voluit gloss. *verbo Sedis, vers. item inter alios*, ibi, *licèt accidere possit, in cap. 1. de reliq. & vener. Sanctor. lib. 6.* & alij adducentes auctoritatem S. Augustini, *multorum corpora honorantur in terris, quæ torquentur in gehenna.*

Verùm huiusmodi sententiam temerariam esse, & 29

ſcandaloſam, & hæreſim ſapere tradunt recentiores
contra Wiclephum, Lutherum, & alios hæreticos
irridentes poteſtatem Eccleſiæ, in Sanctis canonizan-
dis. Ratio autem colligitur ex Diu. Thom. *quod-*
30 *lib.9. art.vlt.* Quamuis enim huiuſmodi canonizatio
aliquo modo pendeat ex promotionibus, eſt tamen
quædam quaſi profeſſio, & proteſtatio fidei, qua San-
ctorum gloriam credimus, ac ſubinde ad vniuerſalem
totius Chriſtianæ Religionis ſtatum pertinet,& con-
ſequenter tradendum eſt, diuinum illum ſpiritum,
quem Chriſtus Dominus Eccleſiæ promiſit *Ioan.* 4.
& 16. eidem Eccleſiæ non defuturum in re grauiſ-
ſima, & quæ in ipſius Eccleſiæ, diuinique honoris
vilipendium redundaret ſi viderent dæmones Eccle-
ſiam Catholicam pro Sanctis venerari eos, quos ipſi
torquent in inferno. Quare poſt D. Thom. hanc eſſe
veram,& communem ſententiam quòd Eccleſia in ca-
nonizatione Sanctorum errare non poſſit, ex D. Ant
tonin. comprobant Viguer. *de inſtitut. cap.* 10. §. 3.
verſ. 11. Couar. *lib.*1. *var.cap.*10.*n.*13. Can. *vbi pro-
ximè,* Auguſt. de Anchona *de poteſt. Eccleſiæ quæſt.*14.
*art.*3. Caiet. *de Indulg.cap.*8. *verſ.ad id verò,* Driedon.
*de dogmatib.cap.*1.*fol. mihi* 207. Iacob. Caſtellan. *de
canonizat. Sanctorum quæſt.*9.*art.*3. vbi D. Conrelor.
Turrecr.*in defenſ.reuelationum Sanctæ Brigidæ cap.vlt.*
Aragon. 2. 2. *quæſt.*1.*art.*10. *tit. de Summo Pontifice
col pen. in concluſ.* 2. Maſcard. *d. concluſ.*261. *num.*56.
Viuald. *in candel. aureo part.*3.*cap.*17. *à num.*15.Card.
Bellarm.*tom.*1. *contron.*7.*lib.*1.*cap.*9. Maluer. *in tract.
de canonizat.Sanctorum dub.*3.*num.*47.Angelus Rocha
in ſimili tract. cap. 39 *&* 40. Ioan. Baptiſta Signius *in
tract.de reliq. & veneratione Sanctorum cap.* 4. Domi-
nic. Anfoſſ. *de ſacrarum reliquiarum cultu* §.24.*num.*5.
Valent.2.2. *quæſt.* 1. *artic.*10. Azor. *inſtit. moral. p.*2.
*lib.*5.*cap.*6.*quæſt.*5.Card.Baron.*tom.*1. *annalium Eccle-
ſiæ anno Chriſti* 55.*cap.*13. *pag.*488. Carbo *in ſumma
ſummarum tom.*3.*lib.*1. *cap.*17. Aloyſ. Turrian. *in* 2.2.
*diſp.*16.*de poteſtate Pontificis in ordine ad fidei doctri-
nam.dub.*4.variis modis reſpondentes ad auctoritatem
31 Auguſtini *ſuprà* citatam, vel quòd veneramur corpo-
ra,quæ putamus eſſe eorum,qui ab Eccleſia canoniza-
ti ſunt, cùm tamen ſint alicuius perditi hominis, non
quòd Eccleſia in canonizatione fallatur, ſed quia cor-
pora mutata ſunt ob rerum viciſſitudinem. Vel etiam
quod non agat Auguſtinus de veneratione, & cultu
ab Eccleſia præſtito per canonizationem, ſed quia
apud Gentiles, vel barbaras nationes in honore, &
pretio ſunt, quorum tamen corpora torquentur in
inferno.Et confirmatur quia ſi iniuriam facit Martyri,
qui orat pro Martyre, *c. cùm Martha* §.*vlt. de celebrat.
Miſſar.*multò maiorem iniuriam Sanctis irrogat, qui
aliquem è Sanctorum catalogo reiicit, & non multum
diſtat ab illorum hæreſi,qui Sanctos colendos eſſe ne-
gant contra antiquiſſima Eccleſiæ decreta, de quibus
in cap rogationes, de conſecr. diſt. 3. & in multis aliis,
quæ commemorat text. *in cap.* 1. *de reliq. & vener.
Sanctor. lib.*6. quæ confirmat Concil.Trid. *ſeſſ.* 25. *in
decreto de inuocat.& vener.Sanct.*& quæ late compro-
bant Conrad. Brun. *de ceremon.lib.*3.*cap.*1.*&* 6. Card.
Bellarm. *de contron.*7.*à princ.* Azor. *inſtitut. moral.
part.*1. *lib.*9.*cap.*10. *quæſt.*5. *cum ſeqq.* & penè relati
à Cenedo *ad Decretal.collect.*52.

Ex prædicta generali regula dicendum etiam vide-
32 batur Eccleſiam errare poſſe in approbandis, vel con-
firmandis Religionibus, cùm enim huiuſmodi appro-
batio fiat præcedentibus probationibus circa virtu-
tes, & merita inſtitutoris, & profitentium, ſequi vi-
detur in eo decipi poſſe, quòd planè fateri videtur
Gregor. X. *in cap.*1. *in princ.de relig. domib. lib.*6. vbi
referens Concilij Lateranen. decretum *in cap. vlt.eod.
tit. in Decretalib.* dum probat ex nimia Religionum
diuerſitate grauem in Eccleſia confuſionem induci,
addit quòd importuna petentium inhiatio illarum
multiplicationem extorſit; ex quibus ita concludit
Cano *d.lib.*5.*cap.*5. *ad fin.* adducens in confirmatio-
nem, quia videmus Religionem ab vno Pont. ab aliis
deinde damnari tanquam impiam, & errorum nutriti-
uam, vt de ordine Fraticellorum conſtat, fuit enim
à Papa Celeſtino V. approbatus, & deinde à Ioanne
XXII. damnatus,qui declarauit approbationem illam
infirmam, & inualidam fuiſſe *in Extrauag.* 1. *de relig.
domibus Ioann. XXII.*

Contraria tamen ſententia verior, & receptior eſt, 33
vt poſt. Bannes *dub.*8.*concl.*3.*&* 4.teſtatur Fr.Emman.
*quæſt.Regul. tom.*1. *quæſt.*1. *art.*4. *ad med.* Et vt argo-
menta in contrarium adducta diluantur, aduertere
oportet,quòd vel quærimus an Eccleſia falli poſſit in
approbando plures Religiones, quam expediebat, &
fatemur in eo aliquem errorem dari poſſe ex falſis in-
formationibus, ex quibus, v. g. conſtitit populum
ſufficientem eſſe vt maiorem alere poſſit Religioſo-
rum numerum quàm poteſt in rei veritate, vel quan-
do tot ſunt Religioſorum Ordines, vt ex nimia diuer-
ſitate aliqua oriatur confuſio in hac, vel illa ciuitate,
quod tamen ſatis Summo Pontif.expreſſum non eſt,&
hoc ſolùm concludunt rationes, quas adducit text. *in
d.cap.*1.& Can. *d. loco.* Aut rurſus quæſtio eſt,an er-
rare poſſit Eccleſia in confirmanda Religione in iis,
quæ pertinent ad veritatem doctrinæ, & inſtituti, aut
legum & conſtitutionum, quibus Religioſi eam pro-
fitentes, viuere debent, & reſoluendum eſt minimè
in hoc errare poſſe Pontificem, ſeu Eccleſiam, traden-
do ſcilicet leges ſacræ Scripturæ, legibus diuinis, aut
bono ſpirituali animarum contrarias, cùm enim ex
dictis certum ſit Eccleſiam, ſeu Summum Pontifi-
cem errare non poſſe in decretis Fidei, vel morum,
ad ſtatum totius Eccleſiæ ſpectantium, & in appro-
batione alicuius Religionis decernat ſtatum illum
bonum eſſe,& conuenientem ad ſpiritualem ſalutem,
& charitatis perfectionem, iam ſequitur valdè perni-
cioſum fore Chriſti fidelibus hunc Eccleſiæ errorem,
vt ſcilicet Religio, quam tanquam vtilem bono ſpiri-
tuali approbauit, & ſequendam propoſuit, ſit bono
ſpirituali contraria, vel nociua. Quod verò adducit
Cano de ordine Fraticellorum, & aliis, quos ſemel ab
aliquo Pontifice approbatos deinde alij iuſtè damna-
runt, reſpondetur iuſtè hoc fieri, non tamen ex ea ra-
tione quòd à principio Eccleſia,vel Pontifex in confir-
mando errauerit, ſed quia poſtea inſtitutor, eiúſque
alumni, ſeu ſequaces non ſeruant ſtatum Religionis,
vt debuerunt, ſecundùm formam & modum ſub quo
à Pontifice fuit confirmatus.

Sed iam circa eundem Pontificem ſecundo modo, 34
hoc eſt, quatenus perſonam priuatam, conſideratum,
(aliquando enim Pontifices Romanos tanquam pri- 35
uatos, & particulares Doctores reſpondere aiunt Pe-
nia *in direct. Inquiſit.part.*2. *ad quæſt.*17. *comment.* 42.
verſ.rurſus, Paul. Gryſald. *in deciſion. Catholica fidei,
verbo Baptiſmus num* 44. *verſ. dico tertiò,*) ſciendum
eſt receptam eſſe Doctorum, præſertim antiquorum
ſententiam, quòd in fide errare, atque ita hæreticum
eſſe poſſit,per text *in præſenti,* in illis verbis, ibi, *niſi
deprehendatur à fide deuius,* & vltra Ordinarios *hîc,*te-
net *gloſſ.*1. ſic intelligenda *in cap. à recta* 24. *quæſt.* 1.
refert multos ex noſtris Rojas *de hæret. ſing.* 146. qui-
bus adde Turrecrem. *lib.*2. *cap.* 112. *num.*2. Albertin.
*d. quæſt.*9.*num.*12. *& quæſt.* 30. *num.*10. *&* 24. Cardin.
Iacobat. *de Concil.lib.*3.*art.*1. Cou. *lib.*1. *var. cap.*10.
*n.*12.Decian. *tract.crimin.lib.*3. *cap.*52. *num.* 1. Card.
Tuſch.*tom.*2. *concluſ.*522. *num.*26. ex Theologis verò
certum

certum hoc eſſe inquit Caietan. *de auctorit. Papæ cap. 9. & in apologia part. 2. cap. 13.* Sot. *in 4. diſt. 22. q. 2. art. 2. ad med.* Caſtr. *de iuſta hæret. punit. lib. 2. c. 23.* Cordub. *in quæſt. Theolog. lib. 4. q. 3. poſt princ. verſ. reſpondeo ad primum, & quæſt. 5. verſ. hanc opinionem.* conſtanter Can. *lib. 6. cap. 8. ad 11. verſ. huic loco,* Turrian. *de fide, Diſput. 16. dub. 1.* vbi communiorem opinionem dicit, & hanc eſſe omnium & Romanorum Pontificum, & Scholaſticorum ſententiam ait, & multis tuetur Bannes d. *art. 10. dub. 2. concluſ. 1.* multóſque eiuſdem ſententiæ aſſertores refert Cened. *ad*
36 *Decretum collect. 44. num. 1.* Quod præterea ea ratione confirmatur, quia Papa vt homo eſt naturaliter erroris, & ignorantiæ aliiſque humanis infirmitatibus eſt ſubiectus, vt ſatis probat prædicta auctoritas Pauli *ad Hebræ. 7.* neque à Deo, niſi quatenus Paſtor ſupre-
37 mus, & Eccleſiæ caput in publicis morum, & fidei decretis præſeruatus eſt, vt conſtat ex dictis, & conſequenter à ceſſante ratione non videtur inconueniens fateri, poſſe errare vt priuatam perſonam, quando ſcilicet doctrinam aliquam tradit, quam non vult, vt vniuerſale decretum apud omnes cenſeri, obligando omnes fideles ad id recipiendum, aut credendum, ſed tanquam particularis Doctor docet, aut ſcribit, vt fecerunt Innocentius III. & IV. Adrianus VI. atque alij, etſi enim in eorum ſcriptis aliquis error reperiretur, non ideò Papam qua Papam, aut Sedem Apoſtolicam errаſſe dicendum eſt, vt benè explicat Caſtro *lib. 1. de iuſta hæret. punit. cap. 6.* vbi
38 refert elegans Innocentij IV. reſponſum, qui rogatus an vellet, quæ in iure Pontificio ſcripſit, pro lege teneri, reſpondit id ſe minimè velle, quia ea non vt Pontifex, ſed vt Doctor priuatus ſcripſerat. Confirmatur denique ex euentu, quia plures Romanos Pontifices, vt priuatas perſonas erraſſe contendunt *ſuprà* citati ex hiſtoriis, & de Honorio I. dubitandum non eſſe inquiunt Caſtro, Bannes, & plerique ex præcitatis, quia in ſexta Synodo de hæreſi damnatum eſſe conſtat, & negari non poteſt, niſi abrogando illius generalis Concilij auctoritatem, ac Leonis III. Pontificis, qui eandem ſextam Synodum confirmauit, & Honorium hæreticum vocauit, vt legitur *tom. 2. Conc.*
39 *pag. 413.* hinc diſputantes, & præcipuè Roſell. *de auctoritate Imperat. part. 3. princip. à n. 35.* Turrecrem. *lib. 4. cap. 18.* Iacobat. *lib. 3. art. 1. & lib. 9. in princip.* Caſtro *d. lib. 2. c. 23. verſ. an Papa, vel quiuis alius,* Driedon. *de libertate Chriſt. c. 14.* Aragon. *2. 2. q. 1. art. 10. in tract. de Eccleſ. pag. 64* Decian. *d. lib. 5. cap. 52. n. 3.* Bañes *dub. 2. concl. 2.* Hieron de la Rua *in controuerſ. Theolog. controuerſ. 3. ſcholaſt. pag. 105. cum ſeqq.* Perez *l. 3. verſ. quæritur 15. tit. 4. lib. 8. Ordinam.* Mich. de Aniñon. *de vnitate Ouilis, & Paſtor. c 15. n. 14.* Card. Bellarmin. *lib. 2. cap. 30. de Romano Pontifice*, & alij plures citati à Cened. *d. collect. 44 num. 2.* an Papa hæreticus ſtatim deſinat eſſe Papa, cum quibus verior, & receptior ſententia eſt ſtatim deſinere eſſe Papam, cùm primùm per legitimam Eccleſiæ iuriſdictionem ſententia declaratoria criminis in eum profertur, de quo latè Soar. *in tractat. de fide diſput. 10. ſect. 6. n. 6.* Et vide Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 7* vbi concludit Pontificem in hæreſim lapſum eſſe quidem iure diuino priuatum Pontificatu, ſed Eccleſiæ ſententia poteſt iudicari & declarari eum ob crimen hæreſis Pontificia dignitate excidiſſe, pro qua ſua ſententia citat Auguſt. Ancon. Iacobat. Alphonſ. de Caſtro, & alios. Et quot teſtes ſufficiant vt probetur Summum Pont. eſſe hæreticum, tradit Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 12. rub. num. 3.* An quando Pontifici opponitur quòd ſit hæreticus, & ille negat, poſſit admitti probatio opponentis? vide Caſtald. *de poteſt. Papæ, num. 44.* Iacob. *de Concil. lib. 8. art. 1. pag. 514.* latè Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 52. num. 10.* Si Papa poſt mortem de hæreſi accuſetur, quis ſit iudex competens? vide Dominic. *in cap. in fidei fauorem num. 5. de hæret. lib. 6. & ibi* Anchar. *n. 2.* Decian. *d. lib. 5. cap. 52. num. 17.* Card. Bellarm. *de Romano Pont. lib. 2. cap. 30. prope fin.* Azor. *inſtit. moral. p. 2 lib. 4. cap. 7. verſ. quæres cuius auctoritate*, vbi cum Archid. Ioann. Andr. & aliis reſoluit Papam iam defunctum, ſi conſtiterit eum mortuum eſſe hæreticum, condemnari debere auctoritate ſucceſſoris, non verò Concilij.

Verùm contrariam ſententiam, videlicet Summum
Pont. etiam quatenus priuatam perſonam non poſſe 40
in fide errare, nec hæreticum eſſe, multis rationibus conſtanter tuetur Pighius *de Eccleſiaſt. hierarch. lib. 4. cap. 8.* quem non citatum ſequitur Cardin. Bellarm. *d. lib. 4. c. 6.* & in eandem partem magis inclinat Carranz. *in princip. ſumma Conciliorum contron. 4. verſ. ex omnibus prædictis,* quamuis deinde poſt longam diſputationem ſuccumbens argumento *ſuprà* facto de Honorio I. concludat non audere ſe hoc affirmare, & in hanc partem magis inclinat Suar. *de fide diſp. 10. ſect. 6. num. 11.* dum ait ſibi magis pium, & probabilius videri poſſe quidem Papam vt priuatam perſonam errare ex ignorantia, non tamen ex contumacia, refert Sanctarel. *de hæreſi cap. 31. in initio num. 5.* Præcipuæ autem rationes, quibus mouentur, tres ſunt. Prima ex promiſſione illa Chriſti Domini ad Petrum Lucæ 22. *Oraui pro te*, &c. quam non perſonaliter ad Petrum, ſed ad omnes ſucceſſores in eius Cathedra pertinere oſtendimus, & quia conſtat Petrum ſic à Deo fuiſſe confirmatum, vt eius fides etiam perſonalis minimè poſſet deficere, vt denotant illæ particulæ, *pro te*, & *tua*, quas *ſuprà* expendimus. Secunda ratio ex eo deducitur, quia cùm Pontifex regula ſit, quam omnes fideles ſequi, & præ oculis ſemper habere debent, oportet ſingulari aliquo muniri priuilegio, quo ab errore in iis, quæ ſunt fidei, non ſolùm Sedes ipſa, ſed & illius perſona præſeruetur, alias enim ſi & ipſum Pontificem errare poſſe admittamus, nihil aliud ſperari poteſt, niſi quòd cæcus ipſe nos cæcos ſimul in foueam trahat, vt in veteri prouerbio eſt, de quo *in c. pen. in fine, de ætate, & qualit.* cum vulgaribus. Quòd ſi dicas a diuina prouidentia gubernari quando Pontifex docet, vel leges condit, quas à ſubditis vult obſeruari, non ita quando vt priuatus credit, aut ſcribit, replicatur quòd etſi negandum non ſit poſſe Deum ex hæretico corde veram fidei confeſſionem extorquere, vt patet in Confeſſione Caïphas *Ioan. 11.* & in aſina Balaam *Numer. 22.* refertur *in cap. ſicut. 2. q. 7.* hoc tamen violentum eſt, & non ita facile, vt expediebat ad optimam, & perfectam Eccleſiæ gubernationem, & alienum à more diuinæ prouidentiæ, quæ omnia diſponit ſuauiter, vt habetur *Sapient. c. 6.* Tertia ratio eſt, quia hæc Romanæ Eccleſiæ præ omnibus aliis ſingularis prædicatur excellentia, quòd omnes aliæ non ſolùm hæreticos, verùm etiam hæreſiarchas habuerunt Epiſcopos, Antiochena videlicet Paulum Samozatenum, Alexandrina Dioſcorum, Conſtantinopolitana Neſtorium, & Macedonium, & ſic de reliquis, vt proſequitur Mendoç. *d. quæſt. 4. §. 4. arg. 7.* Romana verò nunquam, ab erroribus enim, qui aliquibus Romanis Pontificibus imponuntur, facilè vindicatur ab eodem Pighio, & Cardin. Bellarm. *citatis locis.*

His tamen rationibus non eſſet difficile reſponde- 41
re, nam ad primam dici poteſt in Petro duplex priuilegium poſſe conſiderari, alterum perſonale, quod ad ipſius Petri excellentiam ſpectabat, ſcilicet quòd eius fides perſonalis non deficeret, alterum quòd ad officium

officium Summi Pont. pertinebat, vt scilicet in doctrina, & decretis fidei vt Prælatus non erraret, in hoc posteriori soccesserunt Summi Pontif. sicut etiam in officio, & potestate constat successisse, non ita in priori, iuxta *reg. priuilegium*, *de regul. iuris lib. 6.* optimè Can. *d. lib. 6. ad fin.* Bañes *vbi proximè vers. nunc verò*, At secundam respondetur Summum Pont. esse regulam secundùm quam omnes credere debent non in ijs, quæ ipse tanquam priuatus scribit, aut docet, sed in illis, qui decernit tanquam Summus Pontif. quare in iis tantùm sequitur oportere infallibile esse ipsius iudicium, non verò in prioribus, quæ docet, tanquam priuatus, vnde de vno casu ad alterum non bene infertur consequentia, vt explicat Turrecr. *dict. lib. 2. cap. 112. vers. ad 6.* Ad confirmationem verò de facilitate boni regiminis, quæ in hoc casu videtur desiderari si Pontificis persona labatur in hæresim, & aliter doceat vt Pontifex, quàm ipse vt priuatus credit; respondetur supposita diuina prouisione, & infallibili Spiritus sancti assistentia ipsum Deum optimum Max. summa cum facilitate, & suauitate omnia gubernare, & mentem Summi Pontif. atque omnia media necessaria ad hunc finem suauiter disponere, ne in doctrina, & decretis fidei, & morum, quæ omnibus fidelibus tenenda, & credenda proponit, errare possit, iuxta illud Psalmi 22. *Dominus regit me, & nihil me deerit*, iuncto illo Sapient. 8. *Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Ad tertiam respondetur illam Romanæ Ecclesiæ excellentiam in eo consistere quòd in alijs Ecclesiis sederunt Prælati publicè docentes, & profitentes hæresim, itaut error non solùm personalis fuerit, sed ipsorum Prælatorum quà talium, quod tamen de Romana Ecclesia nonquam dici potest, vt ostendimus, & in hunc sensum illa ratione vtitur Mendoç. *d. loco*, atque Cardin. Bellarm. *d. lib. 4. cap. 5. ad fin.* Vnde etiamsi verum esset quòd aliquis Romanus Pont. in hæresim lapsus esset vt priuatus, non inde sequeretur aliqua ex parte minui, vel offendi singularem illam Romanæ Ecclesiæ excellentiam.

42 Quare ex his omnibus videtur concludendum primam communem sententiam firmam consistere, contrariam verò secundùm strictam disputationem non satis defendi, esset nihilominus valde probabile, piéque credi posset (vt Bellarm. inquit *d. cap. 6.*) Summum Pontif. in hæresim non posse incidere, neque etiam vt priuatam personam aliquid firmiter credere, quod fidei, & Religioni Christianæ repugnet: cùm enim negari non possit hoc magis extollere Romani Pont. dignitatem, & in maiorem cedere Romanæ Ecclesiæ splendorem, benè etiam sequitur maiorem esse pietatem credere Christum Dominum, qui mirificis donis Ecclesiam exornauit, & perfectissimam esse voluit, daturum hoc quoque, quo Ecclesia ipsa speciosior redditur, vt in aliis materiis nostri, & Theologi argumentari solent. Quòd verò de facto nec vt Pontifex, nec vt priuatus aliquando in hæresim incideret, apparet ex iis, quæ dixi ad *cap. Anastasius 19. distinct.*

In gloss. *A nemine.* ibi, *Papa à nemine potest indicari.* Ita Dec. *in cap. significasti num. 9. de elect.* Felin. *in cap. nihil num. 4. vers. vigesimo, de præscript.* Card. Bellarm. *de Romano Pont. cap. 26. in princ. & lib. 2. de Concil. auctorit. cap. 17.*

43 In gloss. *A fide deuius.* ibi, *sed quare non potest accusari de alio crimine*, &c. Notatur ad hoc quòd si Papa committat crimen notorium, & scandalizatur Ecclesia per factum eius, potest ille accusari de tali crimine, vt per Abb. *in cap. significasti num. 4. de elect.* vbi dicit hanc gloss. singularem, Barbat. *in Clem. ne Romani num. 86. eod. tit.* vbi asserit glossam communiter approbari, sequitur Dec. *in dict. cap. significasti num. 21. vers. vlt.* affirmans quòd totus mundus illam sequitur, & quòd practicata fuit in Concil. Constantiensi.

Contrariam tamen opinionem tenent omnes ferè Theologi, & Canonistæ, quos refert, & sequitur Turrec. *in præsenti*, Cordub. *in quæst. Theolog. lib. 4. q. 5. opin. 3. & §. hanc opinionem expressè*, Card. Tusch. *tom. 2. conclus. 552. ex n. 30.* latè Soar. *de fide disp. 15. sect. 6. n. 14. cum seqq.* & ipse *disp. 10. sect. 6. nu. 17.* optimè aduertit quòd si liceret casus aliquos fingere in quibus esset Papa deponendus, vt propter nimiam senectutem, aut captiuitatem, daretur occasio schismatum, & sæpè nimia iniuria verus Pontifex in dubium vocaretur, & *ibi num. 18. ad fin.* resoluit quòd si Papa ob perpetuam amentiam depositus, deinde ad se redeat tamen depositus manet, quia negotium hoc non debet, ex futuro contingenti dependere.

In ead. gloss. ibi, *ideo quia etsi occulta esset hæresis, de illa posset accusari*, &c. Notatur ad hoc quòd Papa de hæresi occolta accusari potest, vt per Decian. *tractat. crimin. lib. 5. cap. 52. n. 9.* Soar. *de fide disputat. 10. sect. 6. numer. 11. ad fin.* vbi de Pontifice occulto hæretico. 44

In ead. gloss. ibi, *item nunquid denunciari potest crimen Papæ*, &c. Ergo si Papa est hæreticus, potest ei fieri monitio, quòd si te non audierit, dic Ecclesiæ, *Matth. 18. num. 17.* Decian. *d. cap. 52. num. 12.* Soar. *d. disp. 10. sect. 6. num. 11. post princ.*

In ead. gloss. ibi, *item nunquid Papa possit statuere quòd non possit accusari de hæresi*, &c. Notatur ad hoc quòd non potest Papa legem condere quòd ipse non possit de hæresi accusari, vel aliis quispiam Pontifex, vt per Decian. *d. cap. 52. num. 11.* Card. Tosch. *d. tom. 2. conclus. 522. num. 27.* qui hanc glossam dicunt communiter approbatam. 45

In ead. gloss. ibi, *sed pro quo peccato potest Imperator deponi*, &c. Vtrùm autem in eo casu quo Papa deponit Imperatorem, seu Regem, possit id facere sine auctoritate Concilij? Vide Præpos. *num. fin. in præsenti*, Decian. *d. lib. 5. cap. 51. num. 8.*

CAP. Multi. XII. & vlt.

Chrysostomus.

NOn *locus sanctificat hominem, sed homo locum.*] Vide Tiraquell. *de nobilit. cap. 7. n. 9.* Valenz. *consil. 1. num. 1. cum seqq.*

Omnis sanctus est Sacerdos.) Intellige cum Sot. *in 4. dist. 25. q. 1. art. 4. §. vnum autem.*

DISTINCTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici debent honestam parsimoniam seruare.*
2 *Clerici honestis vestibus, & non fulgidis, ac pomposis vti debent.*
3 *Humilitas non habet locum vbi adest pompa.*
4 *Vestibus sericis clerici vti non debent.*
5 *Clericus sicut vti non debet vestibus nimis fulgidis, & pomposis, ita nec etiam nimis vilibus, aut sordidis.*

CAP

Cap. Parsimoniam. V.

Ex Concil. Gangren.

1 GRATIANVS ex Concilio Gangrensi *cap. vltim.* tradit quomodo clerici debeant esse parci, & honestam parsimoniam seruare, prout referunt Gondisal. Villadieg. *in tract. de Legat. quæst.7. num. 20. in 13. tom. tract. Doctor. part. 2.* Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. in prælud. num. 154.* & de temperantia à clericis seruanda plura scripsit Gisbert. Schenichau. *de Ecclesiast. vita, moribus, & offic. lib.3. cap. 35. cum seqq.* aliqua tradit Tiraquel. *lib. 3. connub. gloss. 1. num. 52. & 54.*

Debent pariter clerici honestis vestibus vti, & non
2 fulgidis, pretiosis, ac pomposis, quia, vt inquit S. Basilius *homil. 24.* quæ est de legendis libris Gentilium. *Comarum, aut vestium extra necessitatem curam gerere, vel infelicium est, vt ait* Diogenes, *vel iniustorum. Et* S. Hieronym. *epistol. 2. ad Nepot. cap. 11. Vestes pullas æquè deuita vt candidas, ornatus, & sordida pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet,* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. lib. 3. cap. 1. num. 6. in fine,* qui ait vbi pompa, ibi humilitas non ha-
3 bet locum, Menoch. *cons. 912. num. 23.* qui dicit quòd clerici non debent vti vestibus sericis, Fulu. Pacian. *in*
4 *tractat. cui incumbat onus probandi negatiuam, libr. 2. cap. 34. numer. 38.* vbi dicit quòd in vestitu clericorum est diligenter attendendum quid locis, quid temporibus & quid personis conueniat.

Verùm quia omne extremum est vitiosum, ideò si-
5 cut non debet clericus vti vestibus nimis fulgidis, & pomposis, ita nec etiam nimis vilibus, aut sordidis, aut senio exterminatis, & laceratis propter humilitatem, quia ex hoc dignitas clericalis vilesceret, Abb. *in cap. vlt. clerici num. 11. de vita & honest. cleric.* Fulu. Pacian. *d. cap. 34. num. 34. & 35.* Tiraq. *l. 3. connub. gloss. 1. part. 3. ex num. 51,* Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum §. 11. n. 10.* & habetur *in princ. huius dist.* Mediocritas igitur in omnibus rebus placet, quæ secundùm S. Ambros. *lib. 1. de offic. cap. 19.* in eo posita est, vt vestitus non sit affectatus, sed naturalis, & simplex, neglectus magis, quam expetitus, vt honestati, vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vilem supellectilem, & mensam, ac victum pauperem habere debet.*

2 *Supellex Episcopi nihil aureum, aut argenteum, vel sericum continere debet.*

3 *S. Augustinus quomodo mensa vtebatur frugali, & parca, ostenditur.*

Cap. Episcopus. VII.

Ex Conc. Carth. IV.

1 ELeganter Gratianus ex Conc. Carthaginensi IV. *cap. 5.* admonet vt Episcopus vilem suppellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, quod decretum innouauit Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 1.* in hæc verba, *Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi non solùm iubet vt Episcopi modesta supellectili, & mensa, & frugali victu contenti sint, verùm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant ne quid appareat quod à sancto hoc instituto sit alienum, quódque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat.* Vide Nauar. *de reddit. Eccles. quæst. 1. mon. 22. num. 1.*

Qualis autem debeat esse vilis hæc Episcopi supel- 2
lex, est à nobis inquirendum, & illam talem esse existimo, quæ nihil aureum, aut argenteum continet, nihil in ea auro, vel argento ornatum existit, vel sericum, aut serico contextum, vbi abest colorum varietas, aulæa, vel tapetia, nil acu est depictum, vel variè contextum, nec studiosè elaboratum, cum aliis per me adductis *de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 2. gloss. 7. num.*
9. quod optimè de S. Augustini ornatu, frugalitate, & 3
parsimonia *in eius vita.* Possidonius depingit in hunc modum. *Mensa vsus est frugali, & parca, quæ quidem inter olera, & legumina etiam carnes aliquando propter hospites, vel quosque infirmiores continebat. Cochlearibus tantùm argenteis vtens, cætera vasa, quibus mensæ eius cibi inferebantur, vel testea, vel lignea, vel marmorea erant non necessitatis inopia, sed proposito voluntatis. Denique morti iam proximus testamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Christi non habuit.* Vide quæ adduxi *d. tit. 2. gloss. 5. num. 12.*

Distinctio XLII.

SVMMARIVM.

1 *Emolumenta ex eleemosyna quot acquiramus, ostenditur.*

2 *Abrahamum, & eius nepotem Loth multis opibus cumulauit Deus, cùm ipsi in egenos essent benignissimi.*

3 *Tiberium Cæsarem eo quòd fuit in pauperes liberalissimus duplici thesauro cumulauit Deus.*

4 *S. Paulinus cùm mandasset vnum, qui supererat panem, vt pauperi daretur, naues annona, & vino onusta ad eum aliunde delata sunt.*

5 *S. Gregorius Magnus peregrinos quotidie ad mensam adhibebat.*

6 *S. Martinus Turonensis Episcopus adhuc Catechumenus opem ferebat miseris egenos, alebat, & nudos vestiebat.*

7 *Eleemosyna quam vim, & effectum habeat, remissiuè.*

8 *Eleemosyna an omnibus pauperibus bonis, & malis sit elargienda indifferenter, ostenditur.*

9 *Irregularem in foro conscientia se reputare debet illa qui dubitat se lethaliter vulneraße.*

Cap. Quiescamus. II. *Chrysost.*

IOANNES Chrysostomus *in epist. ad Hebræos hom. 11. ad c. 6.* relatus in hoc text. elegantibus, & disertis verbis nobis ostendit quantum fructum, quantaque emolumẽta ex eleemosyna acquirimus, ea enim Deo, quod ipse dedit, reddimus. Quid donamus in egenis Deo? dona ipsius. *Tua,* ait Dauid. *1. Paralip. cap. 29. sunt omnia, & quæ de manu tua accipimus, dedimus tibi.* S. August. *lib. 1. Confess. c. 4. Deus,* inquit, *meus nunquam inops, & gaudes lucris, nunquam auarus, & vsuras exigis, supererogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquam non tuum?* Qui idem August. *serm. 15. de verbis Domini. Dicit tibi Christus: Da mihi ex eo, quod tibi dedi de meo quæro, da, & redde. Habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fœneratorem. Temporalia mihi das, & æterna tibi restituã, te ipsum mihi reddã, quando te mihi reddidero.* Rectè S. Leo *ser. 10. de Quadrag. Securus, & hilaris sit eleemosyna*

syna distribuitur, quia tunc maximum lucrum habebit, quando sibi minimum reseruauit.

2 Multis sanè opibus Abrahamum, & eius nepotem Loth cumulauit Deus, cùm ipsi in egenos essent benignissimi, *Genes.* 18. *&* 19. Similiter Tubiam *cap.* 1. *&* 12. Tiberium Cæsarem, vt auctor est S. Gregorius

3 Turonen. *lib.* 5. *hist. Francor. cap.* 19. in pauperes liberalissimum duplici, eòque ingenti thesauro, cumulauit, altero in palatio, altero in Narsetis domo reperto. Idem B. Gregor. Turon. *lib. de gloria Confess. cap.* 107. narrat quòd cum S. Paulinus vnum, qui supererat,

4 panem, mandasset vt pauperi daretur, naues annona, & vino onustæ ad eum aliunde delatæ sunt. Scio plerosque Sacerdotes quò plus contulerunt plus abundasse, ait S. Ambros. *lib.* 1. *offic. cap.* 16. Accedit & illud quòd ait Cic. *lib.* 1. *de finib. Liberalitate qui vtuntur beneuolentiam sibi conciliant.* Plura alia ad hoc propositum adduco *in meo tractat. de offic. & potest. Episcopi tit.* 2. *gloss.* 9. *de hospitalitate.*

5 Habent enim in hoc genere Ecclesiastici præstantissimos, & sanctissimos sui Ordinis, quos æmulentur, viros, in egenos beneficentissimos, & largissimos. S. Gregorius Magnus peregrinos quotidie ad mensam adhibebat, in quibus & Angelum, & Angelorum Dominum peregrini facie accepit. Pauperes, & vrbanos, & externos, quorum numerum descriptum habebat, benegnissimè sustentabat: ita Ioan. Diacon. *in S. Gregory. vita lib.* 1. *cap.* 10. *& lib.* 5. *cap.* 22. *&* 23.

6 S. Martinus Turonensis Episcopus, adhuc Baptismi candidatus, & sub Iuliano militans, continenter assistebat laborantibus, opem ferebat miseris, egentes alebat, nudos vestiebat, nihil sibi ex militiæ stipendiis, præter quotidianum victum reseruans. Amictam chlamydem suam, cùm aliud ad manum non esset, omnibus in materiæ opera expositis, cum paupere partitus, ea Christum insecuta nocte vestitum conspexit, dicentémque ad circumstantes Angelos inaudiuit, Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit; ita Seuer. Sulp. *in eius vita histor. c.* 1. *&* 2.

7 De vi, & effectibus eleemosynæ multa scribunt Didac. Perez de Mesa *in lib. de los marauillosos effectos de la limosna*, Benedict. Peter. *in Daniel. lib.* 5. *cap.* 4. super illa verba, *Peccata tua eleemosynis redime pag.* 173. *cum seqq.* Cassan. *in catalog. gloria mundi part.* 11. *consid.* 46. Paul. Fusch. *de visit. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 31. *& liber.* 2. *cap.* 14. *à princ. & lit. E. sing.* 11. Bannes, 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 2. *vers. de laudibus eleemosyne.* Illud est notatu dignum quod ex Bannes & Aragon. adducit Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 4. *num.* 327. viros scilicet misericordes etiam in peccato existentes, si non ex malitia, sed ex humana fragilitate peccare soleant, ante mortem accipere à Deo veram pœnitentiam, sicque euadere damnationem æternam. Per eleemosynam enim disponitur peccator ad gratiam consequendam, vt doctè probat Ioann. Sanctius *disp.* 52. *num.* 35. ex illo loco Ecclesiast. 29. num. 15. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.*

8 In gloss. *Postulat.* ibi, *ergo indistinctè omnibus est danda eleemosyna*, &c. Notatur ad hoc quòd eleemosyna omnibus pauperibus est elargienda indifferenter, scilicet bonis, & malis, nec illos in eleemosyna præferendos esse, quos magis ex charitate debemus diligere, quamplurimi affirmarunt; quod planè hoc facto intelligendum esse censeo: aut enim eleemosyna adeò copiosa est, quæ vniuersis sufficiat, & tunc omnibus subuenire æquum erit, aut tanta est multitudo egentium, vt superet eleemosynæ quantitatem, & tunc ordo charitatis in distributione erit seruandus, itavt illos in eleemosyna conferenda præferamus, quos magis ex charitate debemus diligere. Ita Ioan. Medin. *in C. de eleemosyna, in cap. de his, quibus est danda eleemosyna, & quo ordine sol.* 157. *col.* 4. *vers. inde oritur*, Barthol. Humad. *in lib.* 4. *tit.* 20. *part.* 5. *in gloss.* 6. *num.* 1.

In gloss. *Sed quoniam.* ibi, *& est arg. ad quæstionem. cùm dubitatur qui ex duobus occiderit hominem*, &c. Notatur ad hoc quòd ex homicidio commisso in rixa à multis, si quis dubitet se lethaliter vulnerasse, in tali dubio tutius est in foro conscientiæ se irregularem reputare, vt per Marian. Socin. *in cap. ad audientiam, num.* 46. *de homicid.* Nicol. Prou. *de irreg. reg.* 28. Gregor. Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 13. *vers. quando autem dubium est*, Auil. *in simili tractat. part.* 7. *disp.* 6. *sect.* 3. *dub.* 3. *vers. sed quid quando plures*, Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *lit. I. num.* 450. Soar. *de censur. dispu.* 45. *sect.* 3. *num.* 8. Molin. *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disputat.* 33. In foro autem exteriori quando in rixa à pluribus commissa repetitur quis vnico tantùm vulnere interfectus, & ignoratur quis ex rixantibus illud intulerit, tunc propter hanc incertitudinem omnes absoluuntur à pœna ordinaria homicidij, & condemnantur aliqua pœna extraordinaria arbitrio iudicis, ita Anan. *in capit. significasti il* 2. *numer.* 24. *vers. occurrit, de homicid.* & *ibi* Bellam. *numer.* 9. Felin. etiam *num.* 9. Hippol. *cons.* 24. *nnmer.* 4. *&* 9. *& cons.* 36. *numer.* 45. plures refert Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 96. *num.* 1. vbi citat hanc gloss. 9

Extra verò casum quo constat de facto in dubio siue sit iuris, siue sit facti, facta diligenti inquisitione, & manente dubio nemo censendus est irregularis, vt per Sà *in aphorism. verbo irregularitas aphor.* 3. *in* 1. *edit.* Soar. *de censur. disp.* 40. *sect.* 6. *num.* 10. Ægid. de Conink *de sacram. & censur. disp.* 8. *de irregular. dub.* 2. *num.* 16. *in fine*, Sanch. *in precepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 37. *cum seqq.* 10

Cap. Non oportet. j. III.

Ex Concil. Laudicens.

Vide Cardin. Cæs. Baron. *in addit ad Martyrolog. Romanum die* 14. *Decembris pagina mihi* 492. vbi tradit vnde desumptus fuerit hic text. & eius litteram corrigit. 1

Agapem.] Vide Alciat. *lib. prætermissorum* 1. *in dict. Agapes*, Couar. *in cap. vlt. num.* 2. *de testament.* vbi ait quòd conuiuia Christianorum, quæ pauperibus exhibentur, Agapen appellantur, quasi dilectio, eo nempe quòd dilectionis, & charitatis causa fiant, qua dictione in hunc sensum vtuntur Tertul. *in apologet. capit.* 39. S. Hieronym. *tom.* 1. *epistol. ad Eustoch. de custodia virginitatis.* 2

Cap. Non oportet. ij. IV.

IN *Basilicis.*] De Basilicis Martyrum fit mentio in Conc. Gangrensi *can.* 20. & in Conc. Cabil. *can vlt.* Vide Soar. *tom.* 1. *de sacram. dispu.* 81. *sect.* 1. *vers. dico ergo secundò, in fine*, Stephan. Durant. *de ritib. Ecclesi. lib.* 1. *cap.* 7. *& cap.* 26. *num.* 8. 1

Manducare, vel accubitus sternere, &c.] Nam contra reuerentiam debitam loco sacro est, quòd ibi fiant conuiuia, & ibi hospitentur, aliqui dormiant, & faciant alias actiones humanas, quæ locum sacrum minùs decent, vide Soar. *tom.* 1. *de sacrament. disput.* 81. *sect.* 8. *art.* 3. *vers. secundò ex hoc principio, ad med.* & quòd de præcepto non prohibeantur in hoc text. conuiuia in Ecclesia, sed quòd tantùm contineat illud, 2

illud, quod ad decentiam locus ex natura rei postulat, vide apud eundem Soar. *tom.1.de Relig.lib.3.de reuerent debita loco sacro cap.6.num.7.* Et de pernoctationibus, & vigilis, quæ olim in Ecclesiis fiebant, agunt Fr. Hieron, Roman.*de Republ.Christi lib.5.c.13.* Card. Baron.*in addit.ad martyrolog.die 3.Ian.pag.13.* Cened. *ad Sextum collect.11.num.4.*

Cap. Nulli. V. *Ex Conc. Carthag. III.*

1 Concil. Carthag. III. *cap. 5.* quod refert Gratianus *in præsenti*, statuit quò clerici nisi necessitate coacti in Ecclesia non conuiuentur, & circa illud notat Soar. *tom.1.de Relig.lib.3.cap.6. de reuerentia debita loco sacro num.7.* contra Nauar.quem citat, quòd in hoc etiam respectu clericorum nulla est culpa specialis contra ius positiuum, sed solùm contra rationem naturalem, quæ in hoc casu dictat ad reuerentiam loci sacri pertinere quòd id non fiat.

2 *Necessitate illic reficiantur.*] Notat. Soar. *dicto cap. 6. num. 7.* quòd confessio, quam text. facit, potest extendi ad omnem casum vbi prudentia dictauerit esse aliquam necessitatem. Vnde Nauar.*de oration.cap. 5. num. 3.* resoluit quòd ob multam pluuiam, aut Solis æstum, aut quando alius locus opportunus non inuenitur, possunt fieri conuiuia in Ecclesia absque peccato.

Distinctio XLII.

1 Gratianus in hac Distinctione quampluribus Sanctorum Patrum auctoritatibus adductis, ostendit pudicitiam debere esse Sacerdotem, vt & moribus, & verbis pudorem indesinenter exhibeat;nam D. Paul. Apostol. perpetuus castimoniæ cultor, & laudator eximius suum amantissimum hortatur Timotheum, vt si pudicus, *1. ad Timoth. 3.* vbi Anselm. interpretatur pudicum, idest, verecundum,qui nihil admittat, quod castitati vllo modo repugnet. *Doctissimi viri*, inquit Hieron. *lib. 1. contra Iouin. cap.30. vox est pudicitiam in primis esse retinendam, qua amissa omnis virtus ruit.* Cæli. *liber. 4. antiq.lection. cap. 27.* Pudicitia enim est quædam virtus animæ ad castitatem specialiter pertinens, Præpos. & Turrec. *hic*, S. Thom. *2. 2. quæst. 151.* è contra vero impudicitia est inordinatio, quæ in tactis & osculis impuris sita est, Less. *de iustit. lib.4.cap.3.dub.6.n.45. vers. inordinatio.* Læditur enim pudicitia per oscula, tactus, & amplexus, ac signa venerea, Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in tract. de Confess.solicitat. quæst. 11.num.16.* Plura ad hoc propositum diligenter cumulaui *in tract. de officio, & potest. Episc.part.1. tit. 2.gloss.8.*

Cap. Ephesis. IV. *Greg.*

1 Ex auctoritate Pauli *Act. 20.* relata in hoc text. iuncta alia Ambrosij, quæ refertur *in cap. error inf. 83. dist.* vulgò colligitur Doctorem publicum, sine Concionatorem teneri publicè veritatem docere,licèt fructus alicuius priuati non speretur, sed scandalum, quia doctrina ea ad bonum publicum ordinatur, quare propter priuatum malum non est intermittenda, Ita Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 2. art.4. ad 2.* Can. *in relect. de Pænit. part.5.fol.101.vers. testimonia verò*, Martin.de Ledesm.*2.quarti quæst.5.art. 4. dub. 8*, Barthol. de Ledesma *de Pænit. dub.13.* quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib.2. disput.38. num. 19.* aduertentes quòd si timeretur pusillorum in tota Republica scandalum, in aliud tempus differendam esse eam doctrinam.

2 *Quia cum increpare delinquentes noluerit*,&c.]Quæ negligentia in Prælato est reatus & delictum, vt dicit Abb. *in c.ea quæ,num.1.de offic.Archid.*& quod negligentia & dissimulatio in Prælato sit peccatum mort. tradunt Felin. *in cap.1.num.6. de offic. deleg. & in cap. 1. num. 2.de treuga & pace*, Alex.*consil.75.num.2.vol.5.* vnde bene Ioan.Sanctius *in suis selectis, & practicis disputat.disp.6.num.9.* obseruat Prælatum,qui per correctionem non obuiat subditorum delictis, peccare non solùm contra misericordiam, sed etiam contra iustitiam, propter eaque Prælati circumstantiam esse in Confessione aperiendam.

Distinctio XLIV.

1 Gratianus in hac Distinctione totus est in ostendendo, nulli Clericorum licere tabernas intrare,aut comessationibus, & ebrietatibus vacare, & ad hoc plures affert Sanctorum Patrum auctoritates, nonnullas ego diligenter cumulaui *in meo tractatu de officio,& potestate Episcopi part.1.tit.2.gloss.5.à princ.*& de Clericis à crapula,& ebrietate non se abstinentibus, histrionibus,ioculatoribus, & tabernas intrantibus,egi latè *in collect. ad cap. à crapula, & seq.de vita, & honest. Clericorum in Decretal.* & de tenentibus tabernam *ad cap. vnic. num. vlt. eod.tit.in 6.*

Summarium.

1 *Clericus conuiuia vitare debet.*
2 *S.Augustinus in patria sua ad conuiuia nunquam ire voluit.*
3 *Conuiuys honestis, & quæ fiunt gratia charitatis, & dilectionis,seu in anniuersarys defunctorum possunt Clerici interesse.*

Cap. Conuiuia. IV. *Greg.*

1 Clericum conuiuia vitare debere vltra Gregorij auctoritatem, de qua *in præsenti*, probat Hieron. *epist. 2. ad Nepot. de vita cleric.c. 23. Conuiuia*, inquit, *tibi vitanda sunt secularium, & maximè eorum, qui honoribus tument*, & c. 17. *Consolatores nos Christianos potius in mæroribus suis, quàm conuiuas in prosperis nouerint. Facilè contemnitur Clericus, qui sæpè vocatus ad prandium non recusat.* Idem omninò suadet S. Ambros. *lib. 1. offic.cap.20. Habet sanè suos scopulos*,ait, *verecundia, non quos ipsa inuehit, sed quos sæpè incurrit, si in intemperantium incidamus consortia, qui sub specie iucunditatis venenum infundunt bonis,hi si assidui sins,& maximè in conuiuio, ludo, ac ioco, enervant, grauitatem illam virilem. Caueamus itaque nedum animum relaxare volumus,soluamus omnem harmoniam,quasi concentum quemdam honorum operum. Vsus enim citò inflectit naturam, vnde quod prudenter faeitis, conuenire Ecclesiasticis,& maximè ministrorum officys arbitror, declinare extraneorum conuiuia, vel vt ipsi hospitales suis peregrinantibus. vel vt ea cautione nullus sit opprobrys locus.Conuiuia quippe extraneorum occupationes habent,tum etiam epulandi produnt cupiditatem. Surrepunt etiam fabula frequenter de seculo,*

seculo, ac voluptatibus, claudere aures non potes, prohibere putatur superbia: surrepunt etiam præter voluntatem pocula, Melius est demum tua semel excuset necessitati satisfaciendo, quam aliena frequenter; & vt ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insolentia condemnari non
2 *debet præsentia tua.* Et S. Augustinus commendabat, & obseruabat B. Ambrosij institutum, teste Possid. *in D. Augustini vita*, vt in patria sua petitus ad conuiuium non iret, ne per frequentiam in patriæ conuiuiis constitutæ temperantiæ amitteretur modus. Vnde Bertachin. *in tract. de Episcopo p. 1. lib. 4. §. de vita Episcopi, n. 10. & eadem part. 1. lib. 2. tit. de causa mater. Episcop. num. 74.* per text. *in cap. multis, sup. hac dist.* tenet quòd Episcopus non debet inuigilare conuiuiis, quinimo nec consortio quòd in illis interueniant fabulæ otiosæ, nec cantilenæ, decantationes, nec plausus, nec risus fieri nec ioculatores, & *num. 9.* subdit quòd si hæc fiant, debet à mensa recedere.

3 Conuiuiis tamen honestis, & quæ fiunt gratia charitatis, & dilectionis, possunt clerici interesse *cap. conuiuia, cap. quando il 1. & 2. hac ead. dist.* Couar. *in cap. fin. num. 1. de test.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 22. num. 24.* Item & iis, quæ fiunt in anniuersariis defunctorum, sine in solemnitatibus Sanctorum, *cap. nullus, hac eadem dist. cap. nullus, de consecr. dist. 5.* Bellet. *vbi supra num. 28.* vbi admonet quòd in huiusmodi conuiuiis nulla absentium vita mordeti permittatur, nullus ex irrisione reprehendi, nec in eis inanes secularium negotiorum fabulæ, plausus, risos inconditi audiendi, seu referendi, aut cantandi, nec turpia ioca, vel vrso, vel meretricibus ante se fieri huiusmodi clerici patiantur, neque laruas ante se fieri consentiant, & citat text. *in præsenti, cap. nullus, & cap. pro reuerentia, hac eadem dist.*

CAP. Nullus Presbyterorum. VII.

Ex Concil. Nannetensi.

1 *Diem trigesimam.*] Celebratur iste trigesimus dies ad significandum quòd fient 30. diebus mensis perficitur, qui denotat cursum nostræ vitæ præsentis, vt facilè cognoscitur ex cursu lunæ, qui 30. diebus perficitur; ita mediante Missæ sacrificio, opera mortuorum, pro quibus sacrificium offertur, & oratur, sint plena, & perfecta in conspectu Dei, vnde ex S. Gregor. *in exposit. moral. Iob lib. 8.* Amal. Fortun. *lib. 3. de Eccles. offic. cap. 44.* mensium nomine dierum collectio, & summa signatur, per diem vnaquæque actio exprimi potest, per mensem autem actionum finis innuitur, optimè Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 15. num. 86. cum seqq.*

Aut septimum, vel tertium.) Vide Durant. *in rat.*
2 *Diuin. lib. 7. cap. 35. num. 5. & 6.* Alcuin. *de diuinis offic. cap. fin.* de tertio, septimo, & trigesimo die, Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 43. num. 5.* Iul. Lauor. *d. cap. 5. ex num. 73.*

3 *Inebriare vllatenus præsumat.*) Nota quòd in exequiis mortuorum non prohibentur conuiuia, quæ intuitu pietatis fiunt, nisi honesta, & lasciua, & in quibus clerici inebriari possunt. Vide Couar. *in cap. vlt. num. 2. de testam.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 8. num. 12.* quem citat Cened. *ad Decretum collect. 46. n. 5.* vbi agit de conuiuiis funerum.

4 *Non laruas demonum.*) Quæ sint, explicat Ramirez *ad Martialem lib. 2. epigr. 19.* Et cùm sit Clericis prohibitum laruas ante se fieri consentire, quia hoc est diabolicum; vt ait text. *in præsenti*, & ex eo colligit Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 22. num. 6.* multò magis laruis se tegere, vt tesoluunt Doctores per me citati *in collectan. ad cap. cùm decorem num. 3. de vita, & honestate Clericorum, in Decretal.*

CAP. Quando autem. VIII.

Qvòd conuiuium benedictione, siue precatione inchoari debeat, & gratiarum actione terminari, ostenditur *in præsenti*, & à S. Ioanne Chrysostomo didicimus, qui *homil. 79. ad Antioch.* ita ait. *Opus est nos, & mensam petentes, & desistentes Deo gratias agere. Mensa ab oratione sumens initium, & in orationem desinens nunquam deficiet, sed fonte largius omnia nobis efferet bona.* S. Hieronym. *epist. 22. ad Eustochium cap. 56. Nec cibi sumantur nisi oratione præmissa, nec recedatur à mensa, nisi referatur Creatori gratia*, refert Gisbert. Scheuichan. *de Ecclesiasticorum vita, moribus, & offic. lib. 3. cap. 36. in princ.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. clerical. §. 22. & num. 26.* vbi *n. 27.* subdit quòd in omni clericali conuiuio lectio diuinarum Scripturarum misceri debet, per *cap. pro reuerentia, hac ead. dist.* Vide Fus. *de visitat. lib. 2. cap. 25. num. 55.* & dicit Turrec. *ibi*, illum text. habere locum non solùm vbi est collegium Regulare, sed etiam quodcumque aliud clericorum, & aduertit Nauar. *de orat. cap. 17. num. 42.* quòd Sacerdotes non benedicentes mensam peccant tantùm venialiter, quamuis Præpos. *num. 2. in cap. non liceat, hac distinct.* existimauerit peccare mort. 1

SVMMARIVM.

1 *Episcopum non oportet ita esse irascibilem, & perturbati sensus, vt percutiat cùm debeat esse patiens.*
2 *Clericum summoperè dedecent, vt eas violenter manus alicui iniiciat, quæ Deo solemni ritu consecrata sunt.*
3 *Episcopus tenetur ex debito officij delicta, & errores subditorum corrigere.*
4 *Clementia, & benignitate potius quàm seueritate vtendum est in delictis puniendis.*

DISTINCTIO XLV.

GRATIANVS tota hac Distinctione multis Sanctorum Patrum auctoritatibus ostendit non oportere Episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, vt percutiat cùm debeat esse patiens. Clericum enim summoperè de- 1
decet, vt eas violenter manus alicui iniiciat, quæ Deo 2
solemni ritu consecratæ sunt, quæ extensæ pro omnibus Numini supplicant, quæ in eius honorem tremenda Corporis, & Sanguinis Christi mysteria peragunt. *Percussorem Episcopum*, ait S. Hieron. *epist. 83. ad Oceanum cap. 4. ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledictus non remaledixit*, ex quo mutuatus est Gratianus *in principio huius distinct.* Et octauus Canon Apostolorum hunc in modum habet. *Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniqua agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deiici ab officio suo præcipimus, quia nunquam nos docuit hoc Dominus, sed è contrario ipse cum percuteretur, non repercutiebat, cùm malediceretur, non remaledicebat, cùm pateretur, non comminabatur.*

Verùm cùm omne regimen, omnisque administratio auctoritate, & amore contineatur. 3

Oderunt

Oderunt (enim) *peccare mali formidine pœna,*
Oderunt peccare boni virtutis amore.
tenetur Episcopus ex debito officij delicta, & errores
corrigere, & castigare subditorum, debet tamen so-
lerter intueri, vt admonet Gregor. *in Pastor. cap. 6.*
part. 2. ne dum immoderatiùs custoditur virtus humi-
litatis, soluantur iura regiminis, & dum Prælatus quis-
que plus se, quàm decet, deiicit, subditorum vitam
stringere sub vinculo disciplinæ non possit, vtendum,
vtplurimum in delictis puniendis clementia, & beni-
4 gnitate potius quàm seueritate. *cap. licet plerumque, c.*
licèt nonnunquam, cap. qui syncera, hac ead. dist. cum
aliis adductis per Farin. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 17.*
num. 4. & per me *de offic. & potestate Episcopi p. 1. tit. 2.*
gloss. 12. à num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi inuiti ad fidem compellendi non sunt.*
2 *Iudæus baptizatus per vim causatiuam, vel conditionalem recipit characterem secus si vis esset præcisa.*
3 *Iudæus si sponte petat baptizari, & deinde pœniteat, & nolit baptizari, poterit compelli.*
4 *Iudæi si illatam vim in Baptismo per longum temporis spatium patiantur, non contradicendo, sed approbando per actus positiuos, recipiunt characterem.*

Cap. De Iudæis. V.

Ex Concil. Tolet. IV.

1 IN Concil. Tolet. IV. *cap. 56.* prout refertur in hoc text. statutum est Iudæos inuitos ad fidem compellendos non esse, quod aliis iuribus citatis tradunt Sot. *in 4. dist. 5. q. vnic. art. 10.* Natt. *cons. 434. num. 1.* Bald. Nouell. *de dote part. 11. num. 47.* Paris. *cons. 1. num. 17. cum seq lib. 4.* Marquat. *de Iudæis part. 3. cap. 2. num. 5.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 14. num. 1.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 29. num. 4.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 55. ad fin.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. I. num. 732.* Soar. *de fide disp. 18. sect. 4. & 5.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. cap. 31. per tot.*

2 Limita primò, vt non procedat si vis fuerit causatiua, vel conditionalis, quia tunc recipit Iudæus baptizatus characterem, cùm talis voluntas sit, *cap. meritò 15. quæst. 1.* Quando autem vis esset præcisa, vt quia ligatis manibus, & reclamans mergeretur, tunc procedit huius textus conclusio, nec characterem recipiet. gloss. *verbo absoluti in cap. contra Christianos, de hæret. lib. 6.* Ita Paris. *consil. 2. num. 17. & seq. lib. 4.* Marquar. *dict. cap. 2. num. 5. vers. & prædicta procedunt, & num. 7. & 8.* vbi etiam benè declarat quando vis dicatur præcisa, & quando causatiua, vel conditionalis, Decian. *dict. lib. 5. cap. 14. num. 1.* vbi vim causatiuam exemplificat quando qui minatur Hebræo aliquod malum, nisi se baptizauerit. Vide Abb. *in cap. maiores. §. item quæritur, num. 3. de Baptismo,* Azeued. *l. 5. cum seqq. tit. 2. lib. 8. nouæ recopil.*

3 Secundò limita, si Iudæus sua sponte petat baptizari, & deinde pœniteat, & nolit baptizari, vt per Marquar. *de Iudæis part. 3. cap. 3. num. 1.* Anton. Ricciul. *d. cap. 31. num. 26.*

4 Tertiò limita, si Iudæi illatam vim in Baptismo patientes per longum temporis spatium non contradicendo approbauerunt, etiam per actus positiuos gerentes se pro Christianis, tunc enim non obstante præcedente vi illata characterem recipiunt, vt per Paris.

dict. consil. 2. Marquar. *dict. part. 3. cap. 2. num. 5. ante med. vers. & prædicta procedunt, & num. 9.* Farinac. *dict. lit. I. num. 634.*

Cap. Disciplina. IX.

Gregorius.

GRegorius *in hoc text.* eleganter dicit disciplinam 1
non esse seruandam sine misericordia, neque misericordiam sine disciplina, ac proinde miscendam esse lenitatem cum seueritate, referunt Tiraquel. *l. 9. connub gloss. 1. num. 234.* Nauarr. *in cap. inter verba, conclus. 6. num. 131.* Decian. *respons. 72. num. 38. vol. 3.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 1. tit. 2. gloss. 12. num. 17.*

Ite, & redite.] Præpos. *hic* tenet quòd concessa licen- 2
tia eundi, conceditur etiam redeundi, vide Dec. *cons. 51. num. 3.* Abb. *in cap. Ego N. num. 5. ad fin.* & *ibi* addit. *de iureiur, & in cap. innouamus, de treuga, & pace,* vbi resoluit quòd data securitate pro eundo ad locum non tutum, videtur data pro redeundo.

In gloss. *Obtinuit*, ibi, *puniti enim sunt pro illo pecca-* 3
to in Romana, &c. Videtur hæc gloss. innuere captiuitatem Romanam propter peccatum vituli fuisse, sed in hoc falsum dicit, quia captiuitas Romana fuit tempore Vespasiani, & Titi à natiuitate Domini anno 73. & ab eius passione 40. circiter, & fuit in pœnam quòd ipsi Iudæi eius aduentum, non cognouerunt, vt probatur *Luc. cap. 19. num. 41.* Vbi Saluator videns ciuitatem fleuit super illam, & subdens dixit, *Veniens dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios, quò in te sunt*; deinde addit causam, *eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ,* scilicet Christum tibi prædicantem. Vide Turrec. *hic,* & Molin. *de iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 54. per tot.*

Cap. Vera. XV.

SIngularis est gloss. *verbo falsa in præsenti text.* ad 1
probandum quòd falsa iustitia non est iustitia, falsus iudex non est iudex, falsum testamentum non est testamentum, falsus denarius non est denarius, & in hoc illam valde elegantem dicit Alex. *cons. 104. incip.*
Statutum loquens, col. 2. vers. pro hoc lib. 1. & singulam 2
appellat Barbat. *cons. 43. incip. Præclarè scribitur n. 16. lib. 1.* & allegant Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 70. num. 31.* Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 20. num. 11.*

Distinctio XLVI.

Cap. Clericus maledicus. V.

Ex Concil. Carthag. IV.

DE pœna Clerici maledici vide Bernard. 1
Diaz. *in practic. cap. 69. in noua impress.* Menoch. *de arbitr. casu 437.* & quæ dixi ad *titulum de maledicis in Decretalibus,* benè Francisc. Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. lib. 5. tit. de maledicis,* vbi *num. 8. fin.* colligit ex hoc text. clericum maledicum esse degradandum.

Distinctio XLVII.

Cap. Episcopus. I. cum seqq.

1 Clericatu reiiciuntur, qui vsuras fecerint, *cap. maritum* 33. *distinct. cap. seditionaries* 46. *dist. cap. quoniam, cap. de Petro*, *hac ead. dist.* Nam mens potentiæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum, *cap. virum* 47. *dist.* & si iam Clericus factus vsuras egerit est deponendus, text. *in præsenti, dict. c. quoniam, d. cap. de Petro, cap. si quis Clericorum, hac eadem dist. cap. quoniam* 14. *quæst.* 4. *cap.* 1. *de vsuris*. Ita colliges ex Bernard. Diaz. *in practic. cap.* 91. *secundum nouiss. impress.* Couar. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. & 3. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 10. *num.* 35. Ratio est, quia huiusmodi vsurarij dicuntur infames, *l. improbum fœnus, C. ex quibus caus. infam. c.* 2. § *porrò* 3. *quæst.* 7. Gemin. *de vsur. commento* 4. *in præfat. num.* 3. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 8. *a num.* 20. Campan. *in diuersi iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 10. *à princ.* cum aliis per me citatis *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *allegat.* 43. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctor in collatione beneficij, vel in receptione Ordinum examinandus non est, ex quo notus promoueri potest absque examine.*

2 *Parochialium in collatione examen præcisè necessarium est, nec omitti potest ex eo, quod notoriè quis dignus sit.*

Cap. De Petro. IV.

Gregorius.

1 IN gloss. *Ignota.* ibi, *per hoc patet, quòd qui est notus, non examinatur*, &c. Notatur ad hoc quòd Doctor in collatione beneficij, vel in receptione Ordinum examinandus non est, ex quo notus promoueri potest absque examine, vt per Dec. *in cap. constitutus* II 2. *num.* 7. & Abb. *num.* 4. *de appellat.* & Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat.* §. *item vt de cætero, in gloss. verbo præcipitata, post princ.* Aufl. *ad cap.* 4. *Prætorum in gloss. qui les diere, num.* 4. & *in gloss. prematica num.* 9. Petr. Lesnao, *in tractat. de Doctoribus part.* 4. *quæst.* 18. Henriquez *in summ. lib.* 10. *cap.* 19. *in princip.* Emman. Sa *in aphorism. verbo examen*, Concil. Trid. *sess.* 7. *de reform. cap.* 13. *in fine.*

2 Limitabis tamen in collatione Parochialium, in hac enim examen præcisè necessarium est, nec omitti potest ex eo, quòd quis notoriè dignus sit, cùm à Concil. Tridentin. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 18. & per Bullam Pij V. *incip. in conferendis*, pro forma requiratur, vt habetur in aliquibus declarationibus ad illud decretum, vbi inter alias sic legitur: *Doctor, seu Licentiatus in Theologia, seu iure Canonico non excusatur ab examine quando petit prouideri in aliqua Ecclesia Parochiali*, de qua testantur plures per me citati *de officio, & potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 60. *numero* 86. vbi *num. sequenti* admonuimus cauendum esse à Nicolao Garcia absque bono fundamento contrarium docente.

SVMMARIVM.

1 *Pauperibus, & indigentibus in conscientia succurrere tenentur de superfluis habentes plura, quæ superfunt statui, quem profitentur.*

2 *Diuites tempore magnæ necessitatis non possunt iure actionis cogi ad succurrendum pauperibus, & eleemosynam eisdem erogandum, nisi per officium iudicis, aut per viam denunciationis Euangelicæ.*

3 *Pauperi existenti in extrema necessitate non tenemur officio iudicis, vel per viam Euangelicæ denunciationis subuenire dando, sed sufficit, vel commodando, vel mutuando.*

4 *Eleemosynæ præceptum an adimpleatur in foro conscientiæ si quis potest mutuetur, vel commodet id, quod quis extremè eget, ostenditur, & num. 5.*

6 *Restituere vbi quis tenetur in foro conscientiæ si non restituat, licèt ad id non teneatur in foro iudiciali, potest Ecclesia adiri, vt per denunciationem Euangelicam compellat.*

7 *Obligatus naturaliter potest denunciari in foro conscientiæ.*

8 *Necessitate extrema constitutus potest licitè, & absque peccato rem alienam accipere, qua subleuet suam egestatem.*

Cap. Sicut ij. VIII. *Ambros.*

EX hoc text. vulgò colligitur habentes, quæ superfunt statui, teneri in conscientia sub pœna peccati mortalis impendere dicta superflua in pauperes, & indigentes, sicuti docent Caiet. 2. 2. *quæst.* 18. *artic.* 4. *ad sin.* & *in sum. verbo eleemosyna cap.* 4. Conrad. *de contractib. q.* 19. *concl.* 5. & 6. Nauar. *in man. cap.* 23. *num.* 73. & *cap.* 24. *num.* 5. Aragon. 2. 2. *quæst.* 31. *art.* 3. *pag.* 738. Villadieg. 1. *part. in vita Iudith. cap.* 2. *pag.* 298. Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 14. *num* 5. Medin. *in C. de pœnit. tract.* 5. *de eleemosina*, Fr. Emman. *in summ. tom* 1. *c.* 119. *concl.* 2. Ludou. Beia *respons. casuum conscientiæ part.* 2. *casu* 1. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *quæst.* 31. *num.* 3. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæst.* 4. vbi aliquos refert contrarium tenentes, & declarat quid hac de re senserit S. Thomas, latè Ioann. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verbo eleemosyna differ.* 1. *num.* 1. *vers. Circa hos.* 1

2 In gloss. *Esurientium.* ibi, *nunquid ergo pauperes*, &c. Notatur ad hoc quòd diuites tempore charitatis, & magnæ necessitatis non possunt iure actionis cogi ad succurrendum pauperibus, & eleemosynam eisdem erogandum, benè tamen cogi poterunt per officium iudicis, vel coram Episcopo, seu eius Vicario generali per viam denonciationis Euangelicæ, at in foro conscientiæ ad id absque dubio semper tenentur. Ita Syloest. *in summ. verbo eleemosyna num.* 9. Sot. *de iustit. lib.* 6. *quæst.* 3. *art.* 4. *versic. ad quæstionem tribus*, Mexia *in tractat. taxæ panis conclus.* 1. *num.* 5. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 19 *num* 46. & *de pœnis temper. caus.* 44. *n.* 10. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor.* §. 65. *num.* 43. Cordub. *lib.* 1. *quæst. Theolog. quæst.* 17. *in rat.* 13. *pro tertia opin.* §. *tum quartò*, Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 14. *num.* 5. Nauar. *in man. cap.* 23. *num.* 73. Hippol. Marsil. *de Columna de Eccles. redit. orig part.* 3. *cap.* 13. *num.* 56. Albert. Trot. *de vero, & perfecto Clerico lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 14. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis* §. & *si impubes n.* 37. *cum seqq. ff. de liber. agnosc.* Ioan. Valer. *d. verbo eleemosyna, differ.* 2. Rebell. *de oblig. iustitia p.* 2. *lib.* 9 *quæst.* 1 *sect.* 1. *num* 5.

Quamuis existenti in extrema necessitate, per officium 3

officium iudicis imploratum, vel per viam denunciationis Euangeli cæ subuenire teneamur, & ad id compellamur si possumus, iuxta supradicta, non tamen tenemur subuenire dando, sed sufficit vel commodando, vel mutuando, nec est proditum ius, per quod quis in foro iudiciali ad dandum dicto extremè indigendi cogi possit, cùm debitum charitatis non spectet ad dictum forum, iuxta tradita per Nauar. *in man. cap. 17. num. 70.* Cordub. *dict. quæst. 27. in rat. 13. pro tertia opinione, §. tum quartò*, Ioan. Valer. *vbi suprà verbo debitum differ. 1. & verbo Peccatum differ. 22.* vbi ait quòd sufficit quomodocumque subuenire necessitati proximi, non tamen est necessarium vt fiat hoc, vel illo modo.

4 At in foro conscientiæ putant aliqui non satisfacere curam Deo, nec implere eleemosynæ præceptum, si quis potens mutuetur, vel commodet id, quod quis extremè eget, sed debere absolutè illud dare, itaut nunquam teneatur egens illud restituere, vel soluere, licèt ad pinguiorem fortunam deuenerit. Ita Syluest. *verbo furtum quæst. 5. dicto 3.* Sot. *de iustit. lib. 4. q. 6.* Martin. Ledesm *in 4. part. 2. quæst. 15. art. 3.* Cordub. *lib. 1. suarum quæst. q. 26.* Bannes 2. 2. *quæst. 32. art. 6. dub. 3.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 181. conclus. 4.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 12. cap. 9. quæs. 1.*

Contrarium tamen verius est, quia necessitas indi-
5 gentis satis idoneè interim subleuatur, si diues mutuum
dederit, quia mutuum dare etiam est misericordiæ
opus, tum quia extrema necessitas non facit, vt dominium rerum sit commune, sed vsus; quare hanc partem tenent Couar. *in reg. peccatum p. 2. §. 1. num. 4.* Nauar. *in man. cap. 17. n. 61.* Ioan. Valer. *dict. verbo Peccatum differ. 22.* vbi respondet contrariis.

In eadem gloss. ibi, *sed denunciare possunt*, &c. No-
6 tatur ad hoc quòd vbicumque quis tenetur aliquid
restituere, aut facere in foro conscientiæ, si non restituat, aut faciat, licèt ad id non teneatur in foro iudiciali, nec compelli in eo possit, potest Ecclesia adiri, vt per denunciationem Euangelicam compellat, secundùm Abb. *in cap. quia plerique, n. 17. ante secundum casum, de immunit. Eccles.* quæ denunciatio debet præsupponere peccatum, idem Abb. *consil. 60. n. 4. vol. 2.* & vbi quis conueniri potest in foro Ecclesiastico per viam dictæ denunciationis, multò magis poterit excludi exceptione malæ fidei in foro ciuili, vt resoluit Petr. de Anch. *cons. 5. incip. Pro parte*, quia exceptiones descendentes ex æquitate Canonica debet sæcularis iudex admittere, *cap. licet, de iureiur. lib. 6. cap. 2. d. except. eod. lib.* quod commendat Felin. *in cap. fin. n. 3. in fin. de præscript.*

Collige etiam posse quem denunciari in foro Ec-
7 clesiastico quotiescumque manet obligatus naturaliter
vt per Abb. qui hanc glossam citat, *in cap. 1. num. 8. ad fin. de clerico ægrot.* Quod intelligere oportet in obligatione naturali, quæ legis naturæ vinculis innitur, quę vel parit actionem, & exceptionem per ius Canonicum, vel qui habet per ius Ciuile retentionem, & exceptionem. Secus de illa, quę insurgit ex honestate, & debito morali, quæve impedit tantùm receptionem, iuxta notata per Fortun. Garc. *in l. 1. §. ius naturale illat. 1u° ff. de institia, & iure*, & per Couar. *in cap. cum esses, n. 9. vers. tertium quoad primum, de testam.*

In gloss. *Commune.* ibi, *quòd cibaria tempore necessi-*
8 *tatis sunt omnibus communicanda*, &c. Ergo constitu-
tus in extrema necessitate potest licitè, & absque peccato rem alienam accipere, qua subleuet suam egestatem, vt per S. Thom. 2. 2. *quæst. 66. art. 7.* Couar. *in regul. peccatum part. 2. §. 1. n. 3.* Azor. *institut. moralium part. 2. lib. 12. cap. 8. quæs. 8.* Et ita potest accipere eleemosynam propria auctoritate, etiam apertè ab inuito, Nauarr. *dict. cap. 17. num. 61.* Petr. à Nauarr. *de restit. tom. 1. lib. 2. cap. 3. n. 125.* Quin etiam quandò quis patitur grauem necessitatem, benè poterit occultè eleemosynam accipere ab eo, qui illam dare recusat, ex Syluest. *in summa verbo furtum quæs. 5.* dicit probabilem Couar. *dict. num. 3.* quamuis ipse contrarium teneat, cuius tamen fundamentis satisfacit Petrus à Nauarra, quem refert, & sequitur Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 144. alias 147. conclus. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Neophyti in Episcopos ordinari non debent.*
2 *Neophytos aliquando Summi Pontifices ad Episcopatus promouerunt.*
3 *Alexandrum de Franciscis in Hebraismo natum, & alitum ad Episcopatum Forolmiensem assumpsit Clemens VIII.*
4 *Neophytus ad Episcopatum ne promoueatur, pronunciauit Apostolus tanquam Ecclesiæ Doctor, non vti præcipiens nomine Christi.*
5 *Papa eo ipso quòd promouet Neophytum ad Episcopatum scienter, videtur cum eo dispensare.*
6 *Neophytus is dicitur, qui à reprobata Religione conuersus de recenti Christianæ militiæ nomen dedit.*
7 *Neophyti nuncupari non debent ij, qui à multo tempore ab infidelitate ad Christianismum sunt conuersi.*

DISTINCTIO XLVIII.

GRATIANVS in hac Distinctione probare intendit Neophytus in Episcopos 1
ordinari non debere, quod & ego multis adductis auctoritatibus ostendi, & declarani *in meo tract. de officio, & potestate Episc. part. 1. tit. 1. gloss. 17. à princ.*

Verùm quando qualitas vitæ Neophyti ostendit il- 2
lum esse talem, qualem decet esse bonum Sacerdotem, cessat ratio prohibitionis, & consequenter cessat prohibitio propter rationem inducta; & ideo Summi Pontifices huiusmodi Neophytus aliquando ad Episcopatus promouerunt, prout vidimus ætate nostra
Alexandrum de Franciscis vulgò Hebræinum nuncu- 3
patum à Clemente VIII. ad Episcopatum Foroliuiensem assumptum, qui quamuis esset in Hebraismo natus, & alitus, ad Fidem tamen conuersus, non solùm Christianam pietatem sinceris fuit amplexatus affectibus, sed sanctissimam Dominicanam familiam ingressus, ibi euasit homo charitatis insignis, & Prædicator egregius, quod sufficere visum fuit, vt illi Episcopale munus committeretur.

Cùm enim prohibitio hæc, quòd Neophytus ad 4
Episcopatum non promoueatur, procedat solùm ab Apostolo 1. *ad Timotheum* 3. & non sit ex præcepto Christi, sed secundùm legem communem, quia ipse hoc pronunciauit tanquam Ecclesiæ Doctor, non vti præcipiens nomine Christi, vt per Turrecr. *in summa huius distinctionis n. 4. vers. ad secundam patet*, Azor. *institutionum moral. part. 1. lib. 4. cap. 6. quæs. 12. vers. verius tamen.*

Ideò eo ipso, quòd Papa promouet Neophytum 5
ad Episcopatum scienter, videtur cum eo dispensare, quia illius irregularitas non est similis aliis, quæ requirunt dispensationem, sed remittitur arbitrio

Superioris, qui propterea illum promouendo videtur declarasse eum esse in fide solidarum, ac proinde impedimentum in eo cessasse, iuxta tradita per Couar. *in Clement. si furiosus part.* 1. §. 2.*n.*7.*vers. secunda conclusio*, Hoied. *de incompatib. benefic. part.*1.*cap.* 14.*n.* 2. Vide quæ dixi ad *cap. Neophytus* 91.*dist.*

6 Neophytum dicimus eum, qui à reprobata Religione conuersus de recenti Christianæ militiæ nomen dedit, *cap. quoniam, cap. sicut* 2. *& vlt. hac eadem dist.* Anton. Ricciul. *in tractatu de Neophytis cap.* 1.*n.* 1.

7 Vnde ij, qui à multo tempore ab infidelitate ad Christianismum sunt conuersi, Neophyti nuncupari non debent, quamuis iniuriosè hoc nomine appellantur ab aliquibus, quos grauibus verbis arguunt Turrecrem. *in summa huius distinct. numer.* 2. *vers. ex qua descriptione*, Nauar. *in man. cap.* 27. *sub num.* 105. *vers. dixi recentior conuersus*, quos refero ego ipse *dict. tractatu de officio, & potestate Episcopi p.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 17. *num.* 4.

Distinctio XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacrificium Deo offerentes à quibus vitijs debeant esse immunes remissinè.*

2 *Cæcus non potest fieri Clericus.*

3 *Claudus non potest ad Ordines promoueri, si eum oporteat eum baculo ad Altare accedere.*

4 *Nasi paruitas, magnitudo, vel tortuositas impedit quemuis ad Ordines promoueri, si deformitatem pariat.*

5 *Gibbosi ab Ordinibus tanquam corpore vitiati repellendi sunt.*

6 *Lippitudo continua, quæ horrorem inspicientibus affert, impedit ad Ordines promoueri.*

7 *Scabie laborantes nimium inducente deformitatem regulares sunt.*

Cap. Hinc etenim. I. *Greg.*

1 X Pastorali Gregorij *cap.* 11. Gratianus *hic* ostendit à quibus vitijs debeant esse immunes, qui sacrificium Deo offerunt, de qua materia egi latè *de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *alleg.* 41. *per tot.* ex quo loco aliqua desumam pro maiori huius tex. ornamento.

2 *Si cæcus fuerit.*) Ergo cæcus non potest fieri Clericus, vt per Henriq. *in summa lib.*14. *cap.*8. §. 2.*lit. L.* Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina cleric.* §. 7. *n.* 21. Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub.* 11. *c.*17.*n.* 51. Filliuc. *tractat.* 19. *n.* 167. Raguf. *de Missa in Ecclesia quæst.* 7. In susceptis tamen Ordinibus ministrare potest, eáque ad vsum illorum spectantia exequi, in quibus vsu non est opus, veluti prædicare, & Confessiones audire, ac pariter beneficium retinere, illi tamen dato coadiutore, si personale seruitium requirat, secundùm Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 2. *vers. cæcum verò*, Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 5. *q.*6.*n.*37.

3 *Si claudus.*) Is enim non potest ad Ordines promoueri, si eum oporteat cum baculo ad Altare accedere, iuxta gloss. *verbo cum baculo, in cap. nullus Episcopus, de consecrat. dist.* 1. vel si ligneo incedat, Abb. *in cap.* 1. *num.* 3. *de cleric. ægrot.* Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.*46. Molin. *de iustit. tom.* 4. *tractat.* 3. *disp.* 70. *n.* 9. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 22. Bonacin. *in simili tractat. disputat.* 7. *quæst.* 2. *puncto* 2. *n.* 5. Bellet. *dict.* §. 7. *num.* 23. Filliuc. *dicto tract.* 19. *n.* 173. Campan. *d. cap.* 17. *n.* 117.

4 *Si paruo, vel grandi, torto naso.*] illo autem casu paruitas, magnitudo, vel tortuositas nasi impedit quemuis ad Ordines promoueri, si deformitatem pariat, vt obseruat Selua *de benefic. part.* 3. *q.* 5. *vers. item ille, post n.* 44. idque arbitrio Episcopi detimendum censent Viuald. *in candelabro aureo part.* 2. *tit. de irregularit. n.*491. Campan. *dict. cap.* 17. *n. num.* 82. *cum seqq.*

5 *Si gibbus.*) Gibbosos ab Ordinibus repellendos tanquam corpore vitiatos tenent Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 55. Sayrus *de censuris lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 4. Bellet. *dict. tit. de disciplina cleric.* §. 7. *num.* 25. præcipuè si nimia in eis sit deformitas, in quo arbitrabitur Episcopus, Henriq. *d. lib.* 14. *cap.* 8. §. 2. *lit. O.* Vgolin. *de irregular. cap.* 50. *num.* 6. Molin. *dict. tractat.* 3. *disp.* 70. *n.* 8. Bonacin. *d. puncto* 2. *n.* 9. Raguf. *de Missa in Ecclesia q.* 11. Campan. *d. cap.* 17. *n.* 103.

6 *Si lippus.*] Hic Clericus fieri non potest, modò longa, & diuturna, atque continua sit lippitudo, & horrorem inspicientibus afferat absque subtili inspectione, ita Henriquez *dict. lib.* 14. *cap.* 8. §. 2. *in princ.* Campan. *dict. cap.* 17. *n.* 74. vbi *n.* 74. agit, de habente in oculo albuginem.

7 *Si iugem scabiem.*) Scabie laborantes nimiam inducente deformitatem irregulares fieri resoluunt Molin. *dict. disput.* 70 *num.* 11. Campan. *dict. cap.* 17. *num.* 163. Bonacin. *d. punct.* 2. *n.* 19. quos refero ego ipse *d. allegat.* 41. *num.* 44. vbi, *numeris seqq.* de aliis infirmitatum generibus tertantentium ab Ordinibus suscipiendis.

SVMMARIVM.

1 *In sacro faciendo idem est valor boni, quàm mali Sacerdotis.*

2 *Indignum est dare Deo, quod dedignatur homo.*

Cap. Sacerdotes. II. & vlt.

Hieronymus.

1 *Panem pollutum offerunt.*] Nota quòd in Sacro faciendo idem est valor boni quàm mali Sacerdotis, vterque enim validum Sacramentum efficit. Præpos. *in cap. si fuerit* 1. *quæst.* 1. *n.* 2. *& in cap. inter catholicum num.* 1. *ead. causa & quæst.* Petr. Ledesma *in sum. part.* 1. *vbi de sacramento Eucharistiæ cap.* 10. *conclus.* 9. *pag.* 72.

2 *Indignum est enim dare Deo, quòd dedignatur homo.*) Hoc elegans Diui Hieronymi dictum refert Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. cum corp. vit. n.* 1. & eius argumento Menoch. *de arbit. casu* 126. *n.* 6. inuehit aduersùs parentes, qui filias deformes Religionibus conseferant, de quo etiam Tiraq. *l.* 2. *connub. n.* 59. Plaça *de delictis cap.* 25. *n.* 3.

Distinctio L.

SVMMARIVM.

1 *Crimen omne capitale Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi iuris rigore dispositionem meretur.*

2 *Testimonium falsum qui dixerit, punitur depositione, & detruditur in monasterium ad pœnitentiam peragendam.*

Cap

Cap. Si Episcopus. VII.

Ex Concil. Agathen.

1 EX Concil. Agathensi *cap.* 50. quod tefertur. *in hoc text.* colligitur omne crimen capitale Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi iuris rigore depositionem mereri, vt Goffred. *in sum. de cohabit. cleric. & mulier.* notat Azor.*inst. mor.p.*2.*lib.*6.*cap.*7.*quaest.* 12. *vers. teste igitur.*

2 *Aut falsum testimonium*,&c.) Notatur ad hoc quòd Clericus, qui falsum dixerit testimonium, punitur depositione, & detrusione in Monasterium, vbi tanti sceleris pœnitentiam agat, ita Bernard. Diaz *in pract.canon.cap.*96.*in princip.* vbi Salzed.*lit. A. secundùm nouiss.impress.*Farin.*in praxi crimin.part.* 5.*q.* 119. *num.* 46.& Menoch. *de arbitr.casu* 306.*num.* 22. Et de pœna clerici falsificantis litteras Pontificis, aut alterius Principis, vel Episcopi vide Perez *l.*22.*gloss.*1.*tit.* 19.*lib.*8.*Ordin.* Azeued.*l.*3.*num.*14.*tit.*17.*lib.*8.*noua recop.*

SVMMARIVM.

1 *Bigamia irregularitas incurritur etiam à Iudæo, vel alio infideli.*
2 *Consulens illicitè homicidium irregularis est.*
3 *Irregularitas incurritur ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit non necessariam.*
4 *Baptismus tollit omnem irregularitatem, siue ex licito, siue ex illicito homicidio, aut mutilatione prouenientem.*

Cap. Si quis viduam. VIII.

Ex Concil. Martini.

1 CIrca irregularitatem prouenientem ex bigamia, quòd incurratur etiam à Iudæo, vel alio infideli, vide Sanch. *de matrim. lib.* 7.*disp.*83.*n.* 9. Anton. Ricciol. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.l.*2.*c.*7.*n.*11. Bellet.*disq. cleric.p.*1.*tit.de discipl.cleric.* §. 5. *num.* 148.& nos latè diximus ad *cap. vnius vxoris* 1.26.*distinct.*

2 *Aut consilio.*] Notatur ad hoc quòd consulens illicitè homicidium irregularis est, vt per Couar. *in Clem.si furiosus,part.*2. *in initio num.* 1. *cum sequentibus*, Nauar. *in man.cap.*27.*num.*223. Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. §. 1. Trot.*de vero ac perfecto clerico libr.*2.*cap.* 20. *à num.* 4. Gom. *tom.*3.*variar. cap.* 3. *numer.* 43. Suarez *de censur.disp.*44.*sect.*3.*num.* 10. Sayr. *in simili tractat. lib.*7. *cap.* 3. *à princip.* Farinac. *fragment. crim. part.* 2. *lit.l.num.*547. *cum multis sequentibus*, vbi multis modis ampliat, & limitat, Bellet. *dict.*§.5.*num.*8.*cum sequentibus.*

3 *Aut defensione.*] Intellige euitabili, vt ait gloss. *in præsenti*, tunc enim in his terminis solùm irregularitas incurritur ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit non necessariam, vt obseruat Suarez *tom.*5.*de censur. disput.*46.*sect.*1.*num.* 7. Sayr. *in simili tractat. lib.* 6. *cap.*17.*num.*7. Auil. *eodem tractatu p.*7. *disp.* 5. *sect.*3. *dubit.*2. Farinac. *dict.lit.l.num.*485. *& in praxi crimin. quæst.* 125.*num.*418.

4 *Post Baptismum.*) Ergo per Baptismum tollitur omnis irregularitas siue ex licito, siue illicito homicidio, aut mutilatione proueniens, quia iura, quæ occidentibus, siue mutilantibus irregularitatem imponunt, loquuntur de iis, qui occidunt, vel mutilant post Baptismum, vt gloss. dicit *in præsenti*, tum quia per Baptismum homo efficitur noua creatura, *cap. ferrum, hac eadem distinctione*, tum denique, quia irregularitas oritur solùm ex illo horrore occisionis, qui horror tollitur per Baptismum, quare ita tenent Couar. *in Clem.si furiosus part.*1.§.2.*num.*5. Farinac.*in man.ca p.*27.*num.*219.Maiol.*de irregul.lib.*5.*cap.*51. *ante n.*11.*vers.propter dispensationis*, Toletus *in instruct. Sacerdot.lib.*1.*c.* 88. *num.*2. Suar. *de censur.disput.* 40. *sect.* 1. *num.*2. *& disput.*44.*sect.*3.*num.*2. Sayr. *in simili tractatu lib.*6.*cap.*2.*n.*8.*& cap.*3.*n.*27.*& c.*15.*num.*10. *& cap.*16.*num.*2.*& lib.*7.*cap.*1.*n.*5. Auil.*in eodem tractatu parte* 7. *disput.*5.*sect.*1.*in princ.*§.*& primò.*Bellet. *dict.* §.5.*num.*147.Anton.Ricciul.*d.l.*2.*c.*7.*num.*18. Farin. *in praxi crimin.part.*3.*q.*98.*num.*151.*& fragm.crimin. part.*2. *lit.l.num.*416.Vnde quamcumque irregularitatem baptizatus incurreret ob crimen proprium, vel ex infamia ob crimen sequuta, item omnem ex defectu lenitatis nullo modo incurrit non baptizatus, quamuis idem crimen committat,& infamiam patiatur,& reliqua præter vnda irregularitatem ex defectu lenitatis pateretur baptizatus,ita Syluest.*verbo baptismus* 6. *quæst.* 2. Tabien. *eod. verbo*8. §. 9. Maiol. *de irregul. lib.*5.*cap.*51. *num.* 12. Henric.*in summ. lib.* 14. *cap.* 18. §. 2.*&* 3. Soar. *d.disput.*40. *sect.*1. *numer.* 2. Sayr. *de censur.lib.*7.*cap.*13.*num.*2. quorum aliqui resoluunt Baptismum non auferre aliquas irregularitates vt bigamiæ, defectus natalium,& quæ in ipso Baptismo contrahuntur, siue ex iteratione, siue ex susceptione in infirmitate.

SVMMARIVM.

1 *Degradatus Clericus semper retinet characterem.*
2 *Degradatus si ex aliqua iusta causa restituatur ad Ordinem clericalem, non debet de nouo Sacris insigniri.*
3 *Degradatum clericum percutiens an incidat* in can. si quis suadente 17. quæst. 4.*remissiuè.*

Cap. Accedens. X. Greg.

CElebris est gloss. *verbo Presbytero, in præsenti* dum primo loco conclusionem firmat,quòd Clericus degradatus semper retinet characterem,sequuntur Couar. *lib.*1.*variar. cap.* 10. *num.*8.*in princip.* Nauar. *comment.* 2. *de Regular. num.*36.Viuald.*in candel. aureo tit.de sacramento Eucharistiæ num.*58. Decian.*in tractat. crimin. part.*1.*lib.*4.*cap.*9.*num.*78. *in fine*, Mar. Alter.*de censur.tom.*1.*disp.*1.*cap.*2.*vers.secundo*, Sayr. *de Sacramentis in genere l.*2.*cap.*6.*art.*5.*vers. ad quintum.* Cened. *pract. & canon.quæst.lib.*1.*quæst.*30. *n.*85. Carol. de Graff. *de effectibus cleric.effectu* 1.*num.*819. *in fine*, vbi *num.* 834. *in fine*, post.Marc. *de iurisd. p.*4. *casu* 132.*à num.*3.subdit quòd si degradatus ex aliqua iusta causa restituatur ad Ordinem clericalem,non debet de nouo Sacris insigniri, refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3.*alleg.* 110.*num.*6. 1 2

Deinde firmat aliam conclusionem,quòd ille, qui percutit ipsum Clericum degradatum, non incidit in canonem, quod explicabis secundùm ea,quæ dixi ad *cap. si quis suadente* 17.*q.*4.*vers.secundò infertur.* 3

Cap. Absit. XXVI.

Ex epist. Cleric. Rom.

ET *neruos.*) Olim corruptissimè legebatur, *& nisi vos*, Sed tamen hunc locum feliciter sic restituit 1

Margarita Thomæ Mori filia, vt refert Pamel. *in ann. ad epist.* 31. *S. Cypriani n.* 15. vbi allegauit hunc text.

In gloss. superscriptionis, *Cypriano.* ibi, *in chronicis non inuenitur quòd aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus, tamen quòd fuit Papa, habes inf. ead. de eo tantùm, sed forte hic, & ibi est mendosa littera.* Glossa in his verbis quatenus dicit non inueniri in chronicis quòd aliquis Papa dictus sit Cyprianus, verum asserit, sed immeritò carpit Gratianum, qui fideliter transcripsit hunc text. ex *lib. 2. epist. 7.* S. Cypriani Episcopi Carthaginensis, quæ sic habet inscriptio, *Cypriano Papa Presbyteri & Diaconi Romæ consistentes salutem*, obseruauit Pamel. *in annot. ad Cyprian. tom. 1. epist.* 31. Nec nomen *Papa* priscis temporibus accommodatum fuisse constat aliis Episcopis quàm Romanis, tum ex hac epistola, & aliis S. Cypriani, tum ex epistolis SS. Ambrosij, Hieronymi, & Augustini, nam *Papa* est nomen Græcum, quod patrem significat, vt obseruauit idem Pamel. *in annot. ad epist. 3. num. 3.* & plura adducunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 25. cap. 2. num. 13.* Renat. Coppin. *de sacra politia lib. 3. tit. 1. num. 14.*

Cap. Sis qui XXVII. *Cyprian.*

1 HVius text. mentionem facit, laudátque Gratianum Pamel. *in annot. ad lib. 3. Cypriani de lapsis tom. 2. num. 69.*

2 In gloss. *Videri, vlt.* ibi, *arg. quòd non statim tenetur quis credere etiam bono viro,* &c. Dicit ad hoc memorabilem Nauar. *in rub. de iudic. num. 52. vers. suboritur*, iuuat doctrina S. Thomæ 2. 2. *quæst. 70. art. 11. ad 2.* dum ait de quolibet præsumendum esse bonum, dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc adhibenda est cautela vt non de facili vnicuique credatur, & Tiraquel. *de retract. lig. §. 36. gloss. 1. n. 9.* per hunc text. ait non esse de facili alicui credendum quando agitur de præiudicio tertij, & de pœnis temper *causa* 15. *num.* 51. affirmat non esse credendum Medico dicenti aliquem ex vulnere obiisse, etiamsi sit bonus vir, si agatur de magno alterius præiudicio.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus dispensare tenetur sub peccato, quoties subest iusta causa.*

2 *Dispensare vbi ius non præcipit, sed Ordinarij conscientiæ relinquit an expediat, non potest ad dispensandum cogi iure actionis, sed officio iudicis.*

3 *Infamia potest auferri per Episcopum dispensantem super delicto, ad quod sua facultas extenditur.*

Cap. Domino sancto. XXVIII.

Isidorus.

1 A*Ntiquior.*] Ergo quando leges inter se pugnant debet iudicari secundùm antiquiorem, de quo vide Tiraq. *de iure primog. in præfat. num.* 105. Mascard. *de probat. concl.* 1295. *num.* 4.

Gratianus in fine huius text. ait quòd si vera detur pœnitentia in criminibus, propter quæ irregularitas incurritur, pœnitens pristinæ dignitatis gradum recipit, & ad nouam potest ascendere. Sed contra illum efficaciter vrget quòd irregularitas cùm sit pœna exterior, non tollitur sine dispensatione, etiam data interiori pœnitentia, vt per Nau. *in man. cap. 20. num. 73. & 76.* Henriq. *de irregul. cap. 5. §. 1. lit. G.* & in specie illum reprobat Turrec. *in cap. 1 sup. hac dist.* sed poterit defendi dicendo Gratianum minimè dixisse irregularitatem tolli per pœnitentiam, sed quòd post pœnitentiam potest quis ad suum gradum recipi, hoc est, per dispensationem tunc temporis faciliorem, & id significant verba, *recipere possint.*

In gloss. *Necesse.* ibi, *& sic patet, quod Episcopus peccat,* &c. Notant ad hoc quòd tenetur Prælatus dispen- 1
sare quoties subest iusta causa, aliàs peccare, sequuntur *hic* Turrecrem. *num.* 9. Butr. *in cap. at si Clerici §. de adulterys n.* 12. *in fine, de iudic.* & *ibi* Card. *num.* 2. & Alex. de Neuo *n.* 29. Rebuff. *in repet. cap. populastis, notab. 3. num. 12. de Clerico excommun. min.* probabilem dicit Sanchez *de matrimon. lib. 3. disp. 10. num. 2. &* 21. resoluit quòd eo casu, quod ius non præcipit, sed 2
conscientiæ Ordinarij relinquit an expediat dispensare, tunc etiamsi talis adsit causa, vt teneatur dispensare, non potest ad dispensandum cogi iure actionis, sed potest cum Superiore agi officium iudicis implorando, vt fiat dispensatio.

In gloss. *Atque ignominiam.* ibi, *& sic patet quod potest,* &c. Notarunt ad hoc quòd infamia potest aufer- 3
ri per Episcopum dispensantem super delicto, ad quod sua facultas extenditur, vt per Henriquez *in summa lib. 14. cap. 6. §. 3. in fine,* Vgolin. *de irregularit. cap. 60. §. 5. num. 3.* Auil. *de censur. part. 7. disp. 4. dub. 6.* Bonacin. *in simili tractatu disput. 7. quæst. 5. puncto 1. n. 6. vers. tertio,* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 2. alleg. 43. num.* 31. vbi per totam illam *alleg.* 43. egi latè, an & quando Episcopi cum infamibus dispensare possint.

Cap. Si quis Diaconus. XXIX.

GLoss. *verbo, & inimicos, in hoc text.* probat ex 1
inobedientia præsumi inimicitiam, sequuntur Mascard. *de probat. concl.* 898. *n.* 43. Decian. *in tract. crimin. lib. 3. cap. 25. num.* 80. Farinac. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 49. num* 78.

In gloss. *Deprehensi.* ibi, *videtur ergo quòd sola de-* 2
prehensio sufficit, &c. Vtrùm autem & quando sufficiat quòd quis deprehendatur in ipso crimine vt absque alia conuictione condemnari, & puniri valeat, vide *gloss.* 1. Butr. *num.* 4. Abb. *num.* 19. Dec. *num.* 11. & alios *in cap. cùm non ab homine, de iudic.* Boss. *in pract. tit. de denunciat. num.* 10. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. §. 21. notab. 3. num. 12. &* 17. Clar. *in pract. §. vlt. q.* 8. ex quorum dictis colligitur quòd vbi delinquens à paucis deprehenditur in crimine, vel in actu proximo, dicitur crimen manifestum probabile, quia per illos probari potest: si verò in crimine, vel in actu proximo deprehendatur à populo, vel multitudine, vel à pluribus rem notoriam efficientibus, nunc ex tali deprehensione, vel potiùs ab actu percipiendo sensu corporeo insurgit notorium, ita ut ex eo possit reus condemnari, & puniri, licèt aliter conuictus non sit.

SVMMARIVM.

1 *Irregulares sunt, qui ob timorem faciunt actum aliquem externum fidei repugnantem, cùm tamen interiùs fidem retineant.*

2 *Peccatum mortale incurrit, qui dissimulat se ore Catholicum, licèt corde confiteatur esse talem, quamuis metu etiam iusto id faciat.*

3 *Christiano nusquam licitum est Catholicam fidem negare, immo tenetur ad confitendum se talem quoties id exigit honor Dei.*

Cap.

Cap. Presbyteros. XXXII.

Ex Concil. Ancyrano.

1 QVi ob timorem faciunt actum aliquem externum fidei repugnantem, cùm tamen interiùs fidem retineant, sunt irregulares, non ea irregularitate, quam contrahunt hæretici, & apostatæ à fide, cùm propriè tales non sint, sed aliam propriam illius criminis, ita per hunc text. tenent Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 33. n. 2.* Suar. *tom. 5. disp. 43. sect. 2. num. 1.* Sanctarel. *de hæresi cap. 25. n. 4.*

2 Ex hoc text. colligitur peccare mortaliter eum, qui dissimulat se ore Catholicum, licèt corde confiteatur esse talem, etiamsi metu etiam iusto id faciat, vt per Nauar. *in cap. humana aures q. 3. n. 16.* Azor. *instiut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 27. in princip.* Anton. Riccìul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 1. cap. 4. n. 10. & 11.* nusquam enim licitum

3 est Christiano Catholicam fidem negare, immo tenetur ad confitendum se talem quoties id exigit honor Dei, & confirmatio fidei proximi, & necessitas tollendi scandalum aliorum, qui crederent eum non esse Catholicum, nisi confiteretur se talem, iuxta illud Apost. ad Rom. cap. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Vide Bañ. 2. 1. q. 3. *art. 2. dub. 1. concl. 2.* vbi Aragon. *concl. 2. dub. 1.* Petr. Ledesm. *in sum. tom 2. tract. 1. cap. 4. concl. 4.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. libr. 2. cap. 4. n. 7. cum sequent.* Soar. *de fide disput. 14. sect. 1. & 3.*

Cap. Clerico jaciente. XXXVIII.

Vrbanus. II.

1 COllige ex text. quòd lapidem proiiciens & casu puerum interficiens non debet irregularis censeri, nisi hoc minus diligenter fecerit, vt bene intelligit gloss. *in præsenti,* de quo vide Castr. *lib 2. de lege pœn. c. 14.* Syluest. *in summ. verbo homicidium 1. q. 5.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 45. sect. 5. n. 4. ad fin.* Maiol. *de irregular. lib. 5. cap. 48. §. 3. n. 4. cum seqq.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 6. n. 5. & n. 29. & 30.* Farinac. *in praxi crimin. q. 126. n. 17. cum seqq.*

Cap. Fidelior. XLIV. *Ambros.*

1 CElebris est gloss. *verbo gratiam, in præsenti textu,* dum expressè tenet, quòd potiùs est eligendus, qui peccauit, & pœnituit, quàm qui semper fuit bonus, de quo videas quæ tradunt Abb. *in cap. dudum il 2. n. 24. iuxta fin. de elect. & in cap. at si Clerici. §. de adulterys n. 21. in fine, de iudic.* vbi Decios *num. 174.* Roman. *sing. 132. incip. Sunt electi,* Felinus *in cap. eam te, n. 11. vers. limita tertiò, de rescript. & cons. 3. n. 4. cum sequentibus,* Rip. *in cap. eam te, n. 39. de rescript.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 51. num. 22.* Menoch. *de success. creat. lib. 1. §. 10. n. 600.* Selua *de benefic. part. 3. q. 1. n. 14. & q. 7. n. 8.* Roch. *de iure patron. verbo onerosum n. 6. vers. quid autem,* Lambert. *in simili tractatu lib. 2. 3. part. 5. quæst. princip. in 14. artic. in fol. 195.* Paul. Granut. *theor. 23. n. 20. cum seqq.* Cordub. *in quæst. Theol. lib. 1. q. 54. vers. sed pro complemento huius materia, pag. 446.* Perez *l. 49. tit. 19 lib. 8. Ordin. pag. 308. col. 1.* Seguras Daualos *in direct. iudicum Ecclesiasticorum part. 1. cap. 8. ex n. 7. vers. postremò.*

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem incurrit incidens arborem propè viam publicam, ex cuius incisione transeuntis homicidium sequutum fuit, nisi acclamauerit, vt transeuntes præcaueant.*

2 *Irregularitas non incurritur ex homicidio sequuto ex eo quòd quis rei licitæ operam dabat, si is omnem adhibuit diligentiam, ne homicidium sequatur, aliàs secus.*

3 *Clericus etiam non suam arborem incidens, sed alienam cum peccato, si ex incisione aliquis occisus fuerit ipso acclamante, vt gentes præcauerent, irregularitatem non incurrit.*

Cap. Hi, qui arbores. XLIX.

Nicolaus.

EX hoc text iunctis duobus immediatè sequentibus, vulgò colligitur incidentem arborem propè viam publicam, ex cuius incisione transeuntis homicidium sequutum fuit, irregularitatem incurrere, nisi acclamauerit vt transeuntes præcaueant, ita Nau. *in man. cap. 27. n. 237. vers. vigesimosecundo,* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 1. n. 10.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 6. n. 27.* Farinac. *fragment. crimin. lit. I. n. 543.* 1

Ratio est, quia irregularitas non incurritur ex homicidio sequuto ex eo, quòd quis rei licitæ operam dabat, si is omnem adhibuit diligentiam, nec homicidium sequatur, aliàs secus, *cap. lator, cap. dilectus filius, cap. ex litteris, cum multis ibid. de homicidio,* latè Sayr. *dict. lib. 7. cap. 5. à n. 8.* Auil. *de censur. part. 7. disp. 6. sect. 1.* Nicol. Garc. *de benef. part. 7. c. 11. n. 53.* 2

Et quamuis Syluest. *verbo homicidium 2. §. 18.* Tabien. *verbo irregularitas 3. §. 19. vers. sed quid si incidebat arborem alienam,* Maiol. *dict. §. n. 10.* teneant, quòd si Clericus non suam arborem incidebat, sed alienam cum peccato, veluti animo furandi ligna, & ex arbore exso caso aliquis occisus fuerit, tunc etiam quòd incidens acclamauerit, vt gentes præcauerent, quòd irregularis efficiatur, quia dabat operam rei illicitæ; tamen contrarium verius est, qui hac illicita opera non erat de se periculosa ad mortem, & ideò sic meritò tenuerunt Sot. *de iustit. lib. 5. q. 1. art. 9. post med.* Nauar. *in man. cap. 27. n. 237. vers. vigesimu sextò,* Sayr. *d. lib. 7. cap. 6. n. 22.* vbi dicit contrariam Syluest. & Maioli sententiam omni probabilitate carere, refert Farin. *d. lit. I. n. 551.* 3

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentes solemniter ordinari non possunt.*

2 *Irregularitatem operatur publica pœnitentia pro crimine tantum inflicta.*

3 *Pœnitentia solemni etiam peracta prohibetur quis ordinari, secus post publicam pœnitentiam.*

4 *Ordinandus interrogatus tenetur pandere vitium occultum, quod reddit ipsum incapacem Ordinis.*

Cap. Ex pœnitentibus. LV.

Ex Conc. Carth. IV.

PRobat hic text, solemniter pœnitentes ordinari non posse, consonat *cap. quicumque, cap. si ille, cap. non considerat, cap. canones, cap. confirmandum, & cap. illud, hac eadem dist. cap. fin. 51. dist. cap. nullus, c. pœnitentes 55. dist.* tradunt Syluest. *in summa verbo Ordo 4. vers. nec quintò,* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplin. clericali §. 15.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 11. cap. 21. num. 1.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 16. de suspens. cap. 1. vers. quartus casus.* Ego ipse 1

de

de efficio, & potestate Episcopi part. 2. alleg. 23. n. 6. cum seqq.

2 Publicam quoque pœnitentiam operari irregularitatem desumitur ex *cap. illud. & ex cap. placuit, hac eadem distinctione*, quod locum habet in pœnitentia publica pro crimine tantùm inflicta, prout colligi fortasse potest ex *eodem cap. placuit*, & apertis verbis notat Archid. *in capite, hac eadem dist.* & fuit dictum *in vna Gadicen. Canonicatus 20. Iuny 1. 8. coram Comitulo*, prout refert Campan. *d. cap. 21. num. 2.*

3 Est etiam inter solemnem, & publicam pœnitentiam distinctio quædam, quòd qui solemnem fecerint, etiam illa peracta prohibentur ordinari, secundùm Maiol. *de irregularit. lib. 3. cap. 2. sub. 4. vers. qua omnia, per cap. si quis post remissionem, iuncta gloss. 1. hac eadem dist.* Si verò publica peracta, non vetantur post illam promoueri, idem Maiol. *dict. lib. 3. cap. 3. post n. 2. vers & licet*, & corroboratur dispositione *cap. si ille, hac eadem dist.* quod, vt *ibi* notat Archid. de publica pœnitentia verba facit, vt refert Campan. *dict. cap. 21. n. 1. in fine.*

4 *Depenatur, quia si ordinationis tempore non prodidit.*] Ergo ordinandus interrogatus tenetur pàdere vitium occultum, quod reddit ipsum incapacem Ordinis, vt per Turrecrem *hic art. 1. num. 1.* Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 10. in princip. & num. 4. & lib. 5. cap. 33. n. 1. in princip.* Henriquez *in summa lib. 10. cap. 18. §. 1.* Sanchez *de matrimon. lib. 3. disp. 14 n. 1. versic secundo.*

5 In gloss. *Non prodidit.* ibi, *quia licet confessus fuerit, tamen non punitur, quia ad hoc non agebatur.* Notatur ad hoc quòd clerico promouendo nocet confessio ad hoc tantùm, vt non promoueatur, non tamen vt puniatur, cùm ad hoc principaliter non agatur, vt per Felin *in cap. 1. n. 11. de except.* Crot. *de testib. n. 280.* Abb. *in cap. at si clerici, in princ. n. 6. de iudic.* Tiraq. *in tract. res inter alios num. 24.*

Cap. In capite. LXIV. *August.*

1 IN solemni pœnitentia quæ sit firmanda, tradunt Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christian lib. 5. c. 11.* Azor. *institut. moral. part. lib. 7. cap. 31. quæst. 6.* Alciat. *lib. 9. parerg. cap. 22.* afirmanam pœnitentiam publicam iam hodie expleuisse, Sot. *in 4. dist. 29. q. 2. art. 5. col. 2.* Maiol. *de irregular. lib. 3. cap. 2. & 3.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de sacram. pænit. n. 10. cum seqq.* Henriq. *in sum. lib. 2. de Pænit. sacram. cap. 10. §. 7.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 21. n. 8.*

2 *Sacco induti.*] Nota quòd in multis videmos certum habitum assignari etiam in remissionem peccatorum, vt per Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 15. n. 26.* vbi subdit primos illos eremitas tunicas certas pro afflictione corporum suorum gestasse.

Cap. Confirmandum. LXV.

Ex Concil. Carthag.

1 COllige ex text. solemnem pœnitentiam solis prophanis concedi, sacris verò viris prohiberi, vt per S. Thom. *in addit. ad 3. part q. 28. art art. 3. ad 1.* Alciat. *lib. 9. parerg cap. 22. in princ* Couar. *lib. 2. var. cap. 10. num. 3.* Salzed ad Bernard. *in practic. cap. 23. lit. B.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 42. sect. 2. num. 3.* Sayr. *in simili tract. lib. 7. cap. 10. num. 19.*

2 *Rebaptizati.*] Notatur ad hoc quòd rebaptizati minimè admittuntur ad sacros Ordines, latè Bernard. *in practic. cap. 15. verbo rebaptizati num. 1. & 2.* & *ibi* Salzed. *lit. B.* Cou. *in Clem. si furiosus part. 1. in initio n. 8.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 41. sect. 1. à princip.* vbi *n. 7.* agit vtrùm hæc irregularitas incurratur quando quis necessitate compulsus rebaptizatur, veluti per vim, aut metum.

Distinctio LI.

SVMMARIVM.

1 *Ordinator Episcopus dum Curiales, & hoc text. contentos initiatur, pœnam inferendam à iudice tantùm incurrit.*

Cap. Aliquantos. I. *Innoc.*

ALIQVANTOS.] Sic legit Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 16. num. 1.* licet addat textus aliquos habere, *aliquando*; verùm Fr. Barthol. Carranza *in sum. Concil. sub Innocent. I. pagin. 110.* dicit legendum, *quantos.*

Forensi exercitatione versati sunt.] Hi sunt Agentes, Aduocati, Procuratores, Solicitatores, & Promotores fiscales, item qui iudicant de causa, processum faciunt, aut summant ad faciliorem iudicis instructionem, qui in fauorem fisci dicit dubia, contrarietatem, nullitatem & similia in causa sanguinis, sequuta morte, vel mutilatione, quos omnes esse irregulates resoluunt Abb. *in cap. sententiam sanguinis n. 2. ne clerici vel mon.* Syluest. *in summ. verbo homicidium 3. q. 1. vers. primus*, Nauar. *in man. cap. 17. n. 211.* Viladieg. *in tract. de irregul. cap. 6.* Sot. *de instit. lib. 3. q. 1. art. 4.* Viuald. *in candel. aureo tit. de irregul. §. 3. n. 150.* Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. cap. 12 §. 8. & 10.* Auil. *de censur. part. 7. sect. 2. disp. 5. dub. 1.* Sayr. *in simili tract. lib. 6. cap. 16. n. 10.* Soar. *eodem tractat. disput. 47. sect. 4. num. 1.* vbi dicit hunc text. optimum, & *sect. 4. num. 6.* vbi verba huius text. bene explicat.

Qui voluptates, &c.] Gloss. *in præsenti, verbo voluptates*, explicat, id est, ludibria quibus voluptatibus exercitabantur homines, vt facere solent histriones, actores comœdiarum, mimi, & similes hominum fæces. Valer. Regin. *in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 2. cap. 15. n. 197.*

Depenantur.) Notatur ad hoc quòd Ordinator Episcopus dum Curiales, hoc text. contentos initiatur, pœnam inferendam à iudice tantùm incurrit, licet tales verè sint irregulares, nec ad Ordines admittendi, vt per Soar. *tom. 5. de censur. disput. 45. sect. 4. num. 1.* 1

SVMMARIVM.

1 *Promittens personam suam alicui causa docendi, legendi, scribendi, vel quid simile faciendi, poterit promissione non impleta ingredi religionem, etiamsi medio iuramento se obligasset.*

2 *Promittens iureiurando personam suam alicui causa scribendi, aut quid simile faciendi vna cum obligatione iustitia, ratione iniuria, vel damni dati, seu debiti facti, non potest ingredi religionem non adimpleta promissione.*

3 *Obligatus ad aliquid agendum post religionis ingressum non tenetur exercere in monasterio actum promissum, licet non sit cum religione incomparabilis.*

Cap. Præterea. III. *Innoc.*

1 Memorabilis est gloss. *verbo functionibus, in præsenti*, dum probat quòd si quis promisisset personam suam alicui causa docendi, legendi, scribendi, vel quid simile faciendi, poterit vtique promissione non impleta ingredi religionem, etiamsi medio iuramento se obligasset, sequuntur Abb. *in cap. vnic. num.*8. *de oblig. ad ratioc.* Syluest. *in sum. verbo Religio* 2. *quæst.* 4. *in fine, & quæst.*5. Angel. *verbo Religiosus n.*9. & 10. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.*11. *cap.*5. *quæst.*4. & *lib.*12. *cap.*1. *quæst.*4. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*4. *cap.*19. *num.* 31. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18. *num.*378. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.* 2. *dub.*14. *à num.*1. eam potissimum afferentes rationem quia in omni promissione subintelligitur conditio, seu exceptio melioris frugis.

2 Limita vt non procedat in eo, qui vltra promissionem iureiurando firmam habet aliam iustitiæ obligationem, ratione vel iniuriæ, vel damni illati, seu debiti facti, vt si quis stipendium anticipatum pro munere, ad quod exercendum se obligauit, recepisset: vt per Azor. *d. lib.*11. *cap.*5. *quæst.*4. Sanch. *d. cap.* 19. *num.*32. Suar. *tom.*3. *de Relig. lib.*5. *cap.*7. *num.*13. Fr. Barthol de Vecchis *d. dub.* 14. *num.*4. vbi *num.* 8. cum Sanch. *vbi suprà num.*34. subdit quòd si ingressus religionem non impleta promissione, & exiit ab ea tempore probationis, tenetur adimplere, quod promiserat.

3 In ead. gloss. ibi, *vel dic quòd in monasterio existens potest exequi tale officium, dum tamen non negligat diuinum obsequium.*] Notatur ad hoc quòd obligatus ad aliquid agendum post Religionis ingressum tenetur exercere in monasterio actum promissum, dum tamen non sit cum religione incompatibilis, ita Nauar. *in commento* 2. *de Regular. num.*42. Bonacin. *de restitut. disput.*1. *quæst. vlt. puncto* 2. §. 1. *num.*6. Sed contrarium verius est, quia si præfatæ obligationi subintelligitur conditio, nisi status Religionis eligatur, posita electione omninò cessat obligatio, sicut in promissione eadem conditio expressa foret, qua ratione hanc partem tenent Sanchez 1. *cap.*19. *num.*39. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dub.*14. *num.*6.

Cap. Si quis post Baptismum. IV.

Ex Concil. Tolet. I.

1 *Si quis.*] Comprehendere tam laicos, quàm clericos resoluit Soar. *tom.*5. *de censur. disput.*47. *sect.*5. *num.*6. contra Maiol. *de irregul. lib.*2. *cap.*9. existimantem hunc. text. debere intelligi non de quocumque militante; sed de duce, vel belli præfecto.

2 *Post acceptum Baptismum*, &c.] Vide posita *in collect. ad cap. viduam num.*4. *dist.*50.

3 *Ad necandum fideles.*] Hæc verba in originali deesse aduertit Soar. *de censur. disput.* 47. *sect.*5. *num.*6. & probat ex *tom.*1. *Concil.* & ex collect. Garsiæ de Loaysa in Concil. Tolet. I. *cap.*8. sed Carranza ea apponit *in eadem collect. pag. mihi* 101.

4 *Etiamsi grauia.*] Notatur ad hoc quòd in iusto bello pugnantes, si manu propria occidant, & deforment, fiunt irregulares, licet in ipso alia peccata non committant, vel etiamsi in ipso bello grauiter non delinquant, quia iustum est, ita Soar. *d. disput.* 47. *sect.* 5. *num.*6. vbi ait hunc esse proprium sensum huius text. quamuis Garsia de Loaysa *vbi supra* loco verbi *grauia*, legat grauiora.

5 *Diaconi non accipiat dignitatem.*] Immo etiam Subdiaconi & minorum Ordinum, vt ingeniosè interpretatur Soar. *d. sect. num.*7.

Distinctio LII.

SVMMARIVM.

1 *Suspensionem ab executione susceptorum Ordinum incurrit ille, qui per saltum, & præpostero ordine se promoueri fecit.*

2 *Dispensatio a suspensione incursa ab illo, qui per saltum, & præpostero ordine se promoueri fecit, obtineri potest, dummodo cautè suppleatur, quod incautè fuit omissum.*

3 *Episcopus ex legitima causa potest dispensare cum promotis, siue scienter, siue ignoranter per saltum, si non ministrauerint.*

4 *Dispensatione Apost. indiget, qui saltuatim Ordinibus insignitus ministrauerit.*

5 *Episcopus potest dispensare cum promoto per saltum etiã postquam ministrauerit, si delictum occultum sit.*

Cap. Solicitudo, vnic.

Alexander II.

Alexander II. scribens Grimaldo Constantiniensi Episcopo decidit illum, 1
qui Subdiaconatus Ordine postposito negligentia potius quàm superbia Diaconus, & Presbyter est ordinatus, ab officio sacerdotali abstineri debere, donec proximo quatuor temporum ieiunio Subdiaconatus ministerium ipse Episcopus sibi ritè imponat, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedat. Ex qua decisione primo loco emanat conclusio quòd ille, qui per saltum, & & præpostero ordine se promoueri fecit, incurrit suspensionem ab executione susceptorum, sicuti docent Nauar. *in man. cap.*27. *n.*242. Henriq. *in summ. lib.* 13. *de excomm. cap.*35. *propè finem* It. P. Fr. Emman. *in sum. tom.*1. *cap.*17. *n.*7. *cum seqq.* Sua. *de censur. tom.*5. *disp.* 31. *sect.* 1. *à num.*44. Auila *eod. tractat. part.*7. *disp.*9. *dub.* 2. Bonacin. *in simili tractat. dispu.*7. *quæst.* 3. *puncto* 4. *n.* 5. Mar. Alter. *eod. tract. tom.*2. *disp.*10. *cap.*5. *vers. verùm tota difficultas, & vers. respondeo*, Molfis. *in summ. Theologia moralis tractat.*2. *cap.*18. *num.*15. Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.*10. *cap. vnico, n.*4.

Intellige vt per saltum promotus sit suspensus tantùm ab ordine sic malè suscepto, non tamen ab Ordine ritè suscepto, in quo extra periculum irregularitatis poterit ministrare, vt per Gregor. Lop. *lib.*6. *tit.*5. *part.*1. Syluest. *in sum. verbo irregularitas q.* 11. Henriq. *lib.*14. *de irregul. cap.* 6. §. 3. & *in commento lit. H.* Soar. *tom.*5. *de censur. disput.*31. *sect.*1. *num.*42. *ad med.* Auila *in simili tract. part.*7. *disp.*9. *sect.*1. *dub.*2. *vers. secunda conclusio, ad fin.* quamuis Maiol. *de irregul. lib.*4. *cap.* 12. & Nauarr. *d. num.*242. existiment talem suspensum esse ab Ordine tam ritè, quàm malè suscepto.

Quæ quidem suspensio ab administratione Ordinis sic suscepti incurritur ipso iure, vt per S. Antonin. *part.* 3. *tit.*16. *cap.*3. *col.*3. *ad med.* Syluest. *verbo irregularitas quæst.*18. Sot. *in* 4. *dist.*25. *quæst.*1. *art.*4. Nauarr. *in man. cap.*27 *num.*242. *vers. sextò*, Sebast. Medic. *part.*2. *tit.*9. *quæst.*35. *vers. septimo.* Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. num.*48. Maiol. *de irregular. lib.*4. *cap.* 12. *num.*1. Philiarch. *de officio Sacerd. lib.* 4. *cap.* 12. *num.*5. Tolet. *in summ. lib.*1. *cap.*50. *n.*17. Valent. *tom.*4. *disp.*7.

disput.7.q.19.puncto 3.§.5. Henriquez *lib.14. cap.6.§.3.* Zerol. *in praxi Episcop.part.1. verbo dimissoriæ* §. 3. & 4. Soar. *tom.5. de censur.disput.31. sect.1. dub.2.concl.* 2, Sayr. *in simili tract.lib.7.cap.10.n.39.*

2 Ab hac suspensione dispensatio obtineri potest, dummodo cautè suppleatur, quod incautè fuit omissum, ex D. Thom. *in suppl.ad 3.part.quæst.35. art.5.* & Campan. *d. cap. vnic. num.7.* vbi ampliat, etiamsi prima Tonsura fuisset omissa, intellige temporibus ad Ordinem destinatis, vt per Henriq. *d.lib.14.cap.6.*
3 *§.3.* Sayr. *d.cap.10. num.40.* Quis autem illam concedere valeat, huius loci est inuestigare, & omissa iuris communis decisione hac de re habemus nouam Concilij Trid. dispositionem *sess. 23. de reform. cap. 14. in fine*, vbi sic statuitur. *Cùm promotis per saltum si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare*, quod intelligit Mart. Alter. *d.cap.5.vers.hoc in loco*, siue scienter, siue ignoranter fuerint ita promoti, quia Concilium non distinguit de ordinato scienter, & ex superbia, vel ignoranter, sed simpliciter loquitur; vnde à contrario sensu colligitur prohiberi id facere eum eo, qui ministrauit, nulla præhabita distinctione scientiæ,
4 vel ignorantiæ, cùm hic, qui saltuatim Ordinibus insignitus ministrauerit, Apostolica indigeat dispensatione, sicut benè resoluunt Maiol. *de irregul.lib.4.cap.12. num.1.* Salzed. ad Bernard. *in practic.cap.24.lit.* D. Sayr. *de censur.lit.4.cap.14.num.26.* Mar. Alter. *d.c.5.vers.hoc in loco, & in vers. respondeo*, Filliuc. *tract.17.c.5 n. 92.* Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol.decis.150. num. 5. p.4.* Homobon. de bonis *de examine Eccles. p.2.tract.12.c.3.quæst.15. resol.5.*

5 Si tamen delictum sit occultum, poterit Episcopus dispensare cum promoto per saltum etiam postquam ministrauerit, vigore Concil. Trid. *sess.14.de reform.c.6.* & tradunt Henriq. *in summ.lib.14.c.6.§.5. in fine*, Vgolin. *de censur. cap.39.num.3.* Suar. *tom.5.disp. 42.sect.3.num.5.* Sayr. *de censur. lib.7. cap.10. num.37.* Auil. *in simili tract. part.7. disput.9.sect. 1. dub.2. vers. sequitur secundò*, Maid. *de irregular. lib.4. cap.12.n.2.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo irregularitas dub. 3.* Bonacin. *d. punct. 4. num. 5. in fine.* Campan. *dict. cap vnic. num.6.* Et de hac materia vide quæ latè dixi *de officio, & potest. Episc. part. 2. alleg.47. per tot.*

DISTINCTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Obligati ad ratiocinia non sunt ordinandi nisi post redditas rationes.*

2 *Ratiocinijs publicis, seu priuatis obnoxij à Religionis ingressu excluduntur.*

3 *Religionem ingredi non prohibetur ille, qui secundùm prudentis viri præsumptionem sine lite, aut magno grauamine, vel distractione potest rationes reddere.*

4 *Nouitium tempore probationis habitum suæ Religionis induere est de substantia nouitiatus.*

5 *Nouitium induere habitum nouitiorum ab habitu professorum distinctum non est de substantia anni probationis.*

CAP. Legem, vnic. *Greg.*

1 DE obligatis ad ratiocinia non ordinandis nisi post redditas rationes, dixi latè & multipliciter declaraui *in collect.ad cap.1. de obligat. ad ratiocin. in decretalib. & de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 10. num.4. secundùm Lugdunen. impress.*

An verò huiusmodi ratiociniis reddendis obnoxij in 2
religionem admitti queant, magis pertinet ad decisionem huius text. inuestigare, ad cuius intellectum aduertendum est quòd licèt ea attenta à Religionis ingressu excluderetur ille, qui publicis ratiociniis reddendis, non autem, qui priuatis erat obnoxius, vt tenent D. Antonin. 3. *part. tit.16.cap.2.* §.3. Syluest. *in summ. verbo Religio 2.quæst.6.* Armil. *eod.verbo n.5.* & Tabien. *num.* 11. nihilominus tamen vigore constitutionis Sixti V. incip. *Cùm de omnibus, sub Dat. Kalend. Decembris* 1586. obligati & publicis, & priuatis ratiociniis reddendis ab ingressu Religionis prohibentur, vt colligitur ex verbis eiusdem constit. ibi, *Auctoritate Apost. perpetuò statuimus vt huiusmodi ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauati, vel reddendis ratiociniis obnoxij nullatenus recipiantur*, quæ constitutio cum absolutè, & absque vlla distinctione inter publica, & priuata ratiocinia loquatur, de omnibus generaliter est intelligenda, arg. *l. de pretio. ff.de publ. in rem act.* quare ita resoluunt Fr. Emman. *quæst. Regul.tom.3.quæst.10.art.11.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom.1. q.17. art. 6.* Salzed. ad Bernard. *in pract.cap.20. in fin.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.4.cap.19.n.29.* Suar. *tom.3. de Relig.lib.5. cap.7.n.20.* Ego ipse *in collect. ad d.cap.1.de obligat.ad ratiocin.n.8.*

Limita tamen vt non procedant supradicta in eo, 3
qui secundùm prudentis viri præsumptionem sine lite, aut magno grauamine, vel distractione potest rationes reddere, quia huiusmodi ratiocinia religionis ingressum non impediunt, vt colligitur ex prædictæ constit. verbis, ibi; *vel reddendis ratiociniis ita obnoxios, vt ex huiusmodi causa lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit ne inferatur*: & ideò ita tenent Bernard. Diaz. *in practic. cap.10.* Nald. *verbo Religiosus num.1.* Sanch. & Suar. *citatis locis.*

Debent in suo habitu, &c.] Et his verbis, & aliis 4
iuribus addoctis *in collect. ad cap. multos 54. dist.* suaderi videtur satis esse nouitium in habitu seculari probari, sed ex contraria consuetudine vniuscuiusque religionis text. *in præsenti*, cum similibus abolitus est, & iam omninò tenendum de substantia nouitiatus esse nouitium tempore probationis habitum suæ Religionis induere, quia inter austeritates, & difficultates, quas experiri debet nouitius, vna est delatio habitus suæ Religionis, tum quia hoc videtur expressè decidi à Concil. Trident. *sess.25. de Regular. cap.15.* & ideò ita tenent gloss. *hic verbo in suo*, & Præpos. *num.7.* Ioan. Andr. *in cap.super eo, ad fin.* & *ibi* Butr. *de Regularib.* Angel. *in summ.verbo nouitius, n.16.* Tabien. *eod.verbo n.11.* Syluest. *verbo Religio 5. quæst.5.* Fr. Emman. *quæst. Regular.tom.5.quæst.15. art.9.* Azor. *institut.moral.part.1. lib.13. cap.2. quæst. 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.18. c.26. num. 384.* Fr. Ludou. Miranda *in man.Prælat.tom.1.quæst.22.art.6.* Sanch. *in præcepta decalogi tom.2. lib.5. cap.4.num.29.* Bartholom. à S. Fau-
sto *in Thesaur.Religiosorum lib.5.quæst.177.* aduertit ta- 5
men Suar. *de Relig. tom.3. lib.5. cap.14. num.10.* non esse de substantia anni probationis nouitium induere habitum nouitiorum ab habitu professorum distinctum, Fr. Barthol. de Vechis *in praxi seruanda in admittendis ad religionis statum nouitiis disp.11.dub.7.*

Limita tamen supradicta, nisi talis esset Religio, quæ habitum proprium non haberet, vt non habet Societas Iesu, vnde nunquam eius Religiosi, siue ij, quos vocant Scholasticos, post biennium nouitiatus, siue alij professi, vel coadiutores formati possunt incidere in excommunicationem, *c.2. ne clerici, vel mon.* ob habitus demissionem, ita Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2.lib.6. cap.8. num.70.*

Distinctio. LIV.

1 GRatianus multis Sanctorum Patrum auctoritatibus repetitis vicibus hac distinct. ostendit seruos ordinandos non esse nisi à propriis dominis libertatem legitimam consequatur, circa quam conclusionem intelligendam, ampliandam, & restringendam, vide de Bernatd. Diaz. & ibi Salaed. *in practic. canon.cap. 19. in nouiss. impress.* Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico lib. 2.cap.4. & 5.* Sot. *in 4. dist. 25. quest. 1. art 3. vers. tertia conclusio*, Læl. de Zanchis *de priuileg. Ecclesiast. priuil. 34.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 35. num. 3. cum seqq.* Felician. *de censur. tit. de irregul. cap. 6. vers. serui*, Paul. Lancelott. *lib. 1. institut. iuris Canon. tit. 25. in §. ratione, & in § si tamen* Vgolin. *de irregul. cap. 57.* Suar. *de censur. tom. 5. disp. 51. sect. 4* Sayr. *eod. tract. lib. 6. cap. 14.* Auil. *in simili tract. part. 7. disput. 3. dub. fin.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 63. cum seqq.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 8.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplin. clericali §. 14.* Et vide quæ dixi *in collect. ad cap. 1. cum sequent. de seruis non ordinan. in Decretalib.*

Cap. Nulli de seruili. II.

Ex Concil. Triburien.

1 NIsi prius à proprijs dominis.) Notatur ad hoc quòd libertas donata seruo à domino debet ipsam præsentationem & ordinationem antecedere, vt per Soar. *tom. 5. de censur. disp. 51. sect. 3. num. 4.*

2 *Eius conditionis.*) Intellige gloss. *verbo acciderit, in præsenti*, de ordinato in minoribus, qui domino suo seruire etiam in actibus temporalibus cogendus est, ac si nunquam Ordines suscepisset, ita Syluest. *verbo seruitus quæst. 6.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 203. vers. 16.* Henriq. *lib. 14. cap. 8. §. 7.* Sayr. *de censur lib. 6. cap. 14. num. 2.* Sic etiam quando seruus per dolum, & calliditatem suo domino ignorante ad sacerdotium promouetur, ab ipso sacerdotio deponitur, & dono redditur, vt per Trot. *de vero & perfecto clerico liber. 2. cap. 4. num. 3.* Anton. Gom. *in tract. de sacram. prestandis vltimo supplicio damnatis q. 5. num. 9.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 14.*

3 In gloss. *Ceciderit.* ibi, *ad hoc dico quòd iste in omnib. caret priuilegio clericali*, &c. Intellige quoad dominum, quoad cæteras verò personas priuilegis clericalibus, vide Soar. *tom. 5. de censur. dispue. 51. sect. 3. num. 13.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 8. num. 6.* Excipitur tamen ab aliquibus priuilegium *can. si quis suadente 17. quæst. 4.* cuius excommunicationem incurrere etiam dominum si seruum percutiat, tenent Sum. Angelic. *verbo seruitus num. 5.* Sayr. *d. lib. 5. cap. 14. num. 5.* Campan. *d. num. 6. in fine.* sed meliùs alij contrarium sentiunt, vt per Soat. *de censur. disput. 22. sect. 1. num. 48.* Molin. *de instit. tract. 3. disput. 59. n. 2. cum seqq.*

Cap. Quis autem leges. XI.

Gelasius.

1 ORiginarios suos.) Originarij sunt nati ex adscriptitiis liberi pariter ac ipsi adscriptitij sunt, sed computantur simul cum adscriptitiis inter bona immobilia, & sunt partes fundi, vt habetur *in l. iube- mus nulli 14. C. de sacros. Eccles.* iuncta gloss. *verbo mancipia*, vide Conan. *commentar. iuris Ciuilis lib. 2. cap. 10. num. 3.* Menoch. *remed. 3. retin. à num. 116.* Cou. *in cap. quamuis pactum part. 2. §. 1. n. de pactis,* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 33. n. 15.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. c. 21. quæst. 4.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 51. sect. 3. num. 15.* vbi subdit huiusmodi seruiturem tam circa originarios, quàm seripititios seruos iam in vsu non esse.

Diaconos Ordinatos.) Notatur ad hoc quòd serui facti Diaconi contradicentibus dominis, & nescientibus Episcopo ordinante, ac præsentantibus ad Ordines, ipsis dominis in seruos vt antea restituuntur, quod intellige, nisi Vicarium offerant, vt *in cap. ex antiquis sup. hac dist* ita Soar. *d sect. 3. ad med.* Tolet. *in sum. lib. 1. cap. 59 num 4.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 17. art. 2. concl. 3.* 2

Cap. Generalis. XII.

PRobat hic text. seruum, cùm non sit sui iuris, nec posse de se disponere, in religionem admitti non posse, nisi de licentia domini sui, vt per S. Antonin. *part. 3. tit. 16. cap. 3. §. 4.* Syluest. *in sum. verbo Religio 2. quæst. 3.* Azot. *instit. moral part. 1. lib. 12. c. 1. quæst. 3.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Relig. statum nouitijs disp. 1. dub. 2. num. 2.* 1

In gloss. *Et originarios 1.* ibi, *nec videtur esse differentia*, &c. Notatur ad hoc quòd non datur differentia inter seruos, & originarios, de quo vide Aldobrandin. *in §. seruitus n. 2. Instit. de iure person.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 37. num. 6.*

Cap. Mancipia. XIII. Greg.

GRegorius scribens Libertino Præfecto Siciliæ *lib. 2. epist. 36.* seu *cap. 37* relatus *in hoc text.* ait mancipia Christiana à Iudæis coemparata ad libertatem perduci, & hoc licèt iusto bello capiantur, ne ad aliquod malum contra legem Christi excitentur, ita Couar. *in reg. peccatum p. 2. §. 11. num. 5.* Salon. *in tract. de domin. quæst. 3. art. 1. post. 3. concl.* Sayr. *in claui Regia lib. 9. cap. 6. n. 12.* qui indifferenter loquuntur, siue Iudæi sint Principibus Christianis subiecti, siue non contra Syluest. *in sum. verbo furtum quæst. 6.* Sot. *de iustit. lib. 4. q. 2. art. 2. post. 2. concl.* Molin. *de instit. tract. 1. disp. 33. & disp. 37. vers. ab hac concl.* qui aiunt Christianos fieri captiuos Iudæorum, & infidelium, si capiantur bello iusto, & capteores non sint subditi imperio Christianorum, quod etiam probabile iudicat Sayr. *d cap. 6. num. 12. prope fin.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 5. dub. 4. num. 12.* nam regulariter Iudæos seruos Christianos habere non posse tenent Foller. *in constitut. Regni tit. de Iudæis num. 8.* Surd. *de aliment tit. 1. q. 18. num. 6.* Anton. Ricciul. *de iure personar. extra gremium Ecclesia existent. lib. 2. cap. 28. num. 1.* vbi n. 3. per *cap. si quilibet, hac eadem dist.* extendit vt procedat, siue seruus fuerit olim Christianos, siue fuerit de recenti, aut nunc baptizatus, & *num. 4.* per *cap. vlt. etiam hac eadem distinct.* pariter extendit, vt procedat non solùm in baptizato, sed etiam in eo, qui solam voluntatem suam declarauerit se velle baptizari. Vide quæ dixi ad *cap. 1. de Iudæis, in Decretalib.* 1

Christiana.) Secus si huiusmodi serui fuerint desertores fidei, & apostatæ, cùm talibus non prosit priuilegium huius text. vt per Bannes *2. 2. tom. 1. q. 40. art. 1. dub. 1. & tom 2. tract. de domin. q. 2.* Salon. *tract. de dominio q. 3. art. 1. post 4. concl.* Valent. *tom. 3. disp. 3. quæst. 16. puncto 3.* Sayr. *d. cap. 6. num. 10. ad fin.* 2

3 Vtrùm autem Christana mancipia eorum qui in tribunali S. Inquisitionis de crimine hæresis, aut apostasiæ à fide damnatur, libera maneant? vide Alphons. à Castro *de iusta heret. punit. c.7.* Simanch. *de Cathol. instit. t.61. à num.8.* Peni a *in direct. Inquis. part. 3. quæst. 119. commento* 168. latè Molin. *de instit. tract. 2. disp. 40. per tot.* vbi tam de iure Ciuili, quàm Canonico affirmatiuam partem multis fundamentis tuetur, adde Sanch. *in preceptu Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 24. ex n.9.* Soat. *de fide disp. 22. sect. 5. n.6.*

CAP. Nulla officia. XIV.

Ex Concil. Tolet. III.

PRobat hic text. Iudæos, seu infideles esse prorsus cuiuscumque iurisdictionis, & postetatis incapaces inter Christrianos, consonat *c. constituit 17. q. 4. c. 1. c. cùm nimis, c. pen. de Iuda. l. fin. C. eod. tit.* cum aliis congestis per Bart. *in rub. ff. de instit. & iure num. 1.* vbi Ias. *num. 2. & 8.* Crot. *in rub ff. de noui oper. nunciat. num. 9. & seq.* Barbat. *cons. 63. col. 2. lib. 4.* Anch. *cons. 27. num 2.* Alex. *cons. 7. ante num. 2. l. 5.* Brun. *in tractat. fluminibus muscul. art. 6. sub. num. 60. vers. & quod Iudæi,* Molin. *de de instit. tract. 2. disput. 39. vers. quintus est, ad fin.* latè multis ampliationibus materiam prosequitur Anton. Riccial. *de iure personarum extra gremium Eccles. existem. lib. 2. cap. 22. à princ.*

CAP. Fraternitatem. XV.

1 DE materia huius text. dixi *in collect. ad cap. 1. de Iudu. in Decretulib.* & *ibi* citatis addo Molin. *de instit. tract. 2. disput. 39. vers. quartus est,* qui de hoc text. meminit.

2 In gloss. *Dicitur,* Notatur ad hoc quòd vt dicatur iuris, & de iure præsumptio, non desideratur iure exprimi ne admittatur probatio in contrarium, sed satis est ita sua præsumptione inniti, vt ex ea certum quid statuat, ita similis gloss. *in cap. ferrum, in fine, hac eud. distinct. & verbo facti ad fin. in l. fine possidetis. C. de probat.* vbi Batt. *num. 12.* & Salicet. *num. 16. in initio,* Bald. *in cap. quoniam frequenter, in princip. num. 7. vers. item vbicumque, vt lite non contest.* Abb. *in cap. quanto, n. 2. de præsumpt.* & *ibi* Felin. *n. 3.* Socin. *reg. 314. num. 2. in fine,* Alciat. *de præsumpt. in prælud. 2. p. num. 3.* Couar. *de sponsalib. part. 1. cap 4 §. 1. num.* Mascard. *de probat. conclus. 1218. n. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 3. num. 22.*

CAP. Si seruus absente XIX.

Ex Conc. Aurel. I.

1 S*It, Diaconus, aut Presbyter fuerit.*) Si autem ordinati fuerint in minoribus in omni casu in quo contra domini voluntatem ordinantur, erunt vt serui, nec ad eos restituendos in duplo tenebuntur Episcopus scienter ordinans, aut scienter præsentantes ad ordinationem, vt per Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. cap. 8. §. 7. & in commento lit. D.* Tolet. *in sum. lib. 1. cap. 59. num. 4* Sayr. *de censur. lib. 3. c. 14. num. 5.* Auil. *de censur. part. 2. disp. 3. dub. vlt.* quicquid inuoluat Soat. *in simili tract. disput. 51. sect. 3. num. 12. ad med.*

2 *Duplici satisfactione compenset.*) Notatur ad hoc quòd Episcopus ordinans in Diaconum, seu Presbyterum seruum alienum scienta, tenetur pretium eius domino in duplo restituere, seruo libero manente. Henriq. & Auil. *citatis locis,* Tolet. *d. cap. 59. num. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 7. n. 63.* Soar. *d. sect. 3 num. 13.* vbi *num. 11.* resoluit huiusmodi duplam recompensationem statim deberi non expectata sententia iudicis.

CAP. Si seruus sciente. XX.

DE materia huius text. vide quæ dixi ad *cap. si quis incognitus 17. quæst. 2.* 1

Intra spatium vnius anni.] Computandi scilicet à scientia domini, non ab ordinatione serui, vt per gloss. *verbo vnius. in præsenti,* S. Antonin. *3. p. tit. 20. cap. 6.* Sayt. *de censur. lib. 6. cap. 54. num. 5.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 8. num. 12.* Ludou. Miranda *in man. Prelat. tom. 1. q. 17. art. 2. conclus. 4. in fine,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. 30. tractat. 2. num. 63.* Sanch. *in præcopta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 46.* 2

In gloss. *Sed non à curiali.* Notatur ad hoc quòd
Episcopalis dignitas à patria potestate liberat, per iura 5
ab ea citata tradunt Pinel. *in l. 1. num. 42. C. de bonis mater.* Bernard. *reg. 235.* Couar. *in cap. quia nos, num. 5. de testament.* Garc. Falcon. *reg. 198.* Corr. *in memorabil. verbo Episcopalis dignitas,* Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 8. tit. 29 de patria potest. num. 4. pag. mihi 403.* Ascan. *de patria potest. cap. fin. numer. 49* Menoch. *remed. 15. recup. 321.* Gutier. *in repet. §. sui num. 10. & 11. Instit. de hæred. qualit.* Valdes. *ad Xuar. part. 2. pag. 62.* Azor. *institut moral. part. 2. lib. 4. cap. 32. quæst.* Molin. *de instit. tractat. 2. dispnt. 229. vers. sextò,* Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 1. q. 8. num. 6. vers. octauò.* Thom. Valasc. *allegationum iuris tom. 1. alleg. 29. numer. 79.* Matt. *de iurisd. p. 4. cent. 1. casu 27. num. 4.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 1. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Nouitij olim non statim ad habitum Religionis admittebantur, sed gestare solebant secularem vestem toto probationis tempore.*

2 *Probationis tempus in Religionibus initio nascentis Ecclesiæ non erat definitum, sed apud quasdam longius, apud alias breuius.*

3 *Habitus Regularis à nouitio deferendus est hodie de essentia, atque substantia anni probationis.*

4 *Habitum Regularem suscipiens debet attenta dispositione Concilij Trid. per annum in probatione stare, itaut professio antea facta sit nulla.*

CAP. Multos. XXIII.

OLim nouitij non statim ad habitum Religionis 1
admittebantur, sed gestare solebant secularem
vestem toto probationis tempore; vt constat manifeste in illis verbis ibi, *probabitur priùs in laicali habitu constitutus, & ex text. in cap. legem 53. distinct.* ibi, *& iuxta normam regularem in suo habitu per triennium probati, & ex cap. 3. 17. q. 2. ante triennium monachi habitus non præstetur,* & multò post adhuc apud aliquos Ordines in vsu fuisse liquet, ex *cap. constitutionem, de Regularib. lib. 6.* ibi, *etiam in seculari habitu non mutato,* quæ tamen vsu contrario aboleri cœperunt, quia de substantia nouitiatus ex consuetudine cuiuslibet religionis esse vidimus nouitium tempore probationis habitum suæ religionis induere, vt admonuimus ad *d. cap. legem* Sic etiam ex supradict. iuribus colligi-
tur multis annis ab initio nascentis Ecclesiæ in Re- 2
ligionibus probationis tempus non fuisse definitum, sed apud quosdam longius, apud alios breuius, regula enim Pachomij, quam ab Angelo acceptam

ex

ex Palladin,& aliis refert Nicephor. *lib.9.cap.*14.præscribebat triennium probatinnis,idem constat ea Iustiniano *in auth. de Monachis collat.* 1. *nouel.* 5. idqoe vsu receptum videtur colligi ea Gregor.I.*lib.7. indict.* 2. *epistol.*11. vt habetur *in d. legem*;est etiam vbi idem Gregor. exigat biennium *lib.8. epist.* 23. relatus *in cap. monasteriis* 19.*quæst.*3. Redactum postea fuisse probationis tempus ad annum, constat ex Alex. II. *in cap. Gonsaldus* 17.*q.*2.*& in cap.ad Apostolicam,de Regularib.* Sed neque id perpetuum deinde fuit, & apud omnes Religiones receptum,quia ad professionem multos admissos ante caplerum annum probatur ea Alex. III, *in appendice Concilij Lateranen. part.* 27. *cap.* 5. vbi dimidius annus,vel integer ad professionem requiritur, & ex *d.cap. ad Apostolicam*, vbi etiam ante capletum annum ad professionem admittitur nouitius, dummodò tam ille, quàm Religio, in quorum fauorem introductum est tempus probationis, iuri suo velint renunciare,ac probatinnis annum diminuere. Deniqne lege statutum est qooad Mendicantes, Prædicatores,& Minores *in cap. constitutionem , de Regul. lib.* 6. vt ante completum annum probationis nullus ad professionem admittatut & eatensum deinde fuit ad alios *in cap.is qui,& in cap.non solum,& in cap.beneficum,eod. tit.de Regularib. in* 6.

3 Denique Concilium Trident. *sess.* 25. *de Regularib. cap.*15. nouè statuit vt in quacumque Religione tam virorum,quàm mulierum professio noo fiat ante decimumsextum annum capletum,nec qui minori tempore quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit,ad professionem admittatur,professio autem antea facta sit nulla , nullámque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel obligationis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus. Vnde iam constat habitum Regularem à nouitio deferendum esse de essentia,atque substantia anni probationis, vt resoluunt Doctores per me citati *in collect. ad cap. legem , vnic.* 53. *distinct.* Item eundem habi-
4 tum Regularem suscipientem debere per annum in
probatione stare, itaut professio antea facta sit nulla,
sicuti resoluunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2.
*quæst.*2. *art.*7.*& tom.*3. *quæst.* 15. *artic.* 1. *cum seqq.*
1 Azor. *instit. moral.part.*1. *lib.* 12. *cap.* 2. *quæst.* 6. *cum*
seqq. Valer.Reginald. *in praxi fori pænit. lib.*18. *num.*
285.*cum seq.* Armendar. *ad recopilat. legum Nauarra*
*lib.*2.*tit.*18.*l.*7. *de Religion. num.*4. *cum seqq.* Campan.
*in diuers. iuris Canon.rub.*12.*cap.*3.*à princip.*Fr.Ludou.
Miranda *in man.Prælat.tom.*1.*quæst.*22. *art.*1. *cum seqq.*
Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*5. *cap* 4.*num.*8.
cum seqq. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosor.*
*lib.*5.*q.*160. *cum seqq.* Bonacin. *de clausura , & pænis*
*eam violantibus impositis q.*2. *puncto* 10. *diffic.*1. §. 2.
Fr.Barthol.de Vecchis *in praxi seruanda in admitten-*
2 *dis ad Religionis statum nouitiis disput.*11. *dub.* 2. Ego
ipse *de officio,& potest. Episcopi part.*3. *alleg.*101.*n.*16.
cum seqq. vbi multis citatis Doctoribus hanc materiam
plenè tractaui,& ideò in præsenti repetere non oportet. Quomodo autem annus probatinnis in Religione complendus si fuerit bissextilis,dixi ad *cap. nullus pænitentem.*55. *dist.*

Distinctio LV.

Summarium.

1 *Dies duo pro vno cedant in mense bissextili in fauorabilibus, secus in odiosis.*
2 *Suspensus per mensem si incipiat mensis Februarij bissextilis,potest celebrare vltima Februarij die.*
3 *Dies bissextus computatur vbi sit mentio dierum, & non mensium.*
4 *Annus probationis in Religione quomodo complendus si fuerit bissextilis ostenditur.*

Cap. Nullus pœnitentem. II.

Ex Concil. Arelat III.

NNo *integro.*] De hac suspensione per annum à celebratinne agunt Syluest. *in sum. verbo suspensio n.*6. Cou. *in Clem. si furiosus part.* 1. *initio. num.* 10. Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. num.* 54. *& seqq.*Henriq. *in summ.lib.*13. *de excom. cap.* 38. §.3. *casu* 3. Sayr. *de censur. lib.*4. *cap.*12.*num.*20. Soar. *in simil. tractat. disput.* 31.*sect.* 5. *num.*6. vbi videtur sentire hanc suspensionem non esse ipso iure ferendam.

Gloss. *verbo anno, in præsenti* , notabilis est dum
primò firmans illos duos dies anni bissextilis compu- 1
tari pro vno,postea innuens suspensum per annum sufficere abstinere CCCLXV. diebus,videtur probare illam distinctionem,vt in fauorabilibus in mense bissextili duo dies pro vno cedant, secus in odiosis,ac proin-
de suspensum per mensem si incipiat mensis Februarij 2
bissextilis posse celebrare vltima Februarij die,vt pluribus citatis Doctoribus resoluit Sanch. *de matrimon. lib.*1. *disp.*24. *num.*18. subdens hoc esse intelligendum
quando computantur anni, vel menses,nam si compu- 3
tantur dies, vt si dicatur, *sit suspensus quadraginta diebus*,tunc enim computabitur dies bissextus,quia est verus dies, & sic erunt illi duo dies: & deinde similiter intelligit quando suspensio esset absolutè per mensem, secus quando esset per mensem Februarij , quia tunc cùm dies accrescens ratione bissexti, sit verè Februarij, non liceret vltima die Februarij celebrare.

Vnde quia in professione Nouitius se obligat , &
obligatio significat odium , ideò si nouitius compleat 4
probationis annum die 24. Februarij anno bissextili, non dicitur capletus hic annus, nisi secunda die, quæ etiam appellatur 24. idest 25 die , ac proinde emittere non potest professionem nisi eadem die 25. in puncto diei 24. Februarij præcedentis anni in quo suscepit habitum,ita tenent Fr.Emman.*tom.*3.*quæst.*15. *art.*4.*&* 5.Molin. *de instit.tractat.* 2. *disp.* 173. *vers. atque vt à minori ætate*, Sanch. *d.disp.*24. *num.*22.*vers.similiter credo*,Less. *de instit.lib.*2. *cap.*41.*num.*59.*vers. hinc sequitur*,Fr. Ludou.Miranda *in man. Prælat.tom.*1. *disput.*22.*art.*3.Fr.Barthol de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput.*11. *dub.*4.*num.*5. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.*1. *tit. de comitiis cap.*6.*num.*15.Ego ipse *de officio.& potest Episcopi p.*3. *alleg.*101. *post num.* 22.*secundum Lugdunen. impress.* vbi refero nouissimè Sacram Concilij Congregationem in vna Patauina de mense Iunij 1627. censuisse non valere professionem respectu anni bissextilis cuiusdam, qui ingressus est Religionem 27.Martij, & die 26. eiusdem mensis sequentis anni currenta anno bissextili emisit professionem.

Cap. Si quis abscidit. IV.

Ex Canonib. Apost.

IRregularitatem incurri ab eo, qui seipsum muti-
las, seu abscindit ea indignatione , ea ratione , quia 1
nemo membrorum suorum dominus est, per huncteat. tradunt Nauarr. *in man. cap.*27. *num.* 219. *vers.*

 seipsum

ſeipſum. Viuald. in candel. aureo tit. de irregul. num. 201. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 48. in princip. num. 5. verſ. nam etſi quis, & cap. 50. num. 1. Suar. de cenſur. tom. 5. diſput. 44. ſect. 2. n. 10. Sayr. in ſimili tract. lib. 7. cap. 1. num. 7. Auila eod. tract. part. 7. diſp. 3. dub. 1. verſ. ſed petis, Farin. in praxi crimin. part. 5. quaſt. 128. num. 32. Beller. diſquiſit. cleric. part. 2. tit. de diſcipl. cleric. §. 7. num. 9. Leſſi. de iuſtit. lib. 2. cap. 9. dub. 14. Molin. eod. tractat. de iuſtit. tractat. 3. diſp. 8. num. 2. ad fin. Item eandem irregularitatem incurrere, ac proinde clericus fieri non poſſe eos, qui ſe caſtrauerunt, ſeu permiſerunt ſponte ſe caſtrari, reſoluit idem Bellet. d. §. 7. num. 12. Amplia procedere etiamſi hoc fecerint vt caſtè viuant, pro vt dicam ad cap. ſi quis pro ægritudine, inf. hac ead. diſtinct.

2 In gloſſ. Clericus. ibi, ſed quid dices de Origene, & Refert hæc gloſſa Origenem ſe Eunuchum feciſſe vt liberiùs fœminis iuxta domos Euangelium prædicaret ſine periculo incontinentiæ, atque hoc minime obſtante Sacerdotem creatum eſſe Cæſareæ, vt narrat Euſeb. in hiſtor. Eccl. lib. 6. cap. 6. Vtrùm autem propter hanc ſui euirationem peccauerit mortaliter, vide Leſſi. de iuſtit. lib. 2. cap. 9. dub. 14. n. 98. in fine, Sayr. in claui Regia lib. 7. cap. 9 num. 2. ad med.

3 In ead. gloſſ. ibi, item Marcus. Refert hæc gloſſa ſanctum Marcum ſibi ex humilitate pollicem præcidiſſe ne fieret ſacerdus, ſed oportet aduertere non eſſe hunc Marcum illum, qui Euangelium ſcripſit, ſed alium quendam Marcum anachoretam, qui niſi id fecerit ex diuina inſpiratione, aut probabili ignorantia excuſetur proculdubio in eo laudandus non eſt. Vide Leſſi. d. lib. 2. cap. 9. dub. 14. n. 99. ad med.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis eſt ille, qui ſibi ipſi digiti partem volens abſciderit.*

2 *Digiti partem alteri abſcindens non incurrit irregularitatem.*

3 *Irregularitas an contrahatur ex mutilatione digitorum, quibus à Sacerdote Euchariſtia contrectatur, oſtenditur, & num. 8.*

4 *Irregularitas an incurratur ab eo, qui aliquem percutit, & vulnerat ſine mutilatione, & abſciſſione membri, ſi percuſſus ita deformis remaneat, vt quia irregularis ad Ordines promoueri nequeat, oſtenditur, & num. 5.*

CAP. Qui partem. VI. *Innoc.*

1 IRregularem eſſe illum, qui ſibi ipſi digiti partem volens abſciderit, per hunc text. tenent Suar. de cenſur. tom. 5. diſp. 44. ſect. 2. num. 10. Auil. eod. tract. p. 7. diſput. 3. ſub. dub. 1. vbi intelligit, quamuis talis abſciſſio notabilem deformitatem non inducat, nec celebrationem impediat.

2 Intellige tamen id procedere in præſcindente ſibi ex indignatione partem digiti, non autem in abſcindente alteri, quia iſte talis non eſt irregularis, cùm irregularitas non incurratur ex mutilatione, ſeu abſciſſione membri, quod licèt ad corporis ornatum, & decorem, integritatem, & perfectionem ſpectet, non habet tamen propriam, & per ſe diſtinctam operationem ab aliis, ſed coniunctam, & acceſſoriam cum aliqua participatione, prout eſt digitus pedis, vel manus, & ideò ſic reſoluunt. Nauar. in man. cap. 27. num. 206. verſ. ſecundò dico, Couar. in Clem. ſi furioſus part. 3. in initio num. 8. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 59. num. 2. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. part. 1. lib. 1. cap. 62. num. 4. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 15. à num. 13. Auil. eodem tract. part. 7. diſp. 5. ſect. 1. dub. 1.

3 Vtrùm autem ex mutilatione digitorum, quibus à Sacerdote Euchariſtia contrectatur, prout eſt pollex, aut index, vel medius, contrahatur irregularitas, quæſtio eſt dubia: in qua vna eſt opinio affirmatiua, quam ſequuti ſunt Sylueſt. verbo homicidium 3. quaſt. 3. verſ. quartum, Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 50. num. 2. Card. 4 Toler. in inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap. 27. notab. 3. Ratio eſt, quia irregularitas incurritur etiam ab eo, qui aliquem percutit, & vulnerat ſine mutilatione, & abſciſſione membri, dummodò percuſſus, & vulneratus ex vulnere, & percuſſione ita deformis remaneat, vt quia irregularis ad Ordines promoueri nequeat, percutiendo enim facere alterum inhabilem perinde eſt ac ſi membrum illi abſcinderet, ſicut reſoluunt Bonif. de Vitalio. in Clem. 1. de homicid. col. 6. Maiol. d. cap. 50. num. 4. & 9. in fine, & lib. 1. cap. 2. num. 10. verſ. decimanona, Viual. in candelab. aureo tit. de irregul. n. 35. nec diſſentire videtur Auila d. p. 7. rub. de irregul. ex defectu corporis diſput. 3. dub. 1. verſ. ex dictis ſequitur.

5 Altera fuit opinio præcedenti contraria, quòd ſcilicet nec ex abſciſſione prædictorum digitorum irregularitas contrahatur, quam tenet Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 15. n. 16. motus ex ratione etiam præcedenti contraria videlicet quòd non ſit irregularis percutiens, ſeu vulnerans aliquem, niſi membrum mutilet, aut abſcindat, etiam quòd ex illa percuſſione, ſeu vulnere percuſſus, ſeu vulneratus remaneat deformis, & ceu alias inhabilis ad Ordines, vt ex Nauar. dict. cap. 27. num. 107. firmat eodem cap. 15. num. 7. verſ. alij tamen, & num. 16. verſ. nec hoc mirum eſſe debet, & tranſire videtur Suar. de cenſur. diſput. 44. ſect. 2. poſt num. 10. & 12. quare vtraque opinio probabilis eſt, ſed prima probabilior.

SVMMARIVM.

1 *Clericus fieri poteſt, qui non ſponte, ſed caſu fuerit ſectus, vel caſtratus, & ſi iam ſit in ſuſceptis Ordinibus, miniſtrare poterit.*

2 *Caſtratus ob ægritudinem de conſilio medicorum ſine vlla diſpenſatione ad Ordines ſacros ab Epiſcopo ſuo promoueri poteſt.*

3 *Caſtratus ſua culpa, ob morbum ſcilicet Gallicum, non poteſt fieri clericus.*

4 *Clericus fieri non poteſt ille, cui fuerint abſciſſa virilia adultero a marito vlciſcente iniuriam, quia ipſum inuenit cum ſua vxore coire.*

5 *Medicus incurrit irregularitatem, ſi eius imperitia, aut negligentia ſequatur homicidium, aut mutilatio.*

6 *Medicus ab irregularitate erit immunis ſi in nulla fuerit culpa ſubſequuta mortis, omnémque ne ægrotus moriatur diligentiam adhibuerit.*

CAP. Si quis à medicis. VII.

Ex Niceno Concil.

PRobat hic text. quòd vbi quis non ſponte, ſed caſu fuerit ſectus, vel caſtratus, nempe propter infirmitatem, aut languorem, aut in cunabulis, ſeu à barbaris, aut per inſidias hominum, ſiue dominorum, poteſt fieri clericus, & ſi iam ſit in ſuſceptis Ordinibus, miniſtrare poterit, conſonant cap. Eunuchus, cap. ſi quis pro ægritudine, cap. ſi quis in infirmitate, cap. lator, cap. præterea, hac eadem diſt. tradunt Henriq. in ſumm. lib. 14. 1

lib. 14.*cap.* 8.§.1.Nicol.Grac. *de benefic. part.* 7.*cap.* 1 5. *n.* 7.Sayr.*In clavi Regia lib.*7.*cap.*9.*n.*34.*& seqq.*Beller. *disquisit. clerical. part.* 1.*tit. de disciplin. clerie.* §. 7. *n.* 16. Campao. *in divers. iuris Canon. rub.*11.*cap.* 17.*sub num.* 124 Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.* 1. *allegat.*42 *n.* 14. Et in hoc casu non est opus ei,cui virilia abscissa fuut,secum in puluetem redacta,aut sicca, portare, gloss. 1. *in dicto cap. eunuchus*, Abb. *in cap. ex parte num.* 6. *de corpore vitiat.* Beller. *dict.* §. 7 *num.* 17. plures citati ad Cened. *ad Decretales collect.* 69. *n.* 2. quibus addo Viuald. *in candel. aureo tit. de irregular.num.* 172. Tolet. *in sum. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 4 *ad fin.* Vgolin. *de irregul. cap.*40.*n.*5.

Quod adeò verum est vt hic sic ob ægritudinem de 2 consilio medicorum castratus sine vlla dispensatione ad Ordines sacros ab Episcopo suo promoueri possit, secundùm Nauar. *cons.* 2. *sub tit. de corpore vitiatis. in novis*, Sayr. *sub eodem titulo decis.* 3. quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.* 2.*alleg.*42. *n.*16.*in fin.*

Limita tamen, nisi id sua culpa acciderit, veluti si 3 cognouit carnaliter mulierem habērem morbum Gallicum,& ex huiusmodi contagio amisit membrum genitale, attento quòd ex hoc id solet succedere, nisi ignoranter eam cognouisset, quàm sanam putabat, vt per Fr. Emman *in sua summa tom.* 1. *cap.* 158. *n.* 7. 4 Idem si fuerint abscissa virilia adultero à marito vlciscente iniuriam, quia ipsum inuenit cum sua vxore coire, sicut tradunt Villadieg. *de irregul. tit. de corpore vitiatis. col.* 2. Vgolin. *eodem tract. cap.* 51. *num.* 3. Couar. *in Clement. si furiosus part.* 1. *in initio num.* 6. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 51. *sect.* 2. *n.* 8. Sayr. *eodem tract. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 12. *&* 13. Molin. *de iustit. tract.* 3. *disp.* 70. *n.* 18. Campan. *in divers. iuris Canon. rub.* 11. *cap.*17.*n.*11.

In gloss. *A medicis.* ibi, *Tamen imperitia eius culpa* 5 *annumeratur.* Notatur ad hoc quòd irregularitatem incurrit medicus si eius imperitia, aut neglicentia sequatur homicidium, aut mutilatio, vt per Maiol.*de irregul. lib.* 2. *cap.* 12. *tit. de medicorum irregul. num.* 1. Soar. *de censur. tom.* 5. *disput.* 47. *sect.* 7. *n.* 1. *& seq.* Sayr. *in simili tract.lib.*7.*c.*4. *n.*5. *vers. medicus etiam,* vbi *num.* 6. agit in specie de medico dante infirmo 6 medicinas non proprias. Sic è contrario medicus ab irregularitate erit immunis si in nulla fuerit culpa subsequutæ mortis, omnémque ne ægrotus moriatur diligentiam adhibuerit, ita Maiol. *vbi suprà num.* 6. Cuuar. *in Clem. si furiosus part.* 2. §. 9. *n.* 2. Auil. *de censur. part.*7. *disp.* 6. *sect.* 2. *dub.* 10. *concl.* 1. Sayr. *dicto lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 8. vbi propterea dicit tria præcipua esse necessaria ad hoc vt medicus non teneatur de morte infirmi, primum vt sit peritus in illa arte,& professione, secundum vt adhibeat omnem diligentiam iuxta artis præcepta, tertium vt admoneat infirmum, vt præcaueat ab ijs, quæ sibi nocumento futura sunt.

Cap. Eunuchus. VIII.

Ex Canon. Apost. 21.

1 V*El si in persecutione,* &c.] Quid si quis euirationem iussam à tyranno, vel quamcumque aliam mutilationem, quæ non sit partis necessariæ ad Ordines, aut notabilem deformitatem inducat, sibi ipsi inferat ad conseruandam vitam, & fugiendum maius malum, an incurrat irregularitatem,peccatúmque committat, solet à Doctoribus in dubium reuocari? affirmatiuè respondent Sot. *de iustit. lib.* 5. *quæst.* 2. *art.* 1.*concl.*3. Salon. & Arag.2. 2. *quæst.*65.*art.*1.Sayr. *in clavi Regia lib.* 7. *cap.* 9. *n.* 37. *ad fin.* Verùm contrariam opinionem tenent Petr. Nauar. *de restit.lib.*2. *c.* 3. *n.* 98. *&* 99. Sà *in aphorism. verbo homicidium, in fine*, Tolet. *in sum. lib.* 5.*cap.* 9. *n.*4. latè Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 4. *n.* 101. subdens etiam ex propria voluntate, absque tamen iussione tyranni sine peccato fieri posse quando prudenter crederetur illum hoc facto ad misericordiam commouendum.

In gloss. *Si in persecutione.* ibi, *non est ergo neces-* 2 *se,*&c. Natatur ad hoc quòd non est opus ei, cui virilia per insidias hominum, vel in persecutione amputata sunt, vel Eunuchus natus est, illa secum in puluerem redacta, aut sicca portare si fiat clericus, vt dicunt vulgares, referunt, & sequuntur Abb. *in cap. ex parte num.* 6. *de corpore vitiatis*, Villadieg. *de irregularitate cap.*11. *n.* 3.*pag.* 159. Felician. *de censur. tit. de irregular cap.* 6. *pag.* 423. Alber. Troc. *de vero, & perfecto clerico lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 8. Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 200. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. cum corpore vitiatis n.* 15. Petr. Plac. *de delict. cap.* 25. *n.* 5. Viuald. *in candel. aureo tit. de irregul. ex corpore vitiatis. n.* 181. Bellett. *disquisitionum clericalium p.* 1. *tit. de discipl. clericali* §.7. *n.*17. Auil. *de censur.p.*7.*disp.*3. *dub.*1.*vers.sequitur tertiò.*

Cap. Si quis pro ægritudine. IX.

Ex Martino.

PRobat hic text. quòd ij, qui se castrauerunt, seu 1 permiserunt spontè se castrari, vt castè viuerent, non possunt esse clerici, sicuti per hunc textum,& alia similia iura resoluunt Nicol. Garc. *de benefic.p.*7.*cap.* 12. *à n.*7. Bellett. *disquisitionum clericalium. p.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 7. *n.* 12. Molfes. *in summa Theologiæ moralis tractat.* 2. *cap.* 16. *n.* 16. Rogue. *de Missa in Ecclesia q.*12.*n.*2.Ego ipse *de officio,& potestate Episcopi part.*1.*allegat.*42.*n.*13.

Non enim per abscissionem corporis à Deo plasma- 2 mati existimare debent posse à se carnales concupiscētias emputare, sed per disciplinā Religionis, vel abstinentiæ, vnde illud *Matth.* 19. quatenus Dominus noster dicit esse Eunuchos, qui se castrauerunt propter regnum Dei, est intelligendum de Eunuchis spiritualiter, idest, de iis, qui se abstinent perpetuò à concubitu fœminarum, prout interpretantur D. August. & alij, quos congerunt Couar. *in Clem. si furiosus part.* 1. *in initio num.* 6. *vers. quintò*, Bellet. *d.* §. 7. *n.* 13. Campan. *in divers. iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 17. *n.* 12. vbi etiam secundùm Chrysost. quem refert Sot. *de iustit. lib.* 5. *quæst.* 2. *art.* 1. *in fine*, dicit intelligi posse de illis, qui non per membrorum abscissionem, sed per malarum cogitationum interemptionem se castrauerunt. Vnde carni repugnare nescit, qui non ad ieiunia, flagellationes, humi cubationes, frequentiam Confessionis, & augustissimæ Eucharistiæ, sed ad amputanda virilia confugit, cùm certum sit Eunuchos libidine magis incendi, vt bene probant Petr. Greg. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* . *cap.*2. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.*7.*num.*12.

Cap. Si quis in infirmitate. X.

Ex Concil. Ilerden.

M*Edicorum incisione claudus.*] An & quando clau- 1 dus possit promò promoueri, aut ad cæteros Ordines ascendere, vel in susceptis ministrare, vide Maiol *de irregul.lib.*1.*cap.* 18. *n.* 2. Tolet. *in sum. l.* 1. *cap.*62. *n.* 1. Henriq. *lib.* 14. *c.* 8. §. 1. Nauar. *in man.*

cap. 17. n. 199. Soar. *tom. 5. de censur. disp. 51. sect. 1. n. 11. & 13.* Sayr. *in simili tract. lib. 6. cap. 8. num. 22.* Auil. *eo. tract. part. 7. disp. 8. dub. 1. vers. sed circa*, ex quorum dictis colligitur eum qui ita sit claudus vt cruribus, vel pedibus careat, esse irregularem tam ne primò promoueatur, quàm ne post promotionem ad alios, vel ad Altare ascendat; addunt verò exigente iusta causa dispensari posse cum claudo, qui potest stare ad Altare si habeat claudicationem ante Ordines, & & nec baculo, nec pede ligneo indigeat, nisi magna fuerit deformitas, si claudicatio extra culpam claudicantis contigit.

2 Nota quòd ligneo pede incedens ad Ordines promoueri non potest, secundùm Flamin. Paris. *de resignat. lib. 5. quest. 6. n. 46.* Molin. *de iustit. tract. 3. disp. 70. n. 9.* Sayr. *d. lib. 6. cap. 2. n. 22.* Bonacin. *de censur. disp. 7. quast. 2. puncto 2. num. 15.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 17. n. 127.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 7. num. 23.* quos refero *de officio, & potest. Episc. part. 2. allegat. 62. n. 40.* & aduertunt Maiol. *d. cap. 18. n. 3.* ac Auila *d. disp. 3. dub. 2. vers. vnde sit prima concl.* quòd poterit Episcopus dispensare cum Religioso, vt celebret cum pede ligneo, & quòd poterit etiam superior dispensare cum Religioso Sacerdote facto claudo post sacerdotium, itaut celebrare possit cum pede ligneo. De his, qui habent pedes distortos, vel pedum digitos amissos, vide Trot. *de vero, & perfecto cleric. lib. 2. c. 16. num. 9.* Rebuff. *in praxi benef. p. 3. tit. de dispensat. cum corpore vit. n. 6.* Molin. *num. 3.* Sayr. *num. 23.* Auil. *disput. 3. dub. 1. vers. sequitur tertiò, citatis locis.*

Cap. Si Euangelica. XIII. & vlt.

Gelasius.

1 GElasius relatus in præsenti scribit Ruffino Episcopo non esse præstanda iura sacerdotij, cui oculus erutus est, & ideò istum talem non posse fieri clericum etiam primæ Tonsuræ, traduor Seraphio. *decis. 625. n. 1. cum duobus seqq.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 199.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 17. n. 70.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 2. alleg. 42. num. 29.*

2 In gloss. *Ianitus.* ibi. *arg. est ad quest. quòd si sponsa est oppressa à sponso, non posset intrare Religionem*, &c. De hoc vide Greg. Lop. *l. 4. gloss. fin. tit. 1. p. 4.* Syluest. *verbo diuortium quest. 5. num. 8.* Perez *l. 1. vers. circa premissa tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 12.* Couar. *de sponsalib. 4. p. 2. c. 7. §. 4. num. 10.* Henriq. *in sum. lib. 11. de matrim. cap. 8. §.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrimon. par. 2. num. 106.* Valasc. *cons. 19. num. 5. tom. 1.* Sanch. *de matr. lib. 1. disput. 37. num. 5. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Presbyterorum filij ad sacra Officia non sunt admittendi.*

2 *Filij legitimi Presbyterorum an possint succedere patri in beneficio, quod ipse possedit nulla persona mediante, remissiuè.*

3 *Monasterij ingressus tollit irregularitatem consurgentem ex defectu natalium quoad Ordines tantùm.*

4 *Episcopus cum illegitimis an & quando ad Ordines, & beneficia dispensare possit, remissiuè.*

Distinctio LVI.

1 GRATIANVS in hac Distinctione agit de Presbyterorum filiis ad sacra Officia non admittendis, de qua materia, & latè de illegitimorum inhabilitate, seu irregularitate ad Ordines, & beneficia citaui plures Doctores *ad rub. de filijs presbytor. in Decretal. & in collect. ad textum illius tit.* reperies multa, quæ hîc desiderari poterant.

2 In gloss. *Presbyterorum.* ibi, *de legitimis filijs non est dubium quin licitè promoueantur*, &c. Et an isti tales possint succedere patri in beneficio quod ipse possedit nulla persona mediante? vide per me resoluta *de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg. 65. num. 16. & in collectan. ad cap. ad extirpandas 11. de filijs Presbyt. n. 1.*

3 In ead. gloss ibi, *quia ingressus monasterij tollit irregularitatem.* De hoc latè dixi *in collect. ad cap. 1. de filijs Presbyt. in Decretal.* Intellige de sola irregularitate consurgente ex defectu natalium quoad Ordines suscipiendos tantùm non sic de aliis irregularitatibus, vt per Couar. *in Clem. si furiosus part. 2. §. 2. num. 6.* Nauar. *in commento 2. de Regular. num. 60.* Henriquez *in sum. lib. 14. de irregular. cap. 7. num. 2.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 12. c. 5. quest. 12. & part. 2. lib. 6. c. 4. quest. 10.* Auil. *de censur. part. 7. disp. 10. dub. 3.* Suar. *eodem tract. disp. 41. sect. 1. n. 3.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 80. num. 4.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 8. num. 73.*

4 In ead. gloss. ibi, *Et dico Episcopum posse dispensare circa tales*, &c. An & quando Episcopus cum illegitimis ad Ordines, & beneficia possit dispensare, dixi latè *de officio, & potestate Episcopi part. 2. allegat. 45. per totam, & in collectan. ad cap. 1. de filijs Presbyter. lib. 6.*

Cap. Presbyterorum. I. *Vrban.*

1 EX hoc text. colligitur illegitimum per ingressum in Religionem (cum effectu scilicet) aptum fieri ad Ordines, de quo latè dixi *in collect. ad cap. 1. de filijs Presbyter. in Decretalib.* & *ibi* citatis addo Fratrem Bartholom. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs disp. 5. dub. 6.*

2 In gloss. *Filios.* ibi, *Sed nunquid hoc ad nepotes extenditur*, &c. Vide quæ dixi *in collect. ad cap. ad extirpandas. 11. n. 4. de filijs Presbyt. in Decretalib.*

Cap. Osius, II. *Damasus.*

1 NOmina plurimorum Pontificum Cardinalium, Episcoporum, & clarissimorum virorum, qui fuerunt spurij, referunt Tiraquel. *de nobilit. c. 15. n. 31. cum seq.* Ioan. Rojas *de succession. cap. 15. ex num. 31.* Card. Paleoth. *de nothis, & spur. c. 66.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 8. §. 3. n. 8. cum seqq.* vbi ait illegitimos aliquando solere acutioris esse ingenij, & perspicaciores legitimis, & exemplificat in Salomone, Romulo, Alxandro Magno, Hercule, Iephthe, Iabel, Tubalchain, Batolo, & Iasone, refert Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs disp. 5. dub. 4. n. 7.*

Cap. Vndecumque. III. *August.*

1 ELeganter Augustinus *lib. de bono coniug. cap. 16.* relatus in hoc text. nobis ostendit non genus hominum, sed personas esse perpendendas, cunctis enim vnam atque eandem nobilitatem donauit Deus cùm

dignatus

dignatus est omnium patet vocari, vt ait Chrysostom. *homil.20 in Matth.* qui etiam super illud Matth.4. *Patrem habemus Abraham, Quid,* inquit, *Timotheo nocuisse creditur quòd fuit ex patre gentili, aut quid nocuit Abraha, quod patrem habuit Tharam luteorum Deorum cultorem? nònne separatus à genere suo positus est in caput filium, vt non iam diceretur filius peccatorum, sed pater Sanctorum, nec potuerunt eius gloriam sordidare paterni errores. Non ergo,* concludit Augustin *super Matth. contemni debet filius probus ex infimo patre natus, nam splendidum lumen de fumo, lilium candens de sentibus, rubens rosa de spinis exoritur.* Vide alia plura, quæ in huius rei argumentum cumulaui *de officio, & potest. Episcopi part.1 tit.2 gloss.17 num.12. cum seqq.*

2 In gloss. *Sic mali filij.* ibi, *Sed verum est quod non nocet delictum patris,* &c. Notatur ad hoc quòd ecclesiasticis pœnis vnus pro alio puniri non potest, vt per Menoch. *cons.99. num.* 8. De validitate autem legum, vel statutorum imponentium pœnas temporales filiis ob parentum delicta, vide Doctores, quos citaui *in collect. ad Extrauag. vnic. num. 1. & 3. de pœnis Ioan. XXII.*

SVMMARIVM.

1 *Filij eorum, qui committunt crimen læsæ maiestatis humanæ contra Principes seculares non priuantur beneficijs obtentis ante parentum delictum.*

2 *Filij committentium crimen læsæ maiestatis humanæ in Principes temporales redduntur inhabiles ad beneficia in posterum consequenda, si tempore delicti paterni nondum erant clerici.*

3 *Pœna patris committentis crimen læsæ maiestatis humanæ non imponuntur filio clerico.*

4 *Delictum quotiescumq; est graue potest quis beneficio priuari si exprimatur à iure.*

5 *Condemnatio nulla quamuis sit ad perpetuos carceres, non se extendit ad priuationem beneficij nisi exprimatur.*

Cap Satis peruersum. VII. *Greg.*

1 AB *officio, quo fungitur,* &c.] Intellige de officio, siue Ordine obtento post delictum patris, nam si ante delicti paterni sententiam ordinatus sit, non incurret filius propter illud suspensionem & priuationem talis Ordinis, vt per Maiol. *de irregular. lib. 5. cap. 46. n.6.* Soar. *de censur. disp.43. sect. 3. n. 1. in fine,* Sanch. *in precepta Decalogi tom.1 lib.2. cap.* 28. *num.* 10. sicut nec incurret priuationem beneficiorum obtentorum ante declarationem criminis parenti, quod in filiis etiam punitur, nam superueniens crimen non facit inhabilem ad beneficium iam obtentum, vt per Simanch. *de Cathol. institut. tit.29. num.1. & in enchirid. tit.69. n.9.* Clar. § *hæresis num.16.* Otalor. *de nobil. part.4. princ. cap.9. num.9.* Couar. *lib.2. variar. cap.8. numer.* 1. Perez *l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordin.* Penia *in direct. Inquisit. part.3. comm.* 163. *vers. ego verò,* Hoied. *de incomp. benef. p. 1. cap. pen. num.* 100. Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 46. num.6. limit.7.* Menoch. *cons.805. num.33. & cons.* 808. *num.36.* Azeued. *l.1. num.206. tit.3. lib.8. noua recop.* Petr. de Ledesma *in sum. part.2. tract.1. cap.6. post. 17. concl. diffic.1.* Param. *de origine S. Inquis. l.3. quæst. 9. num. 103. cum seqq.* Soar. *de censur. disput. 43. sect.3. num.2. in fin.* Sanch. *in precepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 28. n.* 28. quicquid dicat Nicol. Garc. *de benefic. part. 11. cap.10. num.77.*

In glos. *Satis peruersum, vnic.* ibi, *sed illud ideo perdit,* &c. Notatur ad hoc quòd filius, qui beneficium adeptus est ob patris pecuniam, licèt ipse filius id omnino ignoret, beneficium perdit, quia furtiuum est, vt per Ludou. Gom. *in reg. de triennali quæst. 12. vers. & ista,* Cassad. *decis. 3. num.3. de sequest. possess.* Vega *in sum. part. 1. cap. 101. casu* 33. Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 35. n. 142.* Suar. *de Relig. tom. 1. tract. de simon. cap. 38. num.* 35. Nicol. Garc. *de benef. part. 8. c. 1. n. 6.* quamuis contrarium teneant Couar. *in reg. peccatum part. 2. § 8. num.* 8. Corras. *part. 4. c. 1. n.* 3. Nauar. *in man. cap. 25. n. 113. & cons. 37. n. 3. & cons. 95. & 96. de simon.*

In ead. gloss. ibi, *sed quid si pater commisit crimen læsæ maiestatis,* &c. Hæc gloss. dum indistinctè resoluit filium non esse priuandum beneficiis si pater commisit crimen læsæ majestatis humanæ, iam videtur probare hoc esse intelligendum tam de beneficiis obtentis, quàm obtinendis, ita tenent Roland. *cons.1. n. 15. vol. 4.* Hippol. *in rub. de fideiuss. num.* 110. Centul. *in addit. ad Farin. decis.62. p.1. lit B. ampl.1.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1 lib 2. cap.28. n.18.*

Verùm ex ratione quam præstat gloss. ibi, *quia cùm clericus est à iurisdictione Principis exemptus,* videtur colligi filios eorum, qui committunt crimen læsæ maiestatis humanæ contra Principes seculares non priuari beneficiis obtentis ante parentum delictum, quia hoc modo iam tempore delicti commissi erant actu clerici, cùm beneficia non conferantur, nisi clericis, ac proinde infamia, de qua *in l. quisquis §. filij C. ad leg. Iul. Maiest.* eos vti à iurisdictione Principis secularis exemptos comprehendere non potest, quare ita tenent Gig. *in tract. de crimine læsæ maiest. lib.3. tit. 1. de pœnis quas incurrunt filij q. 9.* Couar. *var. l. 2. c. 8. num.4. ad. fin.* Perez *tit. 7. lib. 8. Ordin. pag.197.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 116. n. 117.* Sanctarel. *de hæresi cap.14. dub.2. n.5.* vbi *num.6.* post Decian. *in tractat. crimin. lib. 7. cap. 41. n. 11.* subdit filios committentium crimen læsæ maiestatis humanæ Principes temporales 2
reddi inhabiles ad beneficia in posterum consequenda, si tempore delicti paterni nondum erant clerici, quia talis vt subditus incurreret infamiam comminatam *in d. l. quisquis §. filij verò,* ac proinde eo ipso sic factus infamis consequitur ex iure Canonico vt fiat irregularis, iuxta *cap. infames 6. quæst.1.* & regulariter infames secundùm leges, sunt infames secundum Canones, ex *cap. omnes verò 7. quæst. 1.* & docent Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 1. n. 3.* Azor. *institut. moral. part.1. lib.6. c. 7. q. 3.* Suar. *tom. 5. de censur. disp. 48. sect.1. n.4. & 5.* Auila *in simili tract. part. 7. disput.4. dub.5. concl.1.*

Vnde colligitur, quòd pœnæ patris committentis
crimen læsæ maiestatis humanæ non imponuntur 3
filio clerico, secundum Roland. *cons.16. num. 15. lib.4.* Baiard. *ad Clar. §. læsa maiestas num.19.* latè Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 45. per tot.* Hinc etiam procedit vt si filij ad Ordines promoti sunt ante parentis delictum, non priuantur vsu Ordinum, secundùm Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 10. & 18.*

Et quamuis aliqui ex hac gloss. desumere tentaue- 4
rint quòd quotiescumque delictum est graue, potest quis beneficio priuari (ad quod, meo iudicio, ineptè adducitur) ex quorum numero sunt Selu. *de benef. part. 3. quæst.2. num.2. cum seqq.* & Rebuff. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia num.* 61. Intelligendum tamen est si exprimatur à iure, aliàs non secundùm Doctores, quos refert, & sequitur Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos. 14. n.139.* quia nulla condemnatio, quamuis sit ad per-
petuum carcerem, se extendit ad priuationem beneficij, 5
nisi exprimatur. Mandos. *de monit. q.16. num.1.* Gonzal. *vbi suprà num.* 137.

6 In ead. gloss. ibi, *hoc tamen scias quòd multoties quis punitur sine culpa, non tamen sine causa*. Adducunt Doctores ad paruulos occisos in expugnatione vrbis hostilis, in bello iusto, quos quidem interficere licere secundariò, & indirectè resoluunt Victor. *in relect. de iure belli n.* 37. Valent. *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 16. *puncto* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 14. Azot. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 7. *q.* 7. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 7. *n.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Incontinens præsumitur ille, qui patrem incontinentem habuit.*

2 *Filij solent esse imitatores paternæ incontinentiæ.*

3 *Filius est argumentum ambulans super terram de incontinentia patris.*

4 *Filius vnde dicatur ostenditur.*

CAP. Si gens Angelorum. X.

1 DE *tali commistione*, &c.] Notatur ad hoc quòd incontinens præsumitur ille, qui patrem incontinentem habuit, vt per Menoch. *de præsumpt. lib* 6. *præs.* 58. *n.* 6. nam adulterinæ plantæ non dabunt radices altas, nec stabilem sedem ponent, de quo Alciat. *lib.* 10. *parerg. cap.* 8. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem not.* 3. §. 10. *num.* 3.

2 Paleoth. *de nothis & spur. cap.* 55. *num.* 1. Menoch. *de arbitrar. casu* 464. *num.* 17. Solent enim filij imitatores esse paternæ incontinentiæ, iuxta vulgatum illud,

Et patris ignoti abeunt cum semine mores,

& deinde.

Sæpè solet similis filius esse patri,

referũt gloss. *verbo defectu, in cap. fin. de filijs presbyter. lib.* 6. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de discipl. Cleric.* §. 3. *n.* 9. Campa. *in diuers. iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *sub num.* 12. *vers. testia*, iunctis his quæ eleganter congerit Cæli. Rhodig. *lection. antiq. lib* 3. *cap.* 18. succurritque illud Horatij.

Fortes creantur fortibus, & bonis,
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

3 Et filius est argumentum ambulans super terram de incontinentia patris, *cap. priusquam in fine* 28. *dist. cap. propos uisti, circa princip. & ibi gloss. verbo filij* 82. *dist.* Vnde aliqui secundùm Pett. Gregor. *syntagm. lib.* 10.

4 *c.* 3. *n.* 4. dixerunt filium pro effigie, & similitudine interpretari, quia plerumque filij non solùm corporis, sed etiam animi, idest, moris parentum referunt similitudinem, vt Cicero sæpius testatur, & optimè *lib.* 6. *epistol. imago animi, & corporis filius*, licèt frequentius, & fortè melius filium ἀπὸ τοῦ φιλεῖν, idest, ab amore, quòd omnium constantissimus amor sit parentum in filios, Doctores deriuari tradant, secundùm gloss. *verbo appellamur in* §. *vlt. Institut. qui tutores dare possunt*. Tiraquell. *in l. si vnquam, in præfat. num.* 11. *vers. ne quid. C. de reuocand donat.* Conan. *comment. iuris Ciuilis lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 2. Rojas *in epitom. success. cap.* 2. *n.* 5.

Nec in bello fortes.] Notatur ad hoc quòd vacantes libidini sunt alijs in bello deteriores, vt per Tiraquell. *l.* 15. *connub. gloss.* 1. *num.* 15. Palat. *dict.* §. 10. *num.* 2.

DISTINCTIO LVII.

CAP. Si quis, vnic.

Ex Neocæsariensi Concil.

CONCILIVM Neocæsariense *c.* 12. quod refert. Gratian. *in præsenti*, statuit vt non ordinetur Presbyter, qui in ægritudine constitutus baptizatur, nisi fortè postea ipsius studium, & fides probabilis fuerit, ita Roman. *sing.* 421. incip. *An factus Christianus*, Anton. Ricciul. *post tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. tit. de Neophit. c.* 3. *n.* 2. 6. & 7. Viuald. *in candel. aureo, tit. de irregular. n.* 45. Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 30. Tolet. *in sum. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 30. quæ quidem irreg laritas non est propter culpam, vt existimat Soar. *de cens. disp.* 42. *sect.* 1. *num.* 5. quamuis ea fortè daretur, vt supponit H nriq *in sum. vbi de irregular. cap.* 4. *num.* 7. sed propter minorem Ecclesiæ satisfactionem ea tali conuersione, vt optimè notat Illustriss. D. meus *in præsenti n.* 2. Vnde vulgò colligitur nouiter conuersos etiamsi non fint ante rationis vsum baptizati, sed post, posse iam satis moribus, in Christiana disciplina instructos ad sacros Ordines, & beneficia promoueri cum iudicio Episcopi, vt per Couar. *in Clem. si furiosus part.* 1. §. 2. *n.* 4. *concl.* 3. Auil. *de censur. part.* 7. *disp.* 4. *dub.* 4. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 28. *n.* 12. 1

Nisi fortè postea ipsius studium, & fides, &c.] Aduertit Soar. *d. sect.* 1. *n.* 6. etiam requiri dispensationem, quamuis iste purget suspicionem per fidei, & religionis manifestationem, & necessitas ministrorum vrgeat, subditque contra Maiol. ab Episcopo huiusmodi dispensationem præstari posse, adueniente aliqua ex conditionibus requisitis, scilicet purgatione suspicionis, aut raritate ministrorum, cùm hic text. vtatur terminis disiunctiuis. 2

DISTINCTIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non ordinatur clericus nisi voluntate Abbatis Episcopo fuerit oblatus.*

2 *Regulares ordinandi sunt ab Ordinario loci in quo situm est monasterium, quod inhabitant, accedentibus tamen litteris dimissorijs suorum Regularium superiorum.*

3 *Decretum Sacræ Congregationis Concilij refertur.*

4 *Nouitius à suo Prælato habere debeat facultatem, & litteras dimissorias quatenus legitimè ordinetur, ostenditur.*

5 *Nouitius non indiget licentia Superioris Religionis vt ad Ordines se promoueat.*

6 *Nouitius si ad Ordines accederet absque sui Superioris Religionis assensu, sufficiens indicium præberet se velle Religionem deserere.*

7 *Patres Societatis Iesu habent priuilegium mittendi suos subditos ad quoscumque Episcopos causa suscipiendi Ordines.*

CAP. Nullus. I. Greg.

GREGORIVS scribens Mariniano Episcopo Rauennati *lib.* 7. *epist.* 18. relatus à Gratiano *in præsenti*, tradit vt Monachus non ordinetur clericus nisi voluntate Abbatis Episcopo fuerit oblatus. 1

2 oblatus. Vnde attentis etiam particularibus Decretis hac de re factis Regulares ordinandos esse ab Ordinario loci, in quo situm est monasterium, quod inhabitant, accedentibus tamen litteris dimissoriis suorum Regularium Superiorem, tradunt Maiol. *irregularit. lib. 4. c. 20. num. 1.* Nauar. *consil. 21. in antiq. alias 36. in nouis de tempor. ordinat.* Sayr. *in florib. decis. sub eodem tit. decis. 24.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 12. cap. 13. à num. 33.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prelat. tom. 1. quaest. 39. art. 2.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 4. num. 36.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract. 2. c. 1. q. 1. in fine,* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. op. Neapolit. in dec. 118. num. 3. part. 4.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 2. alleg. 4. num. 60.*

3 Et Clemens VIII. in ordinandis Regularibus mandauit expressè omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilij continentur, cuius tenor est talis. *Congregatio Concilij censuit Superiores Regulares posse suo subdito item Regulari qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum nempè illius monasterij, in cuius familia ab ijs, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, etsi Diœcesanus adfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tēpus, quo Episcopus Diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habiturus ordinationes esset. Verùm cum a Superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente vel Ordinationes non habente, littera dimissoria dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum exprimendā esse, quod qui nō fecerint, officij & dignitatis seu administrationis, ac vocis actiua, & passiuæ, & priuationis ac aliis arbitrio eiusdem S. D. N. Papæ reseruatis pœnas incurrent.* In quorum fidem, &c. Referunt Cappuccin. *in addit. ad compend. verbo. Ordine sacri.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. cap. 1. num 14.* Vgolin. *de potest. Episc. cap. 26. §. 20. num. 8.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 37.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 28. art. 2.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract. 1. cap. 2. num. 13.*

4 Vtrum autem nouitius ordinari cupiens indigeat licentia Superioris Religionis in qua probationem facit, poterit ab aliquibus in dubium reuocari, cuius dubij decisio pendet ab alterius resolutione, scilicet à quo Prælato dependeat, seu habere debeat nouitius facultatem, & litteras dimissorias quatenus legitimè ordinetur, & in primis hoc spectare ad Episcopum, in cuius diœcesi est nouitius, tenent Cuch. *l. 3. instit. maior. tit. 1. de Regul. n. 94.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 6. c. 1. n. 3.* Sanc. *in præcepta Decalogi t. 2. l. 6. c. 10. n. 21.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis. 118. n. 6. part. 4.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcop. part. 2. alleg. 4. n. 62. & 63.* Alij verò non incongruè sustinent id pertinere ad Episcopum, in cuius diœcesi domicilium habebat, quando ingressus est Religionem, vt sunt Henriq. *in sum. lib. 10. de sacram. Ordinis c. 23. §. 3. in commento lit. F.* & Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 12. num. 9. & tom. 3. etiam de Relig. lib. 5. cap. 16. n. 17.* ex quibus apparet vtramque opinionem esse probabilem.

5 Vnde infertur resolutio quæstionis propositæ, vt scilicet nouitius non indigeat licentia Superioris Religionis, quia cùm idem Superior tempore probationis iurisdictionem non habeat quasi Episcopalem absolutam in nouitio, sed magis limitatam ad finem tantùm probationis, spectat ad Episcopum conferre litteras dimissorias iuxta resoluta. Ac si ad Ordines accederet absque sui Superioris Religionis assensu, sufficiens iudicium præberet se velle Religionem deserere, aut forsan sufficientem præstaret causam expellendi eum a Religione, quia talis actio esset grauis deordinatio contra disciplinam Regularem, nec careret culpa graui, sed non mortali. 6

7 Si vero Religio gauderet priuilegio mittendi suos subditos ad quoscumque Episcopos, causa suscipiendi Ordines (vt sunt Patres Societatis Iesu, sicut attestatur Piasec. *in praxi Episc. part. 1. cap. 1. num. 10. vers. 4. extende,* quem refero ego ipse *d. alleg. 4. num. 60.*) est probabile integrum esse Superiori Religionis conferre nouitio hanc licentiam, litteras ue dimissorias, vt à quoque Episcopo Ordines susciperet, sicut tradunt Suar. & Sanch. *citatis locis.*

Cap. Si quis. II. & vlt.

Ex Concil. Carthag. V.

1 Ex Carthaginensi Concilio V. *cap. 13.* Gratianus *in præsenti,* tradit Episcopum promouentem Regularem absque dimissoriis sui Superioris Regularis incurrere pœnam, vt à reliquorum communione seiunctus suæ tantummodo plebis communione sit contentus, cuius text. verba illa *vt priuatus sit a communione cæterorum,* intelligenda sunt, idest, Episcoporum, sicut interpretantur Syluest. *in sum. verbo suspensio post n. 6.* Henriq. *in sum. lib. 13. c. 38. § 1.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 1. allegat. 8. n. 17.* Post verbum *constituere* antea sequebatur, *sine licentia Abbatis, & Monachorum,* quæ verba sunt expuncta, quia absunt à Concilio Carthaginen. & Africano. & plerisque vetustis Gratiani codicibus, & ad intellectum prædictorum verborum, quæ modò desiderantur, notat Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 27. n. 66* tunc solùm indigere Regularem assumptum ad beneficium Ecclesiasticum seculare præter licentiam Abbatis, licentia etiam Conuentus, quando beneficium ad abbatem cum Conuentu pertinet.

2 *Sua tantummodo plebis communione,* &c.] Soat. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 5. n. 5. in fine,* existimat hanc pœnam esse excommunicationem, sed talem, quæ iam non sit in vsu, Henriq. verò *in sum. lib. 13. c. 38. § 1. & in comm. lit. K.* Viuald. *in eand. aureo tit. de suspens. n. 79.* & Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 6. n. 24.* rectiùs aiunt hanc pœnam pertinere ad quandam suspensionem.

3 In gloss. *Maiorem, ibi, quòd Episcopus possit esse non est dubium.* Notatur ad hoc quòd monachus absque dubio ad Episcopatum assumi potest, vt per Selu. *de benefic. part. 3. q. 70.* Greg. Lop. *l. 13. tit. 5. p. 5.* Gonaal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 7. n. 48.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 10. num. 30.*

4 In ead. gloss. ibi *item quòd Canonicus secularis possit esse,* &c. Verius tamen est Regularem nec Canonicatus, nec alicuius beneficij simplicis secularis esse capacem, vt post infinitos propemodum à se relatos probat Sanc. *d. lib. 7. cap. 29. n. 75.* vbi subdit, nec in hoc Episcopum posse dispensare.

Distinctio. LIX.

Summarium.

1 *Principes seculares directè, vel indirectè ad spiritualia subditos suos legitimare non possunt,*

a Lex

2 *Lex humana ciuilis inter legitimos, & illegitimos induxit differentiam.*

3 *Canonis Pontificum legibus inductum est impedimentum, quo ab Ordinibus, & beneficiis, & aliis spiritualibus repelluntur illegitimi.*

4 *Princeps non potest efficere quòd is, qui extra matrimonium, vel ex matrimonio non legitimo ortus est, ex matrimonio legitimo ortus sit, sed solùm efficit, vt habetur acsi à principio ex legitimo matrimonio nasceretur.*

5 *Fictio solùm potest operari effectus potestati, ex qua procedit, adaquatos.*

6 *Legitimato à seculari Principe minimè admittuntur ad Ecclesiasticam emphyteusim.*

CAP. Si officia. II. *Zozimenus.*

1 RARVM *est quod magnum est.*] Ergo raritas omnes res commendat, frequentia, & numerus eas vilea facit, vt per Gregor. Lop. *l.* 18. *gloss.* 4. *tit.* 13. *part.* 2. Tiraquel. *de nobilit.* c. 37. *num.* 21. Franc. de Mendoça *tom.* 2. *Regnum cap* 3. *num.* 1. super verba, & sermo Domini erat preciosus in diebus illis.

In gloss. *Quis*; ibi, *& est arg. ad quaest. illam*, &c. Hæc gloss. tenet legitimatum à Principe non esse apud Ecclesiam legitimatum, quia Principes seculares directè, vel indirectè ad spiritualia subditos suos legitimare non posse resoluunt *gloss.* 1. *in cap.* 1. 10. *distinct. gloss. vlt. in cap.* 1. 101. *dist.* Perez *l.* 1. *vers. regula* 3. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 94. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 45. *cap.* 7. *num.* 11. Suar. *de censur. tom.* 5. *disput.* 50. *sect.* 5. *num.* 8. Sayr. *eodem tract. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 7. *num.* 11. quia ita colligitur ex distinctione illa duplicis potestatis spiritualis ad spiritualia, & temporalis ad temporalia, de qua *in c. cùm ad verum* 96. *dist.* tum quia Principes seculares directè disponere de spiritualibus non possunt, cùm temporalia spiritualibus sint subordinata, atque ita temporalis potestas subsit spirituali, non è contra, quæ ratio etiam efficit ne possit in consequentiam, & indirectè secularis Princeps ad spiritualia legitimare, licèt Papa in consequentiam, & indirectè possit ad temporalia, tam ex subordinatione, quam temporalia habent ad spiritualia, quàm ex communi doctrina, de qua latè egit, *de officio, & potestate Episc. p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *n.* 103. *cum seqq.*

2 Non obstat quòd Anton. de Rosel. *in tract. de legitimat. tit de legitimationis effectu*, & Roland. *cons.* 61. *n.* 50. *vol.* 1. & alij, quos refert, & sequitur Pereg. *de fideicom. art.* 13. *n.* 36. contrarium scripsere, ex eo quia effectus illegitimationis non aliunde prouenit, quàm ex lege humana ciuili, quæ inter legitimos, & illegitimos inducit differentiam, quam Princeps legitimatione sua, & effectus ab ea productos potest tollere antiquæ naturæ, in qua nasci debuerunt, restituendo, iuxta text. *in auth. quibus modis naturales efficiantur sui*, §. *illud, vers. sicut enim.* per quam restitutionem redduntur legitimi, acsi à principio ex iustis natalibus orti essent, *l.* 2. §. *vlt ff. de natal. restit.* explicat eleganter Conan. *comment. iuris Ciuilis lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 14. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 21. *num.* 71. Non obstat, inquam, hoc fundamentum, quo suam sententiam adstruit Peregrin. nam in primis Doctores, quos ipse refert, solùm nituntur explicare modum, quo fit legitimatio à seculari Principe restitutione natalium, non tamen asserunt talem restitutionem eos efficere legitimos ad spiritualia, immò Alex. quem ipse Pereg. refert, contrarium expressè asserit *in l. sed si hac* §. *patronum num.* 6. *ff. de in ius vocando*; fundamentum autem fal-
sum supponit, quòd scilicet impedimentum illegitimorum, quoad Ordines, & beneficia ex lege vniuersali proueniat; quamuis enim certum sit à lege Ciuili inductam esse differentiam legitimorum, & illegitimorum, quia à principio omnes legitimi nascebantur,
illud est indubitatum, quòd impedimentum quo 3
ab Ordinibus, beneficiis, & aliis spiritualibus repelluntur illegitimi, totum est Canonicum legibus Pontificiis inductum, nec ab Imperatoribus, vel Principibus secularibus facultatem eam datam esse, vt de illis quidquam disponant habilitando, vel inhabilitando, vt omnes notant *in tit. de filijs Presbyt.* & in materia irregularitatis, Nauar. *in manur. cap.* 27. *num.* 191. Couar. *in Clem. si furiosus* 1. *part. in princip.* multi de quibus Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 2. *numer.* 6 Quare quemadmodum impedimentum hoc ad solam Ecclesiam pertinet, ita & auferre ad eandem solùm pertinere debet, ex *reg. l.* 3. *ff. de re iud. l. vlt. C. de leg. cum similibus.* Si quis verò replicet argumentum solum concludere non posse seculares directè habilitare ad spiritualia, non verò quòd non possit natalibus restituere, & reponere legitimatum in eo statu, quo nascuntur nati ex legitimo matrimonio, quod directè cadit in suam potestatem ciuilem licèt in consequentiam veniant, quòd facti legitimi maneant habiles ad spiritualia;
respondetur hanc restitutionem natalium non efficere 4
istum legitimum, nec enim posset efficere Princeps, quòd is, qui extra matrimonium, vel ex matrimonio non legitimo ortus est) ex matrimonio legitimo ortus sit, sed solùm efficit, vt habeatur proinde acsi à principio ex legitimo matrimonio nasceretur *d. l. vlt. ff. de natalib. restit.* ibi, *perinde habetur*, quæ verba fictionem
denotant, fictio autem solùm potest operari effectus 5
potestati ciuili, ex qua procedit, adæquatos, iuxta vulgatem reg. quòd limitata causa limitatos producit effectus, *l. in agris, ff. de aquir. rerum domin.* cum aliis, de quibus Tiraq. *cessante causa par.* 1. *à num.* 147. & de fictione agens, ne sequatur absurdum, quod potest Princeps pingendo inducere, quod verè disponendo non potest, contra reg. vulgatem in materia fictionum, de qua post Bart. *in l. filio, ff. de liber. & posthum.* Alex. & omnes *in l. eius, ff. si certum petatur*, notat Philip. *de fictionib. part.* 6. *cap.* 2.

Ex quibus fit consequens legitimatos à seculari Prin- 6
cipe minimè admitti ad Ecclesiasticam emphyteusim, sed legitimationem Pontificiam esse necessariam, vt ex Ias. Dec. & aliis communem testatur Gam. *Lusit. dec.* 72. *n.* 6. *vers. nec ille*, & post alios Cald. Pereira *de nom. emph. q.* 21. *à n.* 49. Valasc. *cons.* 134. *n.* 8. Quam tamen doctrinam notabiliter limitat idem Gam. *decis.* 307. *n.* 3. *cum seqq.* post Afflict. *decis.* 306. quòd solùm procedat in emphyteusi, quæ ad Ecclesiam reditura est, non ita in ea, quæ ad extraneos peruenire debet.

DISTINCTIO LX.

CAP. Nullus Episcopus. I.

Ex Concil. Vrbani.

RATIANVS ex Concilio Vrbani 1
Papæ Aluerniæ celebrato, colligit non licere Episcopo in Ecclesia sua aliquem Archidiaconum facere, nisi sit Diaconus, nec Archipresbyterum, aut Decanum, nisi Presbyteri sint. Verùm hodie quicquid Doctores controuertant super intellectu huius text. habemus hac de re specialem decisionem

Concilij,

Concilij Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 11. in hæc verba, *Neminem etiam deinceps ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui eo Ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, prabenda, aut portio requirit, aut in tali etate, vt infra tempus à iure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat. In omnibus verò Ecclesijs Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum Ordinem Presbyteri, Diaconatus, vel Subdiaconatus.* Hactenus, Concil. Qua quidem Concilij dispositione attenta Episcopus cogere non potest, vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes, sed sufficit si dimidia pars Canonicorum Presbyteri sint inter quos debet esse præcipue Archidiaconus, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, sicut decisum refert Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 238 *n* 2. Et sic obtinens Canonicatum in Cathedrali Ecclesia etiam ante factam Ordinum distributionem, in ea saltem ætate oportet esse constitutus, vt inter annum ad Subdiaconatum possit promoueri, ita à sacra Congregatione decisum referunt Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 20. *lib.* 1. *de etate num.* 6. & 7. Aloys. Ricc. *in d. praxi resol.* 239. Ego ij se *de officio & potestate Episcopi part.* 3. *alleg.* 60. *n.* 70.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nullus est eligendus, nisi in sacris Ordinibus religiosè viuens fuerit inuentus.*

2 *Cathedrales ad Ecclesias assumendus in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio debet esse constitutus, ex Concil. Tridint. at verò attenta constitut. Gregor. XIV oportet omnibus sacris, Ordinibus initiatum esse.*

3 *Episcopalis Ordinis collatio valida erit, etiamsi sacerdotium non præcesserit.*

4 *Subdiaconatus primis propagata post Apostolos Ecclesia temporibus non fuit inter sacros Ordines computatus.*

CAP. Nullus in Episcopum. IV.

1 NVllum in Episcopum eligendum, nisi in sacris Ordinibus religiose viuens fuerit inuentus, probat text. *in præsenti*, qua de re Concil. Trident. *sess.* 22. *de reformat. cap.* 2. ita disponit, *Quicumque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, etate, moribus, & vita, ac alijs, qua à sacris Canonibus requiruntur, plene sit preditus, verùm etiam in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutus.* Referunt Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici p.* 1. *c.* 32 *num.* 9. Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num* 45. Verùm licèt attenta hac Concilij Tridentini dispositione sufficeret promouendum ad Episcopatum

2 in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutum fuisse, hodie tamen oportet omibus sacris Ordinibus initiatum esse, secundùm constitutionem Gregorij XIV. quæ plurali numero vtitur, incip. *Onus Apostolica, sub Dat. Roma* 1. *Maij* 1590. per quam ita obseruat Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 7. *num.* 8. quem refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. part.* 1. *alleg.* 1. *n.* 37.

3 Si verò sacerdotium non præcesserit, valida tamen erit Episcopalis Ordinis collatio, etenim præpostetatio in collatione ordinum non vitiat, licet executionem impediat, ita post Ioan. Andr. Aneh. & alios, tenent Rendina *in prompt. recept. sentent. rub.* 38. *n.* 6. Fornat. *de sacram. Ordinis cap.* 6. *num.* 5. Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 10. *cap. vnic. n.* 3. Quamuis contrarium, immò Episcopalem Ordinem non suscipere, qui sacerdotio caret, teneant gloss. *in fin. cap. vnic. de Cleric. per salt. promoto*, 11. Thom. in 4. *sent. dist.* 24. Borgas. *de irreg. p.* 5. *rub. de clerico per saltum promoto n* 3. Maiol. *in simili tract. lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 3 Henriq. *in sum. lib.* 10 *cap.* 7. §. 1. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 0 *quæst.* 9.

Sacros autem Ordines, &c.] Notatur ad hoc quòd 4 Subdiaconatus primis propagatæ post Apostolos Ecclesiæ temporibus non fuit inter sacros Ordines computatus, vt per Azor. *instint. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *quæst.* 2. *in prim.* Reftaur. *de Imper. quæst.* 29. *num.* 3. Pa nin. *de visitat p.* 2. *q.* 6. *num.* 24. Card. Bellarm *de sacram. Ordinis lib* 1. *cap.* 7. *vers. sunt autem*, Vasq. *de sacram. Ordinis disput.* 2. 8. *cap.* 3. A quo autem tempore cœperit inter Ordines sacros computari, vide Campan, *in diuers. iuris Canon. rub.* 2. *n.* 10.

DISTINCTIO LXI.

GRATIANVS in hac Distinctione multis 1 Sanctorum Patrum auctoritatibus ostendit laicos non esse in Episcopos eligendos, sed per singulos Ordines priùs esse probandos, de quo vide q æ dixi *de officio & potestate Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 45. *secundum Lugdunen. impress.* Et quòd hodie nullus in Episcopum est promouendus, nisi antea sex mensium spatio in sacris Ordinibus sit constitutus, dixi *in collect. ad cap. nullus in Episcopum sup.* 60. *distinct.*

SVMMARIVM.

1 *Neophytus de recenti conuersus prohibetur ordinari, ne fortè contingat eum ex superbia euehi.*

2 *Neophytus potest minoribus, & sacris etiam Ordinibus initiari, si transactum sit biennium à sua conuersione.*

3 *Episcopus potest dispensare cum Neophyte bene instructo, & confirmato in fide, vt promoueatur.*

4 *Neophyti si humiles inueniantur bene possunt ordinari.*

CAP. Neophytus. IX. *Ambros.*

AMbrosius *epist.* 82. *ad Vercellenses*, relatus *in hoc* 1 *text.* ait quòd Neophytus de recenti conuersus prohibetur ordinari, ne fortè contingat eum ex superbia euehi, vt per Turrecrem. *in cap.* 2. *num.* 1. 48. *dist.* Rip. *in cap. eam te, num* 31. *vers. tertiò respondet, de rescript.* & *ibi* Dec *n.* 32. Lambertio. *de iurepatron.* 1. *part.* 2. *lib. quæst.* 7. *art.* 14. *num.* 7. Couar. *in Clem. si furiosus part.* 1. §. 2. *num.* 7. *vers. secunda conclus.* Hoied. *de incompat. benef. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 3. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 31. Marquard. *de Iuda. part.* 3. *cap.* 5. *sub n.* 8. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 2. Campan. *in diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 7. *num.* 1. vbi *num.* 5. subdit in Neophyto volente se ordinare, tam ad sacros 2 Ordines, quàm ad minores requiri transactum biennium à sua conuersione, Henriquez *in summ. lib.* 14. *de irregular. cap.* 4. §. 7. vbi ait cum Neophyto benè in- 3 structo, & confirmato in fide posse Episcopum dispensare.

Quando igitur qualitas vitæ Neophyti ostendit 4 illum esse talem, qualem decet esse bonum Sacerdotem, cessat ratio prohibitionis, & consequenter prohibitio propter rationem inducta, quòd D. Ambros. in

in hoc text. ostendit, dum ait, quòd si humiles inueniantur Neophyti, benè possunt ordinari, ita Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij c.* 10. *paulo post princ pag.* 31. quem refero ego ipse *de officio,& potest. Episcopi.part.* 1. *tit.* 1. *gloss.* 17. *num.* 7.

In gloss. *Causa.* Vide Tiraq. *in tract. cessante causa p.* 1. 55. *& limit.* 1. *ex num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nullus inuitis detur subditis de aliena Ecclesia.*

2 *Beneficiorum in prouisionibus semper est anteponendus ille, qui est de gremio Ecclesiæ.*

3 *Dignus de gremio Ecclesiæ ad illius beneficia posthabito digniore extraneo eligi potest.*

4 *Parochialium in concursu dignus de gremio Ecclesiæ postponitur digniori extraneo.*

5 *Ecclesiæ fauor versatur ne emeritis, & antiquis, noui, rudesue, aut extranei præponantur.*

6 *Beneficia potius conferri debent Clericis naturalibus, incolis, & indigenis, quàm forensibus peregrinis, & extraneis.*

7 *Regna Portugaliæ, Castellæ, Nauarræ, Aragoniæ, & Franciæ ex Sedis Apost. priuilegiis habent, vt beneficia in eis sita nulli nisi oriundis conferantur.*

CAP. Nullus inuitus. XIII.

Cælestinus.

1 CÆlestinus Papa *ad Episcopos Galliæ epist.* 1. *cap.* 4. relatus *in hoc textu*, admonet, vt nullus inuitis detur Episcopus subditis de aliena Ecclesia, ex quo ita tradunt Couar. *practic. cap.* 35. *num.* 5. Azot. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *quæst.* 25. *vers. & certa.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 8.

2 *in princ. secundum Lugdunen. impress.* Ille enim, qui est de gremio Ecclesiæ, semper anteponendus est in prouisionibus beneficiorum eiusdem Ecclesiæ, Cuch. *instit. maior lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 127. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 3. *secundum nouiss. impress.* Rot. *decis.* 413. *num.* 1. *part.* 1. *diuers. & in Calaguritana beneficij de Arnedo* 22. *Ianuar.* 1612 *coram R.P.D. Merlino*, Lotther. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 15. *n.* 12. & potest eligi

3 post habito digniore extraneo, vt per Zech. *de benefic. cap.* 12. *num.* 76. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. Vgol. *de offic. Episcopi cap.* 50 §. 8. *num.* 4. quos refero ego ipse *in simili tract. p.* 3. *alleg.* 60. *num* 102 *in*

4 *fine, secundum Lugdunen. impress.* quod in concursu Parochialium agnoscunt Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 13. *&* 14. *& cap.* 21. *num.* 25. Mandos. *cons.* 55. *num.* 4. Mastril. *Sicil. decis.* 1. *num.* 147. Mar. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 104. *num.* 2. Viuian. *d. cap.* 11. *num.* 5. ego ipse *loco proxime citato.*

5 Versatur equidem fauor Ecclesiæ ne emeritis, & antiquis noui, rudesue, aut extranei præponantur, vt dicit text. *in cap. statuimus, & in cap. nec emeritis, hac eadem dist.* refert Lotter. *dict. quæst.* 25. *num.* 14. immò etiam iuri communi consonans est, quòd potiùs con-

6 ferantur beneficia Clericis naturalibus, incolis, & indigenis loci vbi beneficia consistunt secundùm cuiusque erudi ionem, mores, & doctrinam, quàm forensib. peregrinis, & extraneis, vt probatur *in l. in Ecclesiis* 11. *C. de Episc. & cler. in hoc text. & cleric. in d. c. nec emeritis*, & obseruant plures Doctores, quos citaui *in collect. ad c. bona* 4. *num.* 7. *de elect. in decretalibus* quibus addo Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *cap.* 9. *num.* 5. *&* Viuian. *d. cap.* 11. *num.* 2. vbi rationes assignat *n.* 4.

Sed quia de rigore quilibet Clericus cuiuscumque nationis sit, siue ciuis, siue externus, potest ad beneficium præsentari, dummodò sit idoneus, & habeat qualitates requisitas, ad not. *in cap. venerabilis*, vbi gloss. Abb. & alij, *de prabend.* ideò vt beneficia iuxta supradicta inter indigenas subditos distribuantur, nonnulla Regna ex Sedis Apostolicæ priuilegiis obtinuerunt, vt beneficia in eis sita, nulli nisi oriundo, seu naturali conferantur, vt de Regnis Portugaliæ, Castellæ, Nauarræ, Aragoniæ, & Franciæ memini *in collectan. ad dict. cap. bona num.* 8. *cum sequentibus.* 7

CAP. Catinensis. XVII. *Pelagius.*

DE intellectu, & materia huius text. dixi ad *cap. priusquam sup.* 28. *dist.*

DISTINCTIO XLII.

CAP. Docendus. II. *Cælestinus.*

1 CÆLESTINVS Papa *ad Episcop. Apuliæ, & Calabriæ, epist.* 3. *cap.* 3. relatus *in hoc text.* scribit quòd docendus est populus, non sequendus, refert Iul. Lauor. *variar lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 4. *num* 39. vulgi enim opinio plerumque est mendax. *l. si priuatus, ff. qui, & a quibus*, *l. Barbarius ff. de officio Prætor.* ac proinde vanæ voces populi non sunt audiendæ. *cap. vnusquisque* 11. *quæst.* 4. Præpos. *in cap. Canones, dist.* 15. *num.* 5. *ad med.* Imol. *in cap. graue num.* 10. *de prabend.* & iudex debet magis adhærere legibus, quàm clamori populi, *l. decurionum* 12. *C. de pœnis*, nam, vt passim in quit Cicero, præcipuè *pro Mur. pro Rosc. pro Planc. & de legibus*, Nihil est incertius vulgo, nihil stultius quàm sentire opinionem vulgi aliquem esse beatum, vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat, non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, & vulgi opinionibus rapimur in errores. Antisthenes dicebat se studere, vt semper ageret id, quod contra populi iudicium esset, quasi norma sit benè dissentiendi à populo dissentire; & Chiliast. Pessimum mihi nominaa auctorem rei benè gerendæ vulgum. Præmio namque, prece, pretio, spe, gratia, leuitate, & acclamationibus facilè ad electionem faciendam potest populus moueri, & corrumpi, *cap. si ergo* 8. *quæst.* 1. *cap. Osius*, vbi gloss. *verbo populi, de elect.* cum aliis adductis per Iul. Lauor. *d. cap.* 4. *n.* 38. nulli enim Christianorum est incognitum iudicium populi erga Dominum Iesum, qui primum illum excepit vt Regem, & acclamationibus benedicebat, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Matth. cap. 21. Luc. cap. 19. & paucis post diebus clamauit, *Tolle tolle, crucifige eum*, & electione sua prætulit illi homicidam latronem Barrabam, *Matth. cap.* 21. *& Marc.* 15. 21. *Luc. cap.* 23.

DISTINCTIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum electiones olim Apostolis vita sanctis totius Cleri, & populi auctoritate fiebant.*

2 *Episcopum, vt Clericus eligeret, populus deinde consensisset statutum reperitur.*

3 *Principum*

3 *Principum secularium auctoritate electio, & nominatio Episcoporum olim fiebat.*
4 *Principibus secularibus concessum extitit, vt electio à Clericis facta valida non sit, nisi eorum accederet census.*
5 *Potestas laicis concessa eligendi Episcopos, vel eorum electioni consensum prestandi abrogata omnino fuit.*
6 *Electio Episcoporum penes omnes Clericos, & Religiosos diœcesis remansit post abrogatam laicis potestatem circa eam faciendam.*
7 *Clerici à Religiosis in electionibus Episcoporum fuerunt separati, & constitutum fuit, vt Religiosi suorum Abbatum, & superiorum, Canonici verò suorum Episcoporum faciant electionem, & declaratur num. 8.*
9 *Episcopos eligendi potestas in Capitulis, & Canonicis durauit vsque ad tempora Bonifacij VIII, & Clem. V.*
10 *Papa prouidet hodie omnes Episcopales Ecclesias, nisi vbi Principes ex eiusdem Papa concessione, potestatem nominandi Episcopos in suis Regnis, & dominijs habent.*
11 *Electionis Canonica per Capitula facienda de Episcopis vetus consuetudo viget tantùm in Germania.*

Cap: Nullus. I. cum seq. *Hadrian.*

1 X tota hac Distinctione, & alijs iuribus infrà referendis colligitur secundùm varia tempora, varios modos in electionibus Episcoporum ab ipso Summo Pontifice præscriptos, & iuxta varias pro tempore occurrentes circumstantias variis personis ius eligendi Episcopos ab eodem Pontifice concessum, siue permissum fuisse; & in primis omisso primo illo tempore, in quo Apostoli ex potestate accepta ab ipso Christo Domino Episcopos elegerunt, eisque vita functis, duo tempora præcipua, ad quæ alia reducuntur, sunt distinguenda, prius est, in quo totius Cleri, & populi auctoritate electiones Episcoporum fiebant, alterum in quo huiusmodi potestas Laicis abrogata, omninò adempta solis Clericis fuit reseruata. De priori constat ex auctoritate antiquissimorum Pontificum, videlicet Stephani I. *in cap. nosce*, ibi, *conuocato Clero, & populo*, Cælestini I. *in cap. Clerici*, Leonis I. *in cap. vota, cum sequentibus, hac eadem distinct.* & est optimum Concilij Toletani decretum *in c. vlt. §. sed nec, 51. dist.* qui mos, & consuetudo ex D. Pauli iuuatur, auctoritate 1. *ad Timoth.* 3. dum in ordinatione Episcoporum requirit, vt habeant bonum testimonium etiam ab iis, qui foris sunt, atque etiam ratione, vt scilicet omnibus dicendi in eligendum esset facultas, & licetet cuique vitia palàm, vel virtutes eligendi proferre, vt annuere videtur D. Hieron. relatus *in cap. licet 8. q. 1.* ibi, *& populi præsentia*, iuncto ibi, *ne qua postmodum retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideret*, & Gratianus *in cap. cùm lego, in fine*, ibi, *tunc enim in Ecclesia Dei ritè præficietur Antistes, cùm populus pariter in eum acclamauerit, quem Clerus communi voto eligit*, explicant bene Petr. Greg. *ad Decretal. tract. de elect. cap. 5. n. 10. & 16.* Bursat. *cons. 126. à n. 8. tom. 2.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 17. quæst. 3.* rectè aduertentes non pariformiter, sed diuersimodè hanc electionem Clero, & populo datam esse, aliquando enim Clero, & populo pariter datur electio, itaut tam hi, quàm illi Episcopum nominarent, designarent, & eligerent, *cap. Episcopos*, ibi, *post electionem Clerici, & populi, cap. lectis*, ibi, *Clerum, & plebem eiusdem Ecclesia elegisse, hac eadem dist. cap. factus*, ibi, *de plebis, qua tunc affuit suffragio 7. q. 1.* Deinde verò 2
in melius hoc more reformato constitutum est vt Clerus eligat, populus verò consentiat, vt optima ratione docuit Stephanus Papa *in d. c. nosce*, ibi, *Sacerdotum quippè electio est, & fidelis populi consensus adhibendus, quia docendus est populus, non sequendus*, text. optimus *in d. cap. vota*.

Similem varietatem reperies circa auctoritatem 3
Principum secularium in electionibus Episcoporum, nam aliquando vel ipsi auctoritate propria eorum electionem, & nominationem faciebant, vt de Constantio Constantini magni filio, & aliis ante Valentinianum ex Socrate, Eusebio, Nicephoro, & Theodoreto explicat Petr. Gregor. *d. cap. 5. num. 5.* aliquando verò ipsa Romana Ecclesia aliquibus fecit potestatem eligendi, & nominandi Episcopos, atque etiam Romanum Pontificem, vt de Hadriano Pontifice constat, qui Carolo magno remunerationis ergò ob insignia beneficia in ipsam Apostolicam Sedem, quæ referuntur *in cap. Hadriano il 2. hac dist. & in cap. hinc est 16. q. 1.* hoc priuilegium eidem indulsi. Sic etiam Hispaniarum Regibus *in d. cap cùm longè*, id concessum reperitur. Aliquando verò Prin- 4
cipibus concessum est, vt electio à clericis facta valida non, nisi Principis accedat consensus, *c. quia igitur, hac eadem dist.* ibi, *totius Concilij vnito consensu, & Serenissimi Principis voluntate*, consonat *dict. cap. nobis, d. cap. lectis, cap. Abbatem 18. q. 1.* text. opt *in cap. quod sicut, 28. in princip.* ibi, *debet Principi præsentari*, &c. *de elect. cap. cùm terra 14.* ibi, *auribus Patriarcha, vel Principis exprimendas, eod. tit.*

De posteriore autem tempore, quo huiusmodi po- 5
testas laicis omnino noscitur abrogata, constat quoad vtramque partem populi, & secularium Principum, quoad populum ex *cap. non est permittendum, hac eadem distinct.* & ex antiquissimo Sardicensi Concilio sub Iulio I. circa annum salutis Dominicæ CCCXL. refertur *in c. Osius 2. de elect.* vbi eam reddit rationem, ne ad clamorem populi fiat electio, quia manifestum est potuisse plures eorum, qui syncetam fidem non habent, pretio, & mercede corrumpi, iunctis iis, quæ latè prosequuntur Petr. Greg. *d. c. 5. n. 8.* & ex Platone, & aliis Philosophis Marc. Mantua *sing. 194.* Ex eadem etiam ratione iam apparet iustissimè sacris Canonibus reuocatum esse priuilegium illud Principibus secularibus concessum eligendi Episcopos, aut ne valeat electio sine eorum consensu, quia scilicet per impressionem, & metum facta censetur text. *in præsenti cap. 2. cap. si quis per ordinationem, hac ead. dist.* Duplici prætetea ex capite iustissimè priuilegium hoc Principibus secularibus adenptum esse notat idem Petr. Gregor. *d. cap. 5 à n. 16.* vel quia iidem Principes sponte sua ei renunciarunt, vt de Valentiniano probat text. *in cap. Valentinianus, hac ead. dist.* vel quia concessa sibi potestate abutentes pro arbitrij temeritate indignos promouere, dignos vexare, & eiicere cœperunt, eòque facto priuilegium amittere metuerunt, iuxta reg. text. *in c. priuilegium 11 q. 3. c. suarum 11. vers. verum, de priuileg.* cum ibi notatis.

Abrogata sic laicis prædicta potestate eligendi Epi- 6
scopos, primò ea penes omnes Clericos, & Religiosos diœcesis remansit, vt auctoritate text. *in cap. obeuntibus, hac eadem dist.* scribunt Petr. Greg. *d. tract. de electione, cap. 6. n. 1. & 2.* Bursat. *d. cons. 126. n. 16. ad fin.* Deinde verò Clerici à Religiosis sunt separati, vt iidem 7
Doctores resoluunt, & constitutum fuit vt Religiosi suorum Abbatum, Priorum, seu Præpositorum, Canonici verò suorum Episcoporum faciant electionem, *cap. cùm terra, & per tot. tit. de elect.*

Quam quidem doctrinam verissimam esse agno- 8
sco,

sco, sed temporum seriem ab eisdem auctoribus edi- scere copiebam, animaduerto enim hanc constitutionem, vt soli Canonici Cathedralium suos eligant Episcopos a Fulgentio, & Gratiano *in cap. sacrorum, hac eadem distinct.* tribuij Nicæno Concilio I I. quud aliàs septima Synodus soler appellari, & celebratum coostar circa annum Christianæ salutis DCCLXXX. auctorem verò text. *in dict. cap. obeuntibus* apparet esse Innocentium I I. *in Romano Concil.* circa annum MCXXXI. & consequenter antiquior videtur constitutio, quæ solis Clericis Cathedralium facultatem eligendi Episcopum concedit, recentior verò illa, quæ omnibus Clericis diœcesis eam tribuit, ac subinde illam per hanc reuocari videbatur, ex reg. text. *in l. non est nouum, & in l. sed & posteriores ff. legib.* Sed facilè respondetur, quòd verba illa, quæ referunt *in d. cap. sacrorum, vers. ex constitutionibus, vsque ad fin.* non sunt alicuius Pontificis; aut Concilij, sed Gratiani, quæ subinde nullam habent iuris auctoritatem, aut necessitatem ex iis, quæ dixi ad procem. huius voluminis Decreti, quamuis semel, atque sæpiùs diligenter perlegerim, nihil ad hoc propositum potui reperire tum in magnis Conciliorum tomis, in quorum *tom. 1. pag. 287. cum seqq.* Gangrense, *& in 1. pag.* 461. ad longum Nicænum reperiuntur, & omnia vtriusque decreta, quàm etiam *in summa eorundem Concil.* apud Carranc. *ex pag. & ex pag. 47. 288. cum seqq.* Ex text. verò *in d. cap. 1. de elect.* nullum firmum argumentum quoad temporum computationem potest deduci, minimè enim constat quínam Pontifex illius fuerit Auctor, vulgò Lucio Papæ tribuitur, sed ab aliis Pio, vel Gregorio, vel Alexandro, vt constat ex Anton. August. *in notis ad. collect. 1. Decretal. sub eod tit.* vbi similiter testatur in libris Conciliorum, verba illa non inuenisse.

Durauit huiusmodi potestas elegendi Episcopos in
9 Capitulis, & Canonicis vsque ad tempora Bonifacij VIII. & Clementis V. vt constat ex *titulis de election. in Sexto, & Clementinis.* Postea verò cùm magnæ orirentur discordiæ in huiusmodi electionibus faciendis, vt aduertit Lancelot. *in institut. Canon. tit. qui eligere, eligive possint, in princip.* cœpit Benedictus XI. sibi reseruare Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales *in extrauag. ad regimen, de prabend.* inter communes, addita clausula ibi, *nunc apud Sedem vacantes, vel in futurum vacaturas*, quod deinde per sequëtes Summos Pontifices factū fuit simpliciter, & ge-
10 neraliter quoad omnes Ecclesias Episcopales, tam apud Sedem Apostolicam, quam extra Curiam vacantes *in reg. 3. Cancellariæ*, & ita hodie Summus Pontifex prouidit omnes Episcopales Ecclesias, nisi quòd Reges Hispaniæ, Galliæ, Lusitaniæ, & Poloniæ ex eiusdem Pont. concessione potestatem nominandi Episcopos in suis Regnis habent, & in Germania tantum ve-
11 tus consuetudo Canonicæ electioois per Capitula faciendæ obseruatur, vt refert Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 1. in fin.* & me citato Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. c. 15. n. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Imperator an in Subdiaconatus Ordine constitutus sit, ostenditur, & num. 2.*
2 *Imperator laicus est.*
3 *Imperator, & alij Principes licèt inungi, & consecrari dicantur, non tamen propriè, & strictè consecratio est.*
4 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP. Valentinianus. III.

Ex historia tripartita.

EX hoc text. Alexandrin. *hic num. 3.* & alij *infra* referendi, aiunt vulgò deduci Imperatorem in Subdiaconatus Ordine constitutum esse; tum quia consecratur, *cap. venerabilem 24. vers. verum*, ibi, *inungimus, consecramus, & coronamus, de elect.* tum quia sacratissimus, & sacra maiestas solet appellari, tum denique quia ita vsus, & consuetudo Ecclesiæ videtur obseruare, secundùm quam si Imperator in Curia Romana repetitur, Missæ Papali inseruit, maximè in festo Natiuitatis, in quo ad matutinum cantat septimam lectionem sub Euangel. *Exiit edictum à Cæsare, &c.* idque obseruasse Federicum III. Imper. præsente Papa Paulo II. anno 1468. testantur Auctores grauissimi, de quibus *infrà*.

His tamen non obstantibus tenendum est Impera-
toretu laicum esse, illámque vulgò opinionem meritò 2
reprobari, cum *gloss. vlt. in præsenti*, vbi Alex. & reliqui omnes sequuntur, teste Castald. *de Imperat. q. 29. à princ.* vbi latè, ex eo quia Subdiaconatus sacer Ordo est dirimens matrimonium, *cap. erubescant 32. dist. cap. à multis, de ætate, & qual.* notatur *in c. vnic. de voto lib. 6.* & tamen Imperator licitè, & validè contra-
hit, vt vsus docet: deinde quia licèt Imperator, sicut 3
& alij Principes inungi, & consecrari dicantur, *d. cap. venerabilem*, non tamen propriè, & strictè consecratio est, sed longè diuersa ab Episcoporum, & Sacerdotum consecratione, vt satis colligitur ex discursu text. *in cap. vnic. §. vnic. de sacra vnct.* nec in alio sacro Ordine constitutus dici potest, hic enim non aliter quàm cum certo ritu, certísque adhibitis cæremoniis confertur, & necessariò oportet vt initiandus instrumenta accipiat de manu Episcopi, Subdiaconus scilicet vacuum Calicem cum patena, *cap. Subdiaconus 23. dist.* D. Thom. *ad 3. part. q. 31. art. 1. ad 2.* Viuald. *in candel. aureo part. 1. vbi de Sacramento Ordinis num. 5.* quæ tamen solemnia Imperatoris electione, vel coronatione minimè obseruari satis constat ex iis, quæ Castald. *de Imperat. quæst. 29.* Hieronym. Bald. *tractat. de coronat. Imper. per tot.* maximè *pag. 61. & seqq.* dum post alios latè probat antequam vngatur, vel coronetur, plenam Imperij per solam electionem consequi administrationem, atque ita iam colligitur actum illum offerendi Calicem Papæ celebranti, atque etiam recitandi epistolam non exerceri ab Imperatore ratione alicuius Ordinis Ecclesiastici, quam non habet ex modò dictis, sed ex potestate quadam extraordinaria.

Ad text. verò *in præsenti*, ibi, *vt meum Ordinem decet*, 4
respondetur esse intelligendum non de aliquo sacro Ordine, sed potiùs de officio Imperiali, quasi promittat Imperator adiutorem Ecclesiæ semper se futurum, prout munus suum, & Officij debitum videtur postulare, quod præcipuum esse constat vt Ecclesiæ patronus sit, & Aduocatus text. *in cap. Princeps 23. q. 5.*

CAP. Omnis Electio. VII.

Ex septima Synodo.

VIde Cardin. Cæsarem Baronium *annalium Ecclesiæ tom. 9. ann. Christi 787. n. 48. pag. mihi* 290. vbi integrum originale refert, & ait dignum esse quòd Regum omnium domus foribus inscribatur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Carolus Magnus laudanda, & principe Christiano digna in Ecclesia fecit seruitia.*

2 *Carolo Magno concessit Hadrianus I. potestatem eligendi Pontificem, Sedémque Apostolicam ordinandi, & inuestituram Episcopis concedendi.*

3 *Bulla concessionis Hadriani I. facta Carolo Magno eligendi Pontificem asseruatur Parisiis inter pracipuos Regni thesauros.*

4 *Otho I. Theutonicorum Rex obtinuit à Leone Papa VIII. potestatem eligendi Pontif.*

5 *Text. in prasenti, & in cap. ex Synodo, hac eadem dist. fictitium, & commentitium esse, qui referant, ostenditur.*

6 *Carolus Magnus non acceptauit, sed potius repudiauit concessionem sibi factam ab Hadriano I. de eligendo Pontifice, secundùm aliquos, sed probabilius est quòd renunciauerunt sequentes Imperatores, vt num. 7.*

8 *Hispania Regna auxilio diuino, & virtute propria, non autem Imperatoris se in libertatem vendicarunt à manibus. & tyrannide Maurorum, ac proinde à Romano Imperio exempta sunt.*

9 *Superior quando non potest defendere ciuitatem, vel non est in apparatu id faciendi, potest talis ciuitas alteri se subdere, vt eam defendat.*

10 *Imperator dominus Mundi dicitur, sed nec de iure, aut de facto dominium totius Orbis habuit, vt num. 11.*

12 *Imperatores antiqui exceptis iis Prouinciis, qua ipsis legitimo aliquo titulo subiciebantur, respectu aliarum potius erant tyranni, quàm legitimi successores.*

13 *Declaratur l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu, & l. benè à Zenone C. de quadriennij prascr. & num. 14.*

Cap. Hadrianus. ij. XXII.

Ex historia Ecclesiastica.

1 Hadrianus Papa I. ob accepta à Carolo Magno laudanda quidem & Principe Christiano digna in Ecclesia facta seruitia, de quibus agunt Reginon. *in chronic. lib. 1. in Carolo Magno.* Paul. Æmil. Anan. Masonius, Ganguinius, & alij *in eo*, Sigon. *lib. 3. de Regno Italia anno 786. & 799.* Cardin. Bellarmin. *in tract. de*
2 *translat. Imperij lib. 1. cap. 4. & seqq.* iam beneficus remunerator extitit, vt congregata Synodo CLIII. Episcoporum, Abbatum, & Religiosorum, potestatem eligendi Summum Pontificem, Sedémque Apostol. ordinandi, & inuestituram Episcopis concedendi eidem Carolo dederit, vt refertur in hoc text. & tangunt Bozi. *de signis Ecclesia lib. 19. signo 8. cap. 4. & de statu Italia lib. 3. cap. vltim.* Einard. *in vita Caroli Magni.* Iacob. Valdes. *de dignitate Regum Regnorúmque*
3 *Hispania cap. 20. num. 16.* Iul. Lauor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 4. num. 23. & 24.* cuius concessionis Bullam Parisiis inter præcipuos Regni thesauros asseruatam fuisse tradit gloss. *in pragmat. sancti tit. de annatis in verbo Regalia,* & Guilelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo & vxorem n. 267. de testament. in antiq. impress. aliàs verbo, & vxorem 1. num. 61. in noua impressione.*
4 Similémq; concessionem à Leone Papa VIII. Otho I. Theutonicorum Rex obtinuit, vt patet *in c. in Synodo, sup. hac eadem dist.*

5 Hos text. fictitios, & commentitios esse, ac primum ipsorum auctorem fuisse Sigibertum Mona-

chum, à quo Gratianus hoc mutauit, referunt Azor. *instit moral. part 1. lib. 4. cap. 2. quast. 3.* Card. Baron. *in annalib. Ecclesiast. circa annum Domini 526. & 555. & prasertim 774. à num. 10. & 964. à n. 22.* Iacob. Gretser. *in apologia Baronij c. 1 & 2.* Soar. *de defensione fidei Cathol. contra Anglicana secta errores lib. 3. cap 29. num. 7.* & non dissentit Card. Bellarm. *de Summo Pontifice lib. 2. cap. 19. & de clericis cap. 9.*

Alij verò dicunt Carolum Magnum non acceptasse, 6
sed potiùs repudiasse prædictam concessionem, alias enim Stephanus Papa, qui post Leonem successit, ab ipso electus fuisset, sicut argumentatur Alban. *de Card. q. 11.* ac proinde Imperatores nunquam vsos fuisse illis concessionibus tradunt Raymund. Ruffus *pro Pont. Max. sub num. 39. & 40. pag. 479.* & commendat Nauar. *in rub. de iudic. num. 69.*

Nonnulli denique (quod mihi probabilius videtur) 7
sentiunt Imperatores prædictis Apostolicis concessionibus renunciasse, vt de Ludouico, ipsius Caroli filio, referunt Volater. *in Geographia lib. 3. cap. de Pipini. & Carolorum gestis, circa med.* S. Antonin. *in hist. part. 2. tit. 16. cap. 1. §. 2.* Gondisal. Villadieg. *de origine, & potest. Cardin. q. 5. num. 18.* Alban. *citato loco*, Azor. *d. part. 2. lib. 4. cap. 2. quast. 2. & 3.* & habetur *in cap. Ego Ludouicus, hac ead dist. & in cap. constitutio, & in c. tibi Domino, & in cap. sacrorum, §. ex constitutionib. hac eadem dist.* vbi de renunciatione præfati Othonis constat, vel quia dum eis abuterentur, iuste fuerunt per Summos Pontifices reuocatæ, vt sentit Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 13. cap. 3. n. 10.* Vel quia vtraque, scilicet renunciatio, & reuocatio concurrit, ex Quintil. Mandos. *in reg. 13. Cancel. q. 8. num. 13.*

In gloss. *Per singulas,* De pluribus Regibus, & 8
Ducibus a Romano Imperio exemptis memini ego ipse *in collect. ad cap. per venerabilem à num. 23. vsque ad n. 25. qui filij sint legit.* vbi *n. 24.* agitur de Regibus Hispaniæ, de quibus loquitur gloss. *in prasenti*, manifestum enim est ferè prædicta Hispaniæ Regna auxilio diuino, & virtute propria, non autem Imperatoris se in libertatem vendicasse à manibus, & tyrannide Maurorum, vt tangit hæc gloss. *in fine*, & constat ex Hispanis Chronistis, & ex Oldrad. *cons. 69. sub num. 8. & 9.* Couar. *in reg. peccatum part. 2. §. 9. num. 9.* Nauar. *in cap. nouit. notab. 3. n. 116. cum seqq. de iudic.* Mench. *illustr. lib. 1. cap. 22. num. 11.* Bobadil. *in sua politica lib. 3. cap. 18. num. 123.* Azeued *in l. 3. tit 5. lib. 3. noua recopil. & in l. 1. num. 5. tit. 17. lib. 9.* Pallad. *lib. 1. rerum quotid. cap. 21. num. 3.* Mart. *de iurisd. part. 1. cap. 26. n. 60.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. quaest. 1. num. 360. & 389.* Cabed. *Lusit. decis 7. num. 4. & decis. 211. sub num. 3. part 1. & decis 8. num. 3. part. 1.* Soar. *de legib. lib. 3. cap. 7. num. 9.* & in specie de Regno Portugaliæ idem testantur Ferret. *de insto, & iniusto bello num. 24.* Nauarr. *in d. cap. nouit. notab. 3. num. 165.* Cabed. *d. dec. 7. num. 4. & d. decis. 8. num. 3.* Ceuall. *vbi sup. num. 391.*
Soar. *d. lib. 3. cap. 8. num. 3. in fine.* Quia tunc cùm Im- 9
perator non esset in apparatu præstandi auxilium, succedit illud singularissimum dictum Baldi *in cap. 1. col. 2. lect. 2. de iudic.* quem sequitur Almayn. *de potest. Papa cap. 15.* Nauar. *d. notab. 3. num. 115.* dum ita inquit *Si non est spes, quòd superior defendat ciuitatem, vel non est in apparatu id faciendi, potest se ciuitas subdere alteri, & etiam pro consequutione accipere vnum Regem, cui se subdat, & hoc conceditur iure naturali.* Vnde iam sequitur prædicta Regna Hispaniæ iustè potuisse se eximere à subiectione Imperatoris, dato etiam quòd antea eum recognoscerent, & se in totum subiicere, prout subiecerunt aliis, qui sibi essent Reges supremi, & tanquam tales suæ ipsorum Regnorum conseruationi, & defensioni incumberent, vnde me-

ritò prædictam exemptionem in eisdem Regibus Hispaniæ agnoscunt omnes Doctores proximè citati, *& in collect. ad dictum cap. per venerabilem, num. 24.*

10 In ead. gloss. ibi, *fateamur ergo imperatorem esse dominum Mundi* Aliqui intelligunt quoad illa intermedia tempora, quibus Romani floruerunt cùm vniuersum penè Orbem armis peragrare visi sunt, adeò vt Romanorum Imperator Antoninus seipsum Mundi dominum appellare videatur *in l. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de iactu*, habetur etiam *in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. cum similib.* quare Imperatorem licèt non de facto, tamen de iure Mundi dominum esse contendit Bartol. *in l. hostes ff. de captiu. & in extrauag. ad reprimendam, verbo totius Orbis*, Bald. *in §. vlt. col. pen. de prohibita feudi alien. per Feder. & in l. 1. C. de summ. Trinit.* Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 1. part. 1.* & innumeri penè Scriptores, vt per Couar. *dict. §. 9. sub n. 7. vers. his tandem*, & per Menoch. *illustr. lib. 1. cap. 20. num 1 cum sequentibus*, & per Cassan. *in catalogo gloriæ Mundi part. consid. 28.* & per Sot. *de instit. lib. 4. q. 4. art. 2.* & per Nauar. *d. notab. 3. à num. 155.* & per Soar. *d. cap. 4. num. 1.* sequitur post multos Azeued. *in d. lib. 1. num. 10 cum seqq.* Matt. *de iurisdiction. part. 1. cap. 10. à num. 1.*

11 Verùm his non obstantibus dicendum puto etiam quoad prædicta intermedia tempora Imperatorem secularem nusquam dominium totius Orbis habuisse de iure, nec de facto, etenim quod attinet ad ius, competeret enim vel de iure naturali, vel de iure diuino positiuo, vel de iure humano, aut ex aliis titulis ab altero prædictorum iurium approbatis, atqui neutro ex prædictis iuribus vniuersalis illa potestas super totum Orbem concessa est Imperatori, immò magis verosimiliter denegata; igitur, &c. consequentia legitima est, maior autem vt manifesta recipitur post alios à Vict. *super c. vlt. Matth. n. 25. & à med.* Nauar. *d. notab. 3. num. 153.* & à Couar. Molin. & Soar. *citatis locis*, tandem & minor patet ex dictis per eosdem, cum quibus satis erit eius probationem percurrere, ne in re clara, & ab illis luculenter, & dilucide tractata immoremur.

12 Quod verò attinet ad factum ostenditur, tum quia antiqui Imperatores, exceptis iis Prouinciis, quæ ipsis legitimo aliquo titulo subiiciebantur, de quibus Menoch. *d. cap. 11. n. 4. cum seqq.* Soar. *d. cap. 7. num. 12. & 13. & cap. 8. à num. 2.* respectu aliarum potius erant tyranni, quam legitimi superiores, quia eas ferè omnes per violentiam occuparunt, paucissimis earum sponte, multisque violenter tacentibus, immò & pluribus, quod fieri potuit, pro modo oblatæ occasionis expressè repugnantibus, & pristinam libertatem vendicantibus, vt inquit S. August. *lib. 18. de ciuit. Dei c. 2.* quem post Durand. sequitur Nauarr. *d. notab. 3. n. 152.* prosequitur latè Bernard. de Brito *in sua Monarchia Lusitana tom. 1. à princ.* tum etiam, quia prædicti Imperatores nec etiam ita violenter vniuersum Orbem peragrarunt, vt ex Prosp. *l. 2. de vocat. gentium. cap. 16.* obseruat Soar. *d. cap. 7. sub num. 4.* & Molin. *de instit. tract. 2. disp. 30. col. 1. versic. hoc autem*; & quidem meritò, nam innumeræ nationes, & Prouinciæ semper extiterunt, quæ ipsis incognitæ fuerunt, vt colligitur *ex l. mercatores C. de commerc. & ex l. 1. C. de offic. præfecti Prætor. Africæ, & ex l. postliminium ff de captiu.* obseruant Alciat. *in l. 1. col. 1. C. de sacros. Eccles.* Couar. *d. §. 9. sub num. 5. col. 1. in fin.* & videre est in Lusitanicis, & Hispanicis conquisitionibus, vt in hanc rem considerat Mench *d. cap. 20. sub num. 23.* itaut meritò dixerit Nauarr. *d. notab. 3. num. 156.* nec dimidiatum Orbem Romanorum Imperio paruisse.

13 Non obstat text. *in d. l. deprecatio, & in d. l. benè à Zenone cum similib.* quia omisso intellectu Nauar. *dict. notab. 3. num. 157.* quem nemine citato amplectitur Soar. *d. cap. 7. sub. num. 6.* respondetur cum Mench. *d. c. 20. num. 29.* Imperatorem *in d. l. deprecatio*, non intendisse agere directè de dominio, quod haberet super Orbem terrarum, aliter enim ineptè ab eodem dominio exciperet maria, quæ excipit *ibidem*, cùm per aduersatiuam, *autem*, (quæ secundùm suam naturam, dum aliud ex mente disponentis non colligitur, implicat diuersitatem casuum, iuxta gloss. *verbo autem in l. hoc amplius §. de his ff. de damno infecto.* Bart. *in l. transigere n. 6. de transact.* cùm aliis per me adductis *in tractat. de dictionibus vsufrequent. dist. 47. num. 1. secundùm Lugdunen. impress.*) inquit, *ego quidem mundi dominus, lex autem maris*, non, inquam maria exciperet, & soli legi subiecta esse diceret, nam sciebat appellatione Mundi, de quo egerat, contineri & ipsa maria simul cum cæteris rebus, quæ sub cœlo sunt, vnde potiùs se ipsum pronunciaret dominum pariter maris, & terræ, & cæterorum. Rursus sciebat idem Imperator quòd etiam de iure ei, qui alicuius Prouinciæ supremus dominus est, subiiciuntur etiam maria coadiacentia, iuxta gloss. *verbo territorio, in cap. vbi periculum, §. porrò. de elect. lib. 6.* vbi citaui Doctores, quibus addo Tell. Fernand, *in lib. 3. Tauri n. 5.* & Valasc. *cons. 182. sub num. 15.* Denique si Imperat. *in d. l. deprecatio*, intenderet directè agere de dominio totius Orbis, & illud sibi adrogare, non constitueret differentiam inter seipsum, & legem suam, aut prædecessorum etiam consuetudinariam, vt talem ab eius saltem generali approbatione, voluntate, & potestate pendentem, iuxta notata per Burg. de Pace *in lib. 1. Tauri n. 233.* & Sahag. *in cap. vlt. num. 35. de consuetud.* nam sciebat idem Imper. quoad. potestatem dominandi non differre legem huiusmodi dum durat, ab ipso legislatore, quasi in eo, aut in ea esset potestas maior, aut distincta, sed potiùs parem esse, & vnam in vtroque, licet alioquin secundùm diuersos respectus possit modò in illo, modò in sua, aut prædecessorum lege considerari quædam superioritas secundùm quid, in illo quidem, quia eam ex iusta causa reuocare potest, iuxta reg. text. *in cap. non debet, de consang. & cap. proposuit. de concess. præben.* in illa autem, quia ea durante tenetur legislator suas, & alienas actiones, secundùm eam proportionabiliter dirigere, iuxta regul. text. *in l. digna vox. C. de legib.* cum adductis *suprà ad cap. ius num. 9. dist.*

Quare tota Imperatoris mens *in d. l. deprecatio*, fuit 14
vt restitutio rerum in naufragio maris amissarum, de qua *ibi* quæstio erat, fieret adeò præcisè, & plenariè iuxta aliquos ex terminis consuetudinariæ legis Rhodiæ de iactu, vt vellet illam potiùs quàm semetipsum consuli super huiusmodi restitutione, & quoad hunc effectum illam potius vt maris dominam, quàm semetipsum quodammodo recognoscit, nisi in iis, in quibus leges propriè scriptæ eidem consuetudinariæ legi aduersarentur, vt *ibidem* text. inquit, prout sanè aduersabantur pro ea parte, qua ex iniqua mercatorum consuetudine in Rhodos insulam confluentium deferebat accipienti omnia naufragio amissa, & *ibi* delata, iuxta tradita per Sahag. *in d. cap. vltim. num. 11. cum seqq.* eandem consuetudinem vt iniquam meritò redarguentem. per text. *in l. vltim. ff. de incend. & in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. cum similibus*, hanc igitur mentem, vt Imper. aperiret *in d. l. deprecatio* alloquitur consulentem hac vna breui, sed efficaci responsione, *Ego quidem Mundi dominus, lex autem maris, lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præscripta est, iudicetur*, quasi diceret hanc restitutionem ita fac plenè, & præcisè secundùm terminos iustos legis Rhodiæ, absque alio

viuæ

viuæ vocis nostræ oraculo, ac si illa lex sola maris, & eorum, quæ in mari contingunt, ego autem solum eorum, quæ in terris Imperij fiunt, domini essemus. Cum ergo is solus, & non alius sit Imperatoris sensus, iam constat illa verba, *ego quidem Mundi dominus*, prolata fuisse non principaliter, sed enunciatiuè vt benè aduertit Mench. *subd. num.* 29. & in alium finem, nempe hunc, quem in prædictum sensum, aperuimus, vnde consequitur ab illis non posse argumentum sumi.

Cap. In Synodo. XXIII. *Leo.*

1 VIde quæ *suprà* dixi *ad cap. Adrianus il* 2. *hac eadem dist.* Et adde specialiter de hoc text. agentes Card. Bellarm *de scriptoribus Ecclesiast. verbo Gratianus. vers. secundo, pag.* 185. Greiser. *in defens. eiusdem Bellarm. tom.* 2. *liber.* 2. *de Romano Pont. cap.* 29. *vers. sextum argumentum*, Card. Baron. *annalium Eccles. tom.* 9. *anno Christi* 774. *num.* 13. *vers. at non alterius*, qui Gratianum reprehendit, & impostorem vocat cùm Leonis Pontificis nomine VIII. textum hunc referat, & vide eundem *num.* 15. *vers. verum quod dicitur, & tom.* 10. *anno Christi* 964. *num.* 21. & 22. refert integra verba huius text. dicens hanc constitutionem etsi verè fieri contigit, nullius esse roboris. cùm à Leone pseudopontifice, & sic non à legitimo Papa sit promulgata, & ex *num.* 23. *cum seqq.* plura adducit circa text. confutationem.

In gloss. *Apostolicam.* Quicquid hæc gloss. dicere
2 videatur Romanum Pontificem posse se Imperatori subiicere, tamen constans est omnium ferè tam iuris Pontificij, quàm sacræ Theologiæ professorum sententia Papam se alterius iudisdictioni subdere iure non posse, vt latè comprobant Ioan. Andr. & Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut.* Archid. *in cap. si quis superbus* 7. *quæst.* 11. Turrecrem. *in lib.* 2. *sum. cap.* 108. & alij, quos refert, & sequitur Azor. *institutionum moralium part.* 1. *l.* 4. *cap.* 7. *quæst.* 6. vbi contrariis respondet. Et probatur, quia nec Imperator eam habet potestatem, nec etiam Summus Pont. supra omnes alios, nedum supra seipsum, quia nemo dat, quod non habet. Deinde, quia exemptio Papæ est priuilegium non intuitu personæ, sed in honorem Christi datum, cui non potest Papa renunciare, sicut nemo potest renunciare priuilegio in fauorem communitatis concesso. Deinde facit, quia Pontifex non potest humanæ potestati quoad vim coërciuam se submittere, vt latè Cardin. Bellarm. *de Concil. lib.* 2. *cap.* 18. Soar. *de defens. fidei lib.* 4. *c.* 7. *num.* 3. Denique, quia omnis iurisdictio Ecclesiastica pendet, & manat à Summo Pontif. ipse verò non accepit potestatem coërcitiuam supra seipsum, quia nullus nisi volens potest se punire, non tamen cogi; ergo neque alteri potest eam potestatem communicare, vnde colliges non posse per censuras compelli, ita Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 5. *sect.* 1. *num.* 17. Sayr. *in simili tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis licentia iustam excusationem præstat.*
2 *Iudicis iussus, & auctoritas in illicitis excusat à dolo.*
3 *Iudicis iussus liberat soluentem ab omni obligatione.*
4 *Verba*, sub excommunicationis sententia, *an importent latam sententiam, an sinè.*
5 *Episcopus, cuius subditus ab alieno Episcopo fuit ad Ordines promotus ratam habere potest talem promotionem.*

Cap. Salonitanæ. XXIV.

Gregorius.

REl*inquere non possunt.*] Ergo Papa non potest il- 1
latam Ecclesiæ iniuriam remittere, vt per Boër.
decis. 120. *num.* 5.
In gloss. *Iussissent.* ibi, *arg. quod auctoritas maioris
excusat*, &c. Notatur ad hoc quòd licentia iudicis
iustam excusationem præstat, vt per Bald. *in sua disp.
accusatus de vi turbatiua col. antepen. vers. quartò quæri-
tur, & consil.* 58. *verbo præterea vbi quis vol.* 5. Octau
Glorit. *resp.* 1. *part.* 3. *num.* 174. & iudicis iussus, & au- 2
ctoritas in illicitis excusat à dolo, Tiraquel. *de pœnis
temp. caus.* 34. *num.* 4. *cum seqq.* Decian. *in tract. crimin.
lib.* 9. *cap.* 37. *n.* 4. & iussus iudicis liberat soluentem ab 3
omni obligatione. Rot. *decis.* 345. *apud Farin. part.* 1.
recent. vbi latè declaratur.
In gloss. *Sub excommunicationis.* Vide Tiráquel. *in
l. si vnquam, C. de reuocand. donat. verbo reuertatur n.* 4
235. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 8. *n.* 19. Perez *l.* 1. *vers.
quæri solet tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 176. *col.* 1.
In gloss. *Ac si me.* ibi, *arg. quòd ratihabitio sequens
facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit ille-* 5
gitimè. Ex hac gloss. colligunt aliqui posse Episcopum,
cuius subditus ab alieno Episcopo fuit ad Ordines pro-
motos, ratam habere eam promotionem, itaut valeat
ad legitimum vsum, & exequutionem Ordinis suscepti,
vt per Prob. *ad monach. in cap.* 1. *de tempor. Ordin. lib.*
6. Nau. *consil.* 11. *vers. ad quartum, & cons.* 39. *sub tit. de
temporibus Ordin. in nouis.* Vgolin. *de officio Episcopi c.*
26. §. 23. *num.* 1. Ego ipse *in simili tractatu part.* 2 *alleg.*
8. *num.* 10. quamuis contrarium teneant Paris. *consil.* 136.
Stante defectu lib. 4. Rebuff. *in praxi tit. forma dimissor.
num.* 12. & 13. Azor. *institut moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48.
quæst. 4. *vers. dubia quæst.* vbi respondet non obstare text.
in præsenti, quia *hic* Gregor. non confirmat ordinatio-
nem ab alieno Episcopo factam, sed tantùm remittit
iniuriam illatam missione falcis in suam messem, quod
mihi non probatur.

Cap. Cùm longè. XXV.

Ex Concil. Tolet. XII.

ATque Gallicia.] Legendum est *Gallia Gothica*, vt 1
obseruat Garibai *in compend. histor. lib.* 8. *cap.* 43.
Valdes. *de dignitate Regum Regnorùmque Hispaniæ c.*
3. *num.* 29.
Quoscumque Regalis potestas elegerit.] Olim apud 2
Hispanos consuetudo obtinuit, vt Canonicorum collegium, cui munus eligendi Episcoporum iure incumbit, statim mortuo Pastore Regi eius obitum nunciaret, ab eóque peteret licentiam, & facultatem eligendi Episcoporum, qua per Regem concessa ipsi Canonici eligebant Prelatum, quem ante missionem in possessionem Regi exhibebant, vt ab ipso bonorum administrationem obtineret, sicut insinuare videtur text. *in præsenti.* Postea propter difficultates, quæ nascebantur ex relatione Regiæ potestati facienda sub Agathone, aut Leone Rom. Pont. anno I. Heruigij Gothorum Regis, qui Hispanias obtinebat anno à natiuitate Domini 685. auctore Roderico Archiepiscopo Tolet. *lib.* 3. *cap.* 12. qui ex Æra Cæsaris annum computauit, Toleti celebratum est Conc. Tolet. XII. quo decretum fuit, quòd ad Episcopalem dignitatem promouendos eligeret, ipse verò Toletanus Antistes præuia morum examinatione institueret, vt refertur in hoc textu, quod deinde non solùm priuilegiis Summorum Pontificum confirmatum extitit, sed etiam

generali iuris communis concessione munitum, qua construentibus, aut dotantibus Ecclesias conceditur potestas præsentandi ad eas, constat namque Hispaniarum Reges Cathedrales Ecclesias ferè omne erexisse, construxisse, & amplissimis, reditibus exornasse, prout referunt Thom. Boss. *de signis Ecclesiæ lib. 20. signo 87. cap. 6.* Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispania cap. 21.* & aliter à primordiis rem narrat Anton. de Fuertes *(auon. lect. lib. 2. cap. 18. cum seqq.* & de Ecclesiis Cathedralibus nostræ Lusitaniæ dicit Cabed. *de patron. Regia Corona cap. 37. per tot.* quare ineptum est dicere Reges Hispaniæ à Carolo Magno ius hoc accepisse, vt bene ostendit Anton. de Fuertes *d. l. 2. c. 10.* Vide tamen Lanc. Conrad. *in templo omnium iudicum lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 15. fol. 103. & lib. 2. cap. 1. §. 4. verbo dignitates, & Ordines num. 9. cum seqq. fol. 132.* Couar. *in reg. possessor. p. 2. §. 10. num. 5. cum seqq.* Greg. Lop. *l. 18. verbo antiqua costumbre tit. 5. part. 1.* Perez *l. 3. gloss. 1. tit. 3. & l. 2 tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 149.* Palat. Rub. *in præfat. de donat. inter virum, & vxor. num. 24.* Spin. *in speculo testam. gloss. 4. princip. num. 13.* Humad *l. 18. gloss. 1. tit. 5. part. 1. pag. 49.* Azeued. *l. 1. & princ. tit. 6. lib. 1. noua recopil.* Camil. Bottel. *de præstantia Regis Catholici cap. 50. ferè per tot. metipsum de officio, & potest. Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 3. à num. 29.*

3 Illud adnotare oporter non rectè censuisse Ioannem Igneum *in l. necessarios §. non aliàs num. 133. ad Senatusconsult. Syllan.* & alios quosque Gallicos scriptores, qui affirmare non sunt nihil esse, quod glorientur Hispani propter hunc text. eo quòd ius istud nominandi, vel eligendi Episcopos non ex Concilio Toletano *in hoc text.* relato, sed ex concessione Carolo Magno facta, qui Hispanias debellauit, consequuti sunt, cuius quidem concessionis mentio, & relatio posita est *in cap. Adrianus il 2. 63. dist.* eámque iuridicè, & historicè præ cæteris explicant, & expendunt Boër. Episcopo *heroic. quæst. de iure sacre lib. 1. sub tit. de Regalib. & vniuerso iure Principum in beneficio Ecclesi. ex n. 144.* & Petr. Greg *de elect. cap. 5. ex num. 8.* Cæterùm Ioan. Igneus, & Ioan. Ferrald. quàm fœdè lapsi fuerint hac in re (vt ait Couar. *in reg. possessor. part. 2. §. 10. num. 5.*) satis apparet, primò ex eo, quia Concil. Tolet. vnde desumptus est hic text. Caroli Magni natiuitatem ferè LX. annis, & eius imperium, vel principatum plusquam L X X X. præcessit, quemadmodum ex ratione temporum quam Ganguinos Gallicus scriptor posuit & ex Vasæo collegit Couar. *d. loco num. 6.* Secundò ex eo, quia Carolus Magnus nusquam Hispanias debellauit, vel iisdem potitus est, quin potiùs cùm id tentauit re infecta & capite, vt aiunt, fracto victus, & inglorius recedere compulsus fuit Rolando & aliis plerisque Franciæ Paribus in memorabili Ronceuallis conflictu ad Pirenæi fauces desideratis, & interfectis, vt nostri historici, & nonnulli ex Gallicis testati sunt; ob idque longè minus habent eut glorientur Carolus, & Galli ex Hispaniarum expeditione, quàm Hispani, ex dispositione huius text. qui ex suppositione procedit, & ius nominandi, vel præsentandi Regibus Hispaniæ longè ante Caroli Magni tempora competiisse expresè conuincit.

4 Hinc etiam summè notandum censeo omnino cauendum esse à Francisco Duareno scriptore Gallico viro vtcumque docto, sed parum pio, atque de potestate & iorisdictione ecclesiastica pessimè merito, is enim auctor *in tract. de sacris Eccles. minist. lib. 3. c. 11.* audacter nimis censuit ex hoc text. apertissimè probari atque concludi creationem Episcoporum Regii iuris esse, & ad omnes Reges ex iure communi liberè pertinere, & vlteriùs addidit Adriani Pontificis concessionem, de qua *in d. cap. Adrianus il 2. hac ead. dist.* non fuisse priuilegium aliquod ex mera Pontificia gratia, & liberalitate profectum, sed hominis vltrò bonam fidem agnoscentis confessionem, quasi scilicet nihil Adrianus Carolo dedisset, sed id totum, quod ad creandos Episcopos pertinet, eidem Carolo, iure suo competiisset, vt refert Boër. Episcopo *vbi suprà num. 145.* Sed Duaren. *hic.* vt in plerisque aliis longè fœdius quam Igneus & Ferraldus lapsus est, quia communia Canonistarum opinio tenet textum *in præsenti* non de creatione Episcoporum, vel eorumdem plena & absoluta electione, vt Duaren. ipse perperam censuit, sed ipse nominatione, præsentatione, consensu, vel eo nuenientia intelligi debere.

Cap. Quia sancta. XXVIII.

Stephanus.

GRatianos ex decreto Stephani Papæ tenet *in præsenti* electionem Romani Pontificis debere fieri præsentibus Legatis Imperatoris, sed de veritate huius decreti, & quòd non sit Stephani, multum dubitat Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 9. anno Christi 816. num. 101. per tot.* præsertim cùm Ludouicus Imp. anno sequenti in constitutione à se edita de donatione facta Romanæ Ecclesiæ, declarat liberam esse vel electionem & coronationem Romani Pont. nec ad aliud teneri, qui creatus est Pontifex, nisi vbi est consecrandus Legationem mittere ad ipsum Imper. vt ponderat ipse Baron. *citato loco.* 1

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia signum est quando is, qui salutare consueuerat, non ampliùs salutat.*

2 *Recusari potest index, qui differt partem salutare prout antea solebat.*

3 *Iniuriam remittere videtur offensus in foro exteriori, qui familiariter conuersatur cum iniuriante.*

Cap. Cùm Hadrianus. XXIX.

Gregorius.

CElebris est gloss. *verbo, & ad salutandum in præsenti,* dum tradit signum esse inimicitiæ quando is, qui salutare consueuerat, non ampliùs salutat, sequuntur Gig. *de crimine læsæ maiest. tit. quomodo & per ques q. 2. num. 54.* Hippol. *in l. 1. §. præterea n. 8. ff. de quæst.* Petr. Nauar. *de restit. lib. 2. cap. 1. n. 102. pag. 337.* Menoch. *de præsumpt. l. 5. præsumpt. 43. num. 10.* Mascard. *de probat. conclus. 898. num. 35. & conclus. 1156. num. 14. cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 49. num. 54.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 284. n. 26.* 1

Vnde recusari posse iudicem, qui differt partem salutare, prout antea solebat, resoluunt Mastril. *Siciliæ decis. 151. num. 49. part. 2.* Stephan. Gratian. *d. c. 284. num. 26. & seq. & cap. 538. num. 57.* Carraf. *in explicat. ad aliquas leges noua recop. cap. 9. num. 316.* Parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 21. in initio num. 23.* 2

Hinc è contra infertur videri offensum iniuriam remittere in foro exteriori, familiariter conuersatur cum iniuriante, vel eum salutat, ita addit. ad Abb. *in proœm. Decretal. sub num. 6. & ibi* Felin. *prope fin.* D. Antonin. *p. 1. cap. 2. §. 3.* Syluest. *in sum. verbo iniuria q. 8.* Pedraza *præcepto 7. §. 10.* Cordub. *quæst. 58. pag. 160.* quos sequitur Io. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verbo remissio iniuriæ differ.* 4. vbi dupliciter limitat, primò

primò quando ante conuersationem, vel salutationem offensus proposuit in iudicio actionem iniuriarum, vel prædicta signa exhibet tempore necessitatis, aut talia, quæ inimicis exhibere tenetur; secundò nisi protestatus fuerit id facere ad satisfaciendum Deo, non tamen animo remittendi iniuriam quoad forum exterius.

Cap. Ergo Ludouicus. XXX.

Ludouicus Imp.

1 INtegram huius text. refert Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 9. anno Christi* 817. *num.* 9. *&* 10. & de eius materia & intellectu agit *ibidem num.* 14. *in fine. & n.* 15. *& anno* 816. *in fine*, aliqua tradit Boet. *decis.* 31. *&* 39. *num.* 1. Palat. *de benefic. in Curia vacant.* §. 9. *col.* 1.

2 *Vicario tuo.*] Ergo Papa dicitur Vicarius Petri, sed contrarium verius est, prout resoluit Cardin. Bellarmin. *lib.* 1. *de Romano Pont. cap.* 17. *vers. prima opinio*, vbi hunc text. refert, & eius argumento respondet.

3 In gloss. *Seu*. de dictione, *seu*, quod aliquando sit copulatiua, & augmentatiua, resoluunt Doctores, quos plena mano citaui *in tract. de diction. vsufreq. dist.* 363. *n.* 6.

4 In gloss. *Et territorij*. ibi, *& sic est arg. quòd nomine ciuitatis non comprehenduntur eius territoria.* Vide quæ dixi *in tractatu de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verbo ciuitas.*

Distinctio LXIV.

Cap. Episcopi. I. cum seqq.

QVALIBET Episcopi consecrationem à tribus Episcopis faciendam esse probat text. *in præsenti*, & tradunt Henriquez *in summa lib.* 10. *c.* 24. §. 1. Selu. *de benefic. part.* 3. *q.* 38. *n.* 5. Vincent. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 9. *de sacram. Ordin. cap.* 5. *n.* 106. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 48. *num.* 13. Marc. Anton. Gennen. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 70. *n.* 26. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *alleg.* 1. *num.* 45. qui & ratione, & exemplo requiruntur. Ratione, ne tantum beneficium videatur furtiuè præstitum, vt pro illo pariter preces ad Deum effundant. Et exemplo, quia & Iacobus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis ordinatus fuit, *cap. porrò* 66. *dist.* ita Durand. *in rationali diuinorum Offic. lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 7. *&* 9. Anton. August. *in epit. iuris Pontificij veteris lib.* 4. *tit.* 17. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Azor. *institut. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæst.* 3. *vers. quæras item quispiam*, vbi subdit, quòd auctoritate Summi Pontificis, siue generalis Concilij, seu Ecclesiæ concedi potest, & tostitui, vt vnus Episcopus iustis de causis Episcopum consecret, eo quòd non Christus Dominus, sed Apostoli constituerunt, vt Episcopus à tribus Episcopis consecraretur; at Apostolorum decretum, quando iuris Diuini non est, potest Ecclesia mutare, cùm iusta subest causa, vti in multis quoque decretis Apostolorum id Ecclesiam fecisse constat.

* * *

Distinctio LXV.

Cap. Non debet. II. cum seqq.

Ex Concil. Martini.

X Concilio Martini Papæ Gratianus *in hoc textu* refert quòd Episcopus non est ordinandus sine concilio, & præsentia Metropolitani, & Comprouincialium etiam Episcoporum, qui saltem si adesse non possent, propriis litteris consensum suum exprimere debent, vt referunt Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæst.* 2. *in princip.* Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 1. *quæst.* 48. *n.* 13. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. 1

SVMMARIVM.

1 *Verba text. referuntur.*
2 *Patriarcha Hierosolymitanus aliquando venit appellatione Romani.*
3 *Nicæni Concilij primi tempore non erat Patriarcha Constantinopolitanus, nec Constantinopolis ciuitas ædificata.*
4 *Vrba*, quandoquidem, & Episcopo Romano parilis mos est, *supposita fuisse ab hæreticis tenent aliqui.*
5 *Verba*, æqualis mos, *importare similitudinem potestatis quoad iura supra Ecclesias sibi subiectas dixerunt nonnulli.*
6 *Constantinopolitana Ecclesia fuit appellata mater Christianorum Orthodoxæ Religionis.*
7 *Text. in præsenti non decidere, sed narrare morem, qui vigebat, existimarunt alij.*
8 *Emendatur littera text. in præsenti.*

Cap. Mos antiquus. VI.

Ex Concil. Niceno.

MOs antiquus perdurat in Ægypto, vel Libya, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem; quandoquidem, & Episcopo Romano parilis mos est.*] Hæc sunt formalia huius text. verba desumpta ex Nicæno Concil. I. *can.* 6. *aliàs* 8. ex quibus in tacitam consequentiam inferri videtur Romanum Pontificem potestatem in Alexandrinum Patriarcham non habere, cùm par in parem non habeat imperium, ex vulgatis iuribus per me adductis *in tract. de Axiomat. iuris vsufreq. verbo Par.* 1 8

Horum enim verborum difficultatem nesciens gloss. *hic in verbo parilis*, dicebat illa non de Romano Pont. sed de Constantinopolitano Patriarcha esse intelligenda, quia aliquando ipse venit appellatione Romani, *cap. sanè profertur, in* §. *Romanorum* 24. *quæst.* 2. vbi gloss. *in verbo Romanorum*, exponit idest, *Constantinopolitanorum.* Pro cuius expositione facit text. *in l.* 1. §. *sed et si qua. C. de veteri iure enucl.* ibi, *Romam autem intelligẽdam est non solum veterem, sed etiam Regiam nostram*, vt si sensus Concilij, Alexandrinum Patriarcham, parem esse cum Constantinopolitano, non autem cum Romano; & hunc meliorem, ac planiorem dictorum verborum intellectum esse professus est Hugo antiquus Doctor, vt refert glosella marginalis *in præsenti.* Verumtamen licèt hæc expositio non placere posset quòd in essentia Patriarchali, 2

3 parem faciat Constantinopolitanum cum Alexandrino, tamen Nicænum illud Concilium non potest de Constantinopolitano Patriarcha intelligi, cùm eo tempore nec Constantinopolis ciuitas esset ædificata, vt ex Beato Hieronymo *in chronico* constat.

4 Franciscus igitur Torrensis *in tract. de potest. Papa lib. 3. p. 112. in verf. videamus ergo*, dicebat quòd illa verba, *quandoquidem & Episcopo Romano parilis mos est*, adiecta ac supposita fuerunt ab hæreticis clanculum, ac dolosè, & quòd ideò nullo modo ex Nicæno Concil. Alexandrini Patriarchæ parilitas cum Romano Pontif. comprobari poterat. Inuat autem hanc Francisci Torrensis speculationem Barthol. Carranza *in summa Concil. in scholio ad d. canonem sextum Nicani Concilij*, dicens quòd facta per ipsum Romæ diligenti, ac laboriosa inuestigatione circa dicta verba Concilij reperit vetustissimum Codicem Latinum Marcelli Cardinalis S. Crucis, vbi loco dictorum verborum ita legebatur, videlicet, *Quoniam quidem Metropolitano Episcopo hoc idem moris est*.

5 Alij verò respondent quòd æqualis mos in præsenti importat similitudinem potestatis quoad iura supra Ecclesias sibi subiectas, ad effectum scilicet vt ad ipsum detur appellatio, & habeat alia iura Patriarchalis Ecclesiæ, quæ commemorat. text. *in cap. antiqua 23. verf. firmata, de priuileg.* & deducitur ex *cap. conquestus 9. q. 3.* vt post Ruffum pro Pontifice *pag. 44. cum seqq.* explicant Bursat. *consil. 109. n. 1. 4. cum seqq. vol. 1.* Mart. *de Iurisdict. part. 1. cap. 16. a n. 4.*

6 licèt enim Constantinopolitana Ecclesia mater Christianorum Orthodoxæ Religionis sit appellata *in l. decernimus. C. de sacros. Eccles.* & omnium aliarum caput *in l. Constantinopolitana Ecclesia C. eod. tit.* hoc tamen intelligendum est ratione Ecclesiarum Orientis, sicut optimè aduertit Cardin. Baron. *in annalibus Ecclesiast. tom. 7. sub anno Christi 534. in verf. dum ergo, pag. 201.* vt in omnibus salua sit Romanæ Ecclesiæ auctoritas, iuxta Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 21.* cum aliis cumulatis à Franc. Gratiano *in compendio iuris Canon. part. 1. distinct. 6. de Sede Apostol.*

7 Nonnulli etiam aiunt text. *in præsenti* non decidere quòd perduret mos Alexandrinæ Ecclesiæ, vt parem habeat potestatem cum Romana, sed, narrare morem, qui vigebat, expendentes in aliquibus Codicibus Gratiani legi *perdurat*, non *perduret*, imperatiuè, vt in vulgaribus legitur, & sic *perdurat* emendatum est in nouissimis iussu Gregorij XIII. impressis.

8 Denique Ramundus Ruffus vir in iure nostro doctus, ac diligens, *vbi supra sub num. 8. pag. 66. in verf. sed videamus*, expresse confitetur quòd licèt in Græcis Codicibus Nicæni Concilij non legantur verba illa, vt *in principio text.* recitata sunt, habentur tamen in hunc modum, videlicet, *Quandoquidem Romanus Pont. hoc consueuit*, & in hoc sensu concordant doctissimi Decreti einsmodi emendatores, super hunc text. *in scholio verbo parilis*, dicentes in Græco Codice ita legi, videlicet, *Quoniam & Romæ Pontifici hoc vsitatum est*, vnde optime inferunt quòd ex verbis Nicæni Concilij nulla colligi potest æqualitas Alexandrini Patriarchæ cum Romano Pontif. In cuius rei confirmationem adducunt verba Nicolai Papæ I. *in epist. ad Michaëlem Imper.* omninò videnda. Addit autem & Ramundus Ruffus *vbi proximè*, satis aptam similitudinem, dicens: Nam sicut Rex quamuis comedat, viuat, ac moriatur sicut cæteri homines, nihilominus eorum superior est; sic etiam licèt Alexandrinus, & alij Patriarchæ aliqua habeant cum Romano Pont. communia, non tamen in suprema potestate, ac Primatu; non enim sequitur, minor in sua prouincia morem maioris seruat; ergo illi par est & æqualis; immo quia de iure morem, ac stylum alterius seruare tenetur (cùm non deceat à capite membra discedere, *cap. cum non deceat, de præscript.*) ex eo ipso colligitur quòd superiorē recognoscat, arg. *cap. institutio Missarum, de consecrat. dist. 2.* & aduertit etiam in terminis Anastasius Germ. *sacrorum immunit. lib. 3. cap. 5. n. 60. & sequent.*

SVMMARIVM.

1 *Hierosolymitanus Episcopus tempore Nicani Concil. verè Patriarcha non erat, sed subditus Metropolitano.*

2 *Hierosolymitanus Patriarchatus quando institutus fuit, ostenditur.*

3 *Hierosolyma fuit varijs pro tempore nominibus appellata.*

CAP. Quoniam mos. VII.

Tempore Nicæni Concilij Hierosolimytanus Antistes vere Patriarcha non erat, sed subditus 1 Metropolitano, vt patet ex *Can. 7.* eiusdem Concilij relato in hoc textu, & expressius in *Can. 10.* eiusdem Concilij ex illis octuaginta Canonibus ex Arabico Codice habitis diligentia Francisci Turriani, in illis verbis, *Quia est consuetudo honorandi Episcopum Eliæ nomine Patriarcha, cum sit dignus honore propter sanctitatem loci, & probitatem eius, præsit ei Prouincia & locis ei vicinis, reddidique Archiepiscope eius debitum honorem*, refert Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione cap. 6. n. 16.*

Crescente deinde in ipsam Hierosolymitanam Ec- 2 clesiam Christi fidelium deuotione factum fuit vt Vigilij Papæ, & Imperatoris Iustiniani tempore de Anthiocheno Patriarchatu; itémque de Alexandrino tantùm fuerit Hierosolymitanę Ecclesię concessum atque largitum, tótque eidem decreti, & assinati suffraganei Antistites, vt verum Patriarchalis titulum, honorem, ac potestatem consequi mereretur, sicut ex Goillielmo Tyro *de bello sacro lib. 14. cap. 12.* obseruauit Cardin. Baron. *annal Ecclesia tom. 7. anno Christi 553.* Vigilij Papę *anno 14.* & Iustiniani *anno 27. pag. 441. verf. afflatis* illa, bis verbis, *Tempore prædicti Principis* (Iustiniani videlicet) *congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim tempore D. Vigilij Papa, Eutichij Constantinopolitani, & Eustochij Hierosolymitani Patriarcharum super tribus capitulis*, &c. In qua Synodo post alias populo Dei necessarias institutiones, qua pro tempore promulgandas decreuerat, Sanctorum Patrum, qui ad eam conuenerant, auctoritas, prædictam Deo amabilem Hierosolymitanam honorare Ecclesiam, & eius Episcopo locum inter Patriarchas dare communi sanxit voluntate, reuerentiam exhibens sanctæ resurrectioni. Et quoniam prædicta Dei ciuitas ciuitas, quasi in limine Alexandrini, & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberet vnde illi Vrbi ordinaret suffraganeos, nisi vtrique Patriarchæ aliquid detraheret, visum est expedire ab vtroque aliquid detrahere, vt eidem iuxta formam aliorum Patriarcharum ordinaret subiectos. Subtraxerunt ergo Antiocheno Cęsariensem, & Scythopolitanum Metropolitanus; Alexandrino verò Rubensem, & Bryhensem item Metropolitanos, & quoniam iterum eondem Patriarcham oportebat habere prætet supradictos Metropolitanos, familiares suffraganeos,

ganeos, quos Græci Syncellos vocant, subtraxerunt prędictis Metropolitanis quosdam Episcopos, & quosdam de nouo erexerunt vsque ad vigintiquinque. Hactenus Card. Baron.

3 In gloss. *Vt Elia*, Hierosolyma quòd fuerit variis tempore nominibus appellata, Salem videlicet, Salomonia, Elia, & similibus, referunt Euseb. *Ecclesiastica hist. lib.4.cap.6.* Ioan. Ludou. Viuald. *in opere Regali in tract. de magnificentia Salomonis natab.6.§.vt ex dictis*, Abraham. Ortel. *in thesauro Geographico, verbo Hierosolyma*, Dionys. Paul. *de vera quatuer Patriarch Sed. erect.c.9.num.* 3. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.1.tit.3.cap. 6. num.1.*

Distinctio LXVI.

Cap. Porrò. II.

1 ANACLETVS *epist. 2. ad Episcopos Italia*, prout refertur *in hoc text.* scribens dicit ad rationem consecrationis Episcopi pertinere vt fiat à tribus Episcopis, vt per Henriq. *in summ. lib.* 10 *cap.7. §. 3.* Azor. *institut. moral. part.2. lib. 3. cap.30. vers. quaret item*, Optimè Vasq. *de Ordine disput.* 243.*cap.6.* Paul. Comitol. *respons. moral. l.1.q.48 num.13.* Marc. Anton. Genoens. *in praxi Curia Archiep. Neapol cap.70.n.26.* metipsum *de officio, & potestate Episcopi part.1.allegat.1.num.45.*

2 Verùm autem, ad hanc ordinationem ita tres requirantur, vt si fiat à paucioribus, nulla omnino sit ordinatio, vide S. Anton. *in sum. part.3.tit.14. cap. 16. §.9.* Syluest. *verbo conseeratio 1.in princ.* Armil. *eod. verbo n. 2.* Vasq. *d.cap. 6.num.59. cum seqq.* Gregor. Lopez *lib. 28. gloss 2.tit.5.part.1.*

3 In glos. *Ordinatus*, ibi, *ergo Apostoli fuerũt Episcopi.* Item tenent Anton. de Rosel. *de potestat. Imper. & Papa n.21.* Ludou. *in addit. ad tract. de potest. Papa num. 10.* Caiet. *de auctorit. Papa num.22.*

4 In ead gloss. ibi, *Apostoli erant simplices Sacerdotes.* Notatur ad hoc quòd Apostoli viuente Christo non fuerunt nisi simplices Sacerdotes, vt per Sclu. *de benefic. part.1. quast. 4. num.17. & 31.*

Distinctio LXVIII.

Cap Presbyteri. II. *Greg. III.*

VLOO colligitur ex gloss. *verbo consecrentur, in hoc text.* clericatum nonquam præsumi, vt per Menoch. *ac prasumpt. lib.6. prasf. 76.* Mascard. *de probat. concl.302. num. 13. & conclus.963.num.1.* Fulu. Pacian. *eod. tractat. lib.2.cap.74.num. 9.* Azeued. *l.10.num. 1. tit. 1. lib. 4. noua recopil.* Farin. *in praxi crimin. part. 2.quest. 8. num. 38.* D. Baboſ. *in l. Titian 27. & 31. ff. soluto matrim.* Flores de Mena *var. quast 23. num.57. cum seqq.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. in pralud num.* 184. nam probatur ex litteris patentibus Ordinatij, Mascard. *concl.* 305. Menoch. *d. prasf. 76. num.2.* Flamin. *de resignat. benefic. lib.10.quast.3.n.30.* Couar. *practic. c.33.num. 3.* Farin. *d. quast. 8. num. 40.* Sord. *cons.396.num.13.* Mastril. *Sicilia decis.113.num.2.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloss 61.num.23.* Camill. Borrell. *in summu decis.tit.7. num.18.* Nicol. Garc. *de benefic.part.7.cap.1.num.139.* Rot. *decis.101. num. 1. & decis. 321.num.5. & decis.725. num.3.* apud Farin. *p.1. recent. & decis. 17. num.1. & decis.212.num.1. & decis. 401.num.4. & decis.523.num.1. & decis 605.num.2. & decis 669. num.1. part.2.recent.* Caualer. *decis.483. num.2. & decis.502.n.2. & decis.572 num 4 & dec.608. num.1.* vbi quòd etiam probatur ex litteris patentibus ordinatis. dummodò sint in publica forma, secundùm Mantic. *decis. 360. num. 1.* Probatur etiam per testes deponentes vidisse clericum celebrantem, ead. Rot. *decis. 629 num.3. part.1. recent. & decis. 252. num.6. part.2.recent.* Caualer. *decis.559. num.2.* Item per testes deponentes de publica voce, & fama, ead. Rot. *decis. 613.num.4.part.1.recent. & decis.116.num.3.p.2.recent.* & de communi reputatione, ead. Rot. *decis. 99.num.4. & decis.736.num.4.d.part.2.* Flamin. *de resignat. lib. 4. q.2 num.70.* Nicol. Garc. *d.cap.1.num.140.* Mart. *d.cap. 31.num.6. & 7.*

2 In gloss. Et *consecrentur*, ibi, *similiter in dubio prasumitur potius non baptizatus quam babtizatus.* Ita Arnon. *caut. 25.* Dec. *cons.184.a num. 4.* Alciat. *de prasumpt. reg.2. pras.4. num. 1.* Cassan. *cons.1.num.23. in 5.quast.* Couar. *var.l.2.cap.20.num. 10.vers.quinto.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia semel consecrata non est iterum consecranda.*
2 *Parietes Ecclesia si igne decrustentur intus, & exterius, erit iterum Ecclesia consecranda.*
3 *Sanguinis effusione polluitur Ecclesia.*
4 *Debitum reddere in Ecclesia petenti nullo modo tenetur alter coniux.*
5 *Accessus coniugalis in Ecclesia extra casum necessitatis est lethalis.*
6 *Ecclesia polluitur per coitum coniugalem in ea habitum.*

Cap. Ecclesiis. III.

Ex Concil. Niceno.

1 ECclesiam semel consecratam non esse iterum consecrandam, ex Nicæno Concilio refert Gratian. *in prasenti*, arguens de sacramento Baptismi semel suscepto ad consecrationem Ecclesiæ factam, vt in neutro casu consecrationis reiteratio fieri debeat, ita Durand. *in ration. Diuin. lib.1. cap.6. num.31. & 36.* Henriq. *in sum. lib.9.2. q § 1.* Soar. *tom.3.q 83. & tom. 5.disp. 81. sect. 5.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.2.alleg 27.num.12.*

2 *Nisi aut ab igne exusta.*) Notatur ad hoc quòd si parietes Ecclesiæ igne decrustentur intus & exteriùs, erit iterum Ecclesia consecranda, vt per Piasec. *in praxi Episc. part.1.cap.5. num. 24. vers secundò*, Miranda *in man. Pralat. tom.2.quast.39.art.4.concl.1.* quos refero ego ipse *d.alleg.27. num. 18.*

4 *Aut sanguinis effusione.*) Vide quæ dixi *in collect. ad can. vnic.num.2. de consecrat. Ecclesia lib.6.*

5 In gloss. *Semine*, ibi, *Nam dicit G. quòd etiam in Ecclesia vir vxori tenetur debitum reddere sed malè.* Notatur ad hoc quòd nullo modo tenetur alter coniux petenti reddece debitum in Ecclesia, vt per Nauar. *in man. cap.16.num.25.* Stephan. de Gaëta *in rep. cap. ad limina 30. q.1.§.4. num.179.* & alios, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib.9. disp. 15. num. 8. in fine*, nam coniugalis accessus in Ecclesia extra casum necessitatis est lethalis, secundùm Couar. *de sponsal. part. 2. c.7.§. 2. num. 5.* Steph. de Gaeta *d.§.4.n.178.* Perez *l.1. vers. quari potest vtrum copula tit.1.lib.5. Ordin.* Matien. *in rub. tit.1. gloss.1. n.99.lib.5.noua recop.* Vitald.

Viuald. *in candelab. aureo p. 1 num.* 171. Iacob. de Graff.
6 *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 10 Et ideò per coitum coniugalem in Ecclesia ipsam pollui tradunt Dectores per me citati *in collect. ad dict. cap. unic. num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Chorepiscopi ab aliquibus numerantur inter Episcopales gradus, eo quod Subdiaconatum, & minores dines conferebant, intelligitur de illis, qui Episcopalem consecrationem accipiebant. vt num. 3.*

2 *Chorepiscopi à χώρα dicitur, quod Græcè pagum, seu villam significat, quasi in pagis, & villis loco Episcoporum ad Episcopalia munia obeunda constituti sint.*

4 *Obijcitur contra conclusionem text.*

5 *Gradus duos, Episcoporum scilicet, & Presbyterorum Christus Dominus solum instituit.*

6 *Chorepiscopi ex Ecclesiæ institutione nihil aliud fuerunt quàm Presbyteri.*

7 *Ordo Chorepiscoporum damnatus est ab Ecclesia.*

8 *Chorepiscopi iidem olim fuerunt, qui Parochi hodie dicuntur.*

CAP. Quamuis. IV. *Leo.*

1 INter Episcopales gradus ab aliquibus enumerantur Chorepiscopi eò quòd Subdiaconatum, & minores Ordines conferebant, aliaque exercebant munia solis Episcopis propria, per text. *in præsenti.* & per Concil. Antiochen. *can.* 10. relatum *tom.* 1. *Concil. pag mihi.* 122.
2 vbi etiam legitur Chorepiscopos manuum im, ositionem Episcoporum percepisse, & vt Episcopos consecrari solitos, scribuntque sic dictos à χώρα quod Græcè pagum, seu villam, aut locum significat, quasi in pagis, & in villis, & loco Episcoporum, atque eorum Vicarij fuit constituti ad Episcopalia munia obeunda, quales dicunt hodie esse nostros Episcopos titulares, ita Petr. Gregor. *syntagm. iuris liber.* 15. *cap.* 1.
3 *à num.* 46. sed non de omnibus hoc verum esse, sed de aliquibus, qui consecrationem Episcopalem accipiebant, ve. um agn. scit Card. Bellarm. *tom.* 1. *controu.* 5. *de clericis lib.* 1. *cap.* 17.
4 Verùm obstat, quia si Episcopi sunt, cur non Diaconatum, & reliqua Episcopalia munia exercere possunt, quæ vel in locis sibi deputatis, vel saltem consentienta Episcopo Diœcesano exequuntur, quod tamen prohibet text. *in præsenti.* Deinde si Episcopi sun, quomodo in pagis, & villis constituuntur, contra regulam text. *in cap.* 1. *de priuileg.* & similibus, quibus probatur solùm maioribus ciuitatibus Episcopos esse præficiendos. Obstat tandem *cap. Chorepiscopi*, immediate sequens, vbi Damasus Papa Chorepiscoporum institutionem improbat vt prauam, & sacris Canonibus, & Scripturæ contrariam, quia in illis nullum habent fundamentum, sed potiùs constat solos duos gradus maiorum, & minorum, Sacerdotum Christum Dominum instituisse.
5 Quare cum Synodo Neocæsariensi dicendum est Christum Dominum solos duos gradus, Episcoporum scilicet, & Presbyterorum instituisse, sed Chorepiscopi non sunt Episcopi, vt ipsa nominis etymologia sonat, qui loco sunt Episcoporum, igitur vt Presbyteri sint, oportet quòd si despiciuntur, esse Presbyteros, nihil sunt, nam tertius Ordo nec sacris Litteris,
6 nec Pontificijs Canonibus reperitur; & ideò concludendum est Chorepiscopos ex Ecclesiæ institutione nihil aliud fuisse quàm Presbyteros, quibus credebantur res præcipuè temporales, & cura pauperum, & eleemosynarum, & aliqua ministeria Episcopalia, veluti vt conferrent minores Ordines, inter quos erat Subdiaconatus illis primis temporibus, *cap. erubescant,* 32. *dist. cap. miramur, de seruis non ordin* & sic postea eorum ambitione crescente gerebant se pro Episcopis, suoque officio non contenti audebant maiores Ordines, & omnia Episcopalia munia exercere, & aliquando consecrationem, quæ Episcoporum est propria, extorquebant, & ideò meritò eorum Ordo ab Ecclesia damnatus est *in dict. cap. Chorepiscopi,* & post antiquiores explicant Conrad. Brun. *de ceremon. lib.* 1. *cap.* 4. Carronza *in summa Concil. Damasi epist.* 4. *pag. mihi* 77. Petr. Boll. *in œconomia Canonica classe* 4. *cap.* 2 §. 4. & latè post multos, quos refert Henriq. *in summ. lib.* 10. *cap.* 13. §. 1. & iuxta hanc resolutionem Chorepiscopos eosdem esse, quos Parochos dicimus, scribit Ioan. Filesac. *in erudito libello, quem Paræcia inscripsit cap.* 2. *pag.* 28. dicens *Coepiscopos* legendum esse, Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 1. *de cleric. cap.* 17. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 9. *de sacram. Ordinis cap.* 5. *num.* 103. & 104. Ex quibus facile soluuntur, quæ in contrarium adducebamus de istorum consecratione. Ad illud verò quòd Subdiaconatum, & minores Ordines conferebant, respondetur parum concludere, quia ista à non Episcopis quandoque conferri probat text. *in capit.* 1. *de ordinatis ab Episcopo, qui Episcopatui renunciauit,* immo & aliquando minores ex commissione Romani Pontif. sicut & Chrisma conficero, *cap. peruenit* 9. *dist.* 7 8

DISTINCTIO. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Abbates attento iure communi poterant minores Ordines conferre sibi subditis non solum monachis, sed etiam laicis in quos ordinariam Ecclesiasticam habebant iurisdictionem.*

2 *Abbates hodie secundum Concily Tridentini dispositionem, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferre non possunt.*

3 *Abbates an hodie possint Tonsuram, & minores Ordines conferre alijs Regularibus, vel secularibus qui dimissorias suorum superiorum habuerint, remissiue.*

4 *Abbatis benedictio ad Episcopum spectat.*

CAP. Quoniam. I.

Ex septima Synodo.

LICET attento iure communi huius text. & *cap. Abbates* 3. *de priuileg. lib.* 6. Abbates minores Ordines possent conferre sibi subditis non solùm Monachis sed etiam laicis in quos ordinariam Ecclesiasticam habebant iurisdictionem, vt obseruant Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. Sluett. *in sum. verbo Ordo il* 3. *num.* 1. Paul Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 9. Rodulph. Cupers *in rep. cap. oportebat* 79. *dist. in* §. *Tonsura n.* 6. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 955. Azor. *institut moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 48. *quæst.* 2. Flores de Mena *var. lib.* 2. *quæst.* 24. *num.* 14. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 38. *art.* 6. *concl.* 1. Hodie tamen ex noua dispositione Concilij Tridentini *sess.* 23. *de reformat. c.* 10. non licet Abbatibus, & alijs quibuscunque quantumuis exemptis in posterum 1 2

poſterum intra fines alicuius diœceſis exiſtentibus, etiamſi nullius diœceſis, vel exempta eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, Tonſuram, vel Minores Ordines conferre, vt referunt Fr. Ludou. Miranda *d. art 9. concl. 2.* Azor. *d. q. 5.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 2. alleg. 3. num. 11.* & tangit Portel. *in dub. Regul. verbo Abbas 2.*

3 Vtrùm autem huiuſmodi Abbates poſſint Tonſuram, & Minores Ordines conferre aliis Regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuorum Superiorum, & ſpecialem licentiam Epiſcopi loci habuerint, ac proinde aliis ſecularibus ſuorum Superiorum dimiſſorias afferentibus, dixi *in collect. ad d. cap. Abbates, de priuileg. lib. 6.* vbi etiam an huiuſmodi Abbates, poſſint nouitios ſui Monaſterij ad Ordines minores promouere.

4 *Facta noſcatur ab Epiſcopo.*] Ergo Abbatis benedictio ad Epiſcopum ſpectat, vt per Sotoz. *de Vicario Epiſcopi lib. 2. q. 8. num. 1.* Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 12. c. 10. quaſt. 6.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 31. §. 1. n. 1.* metipſum *in ſimili tract. part. 2. alleg. 27. n. 51.* vbi plures citaui Doctores, quibus addo nouiſſimè Aſcan. Tambur. *in tract. de iure Abbatum cæterorúmque Prælatorum, tam Regularium, quàm Secularium Epiſcopis inferiorum tom. 1. diſp. 11. quæſt. 9.*

DISTINCTIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Chalcedonenſe Concilium, & Vrbanus voluerunt irritas, & inanes eſſe ordinationes eorum, qui ſine certo titulo promouentur.*

2 *Ordinans aliquem ſine titulo, & eius ſucceſſores tenentur ſic Ordinato prouidere donec ipſe Eccleſiaſticum ſit aſſequutus beneficium.*

3 *Concil. Tridentin. an duorum Canonum de quibus in præſenti, & textus in c. cùm ſecundum, de præbend. an vero alicuius ex illis pœnas innouet, oſtenditur, & num. 4. & 5.*

6 *Conſtitutio Sixti V. contra malè ordinantes, & ordinatos redacta fuit per Clementem VIII. ad terminos ſacrorum, Canonum, & Conſtitutionis Pij. II.*

CAP. { Neminem. I. *Ex Conc. Chalced.*
Sanctorum. II. *Ex Conc. Vrban. II.* }

1 CHALCEDONENSE Concil. *can. 6.* relatum *in hoc cap. 1.* & aliud Vrbani habitum Placentiæ, de quo *in cap. 2.* voluerunt irritas, & inanes eſſe (ſcilicet quoad executionem) ordinationes eorum, qui ſine certo titulo promouentur.
2 Pontifices verò ſucceſſores benigniùs agere cupientes tandiu per Ordinatores, & ſucceſſores eorum prouideri ordinatis conſtituerunt, donec ipſi Eccleſiaſtica ſint aſſequuti beneficia, vt decreuit Innoc. III. *& in cap. cùm ſecundum, de præbend.* cui ſucceſſit poſtea Conciliaris in hac re diſpoſitio *ſeſſ. 21. de reform. cap. 2.* certam non exprimens pœnam, ſed antiquorum Canonum ſimpliciter innouans, ex cuius verbis non immeritò dubitatur à Doctoribus an Concilium Trident. *citato loco* innouet pœnas horum duorum Canonum, de quibus *in præſenti*, an verò *dicti c. cùm ſecundum*, an demum omnium prædictorum Canonum; Tres hac in re inuenio opiniones, quarum ſingulas referam, vt ex illis quæ ſequenda ſit faciliùs colligi poſſit.

Prima tenet omnium relatorum Canonum pœnas innouare Concil. Trident. *diſtinct. cap. 2.* tum, quia vtitur plurali numero, inquiens, pœnas innouando, quod in vna quam vnuſquiſque ex illis textibus infligit, verificari nequit, iuxta reg. *cap. pluralis locutio 40. de regul. iuris lib. 1.* cum ibi adductis per me: tum etiam, quia pœna *d. cap. cùm ſecundum*, tantùm promouentem afficit, promotique reſpicit fauorem, ideò iuſtè credendum eſt illam quoque pœnam innouaſſe quæ taliter ordinatum caſtigat, quámque collit erunt hi textus; quare ita ſuſtinent Nauar. *conſil 14. num. 4. in vtraque edit. & conſ. 46. nu. 1. & 3.* quod erat *in antiq: conſ. 47 ſub tit. de tempor. Ordin.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 14. & 50.* Soar. *de cenſur. diſput. 31 ſect. 1. poſt. num. 35.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 8. cap. 6. num 1.* quæ præhabita diſtinctione hanc opinionem tenet, vt ſcilicet Concil. *d. loco* innouet pœnam horum Canonum, de quibus *in præſenti diſt.* quotieſcumque ordinatus tantùm in culpa fuit decipiendo Ordinatorem, & illi mentiendo ſe habere titulum ſufficientem, cui Ordinator iuſtè credens, aut credere debens, ipſum promouit, ne tunc Ordinator citra culpam mulctetur, compellendusque ſit prouidere illi de victu, pœnam verò ſtatutam *in d. cap. cùm ſecundum*, innouare ait cùm ipſe Ordinator fuit in culpa eo quòd, ſciens illum non habere titulum, ordinauit, nec malitioſè Ordinatus paſſus eſt promouere, idem tradit Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 26. §. 8. num. 5.* & hæc in puncto iuris verior eſt ſententia. 3

Secunda opinio tenet Conc. *dicto loco* innouare pœnam ſuſpenſionis, de qua *in his duobus Canon.* eamque amplectuntur Maiol. *de irregula. lib. 4. cap. 15. in princip* Fr. Emman. *in ſum. tom 2. cap. 15. num. 1.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 18. princ. num. 75.* Zerol. *in praxi Epiſcopali p. 1. verbo dimiſſoria §. 4 & part. 2. eod. verbo §. 6. & verbo irregularitas § 2.* Sanch *de matrim. lib. 6. diſp. 18. in fine*, Paul. Comitol *reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 38.* Bonacin. *de Sacram. diſput. 8 quæſt. vnica, puncto 5. num. 24.* 4

Tertia, cui tanquam receptiori magis adhæreo, tuetur per Concil. Trident. *d. loco* ſolùm eſſe innouatam pœnam *dict. cap. cùm ſecundum*, & ſic Ordinatum ſine titulo non eſſe ſuſpenſum, neque aliquam pœnam incurrere, ſed Epiſcopum cogendum eſſe illi prouidere defendunt Viuald. *in candel. aureo part. 2. tit. de ſuſpenſ. num. 28. aliàs num. 35. in noua edit.* Henriquez *in ſum. lib. 13. cap. 37. § 2.* Gutier. *pract. lib. 2. quæſt. 65. num. 11. verſ. nec opinio*, Auila *de cenſur. part. 3. diſput. 5. dub. 4. & 5.* & ſic deciſum fuiſſe à Sacra Concilij Congregatione atteſtantur Emman. Sà *verbo ſuſpenſio num. 19.* Fornar. *de Ordine, cap. 8. num. 8.* addit. ad Nauar. *conſ. 2. quæſt. 16. de conſtitut.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic, lib. 2. quæſt. 16. num. 18.* Sayr. *de cenſur. lib 4. cap. 14. num. 16.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 10. num. 12.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. c. 5. n. 17.* Armend. *in addit. ad recopil. legum. Nauarra lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimon. cleric. num. 19.* Sanctarel. *var. reſolut. quæſt. 49. num. 15.* 5

Non obſtat conſtitutio Sixti V. incip. *Sanctum, & ſalutare, ſub Dat. Nouis Ianuar.* 1588. quatenus Ordinatorem ſine patrimonio à collatione quorumcumque Ordinum, atque etiam ipſius Tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſum, atque ab ingreſſu Eccleſiæ interdictum declarat, & promotum ab executione, miniſterio, & exercitio Ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios Superiores 6

perpetuò

perpetuò suspensum pronuntiat, quia hæc constitutio cùm nimis rigida multis visa fuisset, & scrupulos varios tam promouentibus, quàm eis, qui promoti fuerant, ingenerasset, illam postea Clem. VIII. noua quadam constit. incip. *Romanum Pontificem, sub Dat. Pridie Kalend. Martij 1595.* Motu proprio, & ex certa scientia de Apostolicę potestatis plenitudine sua perpetuò valitura constitutione ad terminos sacrorum Canonum, & constitutionis Pij Papæ II. quæ incip. *Cum ex sacrorum*, & ad dispositionem decretorum Sacri Concilij Trident. restrinxit, & reduxit, nec non censuras, & pœnas in eadem Sixti V. constitut. contra quoscumque (præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflicta, quas voluit in suo robore permanere) moderatur, & aboleuit. Alia spectantia ad materiam horum Canonum latè egi *in collect. ad Concil. Trident. citato cap. 2. & de officio, & potest. Episcopi pars. 2. alleg. 19. & 20.*

Distinctio LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo nulli licet clericum alterius ciuitatis ordinare sine consensu Episcopi ipsius.*
2 *Episcopus proprius potest ratam habere ordinationem sui subditi factam ab alieno sine sua licentia, & sic ordinatus habebit executionem.*
3 *Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 8. refertur.*
4 *Ordinatus sine litteris dimissoriis sui Ordinarij à susceptorum Ordinum executione est suspensus.*
5 *Inhabilis est ad beneficia consequenda ordinatus sine litteris dimissoriis sui Ordinarij.*
6 *Episcopus ordinans alterius subditos sine licentia, & litteris dimissoriis quam pœnam incurras remissiuè.*

Cap. Illud quoque. I.

Ex Concil. Sardicensi.

1 IN Sardicensi Concil. *cap. 18. & 19.* quod refert Gratian. *in præsenti*, prohibetur vt nulli Episcopo liceat clericum alterius ciuitatis ordinare sine consensu Episcopi ipsius, alias non sit rata ordinatio eius, idest,
2 quoad executionem, quod gloss. *verbo ordinatio, et in præsenti*, intelligit nisi postea ratum habeat suus Episcopus, nam illo ratificante sic ordinatum executionem habere resoluunt Nauar. *cons. 11. vers. ad quartum, & cons. 39. sub tit. de temporib. ordinat. in nouis*, Vgolin. *de officio Episcopi cap. 26. §. 23. num. 1.* Ego ipse *in simili tract. p. 2. allegat. 8. num. 10.* quicquid post Paris. & Rebuff. contrarium firmet Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 28. quæst. 4. vers. dubia quæstionis.*

3 Qua in re Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap 8.* sic statuit, *Vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur, quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur. Si secus fiat, ordinans a collatione Ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum Ordinum executione quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit*
4 *suspensus.* Ex quo Concilij loco sic ordinatum à susceptorum Ordinum executione esse suspensum Salzed. ad Bernard *in practic. cap. 26. lit. E.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 14.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 4. quæst. 1. num. 89.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo dimissoria*, Franc. Leo. *in thesauro fori Eccles. p. 3. cap. 8. num. 3.* Cened. *practic. lib. 1. quæst. 38. à num. 4.* Ægid. de Conink *de Sacram. tom. 2. disp. 15. dub. 5. num. 35.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tractat. 2. num. 69.* Bonacin. *de censur. disput. 3. quæst. 6. puncto 5. n. 27.* Ego ipse *d. part. 2. alleg. 17. à num. 9.* ac proinde
5 fieri inhabilem ad beneficia consequenda, tradunt Rebuff. *cons. 1. incip. Ordinatus, & in praxi rub. de litteris dimissor. n. 22. & de pacificis possess. num. 127.* Petr. Gregor. *de benefic. cap. 36. num. 12.* Flamin. *lib. 4. q. 2. num. 58.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub. 9. cap. 2. n. 1.* Carol. de Graff. *de effectib. clerical. effectu 1. n. 636. & effectu 15. num. 28.* Ego ipse *d. part. 2. alleg. 8. num. 13.* vbi *num. 10. in fine*, post Maiol. Nauar. & Bonacin. obseruaui sufficere ratihabitionem proprij Episcopi ad hoc vt fiat capax, & possit beneficium retinere. Vnde collationem beneficij post Trident. factam suscipienti etiam primam Tonsuram ab alieno Episcopo sine proprij facultate, antequam illam ratam habeat, ordinationem esse nullam, vt per Capuraq. *decis. 126. par. 1.* Rebuff. *cons. 1.* Hieron. Gabr. *cons. 181. & 189. lib. 2.* Flamin. *de resign. lib. 4. quæst. 2. à num. 58. & 82.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 151.* quare opus erit vt is, qui ab alieno ordinatus est Episcopo, sine proprij facultate, narret in impetratione beneficij se taliter fuisse ordinatum, alitet erit impetratio subreptitia, & nulla, Rebuff. *in tract. nomin. quæst. 14. num. 42.* Camill. Bottel. *consil. 15. num. 22.* De pœna
6 autem, quam incurrit Episcopus ordinans alterius subditos sine licentia. & litteris dimissoriis, vide *d. allegat. 8. à princip. & in collect. ad cap. eos, & ad cap. fin. de tempor. ordinat. lib 6.*

7 *Non sit rata ordinatio.*] Intellige cum gloss. *hic verbo ordinatio*, nisi postea ratum habet suus Episcopus, vt per Soar. *tom. 5. de censur. disput. 31. sect. 1. ex n. 15.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tractat. 2. cap. 24. sect. 3. num. 69. vers. sunt autem*, quamuis Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 9. num. 10.* asserat se non audere post Trident. hanc ratihabitionem admittere.

Cap. Clericos. IV.

Ex Conc. Chalcedon.

1 TAmdiu excommunicatos, &c.] Hæc verba continere excommunicationem latæ sententiæ asseruor Toler. *in sum. lib. 1. cap. 5. num. 5.* Soar. *tom. 5. de censur. disput. 18. sect. 4. num. 3.* Sayr. *in simili tract. lib. 1. c. 11. n. 10.* Auil. *eod. tract. part. 2. c. 2. disp. unic. dub. 2.*

2 *Quamdiu ipse clericus reuertatur.*] Excommunicatio lata ad certum tempus, vel sub conditione, veluti *quamdiu non satisfecerit*, transacto termino, vel impleta conditione an tollatur sine alia absolutione vide Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 4. cap. 25. num. 14.* Vgolin. *de censur. tab. 4. § 3. num. 2.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 165.* Toler. *in sum. lib. 1. cap. 46. n. 1.* Soar. *tom. 5. de censur. disput. 19. sect. 1. num. 5.* Sayr. *in simili tract. lib. 4. cap. 17. num. 3.* Auil. *eod. tract. part. 2. c. 7. disp. 2. dub. 6. vers. conclusio.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus extraneus sine commendatitiis litteris sub Episcopi suscipi non debet.*
2 *Episcopo nulli licet alieno Presbytero facultatem concedere celebrandi in sua diœcesi nisi de promotione constet, vel commendatitias litteras à proprio Ordinario portet.*

3 *Clericus*

3 *Clericus peregrinus si litteras commendatitias non habuerit, potest admitti ad celebrandum si fidem fecerit de sua ordinatione.*
4 *Clericus peregrinus non faciens fidem de sua ordinatione potest seclusio scandalo celebrare.*
5 *Episcopus extraneus an possit ordinare laicum de alterius Episcopatu, ostenditur.*

Cap. Primatus. VI. cum seqq.

Ex Concil. Carthag. I.

1 IN Concilio Carthaginensi I. *cap. 5.* relato *in hoc text. & seqq.* sancitum est ne extraneus clericus sine commendatitiis litteris sui Episcopi suscipiatur, vel ministret, idem ferè disponit Conc. Tridentin. *sess. 23. de reformat. cap. 16. vers. nullus*, dum iubet ne vllus clericus peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarij litteris ab vllo Episcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta administranda admittatur, latè Campan. *in diuersor. iuris Canon rub. 9. cap. 6. à princip.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 2. allegat. 21. à princip.*
2 Nulli enim Episcopo licet alieno Presbytero facultatem concedere celebrandi in sua diœcesi nisi de promotione constet, vel commendatitias litteras à proprio Ordinario porret, *cap. extraneo, cum duobus seqq. hac ead. dist.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 121. art. 1.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 40. num. 1.* Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 34. §. 6. in fine,* Suar. *de Relig. tract. de voto lib. 3. cap. 4. num. 9.*
3 Et quamis Mandos. *ad reg. 24. Cancel. quæst. 5.* insinuet huiusmodi comendatitias litteras esse de forma, tamē si Presbyter peregrinus commendatitias litteras non habuerit, potest admitti ad celebrandum si fidem fecerit de sua ordinatione Nauar. *consil. num. 1. in fine, de celebr. Missar.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 150. part. 1.* & etiam ea non facta
4 nullo iure est suspen sus, immo potest seclusio scandalo celebrare, Nauar. *in man. cap. 27. num. 153. & consil. 5. sub tit. de celebr. Missar. quod est in nonis consil. vnic. de clericis pereg.* Henriq. *d. §. 6. in commento lit* Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 41. vers. tantopere.* Ego ipse *dicta alleg. 21. num. 3.*
5 In gloss. *Obtineat.* ibi, *Sed nōnne extraneus Episcopus potest Ordinare laicum de alterius Episcopatu cum laicus possit transferre domicilium quò voluerit? dico quòd sic, sed domicilio non translato non potest eum ordinare,* Vide Zetol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo dimissoria, pag. mihi 106.*

Distinctio LXXII.

Cap. Episcopus. I. Leo.

1 DImissorias litteras ab Episcopo præstandas non esse Sacerdoti sibi subiecto, vel alij clerico, nisi ipso petente, ex Leone Papa tradit Gratianus *in præsenti,* illas verò ipse Episcopus denegare non debet Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, sicut decisum à Sacra Congr. refert Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis n. 63. & 56.* pariter decisum attestatur huiusmodi dimissorias litteras esse obtinendas ab eo, qui petentis clerici Ordinarius fuerit, refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 22. num. 4. & 5.*

Distinctio LXXIII.

GRATIANVS in hac distinct. ponit qualiter commendatitia, vel dimissoria epistola facienda sit, cuius ergo formulas posui *in meo formulario Episcopali form. 31. cum seqq. impresso Lugduni post meum tract. de officio, & potest Episcopi.* 1
De litteris formatis, quarum meminit Gratianus *in principio huius dist.* vide Alciat. *lib. 11 parerg. cap. 3. vers. in Concil.* Cardin. Baron. *annalium Ecclesi. tom. 2. anno Christi 142. vers. qua autem,* vbi ait ex antiquo Ecclesiæ more dici litteras quasdam, quibus Episcopus clericum à proprio subiectionis iure demittebat, vt alteri subiiceretur Episcopo, tradit gloss. *verbo inter Episcopos, in cap. Ecclesiis dist. 68.* quam sequuntur *ibi* Turrec. & alij. Sic dicuntur Latinè, vt refert Heutiq. *in summ. lib. de Ordine cap. 23. §. 2. lit. I.* ex eo, quia sub certa quadam Græcarum litterarum forma dantur ex præcepto Concilij Nicæni, de quo *in cap. 1. infr. eod.* 2

Distinctio LXXIV.

Cap. Episcopus. I.

Ex Concil. Aurel. III.

EPISCOPVS si ipso iure per annum à celebratione Missæ suspensus si inuito homini conferat Tonsuram, ita Angel. *verbo suspensio num. 4. & verbo Ordo 1. num. 34.* Syluest. *eodem verbo suspensio §. 6. vers. tertiò suspenditur.* Henriquez *in sum. lib. 13. cap. 38. §. 3 vers primò.* Bonacin. *de censur. disp. 3. q. 6. puncto 5. num. 23.* Mar. Alter. *eodem tract. tom. 2. disp. 16. de suspens. cap. 1. vers. quintus casus,* Suar. *in simili tract. disput. 31. sect. 5. num. 6.* Sayr. etiam *eod. tract. lib. 4. c. 6. num. 21.* Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. num. 52.* Molfes. *in summa Theologia moral. tract. 2. cap. 17. n. 10.* Filliuc. *tract. 17. num. 140.* Iul. Lauor. *de Indulgent. p. 2. cap. 14. num. 28.* plures refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 3. allegat. 111. num. 3. secundum Lugdunen. impress.* 1

SVMMARIVM.

1 *Inuitus aliquis non est ad Episcopatum pertrahendus,*
2 *Ordinatus conditionali addictus coactione recipit characterem, secus si absoluta coactione compulsus fuerit; vt num. 3.*
4 *Ordinatus, vi metûve qui in constantem virum caderet, esto suscipiat Ordinem, continentiæ voto non tenetur.*

Cap. Vbi Ista. VII.

EX Simplicij Papæ *epistola 1.* Episcopo Rauennati scripta, & per Gratianum *hic* relata colligitur non esse aliquem inuitum ad Episcopatum pertrahendum, legimus enim multos olim in Ecclesia Dei viros Episcopatus reiecisse, & inuitè acceptasse de quibus memini *in meo tract. de officio, & potestate, Episcopi part. 1. tit. 2. gloss. 1. num. 14. cum seqq.* quod hac tempestate meminisse non oportet, exclamante. 1

O Petrarcha.

Petrarcha *de remedio vtriusque fortunæ lib. 1. dialogo 170.O vertigo moris pessima, ad quod olim consueuerat, & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt.*

2 In gloss. *Honorem*, ibi, *hic patet quòd licet quis coactus ordinetur*, &c.] Notatur ad hæc quòd promotus conditionali adductus coactione, scilicet qui vt mortem vitaret, aut ne aliam sibi comminatam pœnam patiatur, Ordines sibi conferri permisit, vtique recipit characterem, vt per Paul. Comitol. *respensor. moral. lib. 1. q. 45. post num. 1.* metipsum *de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 2. num. 6.*

3 In eadem gloss. ibi, *Sed si absoluta*, &c. Notatur ad hoc quòd absoluta coactione compulsus si ad Ordines promoueatur, nempè quando vi tenetur, & ordinatur, is vtique Ordinem minimè recipit, cuiusque animæ talis ordinatio non relinquit indelebile signum, vt per Angel. *verbo coactio num. 1* Sylvest. *verbo Ordo 4. num. 1. vers. secunda*, metipsum *d. allegat. 2. num. 3.*

4 In ead. gloss. ibi, *Sed nunquid ille, qui conditionali coactione ordinatus est, teneatur continere*, &c. Notatur ad hoc quòd ordinatus vi metuve, qui in continentem vitam caderet, esto susciperat Ordinem, continentiæ voto non tenetur, vt per Nauar. *consil. 1. n 8. & consil. 2. n. 2. & consil. 3. num. 8. de his quæ vi, in nouis*, Petr. de Ledesma *in sum. part. 1. tract. de sacram. Ord. cap. 6. diffic. 3. dict. 1.* Henriq. *in sum. lib. 10. c. 14. §. 3 & lib. 12. cap. 5. §. 9. in commento lit. Q.* Sayr. *in claui Reg. lib. 6. c. 4. sub num. 20.* Vgolin. *de potest. Episcop. c. 13. num 3.* Ægid. de Conink. *tom. 2. disp. 20. dub. 14. à num. 143.* Sanch. *de matrim. lib 7. disp. 29. num. 5.* Bonac. *in simili tract. q. 3. puncto 9. num. 14.* Quamuis contrarium tueantur Sylvest. *verbo Ordo 4. num. 1. & 2.* Petr. de Ledesma *de matrimon. q. 55. art. 4.* Rebello *de obligat. iustit. p. 2. lib. 3. q. 12. n. 9.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 55. à num. 3.*

Distinctio LXXV.

Cap. Ordinationes. I. *Anacletus.*

1 Anacletus Papa scribens ad Episcopos Italiæ *epistol. 2.* relatus *in hoc text.* ostendit ordinationes Episcoporum quo modo & qua hora fieri debeant, de quo latè egi *in tract. de officio Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 5. de consecrat. Episcopi*, & *ibi* citatis addo Andr. Piseat. Castald. *in praxi cæremoniarum lib. 1. sect. 10. capit. 4. de consecrat. electi Episcopi.* Ludouic. Sotom. *in epist. 1. ad Timoth. cap. 4. pag 636.*

2 *Dominica die.*) Notatur ad hoc quòd Episcopi consecratio regulariter die Dominica fieri debet, vt per Henriq. *in summ lib. 6. cap. 25. §. 1. in commento lit. D.* metipsum *de officio, & potest. Episc. part. 2. alleg. 1. n. 42.* Andr. Piscat. Castald. *d. lib. 1. sect. 10. cap. 3. num. 1.* vbi subdit quòd die festiuo fieri potest si Summus Pont. dispensauerit, semper tamen præuio ieiunio. Azot. *instit. moral. part. 2. l. 3. cap. 2. post princip. vers. postremo*, vbi resoluit non spectare ad substantiam consecrationis Episcopi vt illa fiat die Dominica, & te diurna facto.

Cap. Quoniam. II. *Ex Concil. Chalced.*

1 Chalcedonensi Concilio *cap. 25.* legitur vltra tres menses non esse differendam Episcoporum ordinationem, prout refert Gratian. *in præsenti.* Qua de re Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. c. 2.* sic statuit, *Ecclesiis Cathedralibus, seu Superioribus quocumque nomine, ac titulo perfecti, etiamsi S.R.E. Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuũ perceptorum restitutionem teneantur; si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesiis ipso iure sint priuati.* De quo non iustum materia latè Zetol. *in praxi Episcopali part. 1. verbo consecratio Prelatorum*, Piasec. *in simili praxi in proœm. de elect. n. 6. pag. 19.* Salzed. ad Bern. *in pract. c. 26. lit. A. vers. Episcoporum.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 1. n. 58.* Rendin. *in prompt. recept. sentent. tit. 38. n. 13.* Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub. 6. cap. 6. num. 9.* Vgolin. *de officio Episcopi cap. 1. in princ. à n. 2.* Galgan. *de iure publico lib. 3. tit. 108.* Vasq. *in opuscul. de benefic. part. 3. §. 1. num. 27.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 6. cap. 7. num. 47.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. cap. 5. num. 23. vers. & quidem primò.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 2. allegat. 1. num. 39.* vbi aduerto huiusmodi trimestre tempus exordiri à die confirmationis, iuxta gloss. *verbo tempore, in cap. cùm in cunctis §. cùm verò, de elect.* & respondeo text. *in præsenti*, dùm præcipit ne consecratio vltra tres menses post electionem protrahatur, intelligendum de electione confirmata, aut de electione Papæ, cuius prouisio electionis, & confirmationis locum habet, ad no: per Abb *in d. cap. cùm in cunctis §. cùm verò num. 3. & in cap eam te, num. 2. de rescript. & in cap. nosti num. 4. de elect.* Franc. Marc. *Delphin. decis. 1394. num. 3. & decis. 1395. etiam num. 3.*

Cap. Quod à Patribus. IV.

Leo Episcop.

De materia huius text. vide quæ dixi *ad cap. vlt. infra hac ead. dist* & Nauar. *de horis Canon. cap. 5. num. 42.* Soar. *tom. 3. de sacram. disput. 80. sect. 4. vers. sed quæres*, vbi obsteat, iam non licere, etiamsi ordinationes sint faciendæ, vel officium Sabbati sancti sit dicendum, vespertina hora illud inchoare, præsertim quia Pij V. Motus proprius vetuit omnes nocturnas, vel matutinas Missas etiam in Sabbato sancto. 1

2 In gloss. *Sabbati.* ibi, *Sed nunquid Dominico die in manè potest quis ordinari in Sacerdotem, & eadem die hora tertia in Episcopum? H. dicit quòd sic*, &c. Contra hanc gloss. meritò resoluunt hanc quæst. negatiuè Innoc. *in cap. literas, de tempor. ordinat.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 6. cap. 4. num. 5.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. part. 2. alleg. num. 46.*

Cap. Ordinationes. VII. & vlt.

Gelasius.

1 Gelasius ad Episcopos per Locaniam *Epist. 1. cap. 13.* relatus *in hoc text.* sic scribit, *Ordinationes Presbyterorum, & Diaconorum, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, ideft, quarti mensis ieiunio, & septimi, & decimi sed etiam quadragesimalis initij, ac mediana hebdomada, & Sabbato circa vesperas ipsas ordinationes nouerint celebrandas.* Quibus verbis probatur Ordines sacros extra tempora iure definita non esse concedendos, tempora verò esse quatuor anni ieiunia, & hebdumadam quartam Quadragesimæ, quæ præcedit Dominicam in passione, & Sabbatum ante Resurrectionis diem, sicuti respondit Alexander III. *in cap. de eo, de temporib. ordinat.* Appellat autem Gelasius ieiunium quarti mensis, quod obseruatur

obseruatur post Pentecosten, & ab aliis dicitur mensis Iunij ieiunium, quemadmodum & sub initio Quadragesimæ complexus est ieiunium mensis Martij. Statutis his temporibus Ordinationes sacrorum Ordinum celebrare iubet Concil. Trident. *sess.23.de reformat.cap.8. in princip.* tradunt Henriquez *in sum. lib. 10. cap.11. in princip.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastic part.1.cap.4.num.* 20. Vgolin. *de potestate Episcopi cap.* 26. §. 25. *num.1. vers. tertiò*, Bonacin. *de Sacrament. disputat.* 8. *quæst. vnica puncto* 6. *num.1. vers.*1. Alloys. Riccius *in decis. Curia Archiep. Neap. decis.*3.*part.*4. Ego i. se *de officio, & potestate Episcopi part.1 alleg.*17 *num.*1. Quod odeò verum est, vt nec consuetudine contrarium induci possit text. *in cap.2. de tempor.ordinat.* vbi plures citaui Doctores. Excipitur tamen vbi specialiter Summus Pontifex licentiam concederet, quia tunc extra quatuor tempora sacri Ordines conferri poterunt, sicuti resoluunt Maiol *de irregul. lib.2. cap.14.numer.* 6. Rebuff. *in praxi benefic. part. 1. tit. de cleric. ad sacros Ordines malè promotis gloss.* 1. *num.*12. Quarant. *in summa Bullary verbo Ordo, vers. deuenio ad secundum*, Moltes. *in sum. Theologia moral.tract.*2.*c.*1.*n.*53. & 55. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico p.*1. *tract.*2 *c.*1.*q.*12. Quas autem pœnas incurrat ille, qui extra prædicta tempora Sacris se initiari fecit, ostendo ego ipse *d. allegat.*17.*num.*9. *cum seqq.*

DISTINCTIO. LXXVI.

CAP. Ieiunium. I. cum seqq.

Calixtus.

1 IRCA tempora, quibus ieiunia olim in Ecclesia colebantur, magnam reperio varietatem, vt colligitur ex multis can. sub hac distinct. collocatis, & aliis adductis per Couar. *var.lib.4.cap.* 20. *num.*9. olim enim ter in anno ieiunium agebatur, quod deinde, vt quater fieret statuit Calixtus Papa *in epist.* 1. *Decretali ad Benedictum Episcopum tom.*1. *Concil.* relatus *in hoc text.* & tandem magnæ ieiunij quatuor temporum diuersitati finem imposuit Vrbanus II. *in Concil. Placentia coacto*, cuius decretum habetur *in cap. statuimus. hac ead. distinct.* vbi decidit vt ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur, primum in initio Quadragesimæ, secundum in hebdomada Pentecostes, tertium verò in Septembri, quartum in Decembri more solito fiat. Vide Cou. *d. cap.*10. *numer.* 9. & Axor. *instit. moral. part.*1. *lib.*7. *cap.* 14. *quæst.*2. Alphons. Ciacon. *in tractat. de varia ieiuniorum obseruantia, cap.*2.

CAP. Ieiunium quarti. VI.

1 A Die Dominicæ Resurrectionis vsque in diem Pentecostes, non induci obseruanda ieiunia refert Gratian. *in præsenti*, & per eum tradunt Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.*11. *num.* 38. Axor. *institut. moral. part.*1. *lib* 7. *cap.*15. *vers. secundò quæritur quo pacto*, & *cap.*16. *quæst.*8. Ciacon. *de varia ieiuny obseruat. cap.*1. *ad med. pag* 18. & *cap* 6. *in princip. pag.*19. Isidor. tamē *inc. post. Pascha infr. hac dist.* ait non inhiberi ita ieiunium illis quinquaginta diebus inter Pascha, & Pentecostes vt non possit in eisdem quilibet (exceptis Dominicis) ieiunare, nam hoc cuilibet licere exemplis propositis rectè asseuerat, & prosequitur Ciacon. *d. tract. cap.*6. *vers. Isidorus, pag.* 18.

CAP. Scire debet. VIII.

Ambrosius.

GRatianus *in fine huius text.* significat in peruigilio Pentecostes nullum ieiunium iure communi esse sancitum, quod & præsentit S. Thom. 2.2. *q.*147. *art.*5. *ad.*3. cum apertè docet nullum ieiunium esse ab Ecclesia institutum in toto Paschali tempore. Verùm licet iure communi attento verum sit in peruiligio Pentecostes non esse ieiunium indictum, generali tamen Ecclesiæ Latinæ consuetudine, quæ legis, & præcepti vim habet, eo die debere ieiunium seruari tradunt gloss. sic intelligenda *verbo necessario, in præsenti*, Caiet. 2.2. *quæst.*147. *art.*5. Syluest. *in summ. verbo ieiunium num.* 1. Axor. *instit. moral. p.*1. *lib.*7. *cap.*13. *quæst.*2. Nauar. *cons* 1. *de obseru. ieiun in nouis*, & subdit quòd Ecclesiæ consuetudo generalis ita habet in omnibus Regnis in quibus ipse moratus fuerat, tam Galliæ, & Lusitaniæ, quàm Castellæ, Nauarræ, & Romæ, vbi tunc morabatur, gratias agens Deo, qui illum ieiuniorum amatorem fecerat. 1

Neque ad exorandum Deum genibus succedamus.] Ex hoc text. dicit Nauar. *de orat. cap.*4. *num.*7. & *seq.* magnam contentionem exortam fuisse inter nonnullos cùm Salmanticę perlegeret, an liceret genicularī ad verba, *& homo factus est.* tempore Resurrectionis, siue inter Pascha & Penstecosten; nonnulli enim dicebant non licere, per moti verbis huius text. cui similis *in cap. quoniam, de ferys, & in cap. vlt. dist.* 30. Contrarium tamen tenet ipse Nauar. *d. cap.*4. *num.*15. vt videre est apud illum. 2

CAP. Vtinam. XI. *Heiron.*

HIeronymus ad Lucinium *epist.* 28. relatus *in hoc text.* scribit non esse peccatum ieiunare in 50. diebus post Pascha Resurrectionis, & in diebus Dominicis, de quo vide Axor. *inst. moral. p.*1. *lib.*7. *c.*15. *quæst.*1. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.* 2. *cap.*37. *n.*12. Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.*1. *lib.* 2. *cap.*18. *n.*10. Couar. *var. lib.*4. *cap.*20. *num.*10. *post princip.* Ciacon. *de varia ieiun. obseruat. cap.*5. *pag.*18 *ad med.* 1

DISTINCTIO LXXVII.

CAP. Illud. I. *Caius.*

AIVS Papa Felici Episcopo *epist. vnica in fine*, relatus *in hoc text.* scribit vt quisquis velit Ordines suscipere, à minoribus incipiat, ex quibus debeat gradatim ascendere ad Presbyteratum, vt si meretur, possit deinde Episcopus consecrari, refert Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 10. *cap. vnic. num.*1. Et de his qui per saltum se promoueri faciunt quas pœnas incurrant, & à quo dispensati valeant, dixi *ad cap. vnic.* 52. *dist.* 1

SVMMARIVM.

1 *Ordines minores per temporum interstitia conferendi sunt, nisi aliud Episcopo expedire magis videbitur.*
2 *Interuallum quod interuenire debeat ac vno minori Ordine ad alium, ostenditur.*
3 *Consuetudo vbi permitteret minores Ordines, & primam Tonsuram vnica die conferri, seruanda est.*

4 *Ordinibus minoribus initiati non nisi post annum à susceptione postremi gradus ad sacros Ordines promoueri debent.*

5 *Ordines minores cum Subdiaconatu simul conferre poterit Episcopus vbi vigeret consuetudo.*

6 *Subdiaconatus Ordine insigniti si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittuntur.*

7 *Annus interstitiorum non est mathematicè computandus, sed ecclesiasticè, & iuxta ritum Ecclesiæ.*

8 *Episcopus, cui spectat in interstitijs dispensare, est Diœcesanus ordinandi, non verò Ordinator.*

9 *Presbyteratus ad Ordinem assumendi in Diaconatu ad minus annum integrum (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem aliud Episcopo videretur) administrare debent.*

10 *Vtilitas Ecclesiæ, ac necessitas simul interuenire debent iudicio Episcopi probanda, vt cùm assumendo ad Presbyteratus Ordinem ille valeat in interstitijs dispensare.*

11 *Episcopus aliquem scienter intra interstitiorum annum ad quamlibet ex sacris Ordinibus tacitè assumens in illis cum eo dispensare videtur, secus si ignoranter.*

CAP. In singulis. II.

Zozimus.

1 ZOzimus Episcopus Vrbis Romæ ad Isychium
epist.1.cap.3.relatus in hoc text. ostendit quæ in-
terualla temporis in singulis gradibus seruanda sint.
Sed quia hac in re antiquata huius text. decisione ca-
tat noua Conciliaris dispositio in Trident. sess.23. de
reform.11. 13. & 14. ideo de illa à nobis hoc in loco
agendum est, & in primis illo cap.11. quoad Ordines
minores statuitur vt per temporum interstitia, nisi ali-
ud Episcopo expedire magis videretur, conferantur, ac
subinde ordinandi de gradu in gradum ascendant, vt
obseruant Fr.Ludouic.Miranda in manuali Prælator.
tom.1. quæst.38. art 5. conclus. 2. Mari Antonin. vari.
resolut. lib.1. resolut. vlt. casu 26. Homobon. de Bonis
de examine Ecclesiast part.1. tract. 2. quæst. 14. Inter
2 vnum, & alterum minorem Ordinem interuallum
de vno ex temporibus generalium Ordinationum ad
aliud interuenire debet, secundùm Maiol. de irregul.
lib.3.cap.24.num.13. Vgolin. de potestate Episcopi c.26.
§.27.num.4. vel saltem de vno die festo ad alium pro-
ximum cum singulis diebus festis conferri possint,
sicut tenent Sorb. in compend. Mendicant. verbo Ordo
vers. & sic bene, Campan. in diuers. iuris Canonic. rub.6.
cap.3. num. 13. Nisi consuetudo adesset, quæ permit-
3 teret minores Ordines, & primam Tonsuram vnica
die conferri, quæ seruanda erit, ad not. per Syluest.
in summa verbo Ordo 1. num. 7. vers tertiam, Rebuff.
super reg.23. Cancel. vers. item cupiens. Henriq. in sum.
lib. 10. cap.11. §.4. Campan. dict. rub.6. cap.2. num. 20.
Armend. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18.
l.7. num.57. In omni tamen casu si quis vno eodemque
die omnes Ordines minores, vel primam Tonsuram
cum minoribus receperit, nullam incurret irregulari-
tatem, secundùm Valent. tom.4. disput 7.q.19. punct.3.
Auil. de censur. part.7. disput.9. sect.1. dub.4. Sayr. eod.
tract. lib.7. cap.10. num.22. Bonacin. in simili tract. disp.
7. quæst.3. punct.5. num.35.
4 Eodem cap. 12. Concil. Trident. statuitur, vt mi-
noribus Ordinibus initiati, nonnisi post annum à sus-
ceptione postremi gradus ad sacros Ordines promo-
ueantur; nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudi-
cio Episcopi aliud exposcat, quo loci Concil. arbi-
trio Episcop remittit facultatem abbreuiandi inter-
stitia, non autem promouendi, vel dispensandi, vt
quis promoueatur vna die ad vltimum minorum,
cum primo Sacrum, vt aduertunt Maiol. de irregul.
lib.4. cap.11. post. num. & lib.3. cap.24. post. num.13.
Menoch. de arbitr. casu 364. num.6. Salzed. ad Bernard.
in pract. cap. 25. vers. vna, eadémque die, secundùm no-
uissim. impress. Et quamuis hi Doctores, videlicet Ma-
iol. d. cap.11. num.11. Menoch. num.8. & Salzed. cita-
tis locis, existimauerint quoad hoc sublatam esse om-
nem contrariam consuetudinem, tamen verius est, & 5
receptius posse Episcopum, vbi vigeret consuetu-
tudo ante Tridentinum Concilium legitimè obtenta,
vt minores Ordines cum Subdiaconatu simul con-
ferri valeat, eos licitè simul conferre, sicut meritò re-
soluunt Rebuff. in praxi benefic. tit. de Clericis malè
promotis, gloss.1. num.18. Sorb in compend. priuilegio-
rum Mendicant. verbo, Ordines sacri, vers. & licet,
Nauar. in man. cap.25. num.71. vers. octano, Viuald. in
candelabro aureo tit. de sacram. Ordinis num.36. Gutier.
canon. lib.1. cap.26. num.31. & 32. Henriquez in summa
lib.10. cap.11. §.4. Suar. tom 5. disp.31. sect.1. num.41.
Fr.Emman. quæst. Regular. tom.3. quæst.23. art.4 Fr.Lu-
douic. Mirand. dict. quæst.38. art.8. concl.2. Thom. Va-
lasc. alleg. iuris tom.1. alleg.4. num.2. Valer. Reginald.
in praxi fori pænit. lib.32. tract.1. num.70. vers ad hanc,
Homobon de Bonis de humana vitæ stat. part. 1. cap.
20. vers. secundò.
Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si 6
per annum saltem in eo non sint versati, ad altio-
rem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascende-
re non permittantur, verba sunt Concilij Trid. sess.23.
de reformat. cap. 13. & ea eo colligunt Carol. de Gras-
sis de effect. cleric. al. in prælud. n.326. cum seq. Fr. Lu-
dou. Miranda in man. Prælat. tom.1. q.38. art.9. conclus.
3. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tractat.
2. cap.2. quæst.14. & 15. Molfes. in summa moralis Theo-
logiæ tractat.2. cap.1. num.55. Vgolin de officio Episcopi
cap.26. §.27. Ego ipse in simili tractatu part.2. alleg.18.
à princip.
Non est annus iste mathematicè computandus, sed 7
ecclesiasticè, & iuxta ritum Ecclesiæ, videlicet ab
vna Quadragesima ad aliam, à Pentecoste ad Pente-
costem, quamuis inter primam, & secundam Pen-
tecostes festiuitatem nondum sint elapsi duodecim
menses, sicut decisum referunt Hieron. Sorbo in com-
pend. priuil. Mendicant. verbo Ordines sacri, vers. circa
id, Quarant. in sum. Bullarij verbo Ordo, in fine, Zerol.
in praxi Episcop p.1. verbo Ordo §.4. circa med. Vgolin.
dict. §.17. num.6. Fornat. de Ordine cap.3. n.4. Campan.
in diuers. iuris Canon. rub.6. cap.3. num.12. Aloys. Ricc.
in praxi rerum fori Ecclesiast. post resol.276. in notab. de
materia sacram. Ordinis vers. quoad, Bonacin. de sa-
cram. disput. 8. quæst. vnica puncto 5. num.33. Ego ipse
dict. allegat num. 18. num.2.
Episcopus verò, cui spectat in interstitiis dispen- 8
sare, est Diœcesanus ordinandi, non verò Ordina-
tor, qui cum litteris dimissoriis sui ditos alienos ordi-
nat, nisi hoc in eisdem litteris expressè concedatur, vt
tenent Matt. de iurisdict. p.2. c.9. num.4. Piasec. in praxi
Episc. part.1. cap.1. num.11. pag.29. Carol. de Grassis in
dict. prælud. num.339. Fr. Ludou. Miranda d. tom.1. q.38.
art.7. conc.2. Ego ipse dict. alleg.18. num.9. vbi num.10.
multis citatis Doctoribus resoluo hanc interstitiorum
dispensationem pertinere ad Episcopum Diœcesanum
etiam respectu Regularium, cum quibus dispensare
potest ea causa sibi per attestationem suorum superio-
rum manifesta.
Ad Presbyteratus Ordinem assumendi in Diaco- 9
natu

uatu ad minus annum integrum (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem aliud, Episcopo videtur) administrare debent, vt statui Concil. Trident. *sess.* 23.
10 *de reform. cap.* 14. *in princip.* ex qua Conciliari dispositione vtilitatem Ecclesiæ, ac necessitatem simul interueniri debere, ac probari iudicio Episcopi, colligunt F. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 24. *art.* 6. Vgolin. *de officio Episcopi part.* 1. *c.* 26. §. 27. *num.* 3. Bonacin. *de Sacram. disput.* 8. *quæst. vnica puncto* 6. *num.* 3. F. Ludou. Mirxnda. *d. quæst.* 18. *art.* 8. *concl.* 4. vbi declarat quid intelligatur vtilitatis, & necessitatis nomine ad dispensandum in his interstitiis. Non requiritur tamen causa necessitatis, & vtilitatis ordinaria, aut publicx, quix Concil. *dict. cap.* 14. remittere videtur hoc negotium arbitrio, & prudentiæ Episcoporum posita vtilitate Ecclesiæ, & necessitare, quam Episcopus iuxta circumstxntiam loci, & temporis, aut iuxta condictionem personæ sufficientem iudicauerit, vt aduertuur Sorb. *in compend. priuilig. Mendicant. verbo Ordines sacri, ad finem,* Menoch. *de arbitr. casu* 427. *num.* 30. Fr. Emman. *d. quæst.* 24. *art.* 7. Bonacin. *loco proximè citato.*

11 Episcopus assumens aliquem scienter intra huiusmodi interstitiorum annum ad quemlibet ex sacrix Ordinibus, txcitè in illis cum eo dispensare videtur, secus si ignotanter, vt per Maiol. *de irregul. lib.* 3. *c.* 24. *num.* 14. Salzed *ad Bernard. in pract. cap.* 25. *vers. opportune.* Menoch. *de arbitr. casu* 563. *num.* 10. Cxrol. de Graff. *de effectib. clerical. in prælud. num.* 342. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tractat.* 2. *cap.* 1. *num.* 22. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesi. part.* 1. *tractat.* 2. *c.* 2. *q.* 15. *meipsum d. alleg.* 18. *num.* 8. Si verò non seruatis interstitiis subditum ordinxuerit absque legitima causa, nullam pœnam incurrit, secundùm Nau. *cons.* 4. *n.* 1. *de temporib. ordinat. in nouis,* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resol.* 483. *num.* 7. *in* 2. *edit.* quos refero ego ipse *d. alleg.* 18. *num.* 11. nec ordinatus aliquam contrahet censutam, vel irregularitatem, vt per Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo Ordo* §. 8. *& part.* 2. *eodem verbo* §. 5. Piasec. *in simili praxi part.* 1. *cap.* 1. *num.* 50 *vers. nullam,* Sayr. *in floribus decis. tit. de temporibus ordin. decis.* 56. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 43. Bonacin. *de Sacram. disp.* 8. *q. vnica puncto.* 5. *num.* 35. *& de censur. disput.* 3. *q.* 6. *puncto* 5. *n.* 7. Cxmpan. *d. rub.* 6. *cap.* 3. *num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari nullus debet ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimumterium, ad Presbyteratum ante vigesimumquintum ætatis suæ annum.*

2 *Regulares in minori ætate quam à Concilio Tridentino statuta est, virtute quorumcumque priuilegiorum ordinari non possunt.*

3 *Ordinati ante legitimam ætatem quas pœnas incurrant, remissiue.*

Cap. Subdiaconus. IV.

Ex sexta Synodo.

1 EX sexta Synodo *cap.* 15. prout refertur *in hoc text.* Subdiaconus non minor viginti annorum ordinari debet, & in Concil. Carthaginensi III. *cap.* 4. relato *in cap. placuit,* immediatè sequenti, statuitur vt ante viginri quinque ætatis annos Diaconi non ordinentur. Verùm concilium Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 12. circa ætatem ad Ordines maiores requisitam sic statuit. *Nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimumquintum ætatis suæ annum promoueatur.* Ex quu ita desumunt Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 19. § 2. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 8. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 4. *num* 31. Petr. de Ledesma *in summ. part.* 1. *de Sacram. vbi de sacram. Ordinis cap.* 7. *à princ.* Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo Ordo* §. 1. Piasec. *in simili praxi p.* 1. *cap.* 1. *sub rub. de requisitis ætat. n.* 23. *pag.* 14. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 23. *art.* 6. Ægid. de Conink *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 20. *num.* 102. Vgolin. *de offic. Episcopi c.* 26. §. 6. *num.* 4. *&* 5. Moner. *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 19. *num.* 12. Bonacin. *de Sacram. disp.* 8. *quæst. vnic. puncto* 5. *num.* 12. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tractat.* 3. *num.* 166. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 21. Zipæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. sub tit. de elect. n.* 11. Fr. Ludou. Mirxnda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 4. Carol. de Grassis *de effectib. clerical. in prolud. num.* 289. *&* 295. Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 3. Atmendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 1. *l.* 1. *de ætate in declarat.* 4. Galgan. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 24. 25. *&* 26. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. part.* 1. *tract.* 1. *cap.* 10. *quæs.* 60. *vers. ad maiores.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part* 2. *allegat.* 16. *à princip.* vbi *num.* 2. aduerto diem bissexti in ea legitima Ordinis ætate computandum non esse.

Regulxres quoque in minori ætate virtute quorumcumque priuilegiorum ordinari non possunt, vt 2
decidit Concil. Trident. *d. c.* 12. & tradunt Fr. Emman. *d. q.* 23. *art.* 6. *&* 8. *& in addit. ad summ. tom.* 4. *cap.* 77. *concl.* 1. Vgolin. *de officio Episcopi cap.* 20. §. 1. *num.* 1. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 14. *&* 15. Fr. Ludou. Mirxnda *d. quæst.* 39. *art.* 1. vbi asserit se nescire de xliqua concessione; quæ id concedat Regularibus post Concil. Tridentin. Portel. *in dubijs Regularibus verbo Ordines sacri num.* 1.

Quas autem pœnas incurrxnt promoti ante legiti- 3
mam ætatem, dixi *in collect. ad cap. vel non est compos, de tempor. ordinat.*

Cap. Episcopus. VI.

Ex Concil. Agathensi.

COncil. Agxthense *cap.* 16. *&* 17. Vnde desumitur text. *in præsenti,* statuit vt si coniugatus iuuenis voluerit ordinari, requirenda est vxoris voluntas, & sequestrato cubiculo, & Religione promissa, ordinetur, ex quo loco probatur desiderari ingressum vxoris iuuenis in Religionem, vt vir licitè possit ad Ordines promoueri, vt per Greg. Lop. *l.* 38. *in fine verbo mui vieja, tit.* 6. *part.* 1. *& l.* 2. *verbo en orden, tit.* 10. *p.* 4. Couar. *de sponsal. part.* 1. *cap.* 6. §. 3. *num.* 3. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 52. Anton. Cuch. *instit. maior. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 223. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *c.* 13. *quæs.* 2. *& cap.* 14. *quæs.* 11. 12. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib.* 5. *quæst.* 177. plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disput* 39. *num.* 6. vbi subdit gloss. *in præsenti, verbo Religione,* & Turrectem. *hic num. vnic.* malè exponere nomine Religionis promissæ intelligi castitatem, quia videtur ea expositio ad libitum, præterea quia si vxor iuuenis professi compellitur ingredi Religionem; à fortiori vxor promouendi ad Ordines, quippè quòd faciliùs potest Clericus secularis vxorem inuisere, & conseruato pristino amore ea familiariter vtetur: vnde patentissimo periculo incontinentiæ exponentur, & tantum

aberit vt moraliter loquendo, ipse vir Clericus factus vxorem inuisens eius incontinentiam corrigat, vt potior occasio incontinentiæ sit ipsemet eius curam gerens; quare vir ad Ordines promotus ex vxoris licentia manentis in seculo cum voto castitatis, non posse simul habitare cum vxore, videtur probare hic text. in illis verbis, ibi, *sequestrato mansionis cubiculo*, ex quo Barthol. à Sancto Fausto *dict. lib. 5. q. 118.* obseruat hoc procedere, si illi coniuges sunt de incontinentia suspecti; secus si suspecti non sint, quia tunc satis esset cubiculum sequestrare.

Cap. Monachus. IX. *Gelas.*

1 D*Efensor effectus.*] De defensorum muneribus, quibus probatis, clericis superiores Ordines aspirare licebat, vide Cardin. Baron. *annal. Ecclesiast. tom. 1. anno Christi 44. num. 89.* vbi allegat hunc text.

2 In gloss. *Deuotio.* ibi, *& ita compensatur probitas cum tempore*, &c. Notatur ad hoc quòd iuniores docti præferendi sunt iunioribus indoctis, & ætas per virtutem suppletur; vt per Cassan. *in consuet. Burgund. in proœm. glos. verb. ordine, n. 4. & 5. fol. 19.* Tiraq. *de primog. in præfat. n. 175. 186. & 210.* Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. c. 27. n. 8.*

3 In gloss. *Quorum.* ibi, *argum. potest. colligi*, &c. Notatur ad hoc quòd testimonium Clericorum præualet testimonio laicorum, de quo vide Dec. *in cap. ex literis num. 24. de probat.* Perez *l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 61.* Menoch. *de arbitr. casu 98. num. 5. & cons. 45. num. 26. & consil. 92. num. 89.* Rebuff. *de reprobat. testium n. 523.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 65. n. 177.* Mascard. *de probat. concl. 308.* Anton. Gabr. *commun. tit de testib. concl. 4 n. 41. & 61.* Buccaron. *de differens. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 64. num. 3.*

Distinctio LXXVIII.

Cap. Si quis. I.

1 ANte annos triginta Presbyterum non esse ordinandum decidit text. *in præsenti*, vt aduertit Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 1.* Sed iure nouiori sufficit attingere 25. annorum ætatem, prout est text. *in cap. cùm in cunctis §. inferiora, de elect. Clem. fin de ætate & qual.* Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 12.* obseruat Nauar. *in man. cap. 25. num. 69.* cum infinitis propemodum per me citatis *de officio & potestate Episcopi part. 1. alleg. 16. num. 1.* qui omnes constanter tenent ad Presbyteratum satis esse incœpisse 25. anoum per vnum diem.

Cap. Presbyter. IV.

Ex Concil. Neocæsar.

1 GRatianus non solùm *in hoc text.* quod ex Concilio Neocæsariensi *c. 11.* desumpsit, sed & aliis præcedentibus, & subsequentibus ostendit ante triginta annorum ætatem Presbyterum non esse ordinandum, sed hodie quid circa hoc seruandum sit attenta noua Concilij Trident. dispositione dixi ad *cap. Subdiaconus 77. dist.*

2 In gloss. *Ante triginta.* ibi, *dico quòd ei, qui agit*, &c. Notatur ad hoc quòd qui dicit Clericum non habere legitimam ætatem, hoc probare debet, siue agat, siue excipiat allegando, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 50. num. 25.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum num. 41. ad fin. C. de in integr. restitut. minor.* Iacob. de Graff. *tom. 2. consil. lib. 1. consil. 11. n. 14.* & quòd ipsius minoribus incumbat onus probandi esse in minori ætate læsos, post Natt. *cons. 514. num. 12. lib. 2.* Gozadin. *consil. 22. num. 13.* & alios resoluit Flamin Paris. *de resignat. benefic. l. 3. quæst. 7. n. 34.* Farinac. *fragm. crimin. part. 1. verbo ætas num. 81.*

Distinctio LXXIX.

Cap Si quis Papa. I.

Nicolaus II.

SYMMACHVS Papa in Synodo Romana 1. *cap. 3. & 5.* relatus *ad hoc text.* statuit, vt Papa superstite eo incósulto de electione futuri Pontificis nemo audiat loqui, referunt Hieronymus Alban. *de Cardin. quæstione 3. inter tract. Doctor. tom 13. p. 2 fol. 116.* Manfred. *eodem tract. decis. 294.* Azeued. *l. 1. n. 102. tit. 18. 8. noua. recopil.* Azor. *institut. moral. p. 2. l. 4 c. 2. q. 15.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 1. n. 59.* Et hac de re extat constitut. Pauli IV. incip. *Cum secundum, sub Datum 16. Decembris 1558.* quæ habetur *in Bullario tom. 1. pag. 735.* edita contra eos, qui viuente Romano Pontifice, & eodem inscio, de alio Pontifice agunt eligendo, vbi *in vers. necnon*, sic legitur, *Omnes, & singuli tam Clerici quàm vtriusque sexus laici, qui per se vel alios nobis viuentibus, & inconsultis, vel scriptis, aut nuncijs cum aliquo de futuro Pontifice hactenus tractarunt, & tentarunt, seu inposterum Romano Pontifice viuente, & inconsulto tractabunt, & tentabunt, etiamsi, vt præfertur, qualificati, & dignitate, & honore, & auctoritate, & excellentia prædictis & præditi existant, sint ipso iure, & facto, absque alia desuper ferenda sententia excommunicati excommunicatione maiori, & maledictione æterna damnati & excommunicatione, & maledictione huiusmodi per aliũ, quàm per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo absolui non possint, incurrerintque, & incurrant respectiuè crimen simoniacè hæreseos, & læsæ maiestatis in primo capite, ac priuationem omnis etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cuiusuis alterius maioris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, necnon Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis, & excellentia, ac omnium, & singularum Ecclesiarum, Cathedralium quoque ac priuatorum, aliorúmque beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura secularium, ac quorumuis Ordinum Regularium per eorum quemlibet obtentorum, nec non quorumuis fructuum, redditumn, & prouentuum Ecclesiasticorum, ac pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus reseruatorum, & assignatorum, ac Regnorum, dominiorum, feudorum, & bonorum spiritualium, & temporalium, necnon iurispatronatus, & iurisdictionum quarumcumque, eaerumque voce actiua, & passiua, ac effecti sint, & efficiantur respectiuè perpetuo inhabiles, & incapaces omnium dignitatum, & honorum, bonorum, iurium, & legitimorum actuum, perpetuàque, infamia vbique gentium sint notati, & notentur respectiuè, nec infamia huiusmodi ab eis aboleri, neque ipsi vllo vnquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, iura, & actus huiusmodi, nisi ex speciali verbo, & mandato nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, nostra, seu illius manu propria subscripto, ac specifica, & indiuidua reatus, & culpæ suæ qualitate expressa restitui possint.* Hactenus Paulus IV.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Pap a ex ipso Collegio, & numero Cardinalium eligi debet, extra Collegium verò electus, cum in Romana Curia non inueniatur idoneus valebit electio.*

2 *Gregorius X. ex Archidiacono, Eugen. III. ex Abbate simplici, & Calestinus V. cum nec in sacris adhuc esset, fuerunt in Pontifices electi.*

3 *Roma nulla fœmina sedit.*

Cap. Oportebat. III.

Ex Concil. Stephan. III.

1 EX Concilio Stephani Papæ III. habito in Basilica Constantiniana *act.* 4. refert Gratian. *in præsenti*, quod in Apostolatus culmen vous de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis consecrari debet, & *in cap. nullus* immediatè sequenti ex eodem Concilio refert, vt nullus vnquam laicorum, neque ex alio Ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri. Ex quibus iuribus colligi videtur Romanum Pontificem ex ipso Collegio, & oumero Cardinalium eligi debere, Bursat. *conf.* 126. *num.* 6. *vol.* 2. Verùm quia nouiori iure, de quo *in cap. licet, de elect.* statutum est vt nulla exceptio opponi possit contra eum, qui fuerit à duabus partibus Cardinalium electus præter hæresim, aut aliam exceptionem, quæ in iure Diuino consisteret, ideò si electus sit aliquis extra Collegium Cardinalium cùm in Romana Ecclesia non inueniatur idoneus, valebit electio, & sic non Cardinalem electum verum esse Pontificem resoluunt Augustin. Triumph. *de elect. Papa quæst.* 3. *art.* 6. Mandos. *regul.* 13. *Cancell. q.* 8 *num.* 23. Sot. *de instit. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *ad* 5. Gambar. *de potest. Legati lib.* 7. *ex num.* 151. Pelag. *de planctu Eccles. lib.* 2. *c.* 19. *col.* 5. *vers. hinc est.* Carol. Sigon. *de Regno Italia lib.* 9. *anno* 1559. Illesc. *in histor. Pontif. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. Soar. *de fide disput.* 10. *sect.* 4. *n.* 19. Axor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *quæst.* 6. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 12 *num.* 7. *cum seq.* & plures citati à Cened. *ad Decretum collect.* 18. *num.* 1. Confirmauit experientia,
2 quia, vt referunt historiæ, multi sanctissimi viri fuerunt Summi Pontifices, & tamen nunquam legitur eos fuisse Cardinales, vt de Gregorio X. qui ex Archidiacono fuit electus in Pontificem *Kalendis Septembr. anno Domini* 1271. sicut referunt Rosiniae. *de re Pontif. lib.* 2. *cap.* 30. Illescas *in vita dicti Pontificis part.* 1. *historia Pontificalis lib.* 5. *c.* 40. Iul. Lauor. *dict. cap.* 12. *num* 8. *in fine*, vbi subdit Eugenium III. ex Abbate simplici, & Cælestinum V. cùm nec in Sacris adhuc esset, in Pontifices fuisse electos; & de Eugenio III. tradit Plaio *de bono status Religiosi lib.* 2. *cap.* 28. *ad med.*

3 De illo autem, quod à multis falsò, vt creditur, circumfertur, Gilbertam scilicet Anglicam fœminam (quæ librum de Negromantia fecerat) sub nomine Ioannis fuisse electam Romæ in Summum Pontificem, & sedisse in Petri Cathedra vltra duos annos, vide post Platin. Sabell. & alios historiographos, Lancel Contad. *in templo omnium Iudicum lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. *quæst.* 4. *n.* 18. Tiraquel. *l.* 11. *connub. in lit. G. vers. Gilberta.* Rojas *sing.* 179. *vers. prout fuit*, Petrus Messia *in silua varia lect. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 14. *cum seqq.* & *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Tarcagnota *in historia vniuersali totius Mundi part.* 2. *l.* 9. *pag.* 374. Hieron. Roman. *lib.* 2. *de Republica Christiana c.* 4. *vers. quiero* 70. *pag.* 123. Illesc *dict. part.* 1. *lib.* 4. *c.* 35. Camil. Bortel. *in reg. Aragon.* §. 2. *in gloss.* 4. *num.* 22. *vers. vt non interim cadat nobis*, Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *contron.* 3. *cap.* 24. latè Georg. Scheret *in lib. quem inscripsit, An sit verum quod fœmina Roma Pontifex fuerit.* & Florimund. Remuod. Consiliarius Regius Burdegalensis *in simili tract.* Franc. Long. à Corialano *in suo Breuiario Chronologico, pag.* 255. Iul. Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 12. *num.* 15. Non enim verisimile est quòd Græcis auderet Romanus Pontifex Leo IX. exprobrare quòd mulier in Patriarchali Sede Constantinopolitana collocaretur, vt patet *in eius epistola ad Michaelem, & Acridanum Constantinopolitanos Antistites cap.* 23. si verè Romæ simile contigisset. Prætetea nec verisimile est quòd Christus qui Mariæ Virgini matri suæ sanctissimæ Pontificatum, vel claues Ecclesiæ non commisit, vt patet ex *cap. noua, de pœnit. & remiss.* voluisset postea illum, vel illas per negromanticam illam fœminam gubernari, vt notat Læl. Zech. *de Romano Pontifice haresi* 4. *in respons. ad vltimum, vers. ad id de Ioanne Papa.* Denique notabili quodam signo ostendere voluit Dominus Rumanam Sedem nunquam per fœminam gubernandam fuisse, ex eo videlicet quòd in personam Romani Pontificis Ioannis I. apud Corinthum contigit. Cùm enim Constantinopolim proficisceretur, vt à Iustino Imperatore contra Theodoricum Regem Italiam deuastantem auxilium peteret, peruentum Corinthum quidam vir nobilis mansuetum equum, quo illius vxor vtebatur itineris causa prædicto Pontifici commodauit, remissus postea equus ita ferox euasit, vt fremitu, & totius corporis agitatione semper deinceps dominam suam expulerit, quasi indignaretur mulierem recipere, ex quo sedisset in eo Iesu Christi Vicarius, vt refert Romanum Breuiarium *ad diem* 27. *Maij in solemnitate prædicti S. Ioannis Papa*, & ex B. Gregorio *in moralibus* refert Cardin. Baron. *in annalibus Ecclesiast. tom.* 7. *sub anno Christi* 525. *in princip. in vers. Gothorum tempore.*

Cap. Si quis pecunia. IX.

Nicolaus II.

GLoss. *verbo non Apostolicus, in præsenti textu*, innuit crimen simoniæ in Summum Pontificem cadere posse, de quo vide S. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. *ad* 7. Redoan *de simon. part.* 1. *cap.* 20. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 16. *puncto* 6. *ad fin.* Soar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 52. *n.* 3. & 7. *ad fin.* Azor. *institut. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 25. *à princ.* Molines *tract.* 6. *cap.* 15. *n.* 32. *cum seqq.* Filliuc. *tract* 45. *cap.* 12. *quæst.* 1. *ad fin. num.* 2. Bonacin *var. tract. tit. de simonia q.* 5. *prop.* 1. & magis ad materiam gloss. Iul. Lauor. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *de elect. cap* 6. *num.* 37. 1

In eadem gloss. ibi, *sed quid si dum vxor*, &c. Notatur ad hoc quòd si vir absque licentia vxoris ad summum eueheretur Pontificatum, potest ab ipsa reuocari, vt ei teneatur debitum reddere, cum enim hoc sit ius iustitiæ, priùs non potuit lædi per Pontificatum, quamuis bona fide assumptum, eo quòd vxor mortua crederetur; ita Abb. *in cap. constitutus num vlt. de conuers. coniug. & in cap. vxoratus, num.* 1. *eod tit.* Trot. *de vero clerico lib.* 2. *cap.* 8. *num* 3 Perez *l.* 1. *gloss.* 3. *vers. in tantum tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 23. Syluest. *in sum. verbo matrimonium* 8. *quæst.* 11. *dicto* 3. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 34. *num.* 3. Sanch. *de matr. l.* 7. *disp.* 38. *n.* 12 Flamin. Paris. *de resignat. benefic. l.* 3. *q.* 18. *n.* 135. *cum seqq.* Azor. *instit. moral p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 14. *quæst.* 13. *in fine.* 2

3 In ead. gloss. ibi, *elegerit in Papam*, &c. Ergo laicus potest eligi in Romanum Pontif. vt per Dec. *in cap. licet de vitanda n.9. de elect.* Lauor. *dict. tit.4. cap.11. num.10.* nam licèt Summus Pontificatus sit beneficium Ecclesiasticum, *cap. 1. de maledicis*, cum *ibi* citatis per me, non tamen inconuenit dari laico intra congruum tempus promouendo, sed tunc habebit tantùm quæ sunt iurisdictionis, non ea, quæ sunt Ordinis, Anton. de Rosel. *de potest. Imper. & Papa, tit. de forma eligendi Papam n.48.*

Cap. Electionem. XI. & vlt.

Anacletus

1 EX *epistol. 2. cap. 2.* Anacleti Papæ ad Episcopos Italiæ, quæ habetur *tom. 1. Concil. epist. 2. pag. mihi* 309. vnde desumptus est hic text. colligitur eius litteram vitiosam esse, debet enim ita legi, *Electionem verò Summorum Sacerdotum* (non autem *electionem*, vt *hic* legitur) *sibi Dominus reseruauit, licèt electionem eorum bonis Sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset*; ita ex Petr. Gregor. *ad Decretal. cap. 5. num.* 1. obseruaui *de officio & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 4. in princ.* & me citato notauit Iul. Lauor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 4. de elect. cap. 1. n. 62.*

2 *Sibi Dominus reseruauit.*] Quamuis in creatione Summi Pontif. electores personam designent, solus tamen Christus immediatè confert dignitatem, & potestatem, nam Papa Vicarius est Christi, ita Caiet. *opusc. 1. de auctor. Papa cap. 23. & in part. 2. apolog c. 22.* Torres *de fide disput. 15. dub. 3.* Soar. *eod. tract. disp. 10. sect. 4. num. 3.*

Distinctio LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitates fuerunt ante legem Euangelicam, & Christi Domini aduentum.*

2 *Ciuitas vt construatur non est opus aliqua Principis licentia, cum hoc de iure Gentium vnicuique populo competat.*

3 *Vrbes ante aduentum Christi Domini erant, non ita Episcopi.*

Cap. Vrbes. I. *Lucius.*

1 SED *etiam multis ante aduentum Christi*, &c.] Ante legem Euangelicam, & Christi Domini aduentum Ciuitates fuisse, dilucidè profitetur Lucius Papa *in præsenti textu*, ac pariter cum ipso iure gentium incepisse probat text. *in l. hoc iure, ff. de iustitia, & iure*, ibi, *ædificia collata*, idest, simul iuncta. Gentes enim lumine naturali, & vsu edoctæ primùm singuli sibi domos construxerunt, crescentéque filiorum, & nepotum numero domos alias addiderunt, cùm verò eos capere non possent, pagos, seu oppida constituerunt, & cùm sensim deinde cernerent maximæ vtilitatis esse humanam societatem, vt plurimi faciliùs quàm singuli victui necessaria pararent communicando inuicem opera sua in alterutrum, maiores ciuitates construxerunt, vt in Politicis scribit Aristot. Cicero *in offic.* & latè Patritius *de Regno lib. 1. cap. 3.* Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib. 3. cap. 9.* & multi ex Poëtis, & Philosophis, quos refert Nan. *in Polyanthea, verbo ciuitas.*

Vnde commodè infert Bart. *in l. vlt. C. de colleg. illic. & in l. 1. ff. de verborum signific.* Abb. *in dicto cap. 1. num. 2. de priuileg.* ad ciuitatem construendam opus non esse aliqua Principis licentia, cum hoc de iure gentium vnicuique populo competat, & notant Rebuff. *in concord. tit. de collationib. §. statuemus il 2. vers. in ciuitatibus*, ac alij, quos refert Duen. *reg. 32.* iunctis iis, quæ ad expositionem huius articuli disputaui *de officio, & potestate Episcopi p. 1. tit. 1. cap. 7. n. 16. cum sequentibus.* 2

In ipsis verò Ordinibus, &c.] Verum facit textus differentiam inter vrbium, & Episcoporum institutionem, seu originem, quòd ante aduentum Christi Domini vrbes erant, non ita Episcopi quos in illis posuerunt Apostoli, & eorum successores, si illud quod de Apostolis dicit, minimè referamus ad ipsius Episcopalis dignitatis institutionem, hæc enim ab ipso Christo facta est, vide Duen. *reg. 72. vers. limita secundò.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 7. §. 2. lit. M.* Card. Bellarm. *tom. 1. contron. 5. de cleric. lib. 1. c. 14.* Soar. *tom. 4. de pœnit. disp. 15. sect. 1. à num. 4* & probaui *de officio, & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap 1. num. 9.* & alibi sæpè, sed ad diuisionem plebium, seu diœcesum, quæ aliquando Parochiæ solent appellari, vt latè comprobat ex antiquis Canonibus Ioann. Filazac. *in erudito libello, quem Parœcia inscripsit cap. 1. pag. 3. & per tot.* 3

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticorum Prælatorum gradus D. Petrus ordinauit ad imitationem Gentilium, eorúmque Flaminum, & Archiflaminum secundum aliquos sed magis pium est dicere ad cœlestis hierarchiæ similitudinem institutos fuisse, vt num. 2.*

3 *Declaratur text. in præsenti.*

4 *Ciuitas an detur sine Episcopo, ostenditur, & n. 5. & 6.*

Cap. In illis II. *Clemens.*

AD imitationem Gentilium, eorúmque Flaminum, & Archiflaminum Diuum Petrum ordinasse Ecclesiasticorum Prælatorum gradus, ait Clemens Papa *ad Iacobum epist. 1.* relatus *in hoc textu*, ex quo ita colligunt Boët. *de auctoritate magni Consilij n. 54. ad fin.* Petr. Greg. *syntagmat. iuris lib. 15. c. 51. n. 1.* & Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 30. in princ.* Flamines autem, & Archiflamines huiusmodi, qui fuerint, à quibus, & ad quid instituti, tradunt Alex. ab Alex. *dierum genial lib. 6. c. 52* & Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum l. 4. c. 24.* Sebast. Cæs *in relect. de Eccles. hierarch. disp. 5. §. 1. n. 5. & q. 2. proœm. §. 2. n. 4.* 1

Verùm Ecclesiasticorum Prælatorum gradus ad cœlestis hierarchiæ similitudinem institutos fuisse magis pium, & Christianæ Religioni consentaneum est, vt dicemus, quemadmodum enim in triumphante Ecclesia sunt Angeli, Throni, Principatus, ita congruentissimo ordine in militante Ministrorum Ecclesiasticorum officia distinguuntur per Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & cæteros gradus, de quibus *in cap. cleros 21. distinct.* comprobant Rosæ *in tract. de præeminentia Archiep. dignitatis in præfat. à princip.* Pigh. *de Ecclesiastic. hierarchia lib. 3. c. 1.* 2

Ad auctoritatem verò Clementis, de qua *in hoc text.* respondebitur, si dicamus D. Petrum ad abolendam Idolorum memoriam ordinasse, vt in illis locis, in quibus impiè eorum Flamines sacra faciebant, eisdem nominibus, diuerso tamen, sanctóque Sacerdotio, veri, & sancti Sacerdotes constituerentur: 3

sicut

sicut Romæ deiecto Summo i lolo latriæ Pontificatu, subrogatum est earur totius terrestris sanctitatis, Summus scilicet Christianæ Religionis Pontifex, vt eleganter ait D. Ambros. telatus *in cap. Beati 2. quæst. 7.* & Leo Papa *in sermone 1. de natali Petri* & dixi *de officio, & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 7. num. 3. cum seqq.*

4 *In singulis verò reliquis ciuitatibus*, &c.] Ergo nulla datur ciuitas sine Episcopo; consona: *c. 1. de offic. Ordinar. ibi, singularum vrbium*, ex quibus in terris Christianorum solas illas dici ciuitates, quæ habent Episcopum, ait Bald. *in l. ex hoc iure, num. 12. ff. de instit.* & de iure Canonico verum esse profitetur Alciat. *in d. cap. 1. n. 1. vers. aut loquimur, de offic. Ordin.* & de vsu Italiæ testatur Bart. *in l. vlt. n. 3. vers. nam in vsu, ff. de colleg. illic. & in extrauag. qui sint rebelles, verbo Lombardiæ*, Rebuff. *in concordat. de collation. §. volumus, verbo in ciuitatibus*, las. *in l. si heredes, §. viris n. 4. cum seqq. ff. de legat. 1.* Hieron. de Monte *de finibus regund. c. 5.* Caballin. *in Ægidiana constit. lib. 4. c. 87. in gloss. B. num. 2.* Camill. Bortel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum rub. 6 in lit. F. la 2.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. G. concl. 180. n. 5.*

5 Contrarium verò, immò ad substantiam, & esse ciuitatis non requiri quòd habeat Episcopum, post Abb. post longam disputationem concludit Dec. *n. 8. & à princip in dict. cap. 1. de priuileg.* & alij sequentes Bart. *in d. verbo Lombardiæ num. 5.* Et primò probatur ex eodem *cap.* t. dum decidit in ciuitatibus Episcopos ponendos esse, quia supponit iam antea fuisse ciuitates sine eis. Secundò & fortiùs *in cap. Episcopi 80. dist.* dum prohibet ne in castellis, & modicis ciuitatibus Episcopi constituantur, sic que aperte probat dari modicas ciuitates, quæ Episcopum non habent. Tertiò ostenditur quia si ad esse, & substantiam ciuitatis requireretur Episcop. s, iam sequeretur quòd si ob delictum, vel aëtis incommodum, aut aliam causam ciuitas priuaretur Episcopo, desineret esse ciuitas, iuxta generalem reg. text. *in l. Iulianus §. si rem ff. ad exhibend.* cum similibus; & tamen Episcopo priuata adhuc ciuitas remanet, vt in casu notabili ciuita is, quæ proptium occidit Episcopum, probat text. *in cap ita nos 23. q. 2.* & de aliis ciuitatibus, quæ ob alias causas carent Episcopo, quem olim habuerunt, domestica docent exempla.

6 Verùm hæ contrariæ sententiæ optimè componuntur si dicas priorem procedere de iure Canonico, secundam verò de iure gentium, quo attento Vrbes sine Episcopo fuisse, quos deinde in lege Euangelica ordinatos esse constat, vt probat text. *in cap. Vrbes 80 dist.* vbi dixi, procedit quoque de iure Ciuili, vt ostendi *d. tract. de officio, & potest. Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 7. n. 18. secundùm Lugdun. impress.*

7 Quibus non obstat text. *in præsenti*, tripliciter enim respondet Dec. *à n. 13. in d. cap. 1. de priuil.* Duo intellectus sunt principaliores: primus quòd ad rationem boni regiminis pertineat, quòd ciuitas habeat Episcopum, idque solùm concludere te vera; alter verò quòd sensus eorum sit negatiuus, quòd Episcopi non ponuntur in illis, sed in solis ciuitatibus, atque ita quòd sine ciuitate Episcopus esse non potest, vnde quando oouus erigitur Episcopatus, villa vel oppidum, in quo erigeodus est, priùs ciuitatis honore decoratur, vt optimè probat text. *in Extrauag. Saluator, vers. volentes, de præbend. inter communes*, & post Bart. *d. loco*, notat Petr. Gregor. *de re benefic. cap. 17. n. 2.* non tamen? conuerso sequitur, quòd ciuitas non possit esse sine Episcopo, immo contrarium concludunt prædicta fundamenta, aut tandem de consuetudine quætimus, & fatemur ex testimonio Bart. & aliorum, quos *suprà* retulimus, ciuitates dici omnes & solas illas, quæ habent Episcopum, vel habuerunt, & sic intelliguntur, qui docent manifestum signum demonstrationis quòd sit ciuitas, esse quòd habea Episcopum, secundùm Petros. relatum à Dec. *num. 27. in d. cap. 1. de priuileg.*

Hac de re optimè, vt solet, & eruditè scribit dominus meus Ludouicus Centoflorenius IC. in sua iuris allegatione pro Illustri Communitate Ciuitatis nouæ in Piceno, tenoris vt sequitur, videlicet.

LVDOVICI CENTOFLORENII IC.

Pro Illustri Communitate Ciuitatis nouæ.

In Sacra Rituum Congregatione.

POsita constitutione Inocentij III. in Concilio Lugdunensi edita, ac relata *in cap. statutum, de rescript. in 6.* qua cauetur, vt causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes à Sede Apost. vel eius Legatis in partibus delegandæ non audiantur alibi, quàm in ciuitatibus, vel locis insignibus.

Quæritur pro parte Communitatis Ciuitatis nouæ in Piceno, an dictæ causæ possint audiri in eodem loco non modò tanquam in loco ex sententia S Co gregationis insigni, sed etiam tanquam in ciuitate quamuis Sedem Episcopalem non habeat.

Videtur respondendum affirmatiuè, quia Ciuitas noua. ft verè ciuitas, vt probatur ex infrascriptis, videlicet à structura à nomine, a ciuibus, à iurisdictione, à priuilegiis, ab æstimatione, ab auctoritate, & ab antiquis Sedis Episcopalis documentis. Et

Primò arguitur à structura loci, quam Doctores ex se consideratam non ciuitatem, quam incolæ, ac ciues constituunt, sed vrbem vocant ex eo, quòd suleo in orbem circumacto fieri solebat: qui quidem locus, cuius planta his nostris adiuncta exhibetur, positus est in Prouincia Piceni non longè à Mare dissitus, in territorio, quod Pamphilius de Piceni nobilitate, ac laudibus vocat felicissimum inter flumina Asulæ, ac Cluentis, de quo Virgil. 5. *Æneid.* in nouis Codic.

———genus vnde Cluenti.

Idemque Pamphilius lib. 2.

Clens pedibus triins rapit furibundus arenas:
Flumen ab Argino nomina Clente tenens.
Nuper in hoc fluuio lignum lapidescere visum
Altera pars bacuius, pars erat ima lapis.

Antiquitus *Nouana* nuncupabatur, vt iustà probabimus, & vt patet ex circuitu mœniorum, ac vestigiis portarum, eius præsertim, quam hactenus vocant *il Portone*, à duobus lateribus 50. & vltrà passus latior erat, & ab aliis duplo maiori ambitu, domibus vndique referto, claudebatur; sed ob plures Gothorum incursus, Totila Rege anno 545. & Narsete Eunucho anno 553. vniuersam ferè Prouinciam depopulantibus, vt testatur Tarcagn. *part. 1. histor. Mund. lib. 7. fol. 254. & 267.* vnà cum insigni Arce ibi existenti magna ex parte diruta fuit; vnde d. Pamphil. *lib. 3. pag. 14.* ait,

Vita Nouana iacet, versa Cluana solo.

Attamen inter multa veluti cadauera, quæ adhu ecxtant antiquæ vrbis, reuixit, & vocata est Ciuitas Nouana, seu Ciuitas noua, quasi de nouo ædificata: murorum ambitu terminatur, prout regulariter terminantur ciuitates, gloss. *in verbo ciuitatibus d. c. statutum & c. si ciuitas, de sent. excommun. in 6.* & præter publica, ac priuata non vulgaria ædificia, à quibus non obscurum recipit ornamentum, habet Ecclesiam Collegiatam

Collegiatam ex sententia eiusdem Sacræ Congregationis insignem, & 34. alias Ecclesias fabrica, & ornata, sacraque supellectili pro dignitate conspicuas, quatuor Regularium, vnum Sanctimonialium Monasteria, & continet familias, seu focularia 820. habitatores verò quatuor mille, vt patet ex publico Instrumento hac de re exhibito. Leander Albertus in descriptione Piceni *reg.* 3. vocat eum nobilem, Paulus Merul. *in sua Cosmogr. part.* 1. *lib.* 4. nobilissimum, & Cardinalis Borgia Calixti Papæ Tertij nepos tunc eius Prouinciæ Legatus, proindéque eius loci sub sua Legatione existentis qualitates optimè callens, in priuilegio illi Apostolica auctoritate concesso, testatur esse eximia laude in situ dignissimum: S. Rituum Congregatio, re maturè discussa, atque eius qualitatibus consideratis, censuit esse ad omnes iuris effectus insignem: & re ipsa plures Italiæ ciuitates, & magnitudine, & pulchritudine excedit, vt meritò de eo Annibal Carus dixerit.

Pico non vide mai nido si bello.

Secundò arguitur à nomine: Plato enim *in Cratilo*, quem de recta nominum ratione scripsit, nomina ab antiquis non temerè imposita, & magnam in his animaduerti obseruationem affirmat: & cum a Cicerone nomen dicatur, quod vnicuique tribuitur, vt suo proprio vocabulo appelletur, impropriè Ciuitas noua vocaretur ciuitas, si verè talis non esset; nomen enim debet esse conueniens, & consonans loco, *Can. si quis dist.* 36: *Can. oratorium dist.* 42. *& gloss in cap. cùm secundum, de praben.* Quippè quòd debet eius qualitatem, ac differentiam distinguere, ac declarare, gloss. *non intelligantur in cap. Sedes Apostol. de rescript. & in Can. olim, dist.* 95. Ex quo confirmatur, quòd hic locus vocetur Ciuitas noua, quasi noua sit ciuitas, & de nouo ædificata, seu restituta ad veteris Nouanæ differentiam: vt dicitur de Neapoli, cuius nomen apud Græcos idem significat, ac noua ciuitas, quòd ve ideo fuit illi impositum, quia cùm ea ciuitas a Cumania fuisset euersa, ingruente acerbissima peste, atque ita iubente Apollinis oraculo a Chalcedonensibus fuit restituta, & ad differentiam veteris vrbis appellata Neapolis, quasi noua ciuitas.

Nec mirum si hoc antiqui rerum Italiæ Scriptores non referant de Nuuena, seu Ciuitate noua, vt tamen innuit Pamphil. *pag.* 4. *lib.* 1. ibi.

Passibus hinc totidem volitabis ad ostia Clentis,
Vrbis vbi aspicies mœnia facta noua.

Quia, vt rectè aduertit Tarcagn. *lib.* 10. *fol.* 189. Itali tunc temporis erant maximè otio dediti, & omnis ferè in eis scientia erat extincta: & à translatione Sacri Romani Imperij à Constantino Magno anno Domini 350. habita, cùm idem Constantinus ex Italia in Thraciam, ac Constantinopolim secum viros omnes armis, ac litteris præstantes traxisset, Italia per multa vsque ad Caroli Magni in eandem Italiam aduentum secola, qui fuit anno 801. assiduis Barbarorum incursionibus fuit obnoxia, vt clarè colligitur ex Cardinalis Baronij annalibus, in quibus dicto annorum curriculo, nulla ferè fit mentio rerum Italiæ, nisi Summorum Pontificum, & rerum ad Ecclesiam pertinentium. Neque enim nouum est, ciuitates in earum reædificatione nomen mutare, quia passim hoc legitur, atque ita Sipontina ciuitas à Manfredo Federici II. filio salubriori loco reædificata, à Conditoris nomine Manfredonia fuit appellata, & Luceria à Federico II. diruta, & à Saracenis restituta Nuceria Saracenorum dicitur, Tarcagn. *in histor. Mund. part.* 2. *lib.* 14. & vt dicitur in Historia Aquilæ in Aprutio, hæc vrbs ex ruinis Furconij antiquissimi oppidi à Longobardis ædificata, Aquila fuit nuncupata.

Tertiò, arguitur à ciuibus, à quibus ciuitas dicitur quasi ciuium vnitas, vt testatur Cicero, & notat gloss. *in cap. si ciuitas, de sent. excom. in* 6. Ex quidem non latet copia ciuium hoc loco existentium, ex quibus non pauci, quorum nomina sedulò prætermittimus, consanguinitatem cum multis ex nobilioribus Prouinciæ familiis inierunt. Habétque ex eius statutis 48. ciues ex generali Concilio eligendos, ex quibus quatuor Priores nuncupati singulis mensibus extrahuntur, qui eam gubernant, ac regunt, vt legitur *in cap.* 8. *eorundem statutorum*, & 20. Regulares, qui ex Decreto à Bonifacio VIII. confirmato constituunt Concilium, vt vocant, Credentiæ. Et quia ij verè ciuiles sunt, vt docet Quintil. *in præfatione primi libri*, qui regere consiliis vrbes, fundare legibus, emendare iudiciis possunt, atque vt ait Petr. de ignobili patria, *sola virtus locum nobilitat*, non erit silentio prætereundum, Ciuitatem nouam vltra antiquam eius Academiam nuncupatam, *de gli Informi*, cuius & multorum illius Academicorum insignia refert Io. Fertus, I.V.D. habere 13. inde originarios, ac viuos, vt ex fide publica, qui præferendi etiam sunt ciuibus, qui nobilitatem non à se, sed a parentibus acceperunt, vt latè probat Tiraquel. *de nobilit. c* 5. *num.* 3. & Cassan. *in catal. glor. Mund.* 12. *consider. p.* 8. Et concludit Academicos ex hoc, quia

La palma infrà le stelle al Sol si deue
Perche da luce altrui non la riceue.

Neque hæc qualitas illi de nouo accidit, vt colligitur ex inscriptione litterarum Gregorij IV. ibi, *Dilectis filiis, & nobilibus viris Potestati, & Communitati Ciuitatis nouæ.* Item ex litteris Venetorum Ducis, ibi, *Nobili & sapienti viro Potestati, & prudentibus viris, Consilio & Communitati Ciuitatis nouæ amicis suis.* & infrà *Amicitiam igitur vestram attentè requirimus, & rogamus, quatenus vobis placeat*, necnon ex testimonio dicti Cardinalis Prouinciæ Legati, asserentis Ciuitatem nouam eximia laude non modò in situ, sed etiam in hominum præstantium numero dignissimam esse: ac tandem ex litteris erectionis insignis eius Collegiatæ, in quibus asseritur, eum locum notabili Doctorum, & copioso Christi fidelium numero refertum esse. Inter quos Commendatarius Annibal Carus litteris, ac Beatus Iacobus Minorum de Obseruantia sanctitate celeberrimi floruerunt, vt est notissimum, ac refertur in antiqua eiusdem Religionis Histor. *fol.* 256. De quo quidem Beato gloriari præcipuè possumus, nam vt insignis Poëta ait,

Più che scettri de Regi
Di Christiana virtù le palme ammira,
Splendor di rai più chiari
Nella Terra, ò nel Ciel non si desira:
Qual sia potenza equale
Quant' e Nume immortale
Regnar beato in adorati Altari?

Quartò a iurisdictione; tres enim species ciuitatum constituit Bart. *in Extrauag. qui sint rebelles, vers. Prouincia verò.* Minores, quæ habent Magistratum cum simplici iurisdictione: maiores, quæ habent Magistratum cum iurisdictione: & mixto Imperio: maximas, quæ habent merum, & mixtum Imperium, & hæc qualitas non obscurè probatur ex facultate iam concessa Communitati Ciuitatis nouæ regendi se in communi ad instar Reipublicæ, vt constat ex indulto Vrbani Sexti, atque ex eius statutis à Nicolao V. Calixto III & Iulio II. confirmatis, *lib.* 1. *cap.* 8. ibi, Cùm per officium DD. Priorum, & Concilij tam generalis, quàm particularis vniuersa nostra Respublica regatur, & *cap.* 9. Decet Dominos Priores intentos esse, vt Iustitia ministrent, & cætera facere, quæ

ad

ad vtilitatem Reipublicæ tendunt, & *cap. 10.* Debent qui Reipublicæ præsunt priuatas curas postergare, ne proprium commodum vtilitati publicæ iacturam inferat, & alibi passim. Item ex facultate illi concessa à Calixto III. condendi statuta; vt dicitur etiam in Prooemio eius statutorum, quæ fecit, seu reformauit anno 1487. quia sine iurisdictione id facere non potuisset, *cap. cùm consuetudine, de consuetud.* gloss. & Doctores *in l. 1. ff. de iurisdiction. omn. iudic.*

Ad hæc ex facultate deputandi iudices pro primis, & secundis instantiis in omnibus causis tam ciuilibus, quàm criminalibus, & mixtis, exceptis causis hæresis, & læsæ maiestatis, quæ fuit illi concessa à Federico II. Imperatore, & Manfredo Rege Hierusalem, & Siciliæ, ac deinde ab Innocentio IV. Clemente IV. Greg. X. Nicolao V. Vrbano VI. & Paulo III. vt dicitur etiam in eius statutis, sub *rub. 4 lib. 1. de electi potestat. & eius offic. & in lib. 6. de offic. & iurisdiction. iudic. appell.*

Insuper ex facultate imponendi, & exigendi pœnas, ac mulctas, de qua *tot. lib. 3. eorumdem statutorum de crimin.* quæ sunt inter regalia ad text. *in c. vnic. quæ sint Regalia*, & *ibi* Andr. Bald. & alij, ac regulariter non competunt, nisi ciuitatibus, quæ per Rempublicam gubernantur, Bart. *in l. 1. §. de qua re ff. de postul.* aut habent merum, & mixtum Imperium, *l. 1. § fin. ff. de iudic.*

Et quia habuit sub se Castrum sub titulo S. Maronis, vbi ad præsens superest Ecclesia eiusdem Sancti. Quod quidem Castrum anno 1291. Sede Nicolai IV. vacante, à Malleano Gentile Firmano Tiranno exercitu 12. millium, & vltrà militum omnia illac deuastante, fuit dirutum, vnde ipsimet Firmani condemnati fuerunt in pœnam 24. millium librarum argenti, vt constat ex processu in nostræ Communitatis Archiuio existentis.

Quintò à priuilegiis, quia si Princeps concedat Terræ, vel oppido priuilegia, quæ non nisi ciuitatibus concedi solent, Terra, vel oppidum efficitur ciuitas, vt ait Bart. *in dict. Extrauag. qui sint rebelles, vers. sed quid dicas*, & Innoc. *in cap. cùm ab Ecclesia, in verbo Item hoc ipso, quòd Princeps*, & *ibidem* Ioan. de Anania *de offic. ordin.* Et quidem Ciuitas noua habet in proprio Archiuio plura Priuilegia, & præcipuè Gregor. IV. Ioan. XXII. Gregor. VIII. & IX. Innocen. IV. Gregor. X. Nicol. IV. Vrbani IX. Bonif. IX. Eugenij IV. Nicolai V. Calixti III. Pij II. Innoc. VIII. Leon. X. Clementis VII. Pauli III. & aliorum, videlicet regendi se in communi ad instar Reipublicæ, immediatæ protectionis Sedis Apostolicæ condendi, ac reformandi statuta, deputandi iudices, ac alios Officiales, cognoscendi causas tam ciuiles, quam criminales etiam in secundis instantiis. Imponendi, & exigendi mulctas, Saluiconductus pro Mercatoribus accedentibus ad eius Portum, Iurisdictionis, litoris à flumine Cluentis vsque ad flumen Asulæ. Emendi vendendi, & extrahendi victualia, & bladas absque alicuius licentia. Immunitatis a gabellis pro importantibus, & exportantibus merces. Faciendi nundinas per quatriduum post quintam Iunij. Manutenendi milites in eodem Portu. Exemptionis ab onere hospitandi milites, & eligendi milites, si quando necesse sit inde illos desumere, pro grauioribus Sedis Apostolicæ necessitatibus. Quæ priuilegia, vt per se patet, nonnisi ciuitatibus, nec tamen omnibus concedi consueuerunt.

Non obstat, quòd aliqua ea his priuilegiis abierint in desuetudinem, quia satis est ea habuisse, cùm priuilegia, licèt plurimum conferant ad esse ciuitatis non tamen sint de illius essentia, vt patet in priuilegio Sedis Episcop. quod est omnium maximum ad hunc finem, quandoquidem ciuitas priuata Episcopo, adhuc ciuitas remanet, vt in casu notabili ciuitatis, quæ proprium occidit Episcopum, probat text. *in c. ita nos 25. q. 2.* & gloss. *in Extrauag. 1. Ioan. 22. in verbo ciuitates*, expressè ait, Sedem Episcopalem non esse de substantia ciuitatis.

Sextò, ab æstimatione, in qua habita semper fuit à Sede Apostolica, Innoc. enim *in cap. cùm ab Ecclesia, extra de offic. ordin.* ait, Si Summus Pontifex, vel Imperator scribat vni loco tanquam ciuitati, eo ipso locus efficitur ciuitas, cùm sola Principis voluntas sufficiat, vt ciuitas dicatur, & constituatur, *Clem. si Summ. Pontifex, de sentent. excom.* Bartol. *in l. vlt. n. 5. ff. de colleg. illic.* & quòd Summi Pontifices æstimauerint, & scripserint Ciuitati nouæ, vti ciuitati, probatur ex hoc, quod scripserunt ei; assim litteras in forma Breuis, quas, vt est notissimum, nonnisi ciuitatibus scribere consueuerunt. Ita fecit Alexander IV. cùm anno 1245. nostræ Communitati committit, vt Rectori ipsius Prouinciæ contra Firmanos, vti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ rebelles, assisteret.

Et anno 1288. Clemens itidem IV. per huiusmodi litteras in forma Breuis hortatus est eiusdem ciuitatis homines, vt relicta sequela Manfredi Siciliæ Regis, ad debitam Sanctæ Sedis obedientiam redirent.

Bonifacius etiam VIII. cùm anno 1389. Comes Cartariæ Parauinus Picenum ingressus, eam Prouinciam magno exercitu deuastaret, per similes litteras mandauit Cōmunitati, & hominibus Ciuitatis nouæ, vt assisterent Don Andreæ Tomacello Sanctitatis suæ fratri contra eumdem Comitem delegato.

Idem obseruauit Iulius III. cùm anno 1552. exercitu Cæsareæ Maiestatis illac transeunte, prohibuit, ne quis Communitati, aut hominibus Ciuitatis nouæ vllum in bonis, aut personis damnum, aut molestiam inferret.

Et tandem cùm placuit Sedi Apostolicæ ibi Gubernatorem contra Communitatis priuilegia deputare, non aliter id fecit, quàm per litteras in forma Breuis, quemadmodum fieri solet cum Ciuitatibus, vt apparet ex litteris Apostolicis, quibus Leo X. deputauit in eius Gubernatorem Doctorem Iulianum Argentatum de Fabriano. Et præsertim quia Iulius III. deputauit in eius Gubernatorem ad beneplacitum Don Iulianum Cæsarinum, cuius familiæ postmodum præter alia eiusdem Iulij III. ac Pij IV. Indulta, Sixtus V. ob multa præstantium virorum merita (sunt verba Pontificis) qui tum armis, tum Ecclesiasticis dignitatibus insignes, magno Sedi Apostolicæ, dum viuerent, commodo fuerunt, & ornamento, titulum ibi nobilis Ducatus concessit, habita, vt asserit, ratione quòd idem locus incolarum frequentia, & opibus erat admodum insignis.

Septimò ab auctoritate Scriptorum, quippè quia, vt ait Bald. *in l. ex hoc iure in 6. col ff. de instit. & iure.* Ciuitas est, quæ veterum auctoritate ciuitas nuncupatur: & integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, *Can. extra conscientiam dist. 64. & cap. prudentiam. de offic. deleg.*

Et quidem Plin. *in 3. lib. sua historia naturalis regul. 5.* dicit, Ciuitatem nouam antiquitus vocatam fuisse Nouanam, eámque refert inter antiquas Piceni ciuitates.

Abrahamus Ortelius *in suo Thesaur. Geograph.* de Ciuitate noua hæc ait. *Nouana Piceni vrbis, Plinio, Nobana*, aliquot Codicibus, *Città noua* nunc.

Paulus Merola Belga *in sua Cosmograph. p. 1. lib. 4. fol. 176.*

fol. 176. ibidem testatur ciuitatem nouam Nouanam fuisse à Plinio nuncupatam, eamque refert inter antiquas eius Prouinciæ ciuitates, ibi Asculum, Nuuana, Cluana, Potentia, & Humana.

Ptolomæus *in Indice lib.* 3. *c.* 1. *Tabul.* 6. *Europæ fol.* 66. vbi describit ciuitates Piceni, ait. *Nouana ciuitas.*

Carolus Stephanus *in suo Dictionario Historico, Geographico, & Poëtico fol.* 1397. *Nouana ciuitas Piceni vrbs.*

Pamphilos *in Indice eius libri, Nouanæ,* vulgò *Città noua,* dictę, *situs, & felicissimi territorij descriptio.*

Franciscus Alumnus, loquens de Portu Ciuitatis nouæ, vocat eum *il Porto della noua Città.* Et tandem dici potest ei cum Ouidio,

Optima tu proprij nominis auctor eris.

Quippè quòd ipsamet Ciuitas appellatur. Idémque supponit Coyrus 5. *part. suæ historiæ fol.* 352. vbi refert, quòd cùm anno 1445. vniuersa ferè Marchiæ Prouincia à Thaliano Ductore exercitus Regis Neapolis esset obsessa, & plures ciuitates, & oppida sese spótè illi dedissent, ciuitas noua, quæ acriter fuit oppugnata, tantum abest vt expugnata fuerit, vt exercitus, nullo illato ei damno, coactus fuerit ab obsidione discedere. Id quod testatur etiam auctor fragmentorum ciuitatis Firmanæ *fol.* 118. vbi ait, Religionem totam Picentioam, præter Ciuitatem nouam defecisse, quæ obsidione à prædicto Thaliano premebatur.

Magnus Etruriæ Dux, ac Magister Sacræ Religionis Sancti Stephani, cuius statuto expresè cauetur, vt admittendi ad eam Religionem inter alias qualitates originem trahant à loco, qui ante eius ortum ciuitas fuerit, habuit pro constanti Ciuitatem nouam esse ciuitatem, dum Equitem nunc viuentem, inde oriundum admisit.

Et Sacra Religio Hierosolymitana Commendatorem Annibalem Catum, & alios hinc oriundos absque vlla difficultate recepit.

Ac præterea comprobatur ex sententia huius Sacræ Congregationis omnibus meritò præferenda, ea enim dum quæreretur, an Ecclesia Collegiata Sancti Pauli Ciuitatis nouæ esset insignis, ad hoc, vt dignitas, & saltem dimidia pars Canonicatuum ibi existentium conferri debeant habentibus qualitates *cap.* 12. *sess.* 24. *Sacri Concil. Trident.* necnon ad hoc vt Ordinarius possit in vim *cap.* 1. *eiusdem sess. & Concilij* augere illius redditus, qui sustinendo decenti Canonicorum gradui pro locis & personarum qualitate non sufficiunt, hac peculiari loci consideratione inter reliquas Ecclesiæ qualitates, iam censuit, esse ad omnes iuris effectus insignem, atque ideò honoribus, ac priuilegiis Collegiatarum insignium frui, & gaudere posse, ac debere.

Tandem probatur ex antiquis Sedis Episcopalis documentis videlicet ex Bulla relata à Castellino *de inquisitione miracul. in Sanctorum Martyrum canonizatione,* in qua Petrus Episcopus Ciuitatis nouæ anno 1317. concedit vnà cum aliis Episcopis Indulgentias quadragenas visitantibus Ecclesiam Monialium S. Euangelistæ Florentiæ. Et ex auctoritate Philippi Cluerij, qui *in descriptione Italiæ antiquæ lib.* 2. *fol.* 74. postquam meminit de aliquibus Piceni oppidis, ait, supra hoc oppidum, aliud est Episcopali sede insigne, quod nomine ipsu videtur esse Plinij Nouana, creditur tamen ea sede priuatam, ex quo anno 1387. & 1396. Sedi Apostolicæ parere neglexerit ex dispositione *cap. fin.* §. *quapropter, de pœnis in* 6. vbi ciuitas propter delictum ciuium interdicitur, & priuatur dignitate Pontificali.

Nec dicatur non constare de identitate loci, cùm in stagnis Venetiæ extet alia Ciuitas noua; quia ea ciuitas anno 639. Epitergiensi ciuitate à Rotatu Longobardorum Duce diruta, anno 811. ab Angelo Particiaco reædificata proprio nomine vocata est Heraclea, & paulò pòst fuit euersa teste Tarcagnotta *lib.* 9. *fol.* 360.

Neque ad conturbandam eiusmodi identitatem dicatur extare aliam ciuitatem nouam pariter dictam in Istria sub Patriarchatu Pragensi: nam hęc non vocatur verè Ciuitas noua, sed Æmonia, vnde illius Episcopus Æmoniensis nuncupatus, vt videre est ex relationibus status eius diœcesis S. Congregationi Concilij anno 1607. & 1618. oblatis, in quarum prima, dicit Episcopus, cùm nondùm accessetim ad ciuitatem Æmoniensem, quę vulgariter dicitur *Città noua,* & in vtraque se subscribit Episcopus Æmoniensis.

Non obstat hodie nostram ciuitatem non habere sedem Episcopalem; nam non est verum, quòd non detur ciuitas sine Episcopo, cùm sedes Episcopalis non requiratur ad esse ciuitatis, nec de iure gentium, nec de iure ciuili, nec de iure Canonico.

Non requiritur de iure gentium, quia (teste Aristotele 3. *Polit. cap.* 1. *versùs finem,*) ciuitas est multitudo hominum sibi sufficiens habentium potestatem in publicum decernendi, & constituendi. Et, vt alij volunt, Ciuitas est ciuium multitudo vnum in locum congregata, vt eodem iure viuat. Vnde Cicero *de somno Scipionis,* Nihil est illi Principi Deo, quod in terris fiat acceptius, quàm Concilia cœtúsque hominum iure sociati, quæ Ciuitates appellantur. Et de hoc iure ipsimet homines possunt sibi ciuitatem propria auctoritate constituere, Gloss. *in l.* 1. & *ibi* etiam Bartol. *numero* 1. *&* 2. *ff. quod. cuiusque vniu. nom.* Eóque attento ciuitates fuerunt sine Episcopis, qui instituti fuerunt à lege Euangelist. vt in *Can. Vrbes* 80. *distinct. Can. Clericos distinct.* 22. *Can. olim. distinct.* 96. & Episcopi habent se per accidens ad ciuitates.

Non requiritur de iure ciuili, quia de hoc iure ad constituendam ciuitatem sufficit solat auctoritas Imperatoris, qui potest quidem dare priuilegia, sed non potest sedem Episcopalem constituere, vt firmat Barthol. *in d. Extrauag. qui sint rebelles, in verb. Lombardia n.* 6. vbi Apostill. *in verb. ciuitas,* & Paul. de Castr. *in l. ex hoc iure, de instit. & iur.* & Canonistæ *in cap.* 1. *de priuil.* & in specie Abb. *n.* 2. Dec. *n.* 18. & Castr. *n.* 7.

Neque etiam requiritur de iure Canonico, quia aliqui volunt, D. Petrum constituisse Prælaturas, & Dignitates Ecclesiasticas iuxta qualitatem ciuitatum, ita vt vbi apud Ethnicos erant primi Flamines, ac Rectores Prouinciarum posuerit Patriarchas, & Primates, vbi Archiflamines, Archiepiscopos, & in reliquis ciuitatibus, Episcopos, vt referunt Clemens Papa *in Can. ex illis* 80. *distinct.* & Anacletus *in Can.* 1. 99. *distinct.* Alij, non approbantes, D. Petrum ordinasse gradus Prælatorum Ecclesiasticorum ad imitationem Gentilium, volunt in eundem D. Petrum in ijs ciuitatibus, quibus dicti Flamines, & Archiflamines celebrabant ad tollendam Idolorum memoriam posuisse veros Sacerdotes, idest, Episcopos, Archiepiscopos, & Primates, vt refert Diuus Ambrosius *in Can. Beati.* 2. *quæst.* 7. & Leo Papa *in serm.* 1. *de natali Petri.* Alij verò, A fortè meliùs volunt D. Petrum constituisse Prælatorum Ecclesiasticorum gradus ad instar Hierarchiæ cælestis, itaut sicut in Ecclesia Triumphanti sunt Angeli, Throni, ac Principatus, ita in Militanti essent Episcopi, Archiepiscopi, & Primates, vt *Can. Clericos* 21. *distinct.* Omnes autem conueniunt Episcopos positos fuisse in locis,

locis, qui iam ante aduentum Domini erant ciuitates. Nec tamen in omnibus ciuitatibus positi sunt, aut ponuntur Episcopi, imò *in Can. Episcopi* 80. *dist.* cautum est, vt non ponantur in modicis ciuitatibus, ne vilescat nomen Episcopi, & *in cap.* 1. *de priuil.* itidem cauetur, vt non presideant nisi in frequentioribus ciuitatibus, ne hic honor sui numerositate vilescat. Ex quibus patet ciuitates fuisse ante Episcopatus, & adhuc esse multas ciuitates, in quibus non sunt Episcopi. Et quòd Sedes Episcopalis non sequitatur ad esse, & substantiam ciuitatis, probatur ex gloss. *in Extrauag.* 1. *Io. XXII. in verb. ciuitates*, & gloss. *in cap. si ciuitas, de sentent. excommun. in* 6. vbi hoc expressè dicitur, *&* ex *cap. ita nos* 15. *quæst.* 2. Vnde, *vt suprà* diximus, colligitur, ciuitatem ob delictum ciuium Episcopo priuatam, adhuc ciuitatem remanere.

Minus obstat opinio vulgi, quòd non detur ciuitas sine Episcopo, quia in ea opinio nullo iure, aut ratione fundatur, & vulgus est vilior pars populi, eiúsque opinio plerumque est mendax, *l. si priuatus*, *ff. qui, & quibus*, *&* *l. Babarius. ff. de offic. Prætor.* ac iudex magis debet adhærere legibus, quàm clamori populi, *l. Decurionum* 12. *C. de pœnis*, atque vt scri it Cælestinus Papa ad Episcopos Apuliæ, & refertur *in Canon docendus dist.* 62. Docendus est populus, non sequendus; nam, vt inquit Petrarcha, Nulla propior ad errorem via est, quàm per vulgi vestigia: quicquid vulgus cogitat, vanum est, loquitur quidquid falsum est, quidquid improbat, bonum est, quicquid approbat, malum est, quidquid prædicat, infame est, quidquid agit, stultum est: nihil est à virtute, vel à veritate remotius, quàm vulgaris opinio.

Non obstat tandem distinctio aliquorum inter Terras, seu oppida, ac ciuitates, & quòd à d. Prouinciæ Legato ciuitas noua dicta iam fuerit Terra, inter alias eius Prouinciæ florens, & eximia laude dignissima. Itémque atque à Merola vocatur nobilissimum oppidum, & S. Rituum Congregatio declauerit, esse oppidum ad omnes iuris effectus insigne; quia nomen Terræ, quæ dicitur à terrendo, sicut & Territorium, eo quòd Magistratus intra eius fines terrendi habeat potestatem *gloss. penult. in cap. final. de consti. & l. pupillus. §. territorium ff. de verb. signif.* est aptum comprehendere etiam ciuitatem *cap. cum in partibus, de verb. signif.* Hier. de Mont. *in tract. de fin. regun. cap.* 5. *num.* 9. *& in libris feudorum tit. de pace ten. in princip.* Et nomen oppidi quod dicitur ab oppositione murorum, quibus est cinctum, seu quia dat opem mœnibus contra hostes, vt traudunt Doctores *in d. l. pupillus §. oppidum*, indifferenter ponitur pro Vrbe, vnde Plaut. *in Persa*, cùm Eleusipolim sæpiùs Vrbem vocasset, postea subdit, Eleusipolim Persæ cepere antiquum oppidum, Seru. Sulp. *in epist. consol. ad Cicer. de morte Tulliæ*, cùm numerasset multas insignes vrbes partim vi hostili, partim terræmótu euersas, ait quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, Cic. *pro Postum.* celeberrimum oppidum Neapolis, & alibi plures ciuitates hoc eodem vocabulo appellat. Plin. *d. lib.* 3. *cap.* 13. Firmum vocat etiam Castellum, & multi, ac præcipuè Quintil. *lib.* 8. vni Romæ Vrbis nomen tribuerunt, reliqua omnia oppida appellantes: & Doct. *in proœmio Digestorum §. illud verò, de iud. probib.* aiunt nomen oppidi comprehendere etiam ciuitatem, vt ibi, *neque in hac splendidissima ciuitate, neque in Berithiensium pulcherimo oppido*, quod in *§. sequenti* vocatur ciuitas.

Ex quibus planè constat, ciuitatem nouam esse verè ciuitatem, ideóque haud dubiè posse ibi causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes à Sede Apostolica, vel eius Legatis in partibus delegandas audiri, non modò tanquam in loco insigni, sed etiam tanquam in ciuitate.

DISTINCTIO LXXXI.

CAP. Apostolus. I. *August.*

CRIMEN licèt lato sumpto vocabulo pro quolibet peccato etiam veniali sumatur, iuxta illud vulgare, *nemo sine crimine vixit*, tamen strictè dicitur peccatum graue, accusatione, & damnatione dignissimum, vt tradunt Galganet. *de different. indiniduorum lit. C. verbo crimin. num.* 109. & Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 1 & ita sumi ab Apostolo dicente Episcopum, Presbyterum, & Diaconum eligendum debere sine crimine esse, scribit Augustin. *tract.* 4. *adc.* 8. *Ioannis* relatus in hoc text. Crimen enim propriè dicitur omnis operatio mala, quæ potest accusari, & puniri criminaliter in hoc seculo. Marant. *disput.* 5. *num.* 18. 1

In gloss. *Et damnatione.* ibi, *Solet quæri propter quæ crimina quis deponi debet*, &c. Crimina digna depositione quæ sint dixi ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 110. *à num.* 10. & *ibi* citatis addo Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 12. vbi meminit huius gloss. 2

CAP. Maximianus. VI.

Innocent.

GLoss. *verbo Renouatur*, *in præsenti*, ait communiter dici quòd pro simplici fornicatione Presbyter deponi non debet, cùm pauci sine hoc crimine inueniantur, de quo tamen vide Selu. *de benefic. p.* 3. *quæst.* 3. *num.* 6. Bernard. *in practic. cap.* 81. *in princip. secundum nouiss. impress.* latè Duen. *reg.* 101. vbi multipliciter limitat, Clar. *lib.* 5. *§ fornicatio. vers. sed quæro*, Lambertin. *de iurepatron.* 1. *part.* 2. *lib. art.* 20. *q.* 9. *princ. num.* 14. Paul. Grilland. *in tractat. de pœnis omnif. coitus quæst.* 9. *num.* 3. Nauar *in cap. consideret num.* 122. *de pœnit. dist.* 5. Franc. Viol. *lib.* 3. *commun. opinion. verbo clericus per simplicem*, Petez *l.* 23. *vers. verùm autem, tit.* 91. *lib.* 8. Ordinam. Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 6. *§.* 8. *n.* 3. Azeued *l.* 7. *num.* 21. *tit.* 20. *lib.* 8. *noua recopil.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 262. Menoch. *de arbitr. casu* 418. *num.* 1. *& in addit. ad casum* 289. *n.* 14. Decian. *in tract. crimin. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 7. Carol. de Grassis *de effectibus clerical. in præludi. num.* 54. *cum seqq.* Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 13. 1

CAP. Si quis clericus. X.

Ex tertia Synodo Aurel.

COncil. Aurelianense III. *cap.* 7. relatum *in hoc text.* statuit vt clericus conuictus de adulterio, aut illud confessus depositus ab officio in monasterium toto tempore vitæ suæ detrudatur, ita referunt Bernard. *in pract. cap.* 86. *n.* 2. *secundum nouiss. impress.* Greg. Lop. *per text. ibi in l.* 41. *verbo adulterio tit.* 6. *p.* 1. Duen. *reg.* 101. *limit.* 2. Bermond. *in tract. de public concubin. rub. de adulter. num.* 26. Couar. *de sponsal. lib. p.* 2. *cap.* 7. *§.* 7. *num.* 19. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *n.* 14. Villalob. *commun. lit. C. num.* 82 Emman. Soarez *in thesauro* 1

thesauro recept. sent. verbo clericus adulterij, Clar. §. *adulterium vers. sed quæro*, Menoch. *de arbitr. casu* 419. *n.* 6. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 141. *num.* 29. *&* *q.* 149. *num.* 34. Quod maxime procedit quando clericus de eo crimine accusatur. nam si non accusetur, Episcopus remittere aliquid potest de iuris rigore, vt per Molin. *de instit. tract.* 3. *disput.* 98. *num.* 1.

Cap. Si qui sunt. XV.

Gregor. VII.

1 Collige ex text. quòd si clericus ita sit publicè concubinarius vt nulla tergiuersatione possit suum crimen celare, maneat ipso iure suspensus, vt per Syluest. *in sum. verbo clericus* 2. *num.* 4. *vers. quæritur* 2. Ferdinand. Paëz *in repet. c. Missæ n.* 196. *cum seqq.* Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 8. Perez *l.* 23. *vers. quæri tamen potest, tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 104. Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 31. *sect.* 4. *num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Proles habita ex parentibus coniugatis voto simplici castitatis mutuo consensu adstrictis an sit legitima, ostenditur, & num.* 2.

3 *Peccatum leuius est copulari cum propria vxore post mutuum castitatis votum, quàm si alter ad solutam fæminam solumve virum accedat.*

Cap. Ministri. XIX. *Lucius.*

1 Ministros, &c.] Intelligi etiam de clericis minorum Ordinum tenent aliqui, sed Soar. contrariam opinionem meritò refellit *tom* 5. *de censur. disp.* 31. *sect.* 4. *num.* 8. vbi refert hunc text. cuius etiam meminit Bouer. *de Republ. Eccles. part.* 2. *cap.* 1. *vers. est igitur pag. mihi* 378.

Inuadere cubile, &c. Notatur ad hoc quòd Subdiaconus continentiam non seruans etiam cum propria vxore, ab omni Altaris officio remouetur, vt per Soar. *d. num.* 8. *ad fin.* vbi subdit posse tamen ex superioris facultate in functionibus minorum Ordinum permitti, his præsertim, quæ extra Altare fiunt.

2 Gloss. *verbo, propria vxoris, in præsenti text.* tradit prolem habitam ex parentibus coniugatis voto simplici castitatis mutuo consensu adstrictis non esse legitimam, quia votum castitatis, quod ambo fecerunt, impedit quominus coniuges tunc matrimonio vtantur, cùm tale matrimonium ampliùs non sit quoad actus coniugalis vsum, ac proinde reputetur idem ac si à solutis proles concepta esset; quare ita tenent Angel. *in sum. verbo matrimonium* 3. *imped.* 5. *num.* 5. Anchar. *in cap. vnic. num.* ·. *de voto lib.* 6. Abb. *in cap. charissimus num.* 7. *de conuers. coniug.* Supplem. Gabriel. *in* 4. *dist.* 32. *quæst. vnica, art.* 2. *post.* 7. *conclus. vers. quid si vterque*, Brunell. *de sponsalib. conclus.* 30. *n.* 14. Hieron. de Zennetinis *in tract. de foro conscientiæ, & contentioso, num.* 141. & habetur *tom.* 3. *tractatuum Doctor. p.* 3. Gregor. Lopez *l.* 7. *verbo sin voluntad, tit.* 2. *part.* 4. vbi subdit fortè id esse verum quando votum est perpetuum, secus si ad tempus, Stunic. *de voto q.* 3. *num.* 63. Vega *in sum tom.* 2. *cap.* 129. *casu* 60. Fr. Emman etiam *in sum. tom.* 2. *cap.* 90. *num.* 6. qui duo vltimo loco citati subdunt prolem illam esse spuriam etiam quoad successionem in parentum hæreditate, D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim p.* 2. *num.* 7. vbi tamen loquitur quando votum est solemne.

Cæterùm contraria sententia verior est, ac proinde secutè resoluendum prolem habitam ex parentibus voto simplici castitatis mutuo consensu adstrictis nullo modo esse illigetimam, quia fortior esse debet causa tendens ad fauorem prolis innocentis ob solam parentis culpam punitæ, quàm tendens ad odium, & pænam ipsius, reg. *odia, de regul. iuris in* 6. tum quia plus operari debet causa naturalis, & radix essentialis legitimationis, qualis est verum matrimonium, quàm culpa parentum accidentaliter superueniens, *l. qui habent, in princ. ff. de tutel.* tum denique quia non est solita peti facultas vt huiusmodi filij legitimi fiant, nec vt in bonis parentum succedant, cùm parentes filios tales absque vllo conscientiæ scrupulo bonorum hæredes reliquant, veluti ex legitimo coniugio natos, quamuis vsu matrimonij sacrilego: & ideò hanc partem meritò sustinent Card. *in cap. dudum in opposit. post quæst.* 3. *in fine, de conuers. coniug.* Alex. de Neuo *in cap. tua il* 2. *num.* 9. *de iureiur.* Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 39. *num.* 3. & sequi videtur Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 8. *vers. cæterùm*, dum ait quòd si non fuissent pro contraria parte Doctores non contemnendæ auctoritatis, hæc sequenda videretur ex rationibus per eum adductis.

In ead. gloss. ibi, *Et plus peccat cum ista quàm cum soluta.* Notatur ad hoc quòd grauius delictum est post mutuum castitatis votum simplex coniuges copulari, quàm si alter ad solutam fœminam, solutúmve virum accedat, vt per Archid. *in cap.* 2. *num.* 1. *vers. quem patitur, de filijs Presbyt. lib.* 6. Ioan. Andr. *in cap. litteras num.* 9. & Henric. *in fine, eodem tit. in Decretalib.* Verùm Sanch. *d. lib.* 9. *disput.* 37. *num.* 13. existimat leuius esse hoc casu copulari cum propria vxore, quia est accessus inter veros coniuges absque fornicationis, seu adulterij labe, licèt sacrilegio se commaculent; accessus verò huiusmodi vxorati ad solutam solutúmve ex parte coniugis peccantis iam est sacrilegium, & insuper est adulterium, quod præponderat sacrilegio, & ideò concludit idem Sanch. in Confessione detegendum esse fuisse accessum ad proprium coniugem contra mutuum votum, quo exprimatur circumstantia aggrauans sacrilegij duplici ex parte admissi, & minuens excusans à fornicatione, & adulterio. 3

Cap. Volumus. XXIV.

Gregor.

Gregorius scribit Symmacho defensori *lib.* 1. *Reg. indict.* 9. *epist.* 50. relatus in hoc text. vt Sacerdotes prohiberi debeant ne cum mulieribus conuersentur, excepta dumtaxat matre, sorore, vel vxore, quæ castè tegenda est: vnde colligi videatur virum Sacris initiatum ex legitima vxoris licentia manentis in seculo cum voto castitatis, posse simul habitare cum vxore; cuius tamen contrarium decidi videtur *cap. Episcopus, sup.* 77. *dist.* ibi, *sequestrato mansionis cubiculo*; pro conciliatione tamen sic distinguendum esse puto, vel coniuges suspecti sunt de incontinentia, & tunc nullatenus permittendi sunt habitare; vel suspecti minimè sunt, & tunc possunt in eadem domo, sed non in eodem lecto, nec in eadem camera simul habitare, & hoc est quod voluit *dict. cap. Episcopus*, in citatis verbis. Ita gloss. *in præsenti, verbo vel vxore, & in dict. cap. Episcopus, verbo sequestrato*, Abb. *in cap. coniugatus num.* 5. *de conuers. coniug.* Franc Mar. *decis.* 734. *num.* 6. *part.* 1. Barthol. à S Fausto *in thesauro Religiosorum lib.* 5. *quæst.* 118. Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 39. *num.* 8. vbi subdit se existimare, moraliter 1

loquendo

loquendo, huiusmodi, quamuis de incontinentia suspecti non sint, nec in eadem domo habitare permittendos esse, licèt ea se id licitum sit, quia, moraliter loquendo, talis habitatio non vacabit magno incontinentiæ periculo, aut saltem non leuem ansam iniquæ suspicionis, & scandali præbebit.

Cap. Quidam Clerici. XXX.

Ex Concil. Tolet. IV.

1 COoncil. Toletanum IV. *cap.* 2. relatum *in hoc text.*
præcipit vt mulieres extraneæ, vel ancillæ clericorum consortio demorantes, & auferantur, & venundentur, clericis etiam pro tempore ad pœnitentiam peragendam relegatis, de quo vide Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri num.* 11. *&* 21. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *vers. quare etiam*, Auendan. *de exequend. mand. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 7. *vers. tertia conclusio*, Gutier *practic. lib.* 1. *q.* 6. *num.* 5. *&* 12. Decian. *in tractat crimin. lib.* 6. *cap.* 21. Thom. Valasc. *allegat.* 34. *tom.* 1. Cabed. *Lusit. decis.* 116. *part.* 1.

2 *Clerici.* Sacris Ordinibus initiati, vt per Auil. *ad c.* 47. Prætor *verbo clerico n.* 3. Azeued. *l.* 1. *n.* 31. *tit.* 19. *lib.* 8. *noua recop.* Thom. Valasc. *d. alleg.* 34. *num.* 6.

Relegatis.] Immo *relegatis* dicendum esse refert
3 Loaysa Archiepiscopus Toleran. *in collect.* *Conc. Hispania cap.* 43. *pag.* 348.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur agentes de materia glos. verbo aliquid, in præsenti.*
2 *Testes præferendi sunt qui pro reo deponunt.*
3 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur quàm longè pluribus negantibus.*
4 *Testibus affirmantibus non magis creditur quàm negantibus in criminalibus ad defensionem reorum.*
5 *Delinquere nemo præsumitur.*
6 *Fauorabilior est causa rei, quàm actoris.*

Cap. Clerici. XXXII.

Ex Concil. Africano.

CElebris est gloss. *hic verbo aliqui*, de cuius ma-
1 teria agunt Tiraquel. *l.* 9. *connub. part.* 9. *num.* 71. *& de nobilit. cap.* 20. *num.* 34. Menoch. *de arbitr. casu* 90. *num.* 12. *& casu* 98. *num.* 5. Hippol. *l.* 1. *C. de sicar. num.* 69. Perez. *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 61. Rebuff. *de reprobat testium n.* 125. Mascard. *de probat. concl.* 234. *num.* 5.

Ea qua vulgò colligitur testes præferendos esse, qui
2 pro reo deponunt, sicuti ostendit glosella marginalis, & docent Abb. *in cap. cum P. Manconella num* 13. *de accusat.* Crot. *de testib. part.* 5. *n.* 369. Anton. Gabr. *commun. tit. de testib.* 4. *num.* 44. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 65. *num.* 151. Buccaron. *de differen. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 134. *num.* 4.

Item licèt iuris regula sit & firma conclusio, ma-
3 gis credendum esse duobus testibus affirmantibus quàm longè pluribus negantibus, vt resoluunt Doctores citati per me *in collect. ad cap.* 1. *num.* 20. *de præscript. lib.* 6. illa tamen non habet locum in crimina-
4 libus, & ad defensionem reorum, quia tunc non magis creditur affirmantibus, quàm negantibus, immo plus negantibus, ita ex hac gloss. tradunt Bart. *in l. data opera num.* 44. *C. de iis, qui accusare non poss.* Boss. *in pract. crimin. tit. de defens. reorum num.* 32. Mascard. *de*

probat. concl. 509. *num.* 8. Fulu. Paclan. *in simili tract. lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 171. Farin. *in praxi crimin. tit. de opposit. contra testes quæst.* 55. *num.* 154. *& cons.* 78. *num.* 16. *lib.* 1. Ratio est, quia nemo præsumitur delinquere, *l. merito ff. pro socio*, Alexand. *cons.* 50. *vol.* Boss. *in tit. de de-* 5
fens. reorum num. 9. & sic cùm testes isti negatiuè deponentes ad fauorem rei fulciantur dicta iuris præsumptione, iure meritò affirmantes erunt præferendi, tum
qui a fauorabilior est causa rei quàm actoris. *l. fauorabiliores ff. de regul. iuris*, Boss. *in tit. de fau. defens.* Mascard. 6
de probat. concl. 490.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

Distinctio LXXXII.

Cap. Proposuisti. II.

Innocent.

OLLIGA ex text. omni Ecclesiastico
honore priuandos esse clericos, qui in- 1
continentiæ dediti Ecclesiasticis præceptis voluptatem præponendam iudicant mulieribus se committendo, vt per Bouer. *de Republ. Ecclesiast. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *pag.* 397. *in princip.* Petr. Crespet. *in sum. verbo cælibatus col.* 5. *pag.* 164.

Qui autem sunt in carne, Deo placere non possunt.] 2
Intellige cum Card. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 1. *de matrim. c.* 6. *&* 7. Vasquez. *in opuscul. tractat de matrimon. disput.* 2. *cap* 8. *num.* 86. Ægid. de Conink *de matrim. disput.* 24. *dub.* 1. *num.* 18.

Gloss *verbo præcepit, in hoc text.* ostendere intendit
qualiter sit præceptum diebus festis, siue feriatis pro- 3
cessionum, aut ieiunij ab actu coniugali abstinere, de quo commodiùs dicam *ad cap. fratres* 33. *quæst.* 4. interim tamen scias solum esse consilium quibusuis diebus à coniugali actu abstinere, ac proinde omni culpa vacare coniugem, qui tunc exigit debitum, vt post multos sequitur Sanch. *de matrimon. lib.* 9. *disput.* 22. *num.* 5.

In gloss. *Non probatur.* ibi, *Sed qualiter probat se ali-*
quis ignorasse, &c. Notatur ad hoc, quòd ignorantia 4
probatur iuramento eam allegantis, vt per Menoch. *de arbitr. casu.* 186. *num.* 2. *cum seqq. & cons.* 120. *num.* 3. *&* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 638. *num.* 1. *&* 2. *& conclus.* 881. *num.* 1. *&* 2. Ioan. Baptista Costa *in tract. de facti scient. & ignor. inspect.* 84. *num.* 2. Sayr. *in clauis Regia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 4. *n.* 1. *cum seqq.* Mancin. *de iurament. effectu* 103. *num.* 1. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 48. *in corona de*, D. Barbos. qui limitat *in l. posteaquam num.* 262. *&* 265. *cum seqq. ff. de iudic.* Farin. *in praxi crimin. quæst.* 90. *num.* 106. *& fragment. crimin. part.* 2. *lit.* I. *num.* 236. *cum multis seqq.*

Cap. Presbyter. V.

Ex Conc. Hybernen.

CLericum de rigore pro simplici fornicatione esse 1
deponendum per hunc text. tenent Clar. §. *fornicatio, vers. sed quæro*, Mench. *de successf. creat.* §. 22. *num.* 49. Duen. *reg.* 101. *limit.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 137. *num.* 40. & quando hoc procedat ostendit Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 13. & vide Doctores, quos citaui *ad cap. Maximianus*, 81. *distinct.* & præcipuè Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 7. *à num.* 55.

In gloss. *Sagimine.* Notatur ad hoc quòd illis diebus, quibus licèt comedere oua, & caseum, licet etiam vesci sagimine, vt per Syluest. *verbo ieiunium q.5.num.26.* Corset. *sing. verbo caro.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 7. cap. 10. quæst 8.*

In gloss. *Denarium.* Vide Soar. *de Relig. tom. 2. tract. de voto lib. 4. cap. 9. num. 12.*

DISTINCTIO LXXXIII.

1 SINGVLARIS gloss. *verbo inferas, in summa huius distinctionis*, multa vtilia tractat de Medicis, & præcipuè quòd tenentur gratis curare ægrotos pauperes quod ex ea colligunt Tiraquel. *de nobilit. cap. 29. num. 44.* Andr. Isern. *super 3. constitut. Neapol. §. in terra qualibet pag. 117. vers. Ioannes Andr.* Nauarr. *in man cap. 25. num. 64. & in princip. de pœnit. dist. 5. part. 3. num. 14.* Rebuff. *ad leges Galliæ tractat. de sentent. prouis. num. 96. pag. 145.* cùm eodem modo teneatur Aduocatus suscipere patrocinium pro pauperibus, & miserabilibus personis, secundùm Emman. Soar. *in thesauro recept. sentent. litt. A. num. 93.* Larcel. Polit. *de offic. aduocati c. 3.* Bernard. Græuæ *ad practic. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 43. consid. 1 num. 4. & 5.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 12. sub num 166. vers. verum & quæst. 15. num. 25.* itaut peccet si salarium petat ab illis, ex Tiraquel. *de nobilit. cap. 29. num. 39.* Couar. *practic. cap. 6. num. 4* Mench. *illustr cap. 41. n. 3.* Rebuff. *de priuileg. schol. priuileg. 90.* Viui. *Neapol. decis. 159. n. 2. cum seqq.* Camill. Bortel. *in summa omnium decis. tit. 65. n. 38.* Cald. Perita *in comment. ad l. vnic. C. ex delict. defunct. part. 4. num. 25.*

2 In hac gloss. ibi, *Sed dico quòd eum inuitum possum curare.* Notatur ad hoc quòd medicus potest ægrotum inuitum, & repugnantem curare, vt per Roman. *sing. 123.* Anton. Corset *in singular. verbo expensa, vers. tu habes*, & sic potest petere salarium, quamuis curauerit infirmum inuitum, vt per Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 45. num. 3.* & medicus est in culpa si infirmo etiam inuito non dederit medicamenta, vt per Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 4. num 5. ante fin. vers. nec excusabitur ex eo*, Farinac. *fragment. crimin. part. 2. verbo irregularitas num. 437. in fine.* nam multa bona præstantur inuitis quando eorum consulitur vtilitati, non voluptati, Tiraq. *de nobilit. cap. 6. num. 38.* Cort. *in memor. verbo beneficium.*

3 In ead. gloss. ibi, *etiamsi moriatur æger, potest petere impensas*, &c. Notatur ad hoc quòd medicus repetere potest expensas, etiamsi ægrotus decesserit, vt per Barbat. *in rub. de solut. ante fin.* Tiraq. *de retract. conuent. § 7. gloss. 1. num. 10. & de nobilit. cap. 6. num. 31.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 64. in fine*, vbi subdit glossam esse intelligendam de eo, qui vellet quidem curari, sed ob auaritiam non quærit medicum existens in magna opis necessitate, & tunc si medicus medeatur illi, post mortem, aut curationem poterit exigere stipendium.

4 In ead. gloss. ibi, *præsumo furiosum* Notatur ad hoc quòd si quis ægrotet, & nolit medico obtemperare, manifestum signum furoris ostendit, vt per Ferret. *consil. 207. post. num. 12. vers. 7.* Marant. *in l. is potest. n. 128. ff. de acquir. hered.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 5 num. 12. vers. sextum*, Mascard. *de probat. concl. 826. num. 23.*

DISTINCTIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de non acceptando Episcopatum an validum censeatur, ostenditur, & num. 5. cum seqq.*
2 *Iuramenta non sunt obligatoria, quæ melioris boni fuerint directè impeditiua.*
3 *Iuramentum de non ingrediendo Religionem non valet.*
4 *Episcopalis status est perfectior statu Religionis.*
5 *Declaratur text. in præsenti, & num. seqq.*

CAP. Archidiaconus, vnic.

Gregorius.

EX hoc text. passim colligunt Doctores iuramentum de non acceptando Episcopatum valere, quem diuersimode intelligunt P. Ribadeneira *in lib. pro defensione Societatis Iesu cap. 21* Sayr. *in claui Regia lib. 5. c. 7. n. 3.* Soar. *tom. 1. de Relig. tract. de iuram. lib. 2. c. 13. n. 13. cum seqq.* Barthol a S. Faustο *in thesauro Religiosorum lib. 1. quæst. 67.* 1

Verùm obstat maximè, quia iuramenta non sunt obligatoria, quæ melioris boni fuerint directè impeditiua, sicuti docent Couar. *in cap. quamuis pactum p. 1. §. 6. num. 7.* Sayr. *in claui Regia lib. 5 cap. 7. num. 3.* Soar. *de Relig. tom. 1 tract. de iuram lib. 2. cap. 17. num. 7. cum seqq.* constat autem huiusmodi iuramentum esse melioris boni impeditiuum, quia acceptato Episcopatu inter opera meliora censeri debet, ex reg. *cap. in scripturis, & cap. qui Episcopatum 8. quæst. 1.* Igitur, &c. 2

Confirmatur deinde difficultas, quia iuramentum de non ingrediendo religionem non obligat iuxta suprà citatos, sed status Episcopalis est perfectior statu Religionis, ille namque status est perfectior, qui magis charitatem attingit, qualis est Episcoporum, consistit namque in officio pastorali, iuxta illud Ioann. 10. *Bonus pastor*, &c. ob idque præ omnibus aliis statibus charitatem attingere dicendum est, iuxta illud Ioan. *Maiorem charitatem*, &c. refertur ad hoc propositum *in cap. nisi cùm pridem §. quippè, de renunciat.* & hinc fit quòd faciliùs indulgetur, vt Monachus ad Episcopatum ascendat, quàm Præsul ad Monachatum descendat, vt probat text. optimus *in d. cap. nisi cùm pridè, in vers. nec putes*, text. item optimus *in cap. licèt. vers. illa de Regularib.* D. Thom. *2. 2. q. 84. art. 1* Ergo à fortiori iuramentum de non acceptando Episcopatum obligatorium non est censendum, arg. *auth. multo magis C. de sacros. Eccles.* 3 4

Quare hic text. difficilis reputatur, variósque patitur intellectus, nam Abb. *in cap. si verò num. 4. de iureiur.* Angel. *verbo iuramentum 5. §. 3.* D. Antonio *p. 2. tit. 10. cap. 6. §. tertius casus*, Selu. *de iureiur part. 3. q. 1. num. 21.* & alij citati à Soar. *d. lib. 1. cap. 13. num. 14.* asserunt iuramentum illud in specie huius textus attendi, non quia validum, aut obligatorium, sed quia illud emittens mortaliter peccat in actu iurandi, licèt enim simpliciter iurans se non facturum aliquod opus consilij, & perfectionis venialiter tantùm peccet, secundùm Couar. *d. §. 6. n. 7.* Nauarr. *dict. cap. 12. num. 16.* & plures alios, quos refert & sequitur Sayr. *d. lib. 5. cap. 4. num. 36.* nihilominus tamen mortaliter peccat qui iurat nunquam se illud opus facturum, & ita includit casum necessitatis, in quo iam non ex consilio, sed ex præcepto tenetur, vt per 5

Couar.

Couar. Nauat. & Sayr. *locis proximè citatis*, vnde quia Archidiaconus, de quo *in præsenti*, iurauit se nunquam Episcopatum acceptaturum, vt text. habet, vtique mortaliter deliquit, vt aduertit Caiet. 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 7. *ad* 2. & ideò ad Episcopatum non promouetur.

6 Verùm hic intellectus nullo modo est admittendus, quia peccatum mort. non impedit promouendum, nec sufficit ad repellendum electum, *cap. sicut* 17. *iuncta gloss.* 1. *de iureiur. gloss. verbo emendato in cap. definitio* 21. *quæst.* 4. Sic aliàs solum illud peccatum impedit promouendum, quod vel irregularitatem inducit, vel saltem talem præsefert infamiam, vt morum honestatem tollat, sicuti docent Felin. *in c. delicta num.* 4. *de except.* Cou. *in cap. alma mater p.* 1. §. 8. *num.* 4. Deinde verius est Archidiaconum iurantem, de quo *in præsenti*, nullum commisisse peccatum in ipso actu iurandi, vt *infrà* ostenderur, ergo non propter peccatum est Episcopatu repulsus.

7 Secundo loco Sot. *lib.* 8. *de iustit. quæst.* 2. *art.* 7. *ita* 2. *arg.* asserit Archidiaconum illum fuisse coactum à Pontifice accipere Episcopatum, eo quòd iudicatus fuit Ecclesiæ necessarius, & ideò oportuisse infringere iuramentum. Sed hic intellectus nullum habet fundamentum, immo litteræ omninò repugnat, & Epistolæ originali Gregorij, à qua textus desumitur, cuius verba ad hoc propositum refert Soat. *d. capit.* 13. *num.* 15.

8 Reiectis igitur his atque aliis intellectibus, vt verus pateat, præmittendum est iuramentum duobus modis fieri posse, priori modi quando v. g. iuramentum generaliter fit de non acceptando Episcopatum, animo etiam resistendi Superiori præcipienti vt accipiat, item animo non acceptandi quandocumque vrgens necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ id exposcat, & tale iuramentum peccatum mortale includit tam in actu iurandi, quàm in sui obseruantia, & ideò nullatenus est obligatorium: vt expresse tenent Syluest. *verbo Episcopatus quæst.* 3. *in fine.* Azor *instit. moral. part.* 2 *lib.* 11. *cap.* 1. *quæst.* 1. *vers. quæres*, Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de iurament. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 37. *& tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 30. posteriori verò modo potest fieri hoc iuramentum cum debita moderatione, videlicet non acceptandi Episcopatum, nisi necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, aut præceptum Superioris interueniat, iuxta reg. *cap. venientes, de iureiur.* & in hoc casu dubium est an obliget iuramentum extra casum necessitatis, in quo resoluendum est quòd sic, quia tale iuramentum simpliciter est de meliori bono, nec in actu iurandi, nec in sui obseruantia aliquod datur peccatum, ea resolutis per Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 72. *num.* 9. Fr. Emman. *in tom.* 2. *cap.* 94. *num.* 15. Ribadeneira. *dict. cap.* 21. Valent. 2. 2. *disput.* 10. *quæst.* 3. *puncto* 2. *quæst.* 2. *concl.* 1. *in fine.* Sanch. *d. cap.* 8. *num.* 37. *& d. cap.* 18. *num.* 33. quamuis gloss. *hic, verbo sacrosanctis*, existimet commitri saltem in hoc iuramento peccatum veniale, sed immeritò, ideóque reprobatur à Soat. *d. lib.* 2. *de iuram. cap.* 13. *num.* 13. licèt namque Episcopatus sit status perfectionis, *d. cap. qui Episcopatum, d. cap. nisi cùm pridem, in vers. quippè, & d. cap. licet, vers. illa*, tamen acceptatio ob honorem, & diuitias ei inhærentes, & ob alia pericula adeò à perfectione recedit vt optimum consilium sit illud non acceptare, immo erit opus minus perfectum illud accipere, nisi quando vrgeat vtilitas Ecclesiæ, vel præceptum Superioris, iuxta doctrinam Gregorij *lib.* 13. *moralis cap.* 13.

9 Hoc supposito dicendum est Archidiaconum, de quo *in præsenti*, non iurasse iuxta priorem modum, sed tantùm iuxta posteriorem, in quo nullum commisit peccatum, vnde cùm iuramentum non sit melioris boni impeditiuum, iuxta supradicta, suam habet vim obligandi, atque adeò impedit promouendum iuxta hunc text. quem sic interpretantur Caiet. *d. artic.* 7. *ad* 2. *Roman. singul.* 501. Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 7. *numer.* 3. Sayr. *d. capit.* 13. *numer.* 13. *cum seqq.* nam quamuis status Officij Episcoporum propter curam animarum, cui intendit, sit magis perfectus, status tamen vitæ Religiosorum est magis securus, & tutus, quia Maria optimam partem elegit, refertur ad hoc propositum *in dict. cap. nisi cùm pridem, vers. nec putes.*

DISTINCTIO LXXXVI.

CAP. Donare. VII. *August.*

AVGVSTINVS *tractat.* 100. *ad cap.* 16. *Ioannis*, relatus *in hoc text.* docet immane esse peccatum res suas donare histrionibus, vide Sarmient. *de reditibus Eccles. part.* 4. *capit.* 5. *sub numer.* 6. Rebuff. *in praxi benef. part.* 2. *tit. de dispensat. ratione ætatis, verbo necnon debitis, numer.* 8. qui intelligunt de his, qui superflua sua consumunt, vel etiam sustentant histriones; quod tamen an, & quando procedat, & qui dicantur histriones: & qualiter ipsi peccent, qui eorum spectaculis, & comœdiis assistunt, vide Petr. Ribadeneira *lib.* 1. *de la tribulacion cap.* 11. Ioan. Pined. *part.* 1. *de la agricoltura Christiana dial.* 15. *ex* §. 25. *vsque ad* §. 19. Alphons. de Mendoza *in quodlib. Theolog. in quæst.* 9. *scholast. per totam*, Sebast. Medices *in summ. peccatorum part.* 2. *tit.* 7. *q.* 29. Petr. Gregor. *syntag. iuris lib.* 39. *cap.* 5. 1

SVMMARIVM.

1 *Esau non venaretur nisi peccator fuisset, dum venater permansit.*
2 *Eustachius licèt venator fuerit, sanctus tamen peracta pœnitentia euasit.*
3 *Clerici venari non possunt.*
4 *Clericus in Sacris constitutus venationi incumbens sequuto homicidio an & quando irregularis fiat, ostenditur.*
5 *Venari quare clericis prohibeatur, & non piscari, remissiuè.*

CAP. Esau. XI. *Hieron.*

HIeronymus *in Psalm.* 90. *ad vers. speraho in Domino*, relatus *in hoc text.* dicit quòd Esau non venaretur nisi peccator fuisset, quòd *gloss.* 1. *hic* intelligit dum venator permansit, ne obiiciatur illud de B. Eustachio, qui licèt venator fuerit, Sanctus tamen fuit, peracta scilicet pœnitentia, vt declarant Francisc. Marc. *decis.* 519. *numer.* 7. *cum seqq. part.* 1. Petr. Gregor. *syntagmat. iuris lib.* 39. *cap.* 50. *numer.* 13. vide *ad cap.* 1. *dist.* 34. 1 2

Vnde ex hoc text. vulgò colligitur clericos venari non posse, de quo vide Menoch. *de arbitrar. casu* 413. *à princip.* Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de discipl. clericali* §. 19. Carol. de Graffis. *de effectib. clericalib. effectu* 33. & alios plures citatos per me ad *capit.* 1. *de clerico venat. in Decretalib.* vbi multipliciter declaraui. 3

4 Vtrùm autem clericus in Sacris constitutus venationi incumbens sequuto homicidio irregularis fiat non abs re erit inuestigare, cuius quæstionis decisio sub hac distinctione communiter præstari solet, aut venatio de se est periculosa ad mortem, vtpote quæ fit armis adhibitis, & cum clamore, veluti in venatione aprorum & tunc sequuto homicidio irregularis fit etiam quòd omnem adhibeat diligentiam, ne homicidium sequatur; aut venatio non est ad mortem periculosa, licèt clerico prohibita ob honestatem, & decentiam, veluti si fiat de cuniculis, aut aliis animalibus mansuetis, & auibus sine strepitu, sine armis; & clamore, & tunc sequuto homicidio non manet irregularis si omnem adhibuit diligentiam ne illud sequatur; colligitur hæc distinctio ex S. Anton. *part. 3. tit. 29. cap. 2. num.* 4. Syluest. *in summ. verbo homicidium* 2. *num.* 5 Alphons. à Castro *de potest. legis pœnalis lib. 2. cap. 24. vers. nec refert*, Caiet. 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 8. Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 235. *vers. vigesimo secundò*, Sot. *de iustit. lib. 5. quæst.* 1. *art.* 9. Couar. *in Clem. si furiosus part.* 2. §. 4. *num.* 10. *vers. quarto*. Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 6. num.* 17. & 18. Auil. *in simili tract. part. 7. tit. de homic. casuali disp. 6 sect. 1. vers. primò sequitur.*

5 In gloss. *Piscatores.* ibi, *Sed quare prohibetur venari, & non piscari*, &c. De hoc vide Nau. *cons.* 604. *num.* 3. Franc. Marc. *decis.* 529 *n.* 10. Menoch. *de arbitr. casu* 413. *num.* 20. latè Sebast. Medic. *de venat. & piscat. part.* 1. *quæst.* 8. *cum seqq.* vbi vndecim notandas differentiæ rationes assignat. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *vers. sexta*, Azeued. *l.* 1. *num.* 3. *vers. nisi & piscatio, tit. 8. lib. 7. noua recopil.* Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 19. *num.* 8.

Cap. An putatis. XIII.

Ambrosius.

1 Ambrosius *in homil.* 33. *de Quadragesima*, relatus *in hoc text.* ait laicis etiam tempore ieiunij, Quadragesimæ venationem prohibitam esse, eo enim tempore in Ecclesia homines conueniri debent, arg. text. *in cap. non oportet 33. quæst.* 4. & facit illud, *Aduenerunt dies pœnitentiæ ad redimenda peccata, ad saluandas animas, immutemus habitum in cinere & cilicio, ieiunemus, & ploremus ante Dominum, emendemus in melius quod ignoranter peccauimus.* Laicis etiam interdicta est venatio tempore festo ne impediantur, & retrahantur studio venandi ab Officiis diuinis; si verò eo tempore venationem exerceant, licèt malè agant, non tamen tenentur ad restitutionem eorum, quæ per venationem habuerint, ita Couar. *in reg. peccatum part.* 2. §. 8. *num.* 3 Sebast. Medic. *de venat. p.* 1. *quæst.* 3. *à num.* 11. & *quæst.* 11. *num.* 2. *cum seqq.* Petr. Nauar. *de restitution. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 28. Si tamen laici eo tempore venationi operam dederint, non tenentur capta restituere, vt per Couar. *d.* §. 8. *num.* 3. Sebast. Medic. *d. part.* 3. *quæst.* 3. *num.* 12. & *quæst.* 7. *num.* 13. sic nec tenentur clerici si contra prohibitionem venationi operam dederint, capta à se in foro conscientiæ restituere. Couar. *d. num.* 3. Sebast. Medic. *d. quæst.* 7. *num.* 12. Petr. Nauar. *d. cap.* 1. *ex num.* 290. Menoch. *de arbitr. casu* 413. *num.* 19. Immo ex consuetudine, quæ videtur in hac parte præualuisse, possunt laici etiam his temporibus absque peccato venationem exercere, quamuis in die festo id faciant, vt aduertit Soar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *de diebus festis cap.* 28. *num.* 5.

Cap. Non satis. XIV.

Ambrosius *lib.* 1. *de offic. cap.* 30. relatus *in hoc text.* pulchrè ait quòd grandis est culpa si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti, &c. de quo vide Greg. Lop. *l.* 1. *tit.* 8. *part.* 2. Cordub. de Lara. *in l. si quis à liberis.* §. *etsi impubes num.* 7. *ff. de liber. agnosc.* Sud. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 25. *num.* 24. & *quæst.* 63. & hinc colligit Nauar. *in man. cap.* 14. *num.* 13. peccare filios, qui non subueniunt parentibus necessitate magna oppressis, aut graui morbo detentis, maximè circa victum & vestitum, cùm id commodè facere possint. 1

In gloss. *Domesticos.* De materia huius gloss. vide Gregor. *l.* 15. *verbo quanto tit.* 18. *part.* 2. Cordub. de Lara *in d.* §. *etsi impubes num.* 8. Sud. *de aliment. tit.* 5. *quæst.* 93. *num.* 2. vbi quòd eleemosyna prius danda est consanguineis pauperibus, quàm extraneis, de quo etiam Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 24. 2

Cap. Pasce. XXI.

De eleemosyna, eiúsque obligatione, virtute, & effectibus, vide D. Thom. 2. 2. *quæst.* 32. & *q.* 66. *art.* 7. Viguer. *institut. Theolog. tit.* 12. §. 2. *vers. quinto*, Cordub. *lib.* 1. *quæst.* 26. Tolet. *in instruct. Sacerdot. lib.* 8. *c.* 27. *cum seqq.* Rosignol. *de actib. virtutum lib.* 1. *c.* 15. §. *necessaria*, Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 14. *num.* 5. Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 5. & citatos à Cened. *ad Decretum collect.* 27. quibus adde quæ plenè, & piè tradit insignis Nau. per integrum tractatum quem de eleemosyna inscripsit, ad *cap. quiescamus 22. dist.* 1

SVMMARIVM.

1 *Senectuti parcendum est.*
2 *Confinium, seu terminorum motores quibus pœnis mulctentur, remissiuè.*
3 *Testis vnius dicto in quibus casibus standum sit, remissiuè.*
4 *Tacens non semper consentire videtur.*

Cap. Tanta. XXIV.

Gregorius.

Gregorius *lib.* 7. *indict.* 2. *epist.* 1. scribens Ianuario Episcopo super quodam excessu per eum perpetrato, sic ait, *quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur*, & vnde colligi solet quòd senectuti parcendum est, de quo vide Tiraquel. *de pœnis temperand. c.* 8. Clar. *in* §. *fin. q.* 60. *num.* 6 Simanch. *in enchirid. tit.* 47. *num.* 12. & *de Cathol. institut. cap.* 17. *num.* 15. Plac. *de delict. c.* 32. *n.* 15. *cum seqq.* Baëç. *de inope debitore cap.* 7. *n.* 13. *cum seqq.* Menoch. *de arbitrar. casu* 329. *à n.* 20. Farinac. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 92. *n.* 35. & 40. 1

In gloss. *Etiam terminos.* Quibus pœnis mulctentur terminorum, vel confinium motores, tradunt Boss. *in practic. tit. de termino moto*, Abb. *in cap. ex litteris num.* 13. Dec. *num.* 77. *de probation.* Clar. §. *final. quæst.* 83. *num.* 10. Hieronym. de Monte *de finibus regund. cap.* 34. 2

In gl. *Sed filius.* ibi, *Arg quòd creditur dicto vnius*, &c. In quibus casibus dicto vnius testis standum sit, dixi ego ipse *in collect. ad cap. in omni negotio* 4. *num.* 13. *cum seq. de testib.* 3

In gloss. *Tacemus.* ibi, *Non ergo semper qui tacet consentit*, &c. Vide quæ dixi *ad cap. qui tacet, de regul. iuris lib.* 6. 4

Distinctio LXXXVII.

Cap. Irreligiosum. V. Gelas.

1 VLTRA *latrocinium*, &c.] Quia sicut tutor eum bene administrat habetur loco domini, ita cùm malè loco furis, vt per Panorm. *in cap. cùm venerabilis numer.5. de excep.*

2 In gloss. *Irreligiosum*, ibi, *clericus bene potest legitimam tutelam suscipere.* Ita Gregor. Lopez *l. 14. tit. 16. part. 6.* Daualcan. *de tutorib. cap.* 288. Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. reg. 1. num.* 195. Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 1. num. 26.* Molin. *de iust. tract. 2. disp. 221. vers. clerici*, Mart. *de iurisdict. part. 4. casu* 10. *num.* 3. Stephan. Gratian. *discepat. forens. cap. 57. n.* 31. Thom. Valasc. *alleg. iuris tom. 1. alleg. 47. num. 19.*

3 In gloss. *Non omni.* ibi, *clientulos non defendunt.* Notatum ad hoc quòd Aduocatus causam clientuli summa fidelitate debet defendere, vt per Greg. Lopez *in præm. tit. 6. part. 3.* Soar. de Paee *in praxi p. 1. in initio annot. 5. num. 45. fol. 16.*

SVMMARIVM.

Cap. Si expositus. IX.

Ex Concil. Arelat. II.

1 DE filiis expositis latè egi *tit. de infantibus expositis, & de offic. & potestate Episcopi p. 3. allegat. 51. à num. 144.*

Ponas epistolam.] Vide Paleoth. *de nothis, & spur. cap. 63. num. 6.* Menoch. *de arbitr. casu* 396. *num.* 11. Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 18. num. 1. & tit. 8. priuileg. 63. num. 5. & priuil. 64. num. 2.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 2. cap. 26. q. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 267. ex num. 1.*

2 In gloss. *Expositus.* ibi, *Hoc teneas breuiter quòd si à patre infans exponitur, vel alio eo sciente, & ratum habente, statim liberatur à patria potestate.* Ita Paleoth. *de nothis, & spur. cap. 63. num. 6.* Petr. Gregor. *syntagm. lib. 11. cap. 11.* Menoch. *de arbitr. casu* 396. *num.* 11. Surd. *de aliment. tit. 4. q. 18. num. 52. & tit. 8. priuil. 63. n. 4. & priuil. 64. à num. 1.* Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis §. si quis ex his num. 10. ff. de liber. agnosc.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 1. c. 26. quæst. 1.* Stephan. Gratian. *disc. forens. cap. 267. à princip.* vbi *à n.* 37. subdit patrem non eximi ab onere dotandi filiam expositam, refert Sanctatel. *var. resolut. q. 45. à num. 1.*

3 Vtrùm autem pater exponens filium impediatur tantùm ab acquirendo vsufructu, an etiam acquisitum amittat, vide Anton. Gom. *l. 6. Tauri num.* 11. Menoch. *de success. progressu lib. 1. §. 1. num. 38.* Sfor. *cons. 51. n. 4. lib. 1.* Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 78. num. 5.* Castil. *quotid. lib. 1. de vsufructu cap. 3. num. 45.*

In gloss. *Intra decem dies.* An & quando expensæ 4
circa infantem, aut seruum expositum factæ repeti
possint? vide Ioan. Garc. *de expens. cap. 2. num. 1.* Vincent
de Franch. *decis.* 198. Surd. *de alim. tit. 6. q. 19.* vbi *q.*
71. *in fine*, an possit retineri pro alimentis, Azor. *instit.*
moral. part. 1. lib. 2. cap. 26. quæst. 1. Rebell. *de obligat. iu-*
stitiæ p. 2. lib. 7. quæst. 2. num. 7. vers. quod si. Exposito au- 5
tem succedit hospitale excluso fisco, vt per Cordub.
de Lara *in d. §. si quis ex his num. 10.* Pereg. *de iure fisci*
lib. 4. tit. 3. rub. de bonis vacantib. n. 16. Farin. *fragm.*
crimin. part. 1. lit. F. num. 134.

Distinctio. LXXXVIII.

DE materia huius Distinct. vide quæ dixi ad *tit. Ne clerici, vel monachi secularibus negotijs se immisceant, in Decretalib.*

Distinctio LXXXIX.

Cap. Singula. I. Gregor.

VNI personæ duo officia committenda 1
non esse scribit Gregorius omnibus Episcopis, relatus *in hoc text.* & per plura iura ostendit Tiraquel. *de constituto part. 3. limit. 30. num.* 38. Cassan. *in catalogo gloria mundi part. 1. consid.* 61. & est ad litteram text. *in l. 1. C. quemadmod. ciuilia munera lib. 10.* & habetur *in l. quisquis C. de cohortal. & Princip. lib. 12.* vbi Bart. dicit quòd duo etiam officia non licet simul habere. Azeued. *l. 19. n. 3. tit. 23. lib. 4. noua recop.* secus si exercitium vnius alteri non contradicat, aut repugnet, vel alterius vsum non impediat, *l. si consul. & ibi* gloss. *ff. de adoption. l. fistulas §. 1. ff. de contrah. emp. l. accipientis ff. de auctor. aut. quisquis C. de postul. vlt. C. de assessor.* vel priuilegium Principis accedat etiamsi ius obstet, vt per Couar. *lib. 3. var. cap. 13. num.* 6. quo casu si vni duo officia committantur, seruiens vtriusque debet habere salarium, sicut resoluunt Auiles *ad c. 1. Prætor. pag. 30.* Azeued. *ad Curiam Pisanam lib. 3. cap. 12. num. 6.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verbo distributiones vers. primum*, Couar. *vbi suprà*, Hoied. *de incompatibil. benefic. c. 12. n. 15.* Labori enim duplicato duplex merces, & stipendium debetur, sicut minuitur imminuto labore. *l. Seio amico, in princ. ff. de annuis legat.* Monet. *de distribut. quotid. part. 3. quæst. 4. num. 12.*

Distinctio XC.

Cap Discordantes clericos. I.

Ex Conc. Carthag. IV.

IN Concilio Carthaginensi IV. *cap.* 59. 1
relato *in hoc text.* legitur Episcopum discordantes clericos vel ratione, vel potestate ad concordiam trahere debere, vide Mart. *de iurisd. part. 2. c. 22. ex num.* 14. vnde si negligens fuerit in reuocando discordes ad concordiam, peccabit mortaliter, licèt in aliis peccatum veniale sit, secundùm Felin. *in c. 1. n. 5. de treuga, & pace*, Marc. Ant. Genuens. *in man. Pastorum cap. 43. num. 1.* Bellet. *disquisit. cleric.*

part.1.tit. de discip.clericali §.15.*num.*96. quos refero ego ipse *de officio, & potest.Episcop.part.2.allegat.* 79. *num.*1. Et ideo ob obligationem, quæ sibi incumbit, poterit per censuras compellere etiam laicos, qui diu fuerunt discordes,& adhuc inter eos discordia durat,vt ad pacem & concordiam deueniant, dummodò priùs eos admoneat, ita Barbat. *cons.*1. *num.*2.*vers.& adduco vol.*3. Bellet. *d. tit. de disciplina clericali* §.15.*num.* 96.*& tit.de fauore clericorum reali* §.15.*num.*75.Ad iudices enim superiores spectat sedare tumultus vt non veniatur ad rixas, sed ad pacem & concordiam, vt docent Paris de Puteo *in tractat.de syndicatu* § *syndicantur quintò sub num.*3.*pag.*35.Nicol.Boër.*de seditiosis* §.1. *num.*6. Perez *l.* 2. *gloss.*1. *verbo no aian ocasion, in fine tit.*4. *lib.*5.*Ordin.*

Cap. Oblationes. II.

1 De oblationibus dixi ad *cap.quia Sacerdotes*, 10. *q.*1. *& in tract.de appellatiua verborum vtriusque iuris signific.appell.*193.*& de offic.& potestate Episcopi part.*3. *alleg.*

2 *Dissidentium fratrum*, &c.] Notator ad hoc quòd oblationes dissidentium recipiendæ non sunt ab Ecclesia, neque dona eorum, qui pauperes opprimunt, vt per Paul. Fusc. *de visit. lib.*1. *cap.* 24.*num.*10. *cum seqq.*Abb.*in cap.ex transmissa num.* 10. *de decim. & in cap.cum voluntate num.*7.*de sentent.excommun.* Betu. *in cap. quia in omnibus n.*18. *de vsur.* Soar. *de Relig. tom.*1 *lib.*1.*de diuino cultu cap.*6.*an.*4.vbi *num.* 10. ait text. in præsenti cum similibus,intelligendum esse de oblationibus tantùm quæ fiunt ad Altare, non autem de aliis factis Ecclesiæ, vt de donatione inter viuos, legato, testamento, quouis alio modo, & *num.* 12. contra Gloss.Arcbid.& Turrec. *num.*2. *in præsenti*, resoluit pariter intelligi non solùm de oblationibus spontaneis tantùm, sed etiam de necessariis,& quæ ex aliquo titulo debentur, nec eas accipiendas esse in Ecclesia inter Missarum solemnia vt tales peccatores confundantur.

3 . *Neque in sacrario, neque in gazopylacio.*] Gazophylacium quid sit, vide Sebast. Barradas *tom.*1. *concordia Euangelica lib.*1. *cap.* 14. ad illum locum *Ioannis cap.*8. *num.*20.Olim namque laici inferebant munera sua in sacrarium, seu gazophylacium, Suar. *dict. num.*10 qui nunquam per se immediatè, sed per Diaconum munera sua offerebant Altari,cuius officio pertinebat oblationes inferre & disponere in Altari,vt habetur *in cap.perlectis dist.*25.

4 In gloss. *Dona.* Enumerat hæc gloss. septem personarum genera,quibus prohibitum est oblationes offerre,de quibus Soar.*d.cap.*6.*num.*4.

5 In ead. gloss ibi, *de meretrice*, &c Sentit hæc gloss. publicas meretrices non posse oblationes offerre, de quo vide Sarmien. *de redditib.Eccles. part.*4. *cap.*1.*n.* 9.*prope fin.*Soar.*d.cap.*6.*num.*6.*cum seqq.*

Cap. Si quis contristatus. V.

Ex octaua Synodo.

1 Gloss. *verbo satisfaciente, in præsenti text.* probat quòd quamuis sit facta remissio iniuriæ, vel offensæ ab aliquo in foro conscientiæ; non propterea censetur sublatum ei ius accusandi, & exercendi actiones iniuriarum,& expensarum in foro contentioso, ita Bart. *in l. non solum* §.*iniuriarum ff. de iniur. & in l.si tibi decem* §.1.*ff.de pact.* vbi Isa.*num.*2.D.Thom. 2. 2.*quæst.*108. *art.*1. Clar.§.*fin. quæst.*58. *num.*39. *&* §. *iniuria num.*11.Paul.Fusch.*litt.I.sing.*18. Lancel.Conrad. *in templo omnium iudicum lib.*2. *cap.*1. §.4.*in tit. de præst. & potent. Imper. vers. partes ad concordiam cogit. num.* 7. Bonacos. *commun.crimin. verbo remissio iniuriæ pag.*523. Couar.*lib.*2. *var. c.*10. *num.*7.Nauar. *cons.*3.*num.*2. *de pœnit. & remiss.* Molin. *de primogen. lib.*1.*cap.*5. *num.* 12. Martinus Delr. *in repet. l.transigere part.*2. *num.*125. *cum seqq. C. de transact.* Perez *l.*1.*in glos.perdonando los enemigos tit.* 11. *lib.*1. *Ord. pag.*176. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo remissio iniuriæ differ.*1.

Distinctio XCI.

Summarium.

1 *Obligationis clericorum in recitando Officio diuino materia vbi tractetur, ostenditur.*
2 *Factum alienum quis promittere non potest.*
3 *Promittens se facturum, & curaturum excusatur si fecit quicquid potuit, licèt effectum non habuerit.*
4 *Promittens se facturum cum effectu liberatur faciens quod in se est.*

Cap. Eleutherius. I. & seq.

Pelagius.

De obligatione clericorum in recitando Officia diuina dixi latè *in collect. ad c.*1. *& ad cap. dolentes, de celeb. Missar. in Decretalib.* 1

In gloss. *Vigilia.* ibi. *Promittendo eorum factum*,&c. Brix *in suo Dictionar.in verbo factum*.prout eum citat *glossella marginalis, hic*, hanc glossam dicit singularem ad hoc quòd quis non potest promittere factum alienum; Felin.*in cap. ex rescriptis n.*5. *de iureiur.*Couar. *in cap. quamuis pactum part.*2.§.5. *à num.* 2. Seraphin. *de priuileg. iuram.priuileg.*87.quam conclusionem declarat Rot. *in Anconitana pecuniaria* 20. *Iunij* 1613. *coram bona mem. Burrato*, inter eius impressas *decis.* 64. vbi bona annotatio D. Ioannis Francisci Ferentilli in Romana Curia Aduocati. 2

Promittens se facturum, & curaturum excusatur si fecit quidquid potuit, licèt effectum non habuerit. Ruin.*cons.*67.*num.*1. *lib.* Capuaq.*decis.*232.*part.* 2. Port,Imol.*cons.*5.*num.* 22. *& seq.*Gabr. *commun.tit.de pactis cons.*2. *num.*1. *&* 7. Surd. *cons.*3. *num.* 2. modò non fictè, & simulatè faciat, sed bona fide, secundùm Card.Mantic.*de tacitis,& ambig. conuent. lib.*1.*tit.*35. *num.* 2. Sanch. *de matrimon. lib.*1. *disput.*24.*num.*12. Beltramin.*ad Greg.XV.decis.*141.*num.*8.quod ampliatur etiam si promitteret se facturum cum effectu, quia adhuc liberatur faciens quod in se est, Couar. *in cap. quamuis pactum part.*1.§.1. *n.*6.Sanch. *d. lib.*1.*disput.* 25.*num.* quicquid dicat Fontanel. *de pactis nupt.claus.* 4.*gloss.vnica part.vnica num.*10. 3

In ead.gloss. ibi, *consuetudinem nouam*,&c. Notatur ad hoc quòd potest Episcopus in sua diœcesi inducere consuetudinem,vt iuxta nouam formam,Officium diuinum dicatur, vt per Nauar. *de horis Canon.cap.*11. *num.*17. vbi dicit hanc gloss. memorabilem. 4

Summarium.

1 *Clericus non prohibetur aliquod artificium facere manibus suis operando, etiam sine necessitate.*
2 *Intellige modò clericus à Diuinis, & à debito eius officio propter artificium non desistat, & non se subtrahat.*

3 *Artifi*

3 *Artificium quod dicatur, oſtenditur.*
4 *Beneficium quantumuis exiguum obtinens eſt obligatus ad recitandum diuinum Officium.*

CAP. Clericus victum. III.

Ex Concil. Carthag. IV.

1 CLericum non prohiberi aliquod artificium facere manibus ſuis operando, ex hoc text. colligunt Paul. Fuſc. *de viſitat lib. 1. cap. 20. num. 25.* Nauar. *de horis Canon. cap. 7. num. 27.* Soar. *tom. 2. de Religion. lib. 4. de horis Canon. cap. 21. n. 6.* Valent. *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto* 10. Farin. *fragment. crimin. part. 1. lit. C. num. 164. cum ſeqq.* Beller. *diſquiſ. cleric. part. 1. tit. de exempt. clericorum, & eorumdem bonorum a muneribus publicis §. 4. num. 4. & 5.* Redoan. *de ſpolio quæſt. 2. n. 2. cum ſeqq.* vbi ſubdit clericis artificia non ſolùm non eſſe prohibita, ſed etiam eſſe de præcepto, vt ſic manibus propriis operentur otij vitandi cauſa, Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Archiepiſcop. Neapol. cap. 77. in 1. edit. aliàs cap. 62. in 2. edit. num. 10. & 11* vbi obſeruat quòd licèt ex iuribus hac de re loquentibus colligi videatur hoc procedere in caſu neceſſitatis, vt clericus ex artificio victum quærat, tamen in elligit etiam ſine neceſſitate, quicquid ſenſerit Abb *in cap. 1. & in cap. cùm ſecundum, ne clerici, vel monachi,* cuius opinio inquit idem Marc. Anton. Genuenſ. *vbi proximè,* procedere poſſe quando in clerico conſpiceretur ardens auaritiæ animus, & cum ſcandalo. Et demum poſſe clericum ſibi artificio aliquo victum quærere, per text. *in cap. clericus hac ead. diſt.* reſoluit Strach. *de mercat. part. 1. num. 53.* Apoſtoli enim hoc dedignati non ſunt, vt de ſe ipſo profitetur Paul. Act. 20. *ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ,* refertur *in cap. 1. 21. quæſt. 1.* Viui. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 11. num. 43. verſ. & Concilium pag. 565.* Nauar. *commento 2. de Regular. num. 37.* Nec viris ſanctis indecorum, aut ignominioſum eſt alicuius honeſtæ artis exercitio victum ſibi quærere. Nam S. Lucas pingendo, & S. Antonius terram colendo, fiſcellâſque iuncis texendo congruam vitæ ſuſtentationem perquirebant. Quapropter clericis per ſacros Canones permiſſum eſt opera ruſticalia exercere, caniſtra viminibus texere, humum ligonibus exhaurire, hortenſes areolas diuidere, plantas ordinatim diſponere, ſurculos inſerere, apum aluearia cauatis corticibus conſuere, vineas amputare, domos reficere, retia piſcandis piſcibus conſtruere, & his ſimilia, optimè Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 57. num. 27.*

2 Intellige vt procedat modò clerici à Diuinis, & à debito eorum Officio propter artificium non deſiſtant, & non ſe ſubtrahant, ſicuti tradunt Redoan. *d. q. 2. num. 5. & num. 8. in fin. & num.* 36. Marc. Anton. Genoen *d. cap. 62. num. 10.*

3 Artificium autem dicitur quando quis emit aliquam rem, ſeu materiam, & manibus operando, & per artificium illam reducit in aliquam formam, puta emendo vimina, & faciendo caniſtra, emendo chartam & conficiendo libros, emendo filum, & faciendo retia, & his ſimilia, ita Redoan. *d quæſt. 2. num. 6. 7. & 16.* Marc. Anton Genuen. *d. cap. 61. num. 2. 4. & 15 in fine,* Farin. *d. lit C. num. 167.*

4 In gloſſ. *Vigiliis.* Notatur ad hoc quòd obtinens beneficium quantumuis exiguum, aut tenuem Eccleſiam etiam ad vitæ ſuſtentationē non ſufficientem, eſt obligatus ad recitandum Officium diuinum, vt per Couar. *lib. 3. var. cap. 13. num 8. verſ. 12.* Nauar. *in man. cap. 25. n. 102. & de orat. cap. 2. n. 27. & cap. 21. num. 11.* Valent. *tom. 3. diſput. 6. quæſt. 2. puncto 10. verſ. excludit.* Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſcientiæ part. 1. caſu 54.* Nald. *verbo diuinum Officium num. 2.* Peſant. *2. 2. quæſt. 62. art. 2. diſput. 2. propè fin.* Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo beneficium §. 4. & verbo horæ Canonicæ §. 2.* Soar. *de Relig. tom. 2. tract. 4. lib. 4. cap. 21. num. 3. & 9.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. cap. 1. num. 39.* Azor. *inſtitut. moral. p. 1. lib. 10 cap. 3. quæſ. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 3. num. 34.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. cap. 68.* Carol. Macign. *de horis Canon cap. 11. num. 5.* Vgolin. *de officio Epiſcopi p. 1. cap. 13. §. 1. num. 2.* Filliuc. *tract. 23. cap. 5. num. 181.* Bonacin. *de horis Canonicis diſp. 1. q. 2. puncto 3. num. 17.*

5 Quamuis beneficiarium non teneri ſaltem quotidie recitare diuinum Officium, cuius beneficij fructus non attingunt mediocrem ſuſtentationis partem, aſſerant Fr. Emman. *in ſumma tom. 1. cap. 140. n. 3.* Veg. *in ſumma part. 1. cap. 118. caſu 13.* Petrus de Ledeſma *in ſumma part. 2. tract. 9. cap. 4. concluſ. 6. diffic. 4.* Leſſi. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. dubit. 31. num. 169.* Malder. *de virtut. tract. 10. c. 2. dub. 3. verſ. nihilominus,* Vaſquez *de benefic c. 4. § 1. dub. 4. n. 17.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract. 5. c. 3. n. 29. & tract. 6. c. 2. num. 36.*

DISTINCTIO XCII.

CAP. Cantantes. I. *Hieronymus.*

1 NON *voce, ſed corde,* &c. Notetur ad hoc quòd in Eccleſia non ſolùm voce, ſed animo & corde eſſe canendum, vt per Alphonſ. de Leon. *de ſeruit. Sacerd. col. 8. in princ.* Nauar. *de horis Canon. cap. 13. num. 1.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 3. princ. num. 67.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 40. art. 1. poſt princ.*

Vt in Eccleſia theatrales moduli audiamur.] Reprehendit igitur S. Hieronym. relatus *in hoc text* eos qui theatrico more in Eccleſiis diuinas laudes decantabant, vt per S. Thom. 2. 2. *quæſt. 91. art. 2. ad 2.* Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 26. ſub num. 1.* Steph. Durant. *de ritib. Eccleſ. lib. 3. cap. 21 num. 8.*

DISTINCTIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa cum excommunicato nulla etiam cauſa ſubſiſtente communicans in humanis, vel in Diuinis, vel alio modo cenſuras eccleſiaſticas violans, non incurrit pœnas contra violatores cenſurarum iure præſcriptas.*
2 *Cenſurarum effectus ſunt iuris humani.*
3 *Principes ſupremi in his, quæ iuris humani ſunt, quoad vim coactiuam non obligantur.*
4 *Papa an ſine iuſta cauſa communicans cum excommunicato peccet mortaliter oſtenditur, & num. 5.*
5 *Declaratur text. in cap. ſi aliquando, de ſent. excom. & in Clem. vlt. eod. tit.*

CAP. Si inimicus. I. *Petrus Apoſt.*

1 NOTABILIS eſt gloſſ. *hic, verbo expectare, in verſ. ſed quid,* dum probat Summum Pont. cum excommunicato nulla etiam cauſa ſubſiſtente communicantem in humanis, vel etiam Diuinis, vel alio modo cenſuras Eccleſiaſticas violantem, non incurrere

currere pœnas contra violatores censurarum iure præscriptas, similis gloss. *verbo pari, in c. qui merito 11. quæst. 3. & verbo salutationis, vers. sed pone quod Papa, in cap. si aliquando, de sentent. excommun. & verbo vitare in cap. nulli, eodem tit.* vbi Ioan. Andr. *n. 2.* Anch. *num. 5.* Card. *num. 1.* Butr. *num. 7.* Boïc. *num. 4.* Abb. *num. 7.* & Felin. *num. 5.* Gemin. *in cap. statuimus num. 11. de sentent. excomm.* vbi Franc. *ante n. 5. vers. licèt aliud esset in Papa,* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. existent. lib. 4. cap. 42.* Couar. *in cap. alma mater part. 1. §. 1. num. 3.* Vgolin. *de censuris tab. 1,*
2 *cap. 3. §. 8. num. 5.* Ratio est, quia substantia, & effectus censurarum iuris est humani, secundùm Lap. *alleg. 48 num. 1.* Nauar. *de orat. miscel. 47. num. 4. & in cap. inter verbo prælud. 3. num. 4.* Vgolin. *d. tab. 1. cap. 3.*
3 Soar. *tom. 5. disput. 1. sect. 1.* Constat autem in his, quæ iuris humani sunt, Papam, aliósque supremos Principes quoad vim coactiuam non obligari, nullisque pœnis iuris humani adstringi, vt notant omnes per text. *ibi in l. Princeps ff. de legib.* & quia nemo sibi ipsi imperare potest. *l. pen. ff. de arbitr.* vel legem imponere à qua non possit recedere. *l. si quis 22. in princ. ff. de legat. 3.* & Sot. *de instit. lib. 1. q. 6. art. 7. conclus. 3.* Corras. *lib. 2. miscel. cap. 25. n. 4.* quamuis contradicat Meneb. *illust. cap. 45. a num. 7.*

Vtrùm autem Papa sine iusta causa communicans
4 cum excommunicato peccatum committat? disputant scribentes, cuius quæstionis resolutio pendet ea alia generali Doctorum latè controuertentium vtrùm Princeps lege sua ita obligetur, vt contra faciens peccatum committat, quæ opportunius tractatur in materia de legibus; illud ad nostrum propositum annotare sufficiat, veriorem esse Theologorum, & Canonistarum communem sententiam, quæ partem tuetur affirmatiuam, docens Principes suis legibus obligari quoad vim directiuam, idest, quatenus est regula rationis dirigens, & ordinans membra Reipubl. tanquam partes in suum totum, ex text. *in cap. regula 3. dist.* & quatenus lex continet id, quod iustum est, & æquum, & totius Reipubl. bono, & statui magis conueniens, atque ita probat text. *in cap. iustum 9. dist. & in l. digna vox. C. de legib. & in l. ex imperfecto 23. §. vlt. ff. de legat. 3.* text. opt. *in l. 3. C. de testament.* adducit multa ex bonis Auctoribus Iust. Lips. *lib. 2. Polit. capit. 10.* ex quibus docuit D. Thom. Sot. & Corras. *d. ctis locis,* Victor. *relect. 3. de potestate ciuili num. 21.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 11. quæst. 1.* Fachin. *controu. iuris lib. 1. cap. 2. per tot.* Neque obstat ratio ex *reg. d. l. pen. & d. l. si quis,* quòd nemo sibi ipsi potest legem imponere à qua non possit recedere, quæ etiam quoad effectum, de quo agimus, videbatur vrgere, nam facilè respondetur in his terminis Principem non tam lege sua obligari, quam lege naturali, quæ præcipit vt Princeps illud in suis actibus obseruet, quod æquitas, & rationis honestas præscribit, & quod in subditis suis iustum, & Reipub. conueniens constituit, vt benè inquit text. *in d. cap. iustum.* Quare secundùm hanc receptissimam doctrinam peccare Papam, qui sine iusta causa cum excommunicato communicat, resoluit ex mente communi Couar. *d. §. 1. num. 3.* & Soar. *tom. 5. disp. 5. sect. 4. num. 5.*

5 Ea quibus non sine difficultate procedit text. *in d. cap. si aliquando, de sentent. excomm. & in Clem. vlt. eod. tit.* dum probant quòd si Papa ignoranter, vel etiam scienter cum excommunicato communicat, non videtur eum absoluere; difficultas in eo est, quia ea dictis Papa cum excommunicato sine causa communicans peccat, quo dato vt excludamus peccati coniecturam, iuxta *reg. estote, de regul. iuris.* videbatur dicendum quòd Papa communicans cum excommunicato eum vult absoluere; sed *ad cap. si aliquando,* facilis est solutio, loquitur enim in Pontifice ignoranter communicante cum excommunicato, in quo casu nulla potest considerari culpa, vt probat *cap. quoniam multos 11. quæst. 3.* Tota difficultas est circa *d. cap. clem. vlt.* quæ loquitur de scienter communicante, sed omissis multis, quæ de illius text. intellectu tradunt scribentes *ibi,* Caiet. *2. 2. quæst. 100. art. 6. in resp. ad 7.* Vgolin. *d. tab. 1. cap. 20. §. 2.* & alij de quibus Henriq. *lib. 13. cap. 19. §. 2. lit. O.* recurrere oportet ad distinctionem prædictam, nam si Papa ex iusta causa participat cum excommunicato, non peccat, sicindéque non possumus ea illa ratione colligere absoluere voluisse excommunicatum; si verò nulla subest causa, & non vult absoluere, peccat ea prædicta resolutione, vt in terminis, post Guilelm. & alios antiquiores, concludit Imol. *in d. Clem. vlt. num. 5.*

Obedire cœperit monitis præsidentis.] Notatur ad hoc quòd superioribus semper est festinanter obediendum, vt per Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 98.*

Cap. Iuxta Sanctorum. IV.

Anaclet. & Zachar.

1 ANacletus, & Zacharias Papa statuerunt vt singulis annis Apostolorum limina visitent Episcopi, qui ordinationibus Apostol. subiacent, prout refertur *in hoc text.* cuius integra verba refert Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 9. anno Christi 743. num. 19.* Et de exemplo S. Bonifacij limina Beatorum Apostolorum frequenter ex Anglia visitante *eod. tom. 9. anno 725. num. 13.* nouissime Sixtus V. constitutionem edidit de visitandis liminibus Apostolorum, incip. *Romanus Pontifex, sub Dat. Romæ 10. Decembris 1585.* quam refert Quarant. *in summa Bullarij, verbo Apostolorum limina,* in qua tempus, quo hoc visitationis debitum officium fieri debet, assignatur maius, & minus pro diuersitate longioris, & breuioris distantiæ ab Vrbe, & recensentur distinctæ omnes Prouinciæ in quibus Catholica fides viget in qualibet mundi parte, scilicet Europa, Africa, & Asia, & quoto anno Episcopus ea qualibet dictarum prouinciarum ad limina Apostolorum visitanda accedere debeat; quare viciniores tertio quoque anno, alij verò pro maiori, vel minori distantia quarto, quinto, vel decimo anno iret suscipere, & Deo adiuuante perficere debent, & successiuè eisdem temporibus transactis repetere teneantur, ita referunt Anastas. Germon. *de indultis Cardinalium, in fine,* Nald. *verbo Episcopus n. 35.* Vgolin. *de potestate Episcopi p. 1. c. 3. n. 8.* Hieron. Venero, & Leyua *in examine Episcoporum lib. 4. c. 18. num. 28.* & de hac Sixti V. constitutione meminerunt Homob. de Bonis *de exam. ecclesiast. tract. 12. c. 9. q. 21. prælud. 2.* Sayr. *de censur. lib. 4. c. 12. n. 33.* Mar. Alter. *eod. tract. tom. 2. disp. 16. c. 3. vers. nona.* Iul. Lauor. *de Indulg. p. 1. cap. 24. n. 24.* Filliuc. *tract. 17. num. 159. vers. sexta.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi olim clerici non erant.*
2 *Monachi in statu laicali fuerunt vsque ad tempora Eusebij, Zozimi, & Syricij.*
3 *Gelasius concessit quibusdam Monachis, vt possent clericari in defectum clericorum, remanentibus tamen saluis antiquis institutis.*
4 *Gregorius Monachis concessit, vt possent clericari, & de oblatis vtuntur.*

5 *Abba*

5 *Abbates cùm antiquitùs essent laici, tunc temporis praestabant obedientiam Ostiario, & alijs in maioribus sacris Ordinibus constitutis.*

6 *Clerici digniores sunt Monachis, & illos praecedunt.*

Cap. A Subdiacono. V.

Ostiario Abbas.] Ergo Abbas inferior est omnibus aliis Ecclesiae ministris, quod est absurdum dicere, sed potest responderi textum intelligi de illis Abbatibus, qui non erant constituti in dignitate clericali, sed tantùm laici, vt olim esse solebant, de quibus Nauar. *cons. 1. de statu monach.* vbi allegat hunc text.

1 Gloss. *verbo Abbas, in praesenti text.* notat quòd Monachi olim clerici non erant, immo ex ipsorum origine laicos fuisse probat *l. generaliter. C. de Episcop. & cleric.* quae est canonizata *in cap. generaliter.* 16. q. 1. Abb. *in cap.* 2. *col.* 1. *num.* 6. *vers. sed quia, de instit.* vbi quòd potest quis esse vatus Monachus, & laicus, Specul. *in tit. de dispensat* §. *nunc de Episcoporum vers.* 56. *& ibi* Ioan. Andr. *in addit. in verbo Superioris*, vbi dicit

2 quòd status primitiuae Ecclesiae non cogebat Monachos vt fierent clerici. In hoc statu laicali fuerunt Monachi vsque ad tempora Eusebij, Zozimi, & Syricij, vt ex sententia historiae Ecclesiasticae refertur Gratian. *in cap. hinc est circa fin.* 16. *quaest.* 1. vbi etiam adducit Hieronymum referentem Monachos Scithiae conuenisse in vnum, vt Sacerdotem sibi inuenirent, qui eis

3 Missarum solemnia celebraret. Ex causa tamen necessitatis fuit semel à Gelasio concessum quibusdam Monachis, vt possent clericari in defectum clericorum, remanentibus tamen saluis antiquis institutis, vt habetur *in cap. priscis* 55. *dist. & in cap. requisitis in fine* 1. *quaest.*

4 7. Gregorius etiam Monachis concessit, vt possint clericari, & de oblatis viuere, *in cap. moderamine, cap. ex auctoritate* 16. *quaest.* 1. non tamen passim, & indistinctè, sed ita demum si fuissent probatae vitae, & bonorum morum, ac etiam docti. *d. cap. priscis in fine*, 55. *dist. cap. si quis Monachis, cap. sic viue, cap. in Parochia, cap. Monachos, cap. doctos* 16. *quaest.* 1. Vnde cùm antiquitus

5 Monachi, & etiam eorum Abbates essent laici, ideò praestabant obedientiam Ostiario, & aliis in maioribus sacris Ordinibus constitutis, vt probat text. *in praesenti*, per quod ita consuluit Scipio Lancelotus apud Ascan. Tamburin. *in tract. de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 25. *quaest.* 1. *num.* 184.

6 In eadem gloss. ibi, *vel forte qualibet clericus dignior est quolibet Monacho.* Notatur ad hoc quòd clerici digniores sunt Monachis, & illos praecedunt, vt per Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap* 19. *quaest.* 11. Carol. de Grassis *de effectib.* 16. *cleric. in prælud. n.* 392. Flosculi Clarit *p.* 2. *num.* 109.

Cap. Diaconi sunt. XXIII.

Hieronymus.

1 Diaconus vnde dicatur, vide Doctores citatos *in collectan. ad cap. cleros num.* 20. *dist.* 21. & qualiter ordinetur, & de eius officio in Ecclesia, vide posita *in cap. Diaconus dist.* 13.

2 *Ipsi praedicat.*] Ergo videtur dicendum Diaconis ex eorum officio incumbere populo praedicare, idest, Euangelium explicare, *cap. perlectis* 25. *dist.* ibi, *praedicare Euangelium, cap. in sancta* 92. *dist.* ibi, *ad praedicationis officium.* Verùm quamuis illi praedicare possint de licentia habentis ad illud iurisdictionem, tamen non esse hoc munus eis proprium, resoluunt S. Thom. *in* 3. *part. quaest.* 67. *art.* 1. *in princ.* Nau. *cons.* 7. *per tot. de offic. deleg.* Laeli. Zech. *de sacrament. tractat. de Ordine cap.* 1. *pag.* 668. *in princip.* Moscon *de maie* [illegible] *militantis Eccles. part.* 2. *lib.* 1. *de Ordine pag.* 384. *lit. A. & B.* Quia retenta opinione non obstant ista in contrarium supracitata, quia respondetur intelligenda esse non de praedicatione, hoc est, de explicatione Euangelij, sed de eius lectione à Diacono decantanda, ita Durand. *in ration. Diuin. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 10. Nau. *d. cons.* 7. *num.* 5. Moscon *citato loco.*

3 *Mendicat infelix*, &c] Notatur ad hoc quòd non licet clericis ostiatim mendicare, cùm hoc sit maximum dedecus Ordinis clericalis, & ideò omnibus modis vitandum, vt per Paul. Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 22. *numer.* 13. *in fine*, Nauar. *comment.* 2. *de Regularib. ad cap. non dicatis* 12. *quaest.* 1. *num.* 57. *vers. tertio*, vbi subdit reprehensione dignos esse clericos, qui peregrinantes mendicant, immo potiùs se consensisse multis illos reprehendentibus, attamen ipse ait posse clericos deuotionis gratia aliquem pium locum visitantes, & exercentes humilitatem & patientiam, sumpto pauperraris habitu mendicare, & citat ad hoc Calderin. *cons.* 1. *de vita, & hon. cler.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopalis dignitas eiusdem est meriti inter omnes Episcopos.*

2 *Fatuus est, qui fatua loquitur.*

3 *Insania est signum si quis ad rem non respondet.*

Cap. Legimus. XXIV.

1 Hieronymus *ad Euagrium Episcopum epist.* 85. *tom.* 2. relatus in hoc textu *in vers. si auctoritas*, ait quòd vbicumque fuerit Episcopus, siue Romae, siue Eugubij, &c. eiusdem meriti, eiusdem est & Sacerdotij, quia potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit, cùm omnes sint Apostolorum successores: quibus verbis tradunt vterque Cardin. Alexand. *in fine*, & Turrecr. *numer.* 10. *in praesenti*, ac Petr. Gregor. *rei benefic. cap.* 14. *numer.* 4. Sanctum Doctorem totum fuisse in improbando abusu eorum, qui Episcopos diuites venerantur, & colunt, pauperes verò despiciunt, ad quem abusum alludere videntur Pontifices *in cap. Episcopi, & in cap. praecipimus* 16. *quaest.* 1. *& in cap.* 1. *de priuilegijs*, dum prohibent vilescere Episcopalem dignitatem in pagis, & villis, scilicet quoad populares, & vulgi aestimationem, non verò in rei veritate, & quoad doctos, apud quos Episcoporum dignitas eiusdem est meriti inter omnes Episcopos, vt habetur *in hoc text.*

Fatuus fatua loquetur.] Notatur ad hoc quòd fatuus est, qui fatua loquitur, vt per Alexand. *cons.* 86. *n.* 10. *vers. ille est fatuus, vol.* 2. Socin. sen. *cons.* 42. *num.* 2. *vers. nam omnes testes & num.* 4. *vol.* 1. Mascard. *de probation. concl.* 503. *num.* 2. ex varia, & inordinata locutione colligitur mentis error, & vagatio, Xuar. *allegat.* 1. *n.* 4. Boër. *decis.* 23. *n.* 38. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 12. Signum enim dementiae, & insaniae est, si quis ad rem non respondet, veluti si vna de re interrogetur, de alia respondeat, sicut tradunt Raudens. *de analogis c.* 30. *n.* 136. Menoch. *cons.* 82. *n.* 130. *& de praesumpt. lib.* 6. *praes.* 45. *n.* 39. 2 3

4 *Si auctoritas quaeritur*, &c.] Ergo dum Hieronymus *in praesenti*, ait maiorem auctoritatem habere orbem quàm vrbem, colligunt haeretici nullam auctoritatem habere Romanam Ecclesiam, vt refert Can. *de locis Theolog. lib.* 6. *c.* 1. *vers. postremo*, sed illos refutat, & intelli-

telligit hunc text. idem Can. *d.lib. 6. cap. 8. vers. ad postrem um, ante fin.*

SVMMARIVM.

1 *Locumtenenti debitus est honor, locus, & prærogatiua que debetur principali.*

2 *Delegatus ab Episcopo ad aliquem actum debet in illo actu proferri etiam in sedendo in loco delegantis.*

3 *Dicto, tunc, extremitatem temporis significat.*

CAP. Præcipimus. XXV.

Ex sexta Synodo.

1 IN sexta Synodo *cap. 7.* relata *in hoc textu* legitur quòd Diaconus Sacerdotibus non præferatur, nisi locum Metropolitani sui obtineat. Vnde colligitur quòd prærogatiua, honor, & locus, qui debetur principali, est debitus Locumtenenti, vt per Roman. *sing. 362.* Cassan. *in catal. gloria mundi p. 4. consid.* 46. Azeued. *ad Curiam Pisanam lib. 2. cap. 1. n. 19.* Menoch. *cons. 51. num. 16.* Bobadil. *in sua politica lib. 1. cap. 12. num. 56.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 111. n. 29 & 30.* Vnde colligunt communiter Doctores Vicarium generalem Episcopi esse præferendum Archidiacono, & aliis dignitatibus in sessionibus, & his, quæ illi competunt ratione officij sui, nempe Vicariatus, ex quorum numero sunt Abb. *cons. 11. num. 3. part. 1.* Boëri. *in tractat. de auctor. magni consily num.* 66. Rebuff. *in praxi tit. de Vicar. num. 7.* Pauin. *de pot. Capituli Sede vac. part. 2. q. 10. num. 19.* Azeued. *ad Curiam Pisanam lib. 2. cap. 1. n. 5. & 19.* vbi intelligit procedere etiam quando præsens est Episcopus, faciunt quæ Felin. *in c. cùm olim n. 1. de offic. deleg.* Menoch. *cons. 51.* Gam. *Lusit. decis. 1. num. 48.* qoicquid dicat Gonzal. Mendez de Cabedo *diuers. iuris arg. lib. 1. cap. 1.*

2 In gloss. *Tunc.* ibi, *arg. aliquem tandiu habere priuilegium, quondiu tenet eius locum*, &c. Notatur ad hoc quòd delegatus ab Episcopo ad aliquem actum debet io illo actu præferri etiam in sedendo in loco delegantis, vt per Roman. *sing. 340.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 106. num. 38.*

3 In ead. gloss. ibi, *hac dictio, tunc, extremitatem, idest, finem iurisdictionis complectitur.* Vide Doctores, quos citaui *in tract. de dictionib. vsufreq. dict. 409. secundùm Lugdunen. impress.*

DISTINCTIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis Sacramentum conficere possunt simplices Presbyteri ex delegatione seu priuilegio Pont.*

2 *Episcoporum & Presbyterorum gradus ex diuina institutione distincti sunt ad certa illa ministeria, quibus Episcopi prostant.*

3 *Presbyteris solum ex Ecclesiastica determinatione constat.*

4 *Declaratur text. in cap. aqua, de consecrat. Ecclesia, vel Altaris.*

CAP. Peruenit. I. *Greg.*

GREGORIVS scribens Ianuario Episcopo Calatitano *lib. 3 epist. 16. indict. 12.* concedit, vt vbi absunt Episcopi Presbyteri confirment, prout illum refert Gratianus *in præsenti*, ex quo text. apertè colligitur ex delegatione, seu priuilegio Pontificis posse simplices Presbyteros Confirmationis sacramentum conficere, ita D. Thom. *ad 3. part. quæst. 72. art. 11. ad 1.* Couar. *lib. 1. var. cap. 10. à num. 7.* Nauar. *in man. cap. 22. num. 8.* Victor. *de Sacram. num. 49.* Angles *in floribus Theolog. tit. de Confirmat. art. 8. conclus. 3.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificy tit. de Confirmat. pag. mihi* 179. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29. & 30. & tom. 1. consil. tit. de sacra Vnct. cons. 1. num. 5. cum seqq.* Petr. de Ledesma *in summ. part. 1. vbi de sacramento Confirmat. cap. 9.* Henriq. *in sum. lib. 1. cap. 26. §. 5. lit. G. & lib. 9. cap. 27. §. 6. ad fin. iuncta lit. H. & lib. 10. cap. 23. §. 1.* Card. Bellarm. *de Confirmat. cap. 12.* Iodoc. Coce. *in thesauro Cathol. tom. 2. lib. 5. art. vlt.* Franc. de Pitigiao *dist. 7. quæst. 1. art. 5. 10. & 13.* Valent. *tom. 4. disp. 5. quæst. 2. puncto 1.* Vasq. *part. 3. quæst. 72. art. 3. disput. 216. cap. 1. num. 3.* Vgolin. *de officio Episcopi cap. 29. num. 3.* Viuald. *in candel. aurea tit. de Confirmat. cap. 4. num. 5.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. c. 3. de Confirmat. n. 1. in fin* Baldum. iun. *super opera controuers.* Bellarm. *p. 2. lib. 2. capit. 6. prope fin. vers. Catholici omnes* Soar. *tom. 3 disput. 36 sect. 4.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 10 art. 3.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 30. quæst. 4. vers. in primis, & lib. 5. cap. 1. quæs. 6.* Miranda *in man. Prælatorum tom. 1. quæst. 44. art. 4.* Cardin. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom. 8. anno Christi 594. pag. 54.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 25. num. 17. cum seqq* Bonacin. *de Sacram. disput. 3. quæst. vnica punct. 2. num. 3. dixi,* Moner. *de commutat. vltim. volunt. cap. 4. num. 110.* Filliuc. *tract. 3. num. 13. & 26.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 2. allegat. 30. num. 40.* & facit Concil. Trident. *sess. 7. de Confirmat. can. 3.* vbi definitur ordinarium Sacramenti Confirmationis ministrum esse Episcopum, atque ita significat non esse inconueniens, quòd non Episcopi extraordinarij, seu delegati fiant ministri huius Sacramenti. 2

Obstat maximè, quia ex ipsa Christi institutione distincti sunt Presbyteri ab Episcopis, nam quamuis Christus Dominus ad Ecclesiasticæ gubernationis, seu Monarchiæ Euangelicæ perfectionem Petrum constituerit caput, & Principem Ecclesiæ suæ, aliquos tamen distinxit inferiorem ministrorum gradus, & actus, qui ad eos pertinerent, & ideò primum Apostolos constituit *Luc. cap. 6.* secundò Discipulos *Luc. c. 10.* in locum Apostolorum Episcopi, in locum Discipulorum Presbyteri successerunt, *cap. in nouo 21. dist. cap. quorum vices 68. dist.* vnde hos duos maiorum, & minorum Sacerdotum gradus ex diuina institutione distinctos, esse comprobat, & definit Concil. Trid. *sess. 23. cap. 3. & can. 7.* Sot. *in 4. dist. 24. quæst. 2. art. & de iust. lib. 10. quæst. 1. art. 4.* latè Card. Bellarm. *tom. 1. contron. 5. lib. 1. cap. 14. cum seqq.* Constat autem quòd ea, quæ lege diuina, vel à Christo reseruata sunt certo Ordini minimè possunt aliis committi etiam à Romano Pontifice, ex vulgari reg. text. *in cap. sunt quidam 25. quæst. 1.* Igitur, &c. facit text. *in cap. quanto, de consuetud.* dum negat consuetudinem id posse efficere, iuncta vulgari reg. quòd à pari procedunt priuilegia, & consuetudo, *l. 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. cap. super quibusdam, §. præterea, de verb. signific.* quibus fundamentis hanc partem tuentur Durand. *in 4. dist. 7 quæst. 4.* Adrian. *de Confirmat. art. 3.* atque alij, quos referunt *suprà* citati, adducentes tandem text. *in cap. aqua, de consecratione Ecclesiæ, vel Altar.*

His tamen non obstantibus recedendum non est à communi Doctorum sententia, quos primo loco citaui, neque obstant contrariæ sententiæ fundamenta; quamuis enim ita fortissima esse dicat Couar. *dicto loco num. 12. ad fin.* vt difficillimum existimet dissolui posse, facilem tamen habent solutionem, & 3

ad

ad primnm libenter fatemnr Episcopos,& Presbyteros ex diuina institutione distinctos gradus constituere; verùm certa illa ministeria, quibus Episcopi præstant Presbyteris, non ita ex ipsius Christi constat institutione, sed potiùs ex Ecclesiæ determinatione, iuxta ea, quæ notantur *in cap. licet, de ferys*, *in cap. omnis, de pænit. & remiss.* nam character sacerdotalis idem est, atque Episcopalis, in eóque solum differt quòd sacerdotalis restrictus, Episcopalis verò extensus est: nil ergo mirum videri debet, si ex delegatione Summi Pontificis character sacerdotalis, qui restrictus est, possit extendi ad illa ministeria, quæ solis Episcopis reseruantur.

4 Ad argumentum verò desumptum ex *dict. cap. quanto*, iuncta reg. *d. cap. super quibusdam*, respondet eleganter Couar. *dict. cap.* 10. *num.* 14. & confirmatur ex adductis ab Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de praescript. conclus.* 1. *à num.* 16. dissimiles esse terminos priuilegijs & consuetudinis in proposito, de quo agimus, nam priuilegium Romani Pontificis efficax est, & potens ad tollendam inhabilitatem, quæ ex simplicibus sacerdotibus reperitur ad gerenda ministeria iuxta modò positam considerationem, quod tamen efficere non potest consuetudo, atque ideò non benè procedit argumentum.

5 Ad vlt. ex *dict. cap. aqua*, respondetur text. agere de delegatione Episcoporum, seu aliorum Prælatorum inferiorum, quos libentissimè fatemur huiusmodi ministeria committere non posse, vt patet ex litrera ipsius text.

SVMMARIVM.

1 *Episcopum, ac Presbyterum idem esse impij contendunt heretici.*

2 *Arrius cùm Episcopatum frustrà, & impotenter ambiuisset, ab Ecclesia diuertit, eam impugnans dignitatem, quam consequi non potuit.*

3 *VVicleph hereticus cùm Episcopatum Vigoriensem potenter appeteret, Episcopalem dignitatem, quam obtinere non potuit, impugnare ausus est.*

4 *Episcopi tam in potestate iurisdictionis, quam in potestate Ordinis Sacerdotibus, seu Presbyteris superiores sunt.*

5 *Respondetur obiectionibus, & num. seq.*

6 *Declaratur text. in præsenti, & in cap. legimus, 93. distinct.*

Cap. Olim. V. *Hieron.*

1 Hieronymus *in cap.* 1. *Epistola ad Titum*, ad ea
verba, *& constituas*, relatus *in præsenti*, apertis
verbis dicit eosdem esse Presbyteros, atque Episcopos, & ex diaboli instinctu propter schismata inductam inter eos fuisse differentiam, huc ipsum repetit idem Hieron *ad Euagrium Episcopum epistol.* 85. *tom.* 2. relatus *in cap. legimus* 93. *dist.* ibi, *ex quo manifestissimum comprobatur eundem esse Episcopum, atque Presbyterum.* Ex quibus locis impij hæretici Episcoporum, & Presbyterorum distinctionem, & pul-
2 cherrimam Catholicæ Ecclesiæ hierarchiam conantur euertere; quem errorem iam olim excitauit Arrius, qui cùm Episcopatum frustà, & impotenter ambiuisset, ab Ecclesia diuertit, eam impugnans dignitatem, quam consequi non potuit, quem deinde errorem ex eadem causa permotus suscitauit VVicleph
3 cùm Episcopatum Vigoriensem impotenter appeteret, adducentes auctoritates Pauli 1. *ad Philip.* ibi, *cum Episcopis, & Diaconibus*, quasi nomen Episcopis pro Presbyteris ponatur, alias enim de Presbyteris quoque Paulus fecisset mentionem; & deinde quia in plurali numero dicit, *Episcopis*, qui tamen in eadem ciuitate plures esse non possunt, iuxta ea, quæ notantur *in cap. quoniam, de officio Ordin.* Adducunt deinde Paul. *ad Titum cap.* 1. ibi, *constituas per ciuitates Presbyteros*, & inferius, *oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse*, quasi illi, quos superiùs Presbyteri nomine significabat iidem sint, atque illi, quos modò Episcopos appellat.

Sed his non obstantibus de fide tenendum est Episcopos tam in potestate iurisdictionis, quam in potestate Ordinis Sacerdotibus, seu Presbyteris superiores esse, quamuis enim Christus Dominus ad Ecclesiasticæ gubernationis, seu monarchiæ Euangelicæ perfectionem Petrum constituerit caput, & Principem Ecclesiæ suæ, aliquos tamen distinxit inferiorum ministrorum gradus, qui Petro subessent, & cum eodem præessent ouibus, & Pastorali officio fungerentur, primùm enim Apostolos constituit *Luc. cap.* 6. & secundò Discipulos *Lucæ cap.* 10. in locum Apostolorum Episcopi, & in locum Discipulorum Presbyteri successerunt, *in cap. in nouo* 21. *dist. cap. quorum vices* 68. *dist.* vnde hus duos maiorum, & minorum Sacerdorum gradus ex diuina institutione distinctos esse comprobat, & definit Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. *& can.* 7. Sot. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 2. *& de iustit. lib.* 10. *q.* 1. *art.* 4. latè Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *controuers.* 5. *libr.* 1. *cap.* 14. *& sequentibus.* Probatur deinde, quia comprobatissimum est tam Ordinis, quam iurisdictionis potestatem competere Episcopis in suis diœcesibus, Sacerdotibus verò esse communem Ordinis potestatem cùm Episcopis, exceptis ordinandi, confirmandi, nonnullisque alijs ministeriis; ergo fit consequens manifestissimum quoad potestatem iurisdictionis Episcopos superiores esse Presbyteris, cùm constet hos nullam, illos plenam in suis diœcesibus habere iurisdictionem: quoad potestatem verò Ordinis idem ostenditur, siquidem sacramentum Confirmationis conficere, Ordines conferre, multáque alia Ordinis ministeria solis Episcopis fuere reseruata, & Presbyteris omninò denegantur, vt de sacramento Ordinis probat. *capit.* 1. *de Ordin. ab Episcopo*, Concil. Triden *sess.* 23. *can.* 7. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 10. *numer.* 7. Viuald. *in candel. aureo tit. de sacramento Ordinis à numer.* 170. & de sacramento Confirmationis probat *capit. quanto de consuetud.* & Concil. Trident. *sess.* 7. *de Confirm. can* 3. Viuald. *de Confirmat. num.* 23. & ideò ita hanc Catholicam veritatem definit Concil. Trident. *sess.* 23. *capit.* 4. *& can.* 6. *&* 7. confirmant latè Cardin. Bellarm. *d. capit.* 14. & alij, quos plenè refert Henriq. *in summ. lib.* 10. *c.* 7. §. 2 *lit. L.* qui fatentur inter Episcopos, & Presbyteros discrimen adesse, & eleganter confirmat Petr. Sot. *de iustit. Sacerdotum, vbi de sacramento Ordinis lect.* 1. *vers. ex ipsa Scriptura.* 4

5 Qua retenta vera, & Catholica sententia non obstant, quæ pro contraria suprà adduximus, ad prioris enim obiectionis solutionem aduertere oportet vniuersum Clerum, omnesque Ordines ad duo primaria genera reuocari, ad Sacerdotes scilicet, & ministros; quorum priores, scilicet Sacerdotes subdiuiduntur in maiores, & minores, posteriores verò, scilicet ministri, in sex alias species, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Lectores, Exorcistas, & Ostiarios, quibus nostri addunt Psalmistas, vt habetur *in capit. Clericos* 21. *dist.* quamuis nomen Episcopi principalibus tantùm Sacerdotibus tribui soleat, & nomen Diaconi principaliori tantùm ministro, vtcumque tamen suo modo aliis conuenit, nam etiam Presbyteri super

intendunt populo, volens igitur Paulus vniuersum populum salutare, seu magis Clerum, ne cogeretus singulos Osdioes numerare generatim id fecir nomine Episcopi, comprehendens omnes Sacerdotes, nomine Diacoui omnes mioistros. Ad secundam obiectionem ex Paulo *ad Titum* respondetur Apostolum illis vesbis vsum fuisse tanquam generalibus, non verò tanquam distioctis, ex ratione supradicta.

6 Ad textum verò *in præsenti, & d. capit. legimus*, variæ traduntur solutiones, Medina *de sacrorum hominum continentia lib.1. capit.1.* ausus est affirmare Hieronymum cum Arrio sensisse, sed meritò reprehenditur à Cardin. Bellarmino *dicto loco*, alij aliter, quibus omissis Pigh. & Cardin. Bellarm. ac alij aduertunt Hieronymum, alióſque Patres non negare hanc inter Episcopos, & Presbyteros distinctionem ex Apostolorum, & Ecclesiæ traditione institutam, sed solùm contendere à Christo Domino institutam non esse, qua in re illis temporibus non perspicuè deceptum fatentur Hieronymum, priúsque vniuersalis Ecclesiæ decreto esse adhærendum, quàm Hieronymi, atque aliorum Patrum opinionibus.

Cap. Ecce ego. VI.

1 NOtabilis est gloss. *verbo benedicere, in præsenti*, dum resolnit posse Sacerdotem præsente Episcopo in Missa benedictionem populo dare, eam ab Episcopo petendo, vt per Fulu. Pacian. *de probat. lib.2. cap. 26. numer.* 81. metipsum *de officio, & potestate Episcopi part. 2. allegat. 27. numer.* 66. Ferdin. Paez. *in repet. capit. Missas, de consecr. dist. 1. numer.* 123. vbi respondet text. *in capit. ministrare 26. quæst. 6.* & Doctores *in cap. 3. de priuileg. lib. 6.* qui contrarium sentire videntur, loqui in benedictione solemni, quæ solis Episcopis reseruata est, non autem in priuata, quæ Presbyteris conceditur, & *numer.* 226. colligit in hac gloss. ministrantem coram Episcopo posse benedicere absque eò quòd Episcopus simplicis Sacerdotis Missam auditor, eique permittit celebrare, tacitè, videtur permittere, vel delegare benedictionem illam priuatam, quæ fit in fine Missæ per illa verba, *Benedicat vos omnipotens Deus.*

Distinctio XCVI.

Svmmarivm.

1 *Refertur text. historia.*
2 *Papa potest tollere priuilegium fori vni Clerico, vel Clericis certi Ordinis.*
3 *Laicis nulla datur facultas disponendi de Ecclesiis, & de rebus Ecclesiasticis siue in temporalibus, siue in spiritualibus.*
4 *Laicus potest excommunicare ex delegatione Papæ.*
5 *Mediolanen. Archiepiscopus prærogatiuam sedis habet ante Rauennatem.*

Cap. Benè quidem. I. *Symmach.*

1 N primo Concilio Romano tempose Odoacris celebtato anno 478. ex lege eiuſdem Odoacris, & Basilij Patricij vices eius gerentis statutum fuit, vt deinceps finita vita Simplicij eo tempore Pontificis Romani, nullus eligeretur Pontifex inconsulto Odoacre, & eius successoribus, vt referunt Carol. Sigon. *lib. 15. de Imperio Occidentali, anno* 478. Naucler. *generat.* 17. Cardin. Baron. *annalium Ecclesiæ tom. 6. anno Christi* 483. *pag.* 371. Deinde mortuo Simplicio Papa schisma graue in Ecclesia ortum fuit, aliis Laurentium, aliis Symmachum postulantibus, sed conuocato secundo Romano Concilio, & iterum tertio, quod anno 501. sub Theodorico celebratum fuit, & refertur in hoc text. Symmachus legitimus Papa fuit declaratus, lexque Odoacris primo Concilio lata, in hoc tertio derogata extitit, in quo quidam decepti sunt, existimantes dicto III. vnde desumitur hic text. eam legem fuisse promulgatam, cùm potiùs in ea derogata fuerit, vt summo cum iudicio aduertunt Sigon. & Card. Baron. *vbi suprà.*

Notari solet hic text. ad hoc quòd Papa potest tol- 2
lere priuilegium fori vni clerico, vel clericis certi Ordinis, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 4. gloss. 1. num.* 16. Farinac. *in praxi crimin. quæst. 8. num.* 4. Sigismund. Scacc. *de iudic. part. 1. cap. 11. num. 43. versic. hoc tamen*, Carolum de Grassis *de effect. clerical. effectu 1. num.* 24.

Quibus nulla de Ecclesiasticis, &c.] Notatur ad hoc quòd laicis nulla datur facultas disponendi de Ecclesiis, & de rebus Ecclesiasticis, siue in temporibus, siue in spiritualibus, vt per Iacobat. *de Concil. lib. 7. art. 7. post princ.* Cou. *in cap. alma mater part. 1. §. 11. n.* 3. Nauar. *in c. cum contingat, de rescript. 2. causa nullit. n.* 11. Soar. *contra Anglicanæ sectæ errores lib. 3. cap. 18. n. 1. cum seqq.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum reali §. 2. num. 2. cum sequentibus.*

In gloss. *Laico* ibi, *sed ex delegatione Papæ bene*, &c.
Notatur ad hoc quòd laicus potest excommunicare ex 4
delegatione Papæ, vt per Ioan. Andr. *in cap. 2.* vbi etiam Gemin. *de præbend. in* 6. Abb. *in c. Ecclesia S. Mariæ n. 5. de constit. & in c. sacrosancta num. 3. de elect.* Clar. *§. fin. q. 41. n.* 8. Perez *ad librum octauum Ordin. pag.* 98. Bellet *dicta part. 1. tit. de fauore clericorum personali §. 1. num. 34. in princ.*

In gloss. *Præter.* ibi, *& est argum. Papam quamlibet causam Ecclesiasticam*, &c. Notatur ad hoc quòd potest Papa delegare laicis iurisdictionem spiritualem, vt per Segur. Daualos *in direct. iudicum Eccles. par. 2. cap. 11. num.* 2. Nauar. *cons. 1. de sent. excommun. in nouis, & in man. cap. 27. num. 6. & in princip. de Pœnitent. dist. 7. num.* 83. Couar. *in cap. alma mater part. 1. §. 11. num.* 3. Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 24. in princip. lit. B.* Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num.* 70. Soar. *tom. 5. de censur. disp. 2. sect. 3. num. 10. in fine*, Sigism. Scacc. *de indic. p. 1. c. 11. n.* 41. Marc. Antonin. Genuens. *in practicalib. Eccles. quæst.* 730.

In ead. gloss. ibi, *causam autem ciuilem*, &c. Notatur ad hoc quòd Episcopi & alij Prælati inferiores laicis tantùm delegare possunt causas pecuniarias, & merè ciuiles, vt per Roland. *cons. 4. n. 14. lib.* 1. Abb. Dec. *num.* 5. & Rip. *num. 34. in cap. 2. iudic.*

Io gloss. *Mediolanensis.* ibi, *arg. Mediolanen præroga-* 5
tiuam sedis habere ante Rauennatem. cùm ante eum respondet. Notatur ad hoc quòd prærogatiua maioris dignitatis arguit loqui priùs in Synodo, vt docent Tiraquel. *de iure primog. in præfat. num. 112. & 113. & quæst. 19. num.* 2. Nauar. *in c. inter verba prælud. 1. num.* 1. Gam. *Lusit. decis. 1. num.* 1. Cassan. *in catal. gloria mundi part. 4. consid.* 24. Gonzal. Mendez de Cabedo *diuers. iuris argum. lib. 1. cap. 1. num. 3. vers. quinto*, Collusitanos & amicus noster Gaspar Statius *de antiquit. Lusitan. cap. 65. num.* 1.

Cap.

Cap. Cùm ad verum. VI.

Nicolaus.

PRobat hic text. Christum Dominum distinxisse potestatem, & officia Pontificis, & Imperatoris, ne aut Imperator iura Pontificis, aut Pontifex iura Imperatorum præsumeret vsurpare, & in hoc citatur à Iocobat. *de Concil, lib. 7. art. 7. post princ.* Nau. *cons. 1. num. 2. & 3. de foro comp.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. pag. 1. col. 2. à num. 1.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 339. num. 24.* Ludou. Correa *in relect cap. inter alia, de immun. Eccles. part. 2. num. 34. ante fin.* cuius tamen contrarium videtur decidere text. *in cap. 1. 21. dist. & in Extrauag. vnic. post princ. vers. sanè, ne sede vacant. Ioan. XXII.* dum *ibi* habetur, quòd Christus Dominus Summo Pontifici in persona Beati Petri æternæ vitæ clauigeri commisit iura terreni simul, & cœlestis Imperij. Sed facillimo negotio componuntur, nam text. *in præsenti* loquitur de potestate seculari formaliter sumpta in suum finem naturalem, & hanc præsupponit non esse in Summo Pontifice, at verò alia iura *suprà* in contrarium adducta loquuntur de potestate materialiter tantùm seculari in ordine ad finem supernaturalem, quam Summo Pontifici iure optimo conceduut, ita ex Card. Bellarm. refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 1. tit. 2. cap. 2. n. 30.* vbi numeris precedentibus multa adduxi ad materiam huius text. spectantia, quæ hîc repetere non oportet, vide Azor. *institut. moral. part. 2 lib. 4. cap. 16. quæst. 2. in fine,* qui illa iura etiam non ineptè ad concordiam reduxit.

In gloss. *vsurpauit.* ibi, *Imperator non habet gladium à Papa,* &c. De hoc dixi latè *ad cap. quoniam a num. 3. distinct. 10.*

In gloss. *Temporalium.* ibi, *arg. quòd in causis spiritualibus, vt in matrimonio, sit vtendum legibus Imperialibus,* &c. Vide quæ latè dixi *ad cap. 1. dist. 10.*

Cap. Duo sunt. X. *Gelas.*

BEatus Ambrosius Theodosium Imperatorem excommunicans ab Ecclesia exclusit quousque pœnitentiam egerit, de qua *in cap. cùm apud Thessalonicam 11. quæst. 3.* sicut scribit Gelasius Papa Anastasio Imper. relatus *in hoc text.* sic etiam Valentinianus Imperator Episcopum postolabat, cui ipse, aliique Principes syncerè capita sua submitterent, *cap. Valentinianus 63. dist.* inde etiam Princeps tam maioris ordinis, quàm etiam inferioris Episcopis non obedientes à consortio fidelium, & à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alienos fieri probat text. *in cap. si autem 11. quæst. 13.* & denique Reges, eorúmque filios excommunicari posse ab Episcopis, nisi speciale habeant exemptionis priuilegium probat text. *in cap. ne aliqui,* ibi, *illis per quæ Regibus,* &c. *de priuileg. lib. 6.* ex quibus, atque aliis certum fit Reges, & alios Principes, atque etiam Imperatores iure communi exemptionis priuilegium à potestate Ordinariorum non habere, & nisi speciali priuilegio muniti fuerint, ab Episcopis excommunicari posse constituit gloss. *hîc verbo excommunicauit,* recepta communiter ex Duen. *reg. 378. ampliat. 1.* Sot. *de iust. lib. 4. quæst. 4. §. in hac vers. nihilo secus.* & post Mandos. elegaoter comprobat Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 17. §. 1. & cap. 2. § 12. num. 5.* Quamuis Reges, & Imperatores quasi ab Ordinariorum potestate exemptos à solo Papa excommunicari posse teneant Henriq. *in sum. lib. 13. c. 25. §.* Emman. Sà *in aphorism. verbo excommunicatio n. 15.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. par. 1. lib. 4. cap. 6. num. 11. vers. septimo.*

Hic text. solet sæpissimè allegari ad hoc quòd du- 2
plex est potestas, alia nempe Ecclesiastica, quæ spiritualis dicitur, alia laicalis, quæ scilicet temporalis, seu politica appellatur, inter quas magnum interest discrimen, vt dicitur *in cap. solitæ, de maiorit.* vbi notaui, vide Sot. *de instit. lib. 4. quæst. 4. § in hac, vers. sunt nihilominus,* Trot. *de vero & perfecto clerico lib. 1. cap. 18. num. 2.* Nauar. *in cap. nouit. de indic. notab. 3. num. 14. & 88.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 21. à num. 1.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 10. vers. quinquagesimo,* Card. Bellarm *controuers. 3 lib. 5. de potest. Pontificis temporali cap. 6. col. 1. & 2.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst 739. num. 9.*

Pro culpa quæ alijs Sacerdotibus, &c.] Dubitari po-
test qua re S Ambros. nulla citatione nec monitione 3
præcedente excommunicat Theodosium Imperatorem ob factum omnino præteritum, scilicet occisionem innocentium, vt refertur *in cap. cùm apud Thessalonicam 11. quæst. 3.* cùm obstent posita ad *cap. sacro de sentent. excommun.* Multipliciter respondet Soar. *de censur. disp. 4. sect. 5. num. 23.* videlicet, vel quia peccata commissa, de quibus *hic,* talia fuissent, vt per aliquam publicam satisfactionem, damnum, vel scandalum ex illis generatum auferri oporteret: vel quia fortasse Ambrosius sæpiùs Imperatorem ipsum monuit, vt facti pœniteret, & debitam exhiberet satisfactionem, ex text. *in d. cap. cùm apud Thessalonicam, 11. & cùm contumax extitisset,* tunc illum excommunicauit, & ideo illæ censuræ, vel excommunicationes non fuerunt latæ propter solum peccatum commissum in pœnam eius, sed ad extorquendam condignam pœnitentiam, vel satisfactionem, vel denique potest responderi cum multis Ambrosium non excommunicasse Theodosium, sed solum ingressum Ecclesiæ interdixisse.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ante omnem humanam legem fuerunt exempti à iurisdictione seculari.*
2 *Clericos iudicandi facultas si fuit apud Principes seculares post aduentum Christi, hoc exitit de facto, & ex vsurpatione, quia Ecclesia non poterat resistere.*
3 *Exemptio clericorum an sit iuris diuini, ostenditur, & num. 4. & 5.*

Cap Si Imperator. X. *Ioan.*

GLoss. *verbo, & discuti in præsenti textu,* scibit cle- 1
ricos ante omnem humanam legem fuisse, & esse exemptos à iurisdictione seculari, vt præter Ordinarios *hîc* sequuntur Abb. Felin. & Dec. *num. 1. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* idem Abb. *in cap. at si clerici num. 23. de iudic.* Roman. *sing. 414.* Felin. *in cap. 1. col. 1. de maior. & obed.* & alij, quos refert Couar. *pract. cap. 31. num. 1. in princ.* vnde si potest aduentum Christi facultas iudicandi clericos fuit apud Principes seculares, hoc extitit de facto, & ex vsurpatione, Castal. *de Imperat. quæst. 50. num 13.* Iodoc. Cocci. *in thesauro Catholico par. 1. lib. 7. de hierarchia Ecclesiast. art. 22.* nam Ecclesia non poterat resistere, Bald. *in cap. si clericus n. 3. de pace tenë. in vsibus feudor.* Gulielm. benedict. *in c. Raynutius, verbo vxorem nomine Adelasiam, sect. 2. n. 165. de testam.*

Quorum omnium ea videtur principalis ratio quòd hæc clericorum exemptio sit omninò iuris diuini, cui per humanam legem derogari non possit, ita Clar. *lib. 5. §. fin. quæst. 36. sub numer. 1.* Nauar. *in capit. nouit, de indic. notab. 6. num. 6. & 32.* Roland. *consil. 4.*

num.7. cum seqq. & præcipuè *num.30.* Roman. *sing.410.* Natt. *cons. 495. num.18. & seqq.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu citat. num.101.* Perez *l.2. vers. quaro vtrùm Papa, tit.1. lib.3. Ordin. & l.1. tit.3. lib. 1. Ordin. pag.55.* Surd. *cons. 301. num.16. & 51.* Burg. *in tract. de laudemio part.3. inspect.1. num. 4. & in tractatu de modo procedendi ex abrupto cent.1. quæst.65. n.55.* Garc. Mastril. *Siciliæ decis. 159.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.3. cap.15. num.1. cum seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.7. quæst.9. num.* Ambrosin. *de immunit. Ecclesiast. cap.16. num.4.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap.9. num.1.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.2. quæst.50. art.1.* Mart. *de iurisdict. part.1. cap.6. à num.1. & par.4. casu 64. num. 1.* Gutier. *in repet. l. nemo potest num.109. ff. de leg. 11. & practic. lib.2. quæst. 1. num. 8.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.5. cap.12. quæst.1.* Carol. de Grassis *de effectibus clerical. in prælud. num.1.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.1. quæst.92.* Glorit. *resp.413. num.4.*

4 Contrarium tamen, immò clericorum exemptionem esse iuris positiui, tenuerunt Couar. *pract. c. 31. num.2.* Mexia *in tract. taxa panis concl. 5. n.51.* Mench. *illustr. cap.22. num.8. & de successionib. §.22. n.58.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.9. à princ.* Morl. *in emporio iuris pag.1. q.12. n.* Ceual. *communium contra commun. q.550.* Valasc. *consil.100. num.8.*

5 Verùm has contrarias opiniones poteris facillimo modo conciliare, vt scilicet prima procedat in iis, quæ verè ac propriè spiritualia, & Ecclesiastica sunt, secunda verò in aliis temporalitatem quodammodo tangentibus, ita Humad. *in l.34. gloss. 2. num. 13. tit.6. part.1.* Cardin. Bellarm. *tom.1. lib.1. de clericis c. 28.* Didac. Sahag. *in cap. fin. de sequest. possess. n.32. vers. primam sententiam,* Saor. de Pace *in pract. tom.2. prælud.2. à num.1.* Farinac. *in praxi crimin. quæst.8. num.2. vers. limita. primò,* Bañes *2.2. quæst.67. art.1.* Anastas. Germon. *d. cap.15. à num 39.* Ceuall. *commun. contra communes q.739. num.2. & quæst.899. num.161.* Molin. *de iustit. tract.2. disput. 31. concl.1. & 3.* Lessi. *in simili tract. lib.2. c.33. dub.4.* Cened. *ad Decretum collect.17. num.1.* & latè *practic. & canonic. quæst. lib.1. quæst.0. per tot.* Fr. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini cap.19. disp.91.* latè Ascán. Tambur. *de iure Abbatum tom.1. disp.15. quæst.19. num.6. cum multis sequentibus,* vbi plures ad hoc comprobandum firmat conclusiones.

SVMMARIVM.

1 *Constantinus Imper. insignem, ac munificentissimam donationem fecit S. Syluestro Papæ I.*

2 *Constantini donationis tenorem refert de verbo ad verbum Alberic. de Rosate.*

3 *Constantini donationem ab hæreticorum, & quorumdam cauillationibus defendunt quamplures. Et respondetur fundamentis contrariæ opinionis num. 5. cum seqq.*

4 *Donationem factam à Constantino Ecclesiæ Romanæ si quis dicat non esse veram, non procul erit ab hæresi.*

8 *Ecclesiæ amplitudo, dignitas, & maiestas hac tempestate fulget.*

CAP. Constantinus. XIII.

1 Constantinus Imperator zelo Catholicæ fidei motus, desiderans Apostolicam Romanam Sedem, temporali quoque adiutorio, ac maiestate splendescere, insignem illam, ac munificentissimam Beato Papæ Syluestro I. Domini nostri Iesu Christi Vicario, Ecclesiæque visibili capiti, & sui. successoribus donationem fecit; cum qua annuentibus omnibus Satrapis, consentientéque toto Senatu, inter alia Imperialia iura, Romanam Vrbem illi concessit, liberéque dimisit, vt probat text. *in præsenti,* cuius, donationis licèt apud Scriptores illius seculi mentionem non reperiri contendant aliqui, veritas tamen est illam non esse destitutam auctoritate antiquissimorum, grauissimorúmque Patrum, Damasi scilicet Pontificis, SS. Isidori, Bernardi, Hieronymi, & Pontificum *in præsenti text. & in Clem. 1. vers. porro, de iureiuran.* vbi commemorat Carolum I. Henricum II. Othonem IV. & Federicum II. donationem à Constantino factam confirmasse, & innouasse, quam confessus est Imper. *in l. Diui, in princ. C. de natural. liber.* ibi, *Romanum muniuit imperium,* legendo, *minuit,* cum Bald. *in proœm. Digestorum,* & Mart. *de iurisdict. p.1. cap.30. num.27.* & licèt fateamur à Scriptoribus illius seculi de hac donatione mentionem non reperiri, verum est tamen dicere hoc ex eo processisse, quia cùm facta foret in vltimis annis Imperij Constantini, curabant sequentes Imperatores eius memoriam abolere prout facere intendit Henricus Imperator negando Pontifici Max. fidelitatis, & obedientiæ iuramentum, quem Pontifex ipse conuincit *in d. Clem.1. de iureiurando.*

2 Huius verò donationis tenorem de verbo ad verbum refert Alberic. de Rosate *in l.1. §. in initio num.6. ff. de officio Præfecti Vrbis,* & in Laretanensi Ecclesia conseruari refert videndus Paul. Grysald. *in decisionibus Catholicæ fidei, verbo Imperator num.1.* 3 & eam ab hæreticis, & quorumdam cauillationibus multis rationibus, & auctoritatibus defendunt, & comprobant Card. Turrec. *de potestate Ecclesiæ lib.2. cap. 42.* Corset *in tract. de potestate Regia quæst. fin. num.3.* Collusitanus noster Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib.1. cap.43. & lib.2. cap. 29.* Hieron. de Monte *de finibus regund. cap.11. num. 11. cum seqq.* Couar. *lib.4. variar. cap.16. num.8.* Turrian. *lib.1. cap.42.* Castald. *de Imper. quæst. 51.* Mantu. *obseru. 100.* Iacobat. *de Concil. lib.10. art.8. de donat. Constantini,* Suar. *de legib. lib.4. cap.6. num.6.* Driedon. *de libert. Christiana lib.1. cap. 9. pag.10.* Castald. *de Imper. quæst.51.* Melch. Cano *de locis theologicis lib.11. cap.5. vers. quod deinde,* Arnald. Albertin. *in repet. rub. de hæret. q.2. num.27.* Alphons. de Mendoza *in quodlib. q.4. scholast. §.4. vers.5.* Bursat. *cons.124. lib.1.* Nauar. *in cap. nouit, de iudic. notab.3. num. 77.* Bellacomb. *tom.2. commun. opin. lib.8. tit.32. num.83. pag.424.* Azeued. *ad l.6. in princip. tit.2. lib.1. noua recopil.* Menoch. *consil.149. num. 39.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.1. cap. 1. à num. 21.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.345.* Bobadil. *in sua politica lib.2. cap.17. num.11. lit.C.* Mart. *de iurisdict. p.1. cap. 30.* Molin. *de iustitia tract.2. disput.25.* Card. Bellarm. *in controuers. fidei tom.2. lib.2. de translat. Imper. c.3.* Card. Baron. *annalium Ecclesiæ tom. 4. anno Christi 324. Constantini 19.*

Quamuis contra hanc veritatem insurgant hære- 4
tici, ex iis, qui Christianam profitentur pietatem Laurentius Valla per integrum tractatum, Igneus *in l. donatione num.22. C. de donat. inter virum,* Bald. *in tract. de coronatione Imperatoris pag.79.* & Cagnol. *in proœmio Digestorum à num. 79.* quos non procul esse ab hæresi, sicut & omnes alios, qui affirmant donationem factam à Constantino Imp. Ecclesiæ Romanæ non esse validam, attestantur Abb. *cons.84. n.2. volum.1.* Roland. *cons.88. num.29. vol.1.* Menoch. *consil.149. num.39.*

Non obstat argumentum, quo Laurentius Valla 5
&

& sequaces mouentur, quòd scilicet non potuerit Imperator in damnum Imperij tam amplas facere donationes, quia in sua coronatione iurat honorem, & Imperij iura illæsa, & illibata seruare, ac proinde quòd hæc donatio de terris, & ciuitatibus Imperij illicita fuerit, & inualida, arg. text. *in cap. intellecto, de iureiur.* iunctis iis, quæ *ibi* adnotaui *à num.* 2. nam facilè respondetur in donatione ab Imperatore facta Romano Pont. & Sedi Apost. minime posse considerari graue Imperij præiudicium, tum quia in Sanctissimis Ecclesiis optima mensura est donatarum rerum immensitas, quia si plura dent Imperatores Deo, eiúsque Ecclesiæ, multò maiora ab ea accipiunt, vt eleganter ait text. *in auth. de non alienandis rebus Ecclesiæ §. si minus collat.* 1. tum quia Constantinus donando non tam Ecclesiæ dedit, quam reddidit, tum quia quod Ecclesiis donatur, Deo redditur, a quo omne bonum, & donum optimum prouenire Apostolus docuit, & ideò cum Dauid *Paralip.* 1. *cap. vlt.* dicere potuit Constantinus, *Tua sunt omnia Domine, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*, tum quia terras, quas donauit, præcedentium Principum tyrannide fuerent occupatæ, quam rationem vtitur exquisitam dicens Abb. *d. cons. 8. par. 1.* & ante eum Host. *in sum. tit. de immun. Eccles. num. 12 ad fin.* Pigh. *de Ecclesiastica hierarchia, lib. 5. cap. 16. vers. de Constantino*, & eleganter Quintin. *in repet. c. noui, de iudic. pag. mihi* 84. tum denique quia meritò alij obseruant Principes omnes, qui in Ecclesiam magnifici, & liberales exstiterunt, de hostibus suis triumphasse, & Imperium, seu Regnum ad longissimam posteritatem traduxisse, vt longo discursu prosequitur Thom. Boss. *de signis Eccles. tom. 3. lib. 20. cap.* 89. Cardin. Bellarm. *tom. 1. contron. 4. generali de Ecclesia militanti lib. 4. cap.* 18. & quia ingentibus beneficiis à Deo acceptis, scilicet in curatione lepræ, & victoria contra Maxentium diuinitus promotus est ad donationem illam faciendam, qua oportebat Romanam Ecclesiam Imperatorum tyrannide malè vexatam temporalium bonorum præsidio muniri, vt ait text. *in cap. fundamenta, de elect. lib.* 6.

6 Deinde respondetur omnem Imper. potestatem à populo in eos fuisse translatam, *l. 1. ff. de constit. Princip.* ac subinde idem populus consentiente Principe potestatem hanc, & dominium in alium transferre potuit ex reg. text. *in cap. 1. de regul. iuris*, constat autem donationem non à solo Constantino factam fuisse, sed cum Satrapis, Optimatibus, Senatu, ac populo, vt probat text. *in præsenti, & in d. cap. fundaměta.* Igitur, &c. Tandem respondetur quòd licet daremus Constantini successores eo tempore, quo Imperium apud Græcos residebat, conqueri potuisse de profusa Imper. largitione, quod falsum esse apparet ex *dict. §. si minus*, minimè tamen iam nunc conqueri possunt Imperatores Germani, ad quos ex Græcis Imperium translatum est, non enim à Constantino, vel aliis Græcis Imperatores Imperium susceperunt, sed ab ipso Romano Pont. *c. venerabilem, de elect.* explicant Nauar. *add. cap. nouit. notab. 3. num. 3. & n.* 124. & per integrum tractatum Cardin. Bellarm. *t. 1. tract. de translat. Imperij*, quare de viribus huius donationis agere non magis pertinet ad hodiernos Imperatores, quam si Regnum Macedonum, ac Persarum repeterent, vt benè arguit Pigh. *loco citato.*

Impugnantes igitur Ecclesiæ Romanæ maiestatem, ac dignitatem, dum aliis obsequuntur, offuscare non poterunt, obsequi enim Regibus non est malum, vbi terga non vertuntur Altari, sed adorare Reges, Deúmque contemnere impium est, & omninò execrabile. *Ecclesiæ namque proprium est*, sicut ait Hilarius *de Trinit. lib. 4. vt tunc vincat cùm læditur, tunc intelligat cùm arguitur, tunc obtineat cùm deseritur, dum persequitur floret, dum opprimitur crescit, dum contemnitur proficit, tunc stat cùm superari videtur.* Quare & Augustinus *super Matth.* ait, *Adhuc habet Ecclesia, quòd crescat, donec illud impleatur dominabitur a mari vsque ad mare* & Cassiodor. *super Psalm. 30. Ecclesia magis incipiet esse vberrima cum ad finem seculi erit perducta.* 7

Increscunt magis, & in dies magis increscent, & fulgebunt Romanæ Ecclesiæ Amplitudo, Dignitas, & Maiestas, & potissimum nostra tempestate sub VRBANO VIII. Pont. Opt. Max. qui pietate immensa, æternúmque duratura, Regali munificentia sacrum Sanctorum Petri, & Pauli monumentum æreis auretísque columnis sumptuosè illustrauit, tumulum Adriani ex septem Orbis miraculis vnum, arcem reddidit inexpugnabilem vndique tutam, & munitam, & missis quamplurimis ad barbaras, exterasque nationes ad fidem propagandam operariis, subactis, & profligatis Germaniæ, Galliarúmque hæreticis, ac in Mundum ferè vniuersum veritatis lumine inuecto, iam Christianus Orbis ob tanti Principis innata merita, doctrinarúmque affluentiam felicitate gaudebit, & consequetur sempiternam, quam Collegianus, & amicus noster D. Andreas Baianus admiratione præsentiens dum ipso Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli festo die Lateranensem Ecclesiam Orbis, & Vrbis Ecclesiarum Principem de anno M. DC. XXIII. idem S. D. N. solenniter viseret, possessionis ergò, sequenti celebrauit Elegia. 8

BONIS AVIBVS, ANGELIS AVSPICIBVS, ANGELORVM HAC LVCE CANDISSIMA
ANGELORVM IN TERRIS MAXIME ET OPTIME MORTALIVM

FELIX VRBANE EXEAS

SECVRVS EXEAS,

VT APVD VATICANVM TERGEMINO CAPVT ONERI ET HONORI SVBIICIAS
AVSPICATO VENIS.
ECCE ENIM AD DEXTERAM TRES GRANDIVM ALARVM VOLVCRES
TIBI DE CÆLO CONVOLANT,
MICHAEL VT DVCAT, RAPHAEL VT COMITETVR, GABRIEL VT SEQVATVR,
DVCTOR VT INITIVM, COMES VT PROGRESSVM, SEQVENS VT EXITVM
TIBI FACIAT FELICISSIMVM.

INTENDE, PROSPERE PROCEDE, ET REGNA,

DIV VRBI REGNATVRVS ET ORBI

VRBANE FELIX

SECVRVS EXEAS.

VRBANE QVO NON ALTER VRBANIOR,
OCTAVE, VRBANORVM, ET VRBANORVM SECVNDE NEMINI
EXPECTATISSIME VENIAS
ÆTERNITATIS IANITOR SECVLI PROPINQVI IANITOR ET VLTRA
VRBANE QVI QVOD SEPTEM ES VRBANORVM FVTVRVS EXEMPLAR
SVMMA ET EPILOGVS
OCTAVVS VRBANVS DICERIS QVASI EX TOT VRBANIS
VNVS COALESCAS VRBANVS
DIGNVS VENI QVI QVOT CVNCTI VIXERE DIES, MENSES ET ANNOS
TOT SOLVS VIVAS ET SECVLA ET SECVLORVM
MYRIADAS.

INTENDE, PROSPERE PROCEDE, ET REGNA,

DIV VRBI VICTVRVS ET ORBI
BONIS AVIBVS, ANGELIS AVSPICIBVS,

VRBANE OPT. MAX.

FELIS EXEAS
SECVRVS EXEAS.

Andreas Baianus Theologus.

DISTIN

Distinctio XCVII.

Cap. Ecclesiæ. I. *Bonifac. Episc.*

1 HRISTIANISSIMI.] Qui titulus *Christianissimi* fuit Imperatoribus ve genuinus, & imperio naturalis est, vt Honorium Augustum vocat Bonifacius *in cap. Ecclesiæ mea 97. distinct.* & Leo Papa Constantinum IV. *in epist. ad Episcopos Hispaniæ*, de recipienda sexta Synodo Constantinopolitana, & in diuersis legibus Codicis, vt *in l. inter claras C. de sum. Trinit.* & Codicis Theodosiani Christianissimi Imperatores cognominantur, & singulis annis in Parasceue ab Ecclesia oratio dicitur, *Oremus & pro Christianissimo Imperatore nostro*, vt aducit Cattald. *de Imperat. quæst. 2. circa fin.* refert Valdes. *de dignitate Regum Regnorumque Hispaniæ, cap. 13. num. 17.* vnde redarguit Ioannem Ferrault Gallum *de iuribus Regum Franciæ, iure 2.* asserentem nullum alium præter Regem Franciæ Christianissimum ab Ecclesia appellari, Verum autem præstantior, & antiquior sit titulus *Christianissimi*, quàm *Catholici*, vide per eundem Valdes. *dict. cap. 3. num. 19. cum multis seqq.* & *n. 10.* aliqua tradit de titulo gloriosissimi.

Summarium.

1 *Cardinalis assertioni attestantis de speciali mandato Sedis Apostolicæ, aut demente Summi Pontificis creditur.*

2 *Delegato creditur absque exhibitione mandati delegatorij, quando est persona excelsæ dignitatis, & non agitur de præiudicio tertij, sed solùm de negotio, & facto ipsius delegantis.*

3 *Cardinalis asserenti aliqui sibi commissum plena fides adhibetur, licèt litteras sui mandati non ostendat.*

Cap. Nobilissimus. III. *Nicol.*

1 ALlegari solet hic text. ad hoc quòd credendum est viro nobilissimo legationem fungenti, quamuis literas non ostendat, exemplo Cardinalis attestantis de speciali mandato Sedis Apost. aut de mente Summi Pont. cui creditur absque litteris sui mãdati, vt per Rot. *decis. 33. de probat. in antiq.* Specul. *in tit. de testib. §. restat num. 10. & in tit. de legat. §. superest num. 16.* Ægid. *decis. 183. incip. Assertioni*, Lap. *alleg 32. num. 3. vers. an credatur*, Alex. *cons. 206. num. 19. lib. 2.* Ias. *in l. admonendi, ff. de iureiur. num. 96.* aliàs 175. *vers. tertiò moueor*, vbi limitat dictum Cardinalis quando de seipso asserat, Hippol *ad l. 1. §. 1. num. 7. vers. & facit, de quæst. & sing. 273. vers. limito etiam*, Nau. *cons. 6. num. 8. de testam.* Anton. Gabr. *commun. tit. de probat. concl. 3. n. 20.* Mascard. *de probat. concl. 160. à num. 1. & concl. 492. n. 10. & concl. 1004. num. 58.* Farin. *in praxi crim. part. 3. q. 97. num. 56. & p. 4. cons. 60. n. 118.* Rot. *decis. 339. n. 1.* apud Farin *p. 2. recent.*

2 Intellige procedere quando nulli infertur præiudicium, tunc enim Legato Principis fides adhibetur, non sic si alicui aliquod inferatur præiudicium, Capell. Tholos. *decis. 463.* Tiraq. *de pœnis temper, causa 51. n. 13. & 14.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 1459.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 63. num. 55.*

In gloss. *Signatis.* Notatur ad hoc quòd creditur delegato absque exhibitione mandati delegatorij, quando est persona excelsæ dignitatis, & non agitur de præiudicio tertij, sed solùm de negotio, & facto ipsius delegantis, vt per Menoch. *de præsumpt. l. 2. præs. 15. n. 9. & cons. 100. num. 77. cum seqq.* & ideo dicit Mascard. *concl. 84. num. 2.* quòd litteris Ambasiatæ non est opus quando persona est nobilissima, perexcellens, & nota Principi.

In gloss. *Nihilominus.* Notatur ad hoc quòd Cardinali asserenti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licèt litteras sui mandati non ostendat, vt per Mascard. *de probat. concl. 140.* Serapbin. *decis. 133. n. 1.* Far. *in praxi crim. part. 2. quæst. 63. num. 55.* 3

Distinctio XCIX.

Summarium.

1 *Primas lato sumpto vocabulo idem, quod Patriarcha.*

2 *Patriarcharum nomine strictè, & propriè non continentur Patriarchæ.*

3 *Primatum, & Archiepiscoporum maiores Prælationes ad ius diuinum referendas esse, tenuerunt nonnulli.*

4 *Potestas omnis regiminis, seu iurisdictionis in Episcopis immediatè prouenit ad ipsa Ecclesia.*

5 *Patriarchalis dignitas est iuris positiui.*

6 *Patriarchis, & Primatibus duo distincta reperiuntur, Episcopalis scilicet Ordo omnibus communis ex ipsius Christi institutione, & regimen Prælationis, ex Apostolorum ordinatione.*

Cap. Prouinciæ. I. *Anaclet.*

ATRIARCHÆ, *vel Primates, qui vnam formam tenent*, &c. Notatur ad hoc quòd latè sumpto vocabulo idem est Primas, quod Patriarcha dicitur, va per Flamin. Parif. *de resign. benefic. lib. 2. quæst. 1. num. 46.* Dionys. Parif. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap. 17. num. 9.* Strictè tamen ac propriè Patriarcharum nomine non continentur Primates, qui minores Patriarchæ dicuntur, sed solùm quatuor illi principaliores, Constantinopolitanus scilicet, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, vt notant Doctores, quos plena manu citaui *in tractat. de appell. verborum vtriusque iuris significat. verbo Patriarcha.* 1

Leges diuinæ, & Ecclesiasticæ poni, &c. Collige ex text. maiores Prælationes Primatuum, & Archiepiscoporum ad ius diuinum referendas esse, vt per Pigh *de Ecclesiast. hierarch. lib. 3. c. 1.* & de diuersitate ministrorum in Ecclesia Dei, Rosæ. *in præf. tractat. de praem. Archiep.* Duen. *reg. 72. limit. 2.* 2

Contrarium tamen quòd licèt Episcoporum gradus, quoad substantiam, seu in genere a Presbyteris distinctus fuerit, distinctio tamen quoad prædictos Prælationum, & dignitatum gradus ad Ecclesiæ institutionem, & ius humanum sit differentialiter referenda, probant nostri communiter ex *cap. in illis, hac ead dist.* vbi Primatuum institutio refertur ad Apostolos, & eorum successores. Sed fortiùs efficaci ratione confirmatur, quia certum est omnem potestatem regiminis, seu iurisdictionis immediatè prouenire ab ipsa Ecclesia, & saltem quoad modum, & inter singulos inferiores distributionem à Romano Pontifice deprehendere, & consequenter ab humano iure, *&c. ita dominus 19. dist. c. quoties 24. quæst. 1.* explicat Soarez *tom. 4. de pœnit. disp. 25. sect. 1. à n. 4. & omninò num. 10.* Igitur quamuis fateri oporteat istos Prælatos, quoad Episcopalem Ordinem, qui apud omnes vnius est, 3 4

iuris diuini esse, quoad potestatem tamẽ iurisdictionis, seu regiminis, per quam distinguuntur, iuris esse humani, ex Selu. Turrec. & aliis receptam ostendit, ac benè explicat Burlat. *cons* 155.*a*.45.*vol.* 1. cum quo à *n.* 16. respōderi poterit ad auctoritates, quibus probari videtur harumdignitatum institutionem ad legem diuinam esse referendam, vt scilicet loquantur de lege diuina latissimè sumpta iuxta quatuor modos, quos *ibi* explicat, prout dicitur de lege Canonica, vt *in c. in scripturis* 9.
5 *dist. & in cap. ammis, de sarcim*. Et quòd Patriarchalis dignitas iuris positiui sit, tradunt Guillel. Redoan. *de simonia mentali, p.* 1.*c.* 16.*n.* 15. Dion. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.* 4.*n.* 4.

6 Verùm hic intellectus quamuis communiter receptus sit, conuincitur tamen si diligenter inspiciamus additionē inutilis repetitionis excusari non posse, patet ex verbis huius text. ibi, *leges diuinæ, & Ecclesiasticæ pona, & esse asserunt*; si igitur particula, *diuinæ*, ad Pontificias leges refertur, frustrà adiungitur hæc, *Ecclesiastica*. Quare considerandum est in Patriachis, seu Primatibus duo distincta reperiri, Episcopalem scilicet Ordinem omnibus communem ex ipsius Christi institutione, & regimen Prælationis ex Apostolorum ordinatione; nō impropriè igitur Patriarchas leges diuinæ poni asserunt, si Ordinis potestatem respiciamus, atque sollicitudinem Episcopalem, quæ omnibus Episcopis communis est, atque etiam Ecclesiasticæ, quatenus ad Prælationem spectat. Neque nouum est, quòd idem nomen Primatis ex eadẽ oratione iuxta diuersos respectus diuersimode accipiatur, scilicet respectu legis diuinæ, quoad Episcopatus Ordinẽ, respectu Ecclesiasticę quoad Prælationẽ, sicut *in c. in aliquib. § ille quippè, de decim.* decimæ respectu congruæ sustentationis ad legis diuinæ debitum referuntur, respectu quotæ ad consuetudinem, vt post Cou. *lib.* 1.*var. c.* 17.*n.* 2. testatur tenere Theologos omnes. Gutier. *l.* 1.*can. c.* 21.*n.* 9. & in multis aliis, quæ omittimus, facilè possit demōstrari

SVMMARIVM.

1 *Papa summus Sacerdos appellatur.*
2 *Episcopi dicuntur summi Sacerdotes.*
3 *Constantinopolitani Episcopi Imperatorum freti potentia, contendebant se non esse inferiores Romano Pontifice.*
4 *Decisio huius text. non fuit semper etiam circa Episcopos vsu recepta.*

Cap. Primæ Sedis. III. *Ex Conc. Afric.*

P*Rimæ Sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotū, vel summus Sacerdos, aut aliquid huiusmo-*
1 *di, sed tantùm primæ sedis Episcopus.*] Hæc sunt formalia Concilij Africani verba, ad quæ intelligenda admodum defatigatus est Alphons. de Mendoz. *in quæst. quodlib. quæst.* 4. §. 3. *vers. veramtamen, pag. mihi* 271. nam cùm non solùm Romani Pontifices summi Sacerdotes appellentur, vt tradit Ludo. Gom. *in repet. cap.* 1. *num.* 16. *cum seq. de constit. lib.* 6. & Steph. de Gaëta *in repet. c. ad limina* 30.*q.* 1.*in proœm. num.* 8. sed etiam ita
2 dicantur Episcopi *in c. vlt.* 3.*q.* 1.*& in cap. videntes* 12. *q.* 1.*& in c.* 1 *§ per frontis, de sacr. Vnct.* cum aliis citatis per Azor. *instit. moral. p.* 2.*lib.* 3.*c.* 57.*q.* 1.*vers. quæres*, & per me *de offic. & potest. Episc. p.* 1.*tit.* 1.*c.* 5.*n.* 3. quibus addo Simanch. *in tractat. de dign. Episc. cap.* 8. *&* 9. Raymund. Ruff. *pro Pontifice Max. sub n.* 26. *pag.* 191. Dion. Paul. Lop. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap.* 17.*num.* 61. ideò mirum videtur qua ratione Concil. de quo *in præsenti*, prohibuerit Papam appellari Principem Sacerdotum.

Verus igitur intellectus est, quòd cùm quidam ex quatuor principalioribus Patriarchis cœperit sibi vsur- 3
pare nomen Principis Sacerdotum, & cum Romano Pont. parilem habere potestatem, vt colligitur ex notatis *in cap. mos antiquus* 65. *dist.* immo huiusmodi Constantinop. Episcopi Imperatorum freti potentia contendebant inferiores non esse Romano Pont. vt ex Paul. Diac. Platina, & aliis diligenter comprobat Ruff. *d. loco pag.* 50. *cum seqq.* & sentit Bellarm. *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 18. *in fin.* 2. *art.* igitur de eo intelligi debet prædictus Concilij locus, quia ille Primates tantùm, & Patriarchas ligare potuit, non verò Romanum Pont. vt aduertunt Iacobat. *de Concil. lib.* 10.*art.* 7.*num.* 258. Ruff. *vbi sup. sub n.* 14. *pag.* 74. *vers. diffinitum*, Germon. *de insulis Cardin. §. Episcopus n.* 21. *cum seqq.* Nec obstat quòd Episcopi dicuntur summi Sacerdo-
tes, vt adnotarunt Doctores *supra* citati, quia respon- 4
detur decisionem huius Concilij non fuisse semper etiam circa Episcopos vsu receptam, sicut obseruat Dion. Paul. *d. cap.* 17.*num.* 16.*in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Primatum Papæ in Patriarchas negauit impius auctor Molinæus.*
2 *Papa non est Patriarcha, sed Princeps Patriarcharum.*
3 *Generali in sermone non comprehenditur persona loquentis*
4 *Papa verè est vniuersalis, & talis potest appellari.*

Cap. Nullus Patriarcharum. IV.

Pelagius. II.

PElagius II. *epist.* 1. *ad omnes Episcopos*, prohibuit, 1
vt nullus Patriarcharum se vniuersalem appellaret, vt refertur in hoc textu, ex quo loco impius ille Molinæus Primatum Papæ in Patriarchas negare non erubuit, ponderando verba illa, *quia si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcha nomen cæteris derogatur*; sed tantum abest, quòd hæc Pelagij verba fundare possint huius impij auctoris opinionem, quòd immo illam apertè confundant, ac destruant Nec mirum quòd homo in fide cæcus, lumen claræ veritatis in dicta Pontificia dispositione non videat; nā. vt dicebat Princeps Apostolorum Petrus *in epist.* 2. *c.* 1. *Cui non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentans.*

Hic enim text. cùm de Patriarchis loquatur, non 2
est ad Papam extendendos, qui propriè non est Patriarcha, sed Princeps Patriarcharum, vnde quod de iis negauit Pelagius, visus est de Papa concessisse, arg. *cap. nonne, de præsumpt. & l. cùm prætor, ff. de iudic.* & maximè, quia etsi Romanus Pont. propriè sit Patriarcha, adhuc sub illo generali sermone nullo modo se comprehendere voluit Pelagius, iuxta reg. text. *in l. inquisitio veritatis, C. de fideiass.* qua probatur quòd in generali sermone non comprehenditur persona loquen-
tis, quam reg exornat Ant. Gab. *commun. lib.* 6. *tit. de verb.* 3
signific. concl. 9. Quo fit vt licèt Patriarchæ non possint
se vniuersales appellare, per text. *in præsenti*, id tamen 4
licitè, ac ipse poterit Summus Pont. qui verè vniuersalis est, & Princeps Patriarcharum, vt expressè contra Molinæum probat Ruffus *pro Pontifice Maximo n.* 8. *vers. Primatum, pag.* 19. & obseruant Bannes 2.2. *q.* 1. *art.* 10. *ad tertium, vers. ad confirmationem*, Franc. Vargas *in tract. de auctor. Pontificis prop.* 5. *incip. quoniam verò*, Ant. August. *in epitome veteris iuris Pontificij, p.* 1. *de personis lib.* 1.*tit.* 3.*per tot.* Bellarm. *tom.* 1. *controu.* 3. *de Romano Pont. lib.* 2. *cap.* 31. *vers.* 15.

SVMMA

S V M M A R I V M.

1 *Gregor. Papa humilitatis ergò noluit se vniuersalem appellare & quare, num.6.*

2 *Carolus Molineus impius auctor fuit homo parùm modestus erga Sancta Apostolica Sedis maiestatem.*

3 *Principes laici aliquando noluerunt se dominos appellare.*

4 *Principes laici vniuersali titulo nonnunquam vtebantur, & ideò titulus ille hominum malitia superbus, & profanus effectus est.*

5 *Gregorius Papa insignis humilitatis professor extitit.*

Cap. Ecce. V. *Greg.*

1 SAnctissimus ille Papa Gregorius noluit se vniuersalem appellare, & titulum illum ab Alexandrino Patriarcha sibi scriptum, repulit, vt constat ex eius *epist. lib.7.epist.30. indict.* 1. Eulogio Patriarchæ Alexandrino scripta, ex qua desumitur hic text. Hinc
2 impius ille Carolus Molinæus, homo quidem parum modestus erga S.Apost. Sedis maiestatem, vt aduertit Conat, *lib.4. var. cap. 16.num.8.& pract.cap.31.n.2.* quem impium, pertinacem, atque de hæresi suspectum asserit Nauar. *in comment.de vsuris ad cap.si fœnerauerit* 14. *quæst.3. num.*8.10.& 11. & expresse hæreticum appellat, ac dicit Franc.Viu. *in lib. a suorum commun. opin.*318.*num.*3. & illum denique inter hæreticos primæ classis collocatum videmus in indice librorum prohibitorum, is, inquam, non erubuit Primatum Papæ in Patriarchas negare. Pro quo nihil facit huiusmodi Gregorij auctoritas, nam vt titulum illum (alias de iure sibi debitum) tunc non admitteret ipse Gregor. hæc illum laudabiliter mouere potuerunt. Primò,
3 quia licèt aliquando laici Principes noluerint se dominos appellare, vt ex Sueton. aduertit Gomez *in repet.capit.1.num.14.in fin de constit.in 6.* tamen tunc temporis titulus ille vniuersalitatis superbus erat, & hominum malitia factus profanus, eóque laici Principes vtebantur, vt in terminis expendit Ruffus contra Molinæum *pro Pont. Max, sub num.*8. *pag.27.in vers. vti tamen*, & Fischerus Roffensis Episc. *in confutatione assertionis Lutheranæ artic.* 25. *vers impudentiam tuam.* Vnde nihil mirum quòd qui moribus, & non verbis prosperari desiderabat, si superbum tunc titulum illum repulisset.

4 Fuit enim Gregor. insignis humilitatis professor; ad occursum namque cuiusdam Ioan. Abbatis primus se humi prostrauit, in se autem erigendo vltimus fuit, vt meritò commendauit Pratum spirituale Sophronij *in cap.* 151. Præterea primus fuit, qui notabilem illam humilitatis clausulam in Ecclesia introduxit, qua Romanos Pont. seruus seruorum appellatur; vt aduertit gloss *verbo seruus, in proœm.Decretal.* & *ibi* adnotaui *num.*19.

Secundò moueri potuit, vt nollet tunc Gregorius
5 vniuersalis appellari, ne aliquis deciperetur, existimans quòd immediate vnicuique sic præesset ciuitati, & diœcesi, includerétque in se omnes Episcopos, quasi nihil ad alios de Ecclesia Domini pertineret, nam isto modo Papa non est vniuersalis, vt aduertunt Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib.*1. *cap.*54. *post.med.vers. secundò Ecclesia, num.*84. Rodulphus Cupers *de sacros. Ecclesia ad cap. oportebat* 79. *dist. in* 5. *dicitur autem Ecclesie num.*12. Paul.Crysald. *in decisionib. Catholicæ fidei verbo Papa num.* 3. *in resp.ad nonam obiectionem,* Bellarm. *tom.*1. *contron.* 3. *lib.*2. *c.*31. *vers. respondeo duobus modis*, & ex Innoc. hic. hic etiam obseruarunt huius Decreti emendatores *hic.*

DISTINCTIO C.

Cap. Quoniam. I. cum seqq.

Pelagius.

DE materia Pallij egi *in rub.& per tot.tit. de vsu pallij in Decretalib.* Et collige ex 1
text. pallium esse proprium insigne Papæ, Metropolitanorum, Patriarcharum, & Primatuum, Durand *in ration. diuin. lib.3.cap.16. num.*1. Menoch. *de præsump. lib.3. præs.*103. *numer.* 8. Isidor. Moscon. *de maiest.milit. Eccles.p.1.lib.1. pag.* 234. *ad fin.* Azot. *institut.moral. part.2.lib.3. cap.* 34. *in princ.*

Reperiuntur tamen aliqui Episcopi ex speciali pri- 2
uilegio Papæ pallio vtentes, vt in Italia Ostiensis, Lucensis, & Papiensis. In Gallia Dolensis, in Germania Bambergensis, in Vngaria Quinqueeclesiensis, notant Durand *d.lib.* 3.*cap.*17. *num.* 13. *in fine*, Moscon. *d.lib.1.cap.8. pag.236.lit. C.* Stephan.Durand. *de ritibus Eccles.lib.1.cap.9.num.*43. Aubert. Miræ. *in notitia Episcopatuum lib.1.cap.*23.

Licet olim Archiepiscopi à magnis illis quatuor 3
Patriarchis pallium petere consueuissent, iuxta text. *in cap. antiqua, de priuileg.* nunc verò à solo Summo Pont. peti debet, & ei competit illud conferre. Azot. *d.part.2. lib 3.cap.24.lit.B vers. quæritur*, qua autem forma dandum sit, traditur *in Cæremon.lib.1. cap.8. vers.Ego N.*

Per Pallium conceditur Archiepiscopo iurisdictio 4
Archiepiscopalis, *cap. scriptorum, inf. hanc distinct.* Abb. *in cap. quanto, & in cap. pastoralis, de offic.Ordin.* Azot. *d.lib.3.cap.34.quæst.9.* Debet illo vti in Ecclesiis tantùm suæ Prouinciæ, & non omnibus diebus, quibus in Pontificali celebret, seu solùm in illis, quæ numerantur in Cæremoniali, vt sunt natiuitas Domini, festiuitas S.Ioannis, & S. Stephani Protomartyris, & in aliis, quæ *ibi* videri poterunt, Durand. *d.lib.3.c.17. num.* 13. Moscon. *part.1. lib.1. cap.8. pag.236.lit.B.* Quarant. *in summ. Bullary, verbo, Archiepiscopi auctoritas, vers.*31. Azot. *d.lib.3.cap.34.vers. quæres quinam,* vbi *in q.8.* dicit quòd vsus pallij est personale priuilegium, ac proinde non potest Archiepiscopus Pallium suum alteri accommodare, vt illo vtatur, nisi accommodet vt videatur, vt obseruat Lancel. *instit. Canon. lib.1. tit. de pallij receptione, vers. commodari*, vbi, *in vers.sepeliendus*, subdit per t. *in cap.pallium inf.hac dist.* Archiepiscopum cum suo pallio debere sepeliri, & si ad aliam Ecclesiam translatus fuerit, nouum pallium petendum esse, & addit *d.lib.3.c.34. q.8.* quòd debet sepeliri cum pallio secundæ Ecclesiæ, ad quam fuit translatus. Vnde nunquam vnus Metropolitanus cum alterius pallio poterit sepeliri, Quarant. *dict. vers.* 32. *auctoritas.*

AD
SECVNDAM PARTEM
DECRETI.

CAVSA PRIMA.

QVÆSTIO. I.

SVMMARIVM.

1 *Simonia vitium vocatur simoniaca heresis.*
2 *Simonia largo modo, & non propriè heresis dicitur.*
3 *Simonia crimen dicitur piaculare flagitium, quia comparatur ei, quod morte expiatur.*

CAP. Quisquis. V. *Greg.*

1

REGORIVS Syagrio Episcopo Augustodunensi *lib.7. epist.* 110. relatus *in hoc text.* & in aliis præcedẽtibus, vt iũ simoniæ vocat simoniacam hæresim, item & *in præsenti* vocat Neophytorũ hæresim, non quia ab aliquo homine sic appellato originem traxerit, (nullum enim talem historiæ referunt) sed quia Simon adhuc Neophytus, idest, recens baptizatus, illam inuenit, vt ex gloss. & aliis notat Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia num. 5. in fine.* Quòd autem huiusmodi vitium dicatur simoniaca hæresis, probatur ex quamplurimis iuris Pontificij Decretis, in quo hic modus loquendi vsitatissimus est, vt patet ex *cap. Presbyter, & ex cap. cùm liqueat, & ex cap. statuimus, hac ead. caus. & quest.* & grauissimè *ex cap. eos, hic*, vbi dicitur quòd grauitas simoniæ tanta est, vt illa tolerabilior sit hæresis Macedonij, & eorum, qui errarunt contra ipsum Spiritum sanctum, vt aduertit Lotiu. *Actor. 6. vers. 18. §. simonia.*

2 Ratio verò quare sic vocetur, est, quia (licèt vitium hoc per se, & formaliter non sit contrarium fidei cùm per se non sequitur errorem in intellectu contrarium fidei) qui rem spiritualem, & sacram vendit, eam tanquam venalem se existimare significat, ac subinde iudicat esse rem pretio æstimabilem, quod speculatione iudicatum hæresis esset, & ita hoc sensu largo modo, & non propriè simonia dicitur hæresis, de hac & aliis rationibus, vide Cataf. *de simon. num. 41.* Vbert. *verbo simonia.* Iacobat. *in tract. de Concil. lib. 4. cap. 4. n. 73. vers. ex præmissis.* Mascard. *de probation. concl. 1305. num. vlt.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 6. n. 30. & præs. 3. n. 1.* Henriq. *in summa lib. 14. cap. 6. §. 7. lit K.* Flamin. *de confident. quæst. 8. n. 22.* Mart. *de iurisdict. part. 2. cap. 37. numer. 15.* Emman. de Valle *de ensalm. & encamat. sect. 3. cap. 3. num. 22.* Soar. *d. num. 5.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 17. num. 1.* nouissimè Ripa *in tract. de simonia part. 1. art. 1. num. 2.*

3 *Piaculare flagitium.*] Ita dicitur crimen simoniæ, quia comparatur ei, quod morte expiatur, vt ex gloss. *in præsenti* exponit Soar. *d. lib. 4. cap. 5. num. 2.* & sic dicitur capitale, Redoan. *de simonia part. 1. cap. 5. num. 2. & part. 4. cap. 3. num. 16.* quem refert Ripa *d. art. 17. num. 7.*

CAP. Hi qui Baptismum. LI. *Leo.*

LEo ad Nicetam Aquileiensem Episcopum *epist. 77. aliàs 79. cap. 7.* relatus *in hoc text.* ait quòd hi qui ab hæreticis baptizantur per impositionem manos Episcopi sunt confirmandi, vt sic gratiam Spiritus sancti in Ecclesia recipiant, Baptisma tamen reiterari non debet, vnde colligitur hæreticum validè conferre posse Baptismum, modò intentionem habeat baptizandi, de quo Doctores, plena manu refert Bonacina *de Sacrament. disp. 2. quæst. 2. punct. 5. num. 6.* 1

CAP. Inter Catholicam. LXXVII.

IN hoc text. cum multis sequentibus legitur de malis Presbyteris Catholicis adhuc in suo officio tolerstis, quorum probitas, regulariter loquendo, non est necessaria ad validam Sacramentorum administrationem, vt per Henriq. *in sum. lib. 1. cap. 19.* Chamer. *de Sacramen. cap. 2. dub. 4.* Barthol. ab Angelo *cod. tract. dialog. 1. num. 38.* Soar. *tom. 3. disp. 13. sect. 4.* Vasq. *in 3. part. D. Thomæ tom. 2. disput. 137. num. 28.* Sayr. *de Sacram in genere lib. 5. cap. 4. & lib. 2. c. 6. art. 2. q. vnica*, Ægid. de Conink *de Sacram. & censur. q. 64. art. 5. & 9. § 2. num. 34.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 26. num. 34.* Bonacin. *de Sacram. disput. 1. q. 3. puncto 5. 1. num. 1.* 1

Vnde Sacerdotem malum, & improbum conficere sacramentum Eucharistiæ modò omnia essentialia seruet, de fide definitum est à Concil. Trid. *sess. 7. de Sacram. in genere can. 12. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema sit*, referunt Iodoc. Coce. *in thesauro Catholico tom. 2. libr. 5. art. 2.* Petr. de Ledesma *in summa part. 1. tract. de Eucharistia cap. 9. concl. 8.* Molfes. *in summa Theologia moralis tract. 1. cap. 7. num. 15. 17. 19. & 22.* 2

CAP. Quod quidam. XCVII.

Augustinus.

EX hoc text. *in §. ex his verbis vers. opponitur*, videtur colligi degradatum Episcopum propter hæresim non posse conferre ordines, contra commonem resolutionem quæ dictat verom esse Ordinem validum, & non iterandum, si conferatur ab Episcopo quacumque censura innodato, & præcisò ab Ecclesia, sed benè Mar. Alter. *de censuris tom. 1. lib. 1. c. 5. disp. 8. vers. ad verba pag. 97.* ait quòd in sacramento Ordinis duo includuntur, scilicet potestas ipsa facta, & executio huius potestatis, qui factus est Episco- 1

pus

pus legitimè in Ecclesia Catbolica,& postea fit hæresicus,& per sententiam degradatur, & deponitur,conferi quidem Ordinem quantum ad potestatem,non autem eaecutionem Ordinis, & hac ratione dicitur priuatus facultate largiendi Ordines,scilicet quantum ad executionem, oon quantum ad potestatem.

SVMMARIVM.

1 *Adulto in extrema aecessitate constituto an liceat pecuniam dare sacrilego Sacerdoti, qui aliter eum non vult baptizare, ostenditur,& num.*

2 *Baptismi Sacramentum si nullus ministrare velit paruulo in vltimo vitæ termino constituto, an tunc licitum sit pecunia vexationem redimere, ostenditur,& num. 5,*

3 *Simonia de se mala est, nec potest aliqua circumstantia cohonestari.*

4 *Vexationem redimere licet quando is à quo redimitur, de facto nocet, prodesse verò de iure non potest.*

5 *Simonia non committitur quando intentio dantis in aliquam honestam causam immediatè dirigitur, quæ ab ipsis spiritualibus distingui potest.*

Cap. Baptizandis. XCIX.

Gelasius.

Notabilis est gloss. *hic verbo moliantur*, dum te-
1 nent non licere adulto in eatrema necessitate constituto pecuniam dare sacrilego Sacerdoti,qui aliter eum non vult baptizare, sed potiùs sine Baptismo decedendum,quia cùm per fidem,& Baptismum flaminis possit saluus fieri iuxta *cap. dubium, de Bapt. sine*, nunquam potest in extrema necessitate constitui, sequuntur Theologi *in 4.dist.5.quæst.2. & dist.25.* affirmantes quando aliquis adfuerit laicus, vel fœmina, à quibus possit baptizari,eo enim casu, ac si nullus esset clericus, nemo dubitat laico, aut fœminæ id licere, iuxta *cap.super quibus 30.quæst.3. cap. constat, cap. mulier, cum seqq.de consecr. dist.4.* docent Theologi *in 4. dist.4.quæst. 2.* quod multò magis de aliis Sacramensis affirmant, in quibus percipiendis nulla potest dari præcisa,& absoluta necessitas,ita vt si necessitatem eatremam, & absolutam æternæ salutis remoueamus, conueniunt omnes non licere pecuniam dare, & ita veaationem redimere.

2 Cæterùm in necessitate absoluta, qualis in paruulo dari potest si nullus adsit alius à quo baptizetur,& in vltimo vitæ termino constitutus sit, vt pote quando sola adest mater, aut solus pater, seu alia sola persona, quæ aut truncatis sit manibus,aut muta,ita vt nequeat Sacramentum baptismi ministrare,hoc casu adhuc licitum non esse existimant multi pecunia vexationem redimere,sed potiùs dimittendum esse paruulum, vt sine Baptismo pereat,ita gloss.*in præsenti d.verbo moliantur*,quam communiter receptam dicit *hic* Præpos.*n.1.* sequitur Card. *in cap. cùm Ecclesia,de simon.*D.Thom. *in 4.dist. 5. q.2.in fine*, Paludan. *ibid. quæst. 3. num.* 17. Riccard. *d. dist.25. quæst 1. art. 3. ad* 8. D. Antonin.
3 *part.2. tit. 1. cap.5. §. 16*, Syluest. *in summa verb. simonia quæst.*8.Horum autem illud præcipuum fundamentum est quòd simonia de se mala est,nec potest aliqua circumstãtia cohonestari,vt probat Caietan,*quodlib.1. quæst.9.*mala autem facienda non sunt vt inde veniant bona, Paul.*ad Roman.cap.3. cap. super eo, de vsur. cap. magnopere, qui clerici,vel monachi, cap. faciat 32. qu.2.*
4 Tiraq.*de pœnis temper.causa 32. num.*.8. Igitur non licebit propter necessitatem extremam pecuniam dare. Secundò tunc demum licet redimere vexationem, quando is à quo redimitur de facto nocet,prodesse verò de iure non potest, hoc est, cùm impedimentum solum obiicit iniustum, ius verò spirituale dare non potest, vt contingit in homine priuato,qui aut matrimonio contrahendo,aut beneficio obtinendo,aut possessioni ipsius iniustè se opponit,quo casu, is qui veaationem suam redimit, nullum ius spirituale ab impediente consequitur, & ideò iustè facit: si autem ab eo fiat veaatio, qui dum ab ea cessat spirituale ius confert,non est licitum pecunia redimere vt contingit cùm is ad quem pertinet confirmatio, aut constitutio beneficij, id facere iniustè recusat, quod Palud. *citato loco* docet, & est de mente Doctorum *in cap. ad aures, & in cap. Matthæus, & in cap. dilectus el 2. de simon.*licet aliis loquantur verbis: hoc enim posteriori casu redemptio veaationis ideò illicita est, quia nihil aliud importat quàm assequutionem spiritualium, tunc namque cessat cùm spirituale ius conceditur,igitur in casu proposito non licebit paruuli veaationem ita redimere,quia non aliter redimitur quàm per concessionem spiritualis Sacramenti,& in effectu videtur pro eo dari pecunia.

Contrariam tamen sententiam probarunt multi 5
Doctores antiqui; quos referunt Archid. & Domin. *in præsenti*, qui etiam in hanc partem magis inclinant data necessitate extrema; eandem probat Abb. *in d. cap. cùm Ecclesia num.* 5. quem sequitur Anan *num.*3.Nau. *in man.cap.* 23 *num.* 101 *in fine*, asserens hanc sententiam receptiorem esse, Caiet. 2. 2. *quæst.* 100.*art.*2.Angel. *in summa verbo simonia* 2.*num.*12. Sot. *de iust.lib.9.quæst 6.art.1.* Soar.*tom.1. de Relig. tract. 3.lib.4. cap. 12. à num.* 13. Less. *de iust. lib. 2.cap. 35. dub.7. à num.*38. Filliuc.*tom.2.tractat.45.cap.3.quæst.5. & 6.* Bonacin. *var. tractat. quæst. 4. de simonia §. 1. num.4. vers. ex dictis*, me citato *in hoc loco* nouissimè Ripa *de simonia part.1. art.2. num. 21. cum seqq.* Et cir-
ca dubium receptior est, & confirmatur ea eo, quia 6
quando intentio dantis in aliquam honestam causam immediatè dirigitur, quæ ab ipsis spiritualibus distingui potest, non committitur simonia, cùm spiritualia emere non intendat, hæc autem intentio dantis immediatè tendit ad remouendum impedimentum ministri, aut ea auaritia, aut ex necessitate prouenient, dat enim vt auaritiæ, aut necessitati satisfaciat, & in hoc consistit immediatè redemptio veaationis. Igitur simonia cessat. Præterea cùm is, qui temporale dat spiritualia recipit tantùm, nec ex eorum assequutione aliqua temporalis vtilitas ad eum peruenire potest, tunc omnis praua suspicio ea parte dantis cessare debet, nisi manifestè appareat contrarium, nemo enim ita fatuus esse creditur, vt temporalia concedat mala intentione, quæ tunc nec ad spiritualem salutem, nec ad temporale bonum prosunt, provt contingit quando dat ministro baptizanti, vngenti, aut confirmanti;secus verò dicendum quando ea assequutione spiritualium temporale aliquod commodum redundare potest, provt fit in sacramento Ordinis, in absolutione à censuris,in beneficio, aut monasterij loco comparando. Qua ratione sacris Canones non solent condemnare eos,qui ministris Baptismi,aut Confirmationis temporalia dant,quasi in ipsis præsumptio mali deficiat,condemnant tamen passim exigentes, vt colligitur ex text. *in præsenti, cum seqq.* Cùm ergo in proposito nulla possit temporalis vtilitas considerari ea parte dantis, & eatrema sit necessitas, quam redimit,est proculdubio excusandus.

Cap.

Cap. Sunt nonnulli. CXIV.

Gregorius.

CElebris est gloss. *verbo ab obsequio*, *in presenti*,
1 dum probat quòd dare, & accipere beneficium spirituale propter obsequia, & beneficia temporalia iam facta in eorum recompensationem, & quasi solutionem debiti, & oblationis ex iustitia ad condignam mercedem tribuendam, simonia est, ad quod plures citaui Doctores *in collectan. ad cap. cum essem num. vlt. de simon.*

Cap. Pueri. CXX.

IN gloss. *Pueri* ibi, *Pueri dicuntur intra 14. annum*,
1 &c. Ita citati nouissimè per Mauson. *de causis exemptius lib. 1. limit. 11. num. 3.*

2 In gloss. *Ad sacros.* ibi, *Tamen si puer ordinetur in sacris Ordinibus, bene recipit characterem*, &c. Ita plures citati per me *de officio, & potestate Episcopi part. 1. alleg. 16. num. 5.*

3 In eadem gloss. ibi, *Sed nunquid tenetur continere*, &c. Notatur ad hoc quòd pueri ad Ordines sacros promoti nulla ratione adstringuntur ad continentiam, vt per Sot. *lib. 7. de iustit. quæst. 2. art. 5. ad vlt. & in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 2. circa solut. ad 2. post. 3. concl. vers. quod si roges*, Mogollon. *in tract. de his, quæ vi c. 8. §. 2. num. 23.* Anton. Cuch. *lib. 5. instit. maior. tit. 12. num. 221.* Viuald. *in candelabro aureo part. 1. vbi de sacramento Ordinis n. 21.* Henriq. *in summa lib. 10. c. 14. §. 3. & lib. 11. c. 5. num. 9. in commento lit. Q.* Fr. Emman. *in summ. tom. 2. cap. 96. n. 4. concl. 4.* Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 13. c. 24. q. 9.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 30. num. 3* Ego ipse *d. part. 2. alleg. 15. num. 4.*

Cap. Nullus Episcopus. *ij.* CXXIV.

1 PRobat hic text. excommunicatum non posse pecunia, vel quouis munere temporali absolutionem ab excommunicatione redimere, vt latè per Mari. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 4. disp. 6. cap. 3. per tot.*

Qvæstio. II.

SVMMARIVM.

1 *Pactum illicitum est de dando Iudæo, seu infideli pecuniam, vt ad Christi fidem conuertatur.*

2 *Iudæo cupienti venire ad Baptismum, sed timenti paupertatem inter Christianos, licitum est pecuniam promittere.*

3 *Pactio, & conuentio omnis in spiritualibus cessare debet, & declaratur num. 4. & 5. cum seqq.*

6 *Conuentiones illæ in spiritualibus prohibentur, in quibus temporale datur, retinetur, aut promittitur.*

7 *Transactio pro bono pacis inter collitigantes in spiritualibus, in quibus datur temporale, veram non continet simoniam contra ius diuinum.*

8 *Beneficiorum permutatio absque Superioris auctoritate prohibetur.*

9 *Pactiones tacitæ in spiritualibus an possint efficere simoniam legibus humanis prohibitam, ostenditur.*

Cap. Quàm pio II. *Bonifac.*

1 BONIFACIVS Papa scribens omnibus Calaritanæ Ecclesiæ cœnobitis, relatus *in hoc text.* attestatur nunquam legisse Domini discipulos, vel eorum ministerio conuersos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse. ex quibus verbis communiter colligitur illicitum esse pactum de dando Iudæo, seu infideli pecuniam, vt ad Christi fidem conuertatur, ita *in presenti* tenent Archid. *vers. in gloss. fin.* Turrecr. *in 1. quæst. ad 1. argum.* & Præpos. *sub num. 1.* Abb. *in cap. cum in Ecclesia sub num. 6. de simon.* Petrus Leuander *de priuileg. Doctor. part. 4. quæst. 86.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disput. 39. num. 4. vers. sexto*, nouissimè Ioann. de Valboa *in annuis Academicis prælectionib. Salmanticensib. ad cap. fin. num. 20. de pactis*, Rieciul. *de iure personar. lib. 2. cap. 36. num. 2. & 4.* post Stephan. de Licio *in tract. de Iudæis §. promissionibus*, & Simanch. *de Catholic. cap.*
35. num. 10. ac alios, subdit licitum esse Christiano pro- 2
mittere pecuniam Iudæo cupienti venire ad Baptismum, sed timenti paupertatem inter Christianos.

Dum tamen omnis absit pactio, &c.] Dum text. *hic* 3
probat in spiritualibus omnem pactionem, & conuentionem cessare debere, cui similis *in cap. vlt. de pactis, & in cap. tua, de simon.* torquentur Doctores, & latè disputant quónampacto vulgaris hæc regula accipienda sit, & dubitandi occasionem præstant quamplurimæ pactiones, quæ circa spiritualia licitæ reperiuntur, licet enim spiritualia pro spiritualibus dare, facere, aut promittere, si nulla ibi temporalium ratio haberi potest, sæpéque Sacerdotes, & Ecclesiæ ministri sic inter se conueniunt, vt pro Vutonio Petrus Sacra faciat, aut curam animarum exerceat, ea lege, vt simili tempore Antonius pro Petro idem faciat, quod post alios obseruat Syluest *in sum. verbo simonia quæst. 17.* Couar. *var. lib. 1. cap. 5. num. 3. vers. contrarium*, similiter *in cap. ad quæstiones, de rer. perm.* conceditur parochialium Ecclesiarum per se facta commutatio, sic *in cap. significatam, de præbend. & in cap. ad audientiam, iuncta gloss. de rescript.* conditiones in spiritualibus sustinentur. Tandem licitum esse videmus Sacerdotibus, aliísque omnibus Ecclesiæ ministris & iudicibus de suo stipendio pacisci, vnde non est regula illa adeò generalis, & perpetua.

Quare gloss. *hic, verbo pactio*, ait inhonestas pa- 4
ctiones solùm prohiberi in spiritualibus, honestas verò permitti; & inhonestas illas esse vult, quæ fiunt de re temporali pro spirituali danda, honestas verò, quæ de re spirituali ad aliam spiritualem celebrantur, eandem sententiam probat gloss. *verbo cessare in d. cap. vlt. de pactis.* & *ibidem* Anch. *num. 2.* Abb. *in princip.* testatur communem Cardin. *num. 3.* probant Doctores omnes *in cap. 2. de transact.* vbi Abb. *num. 5.* Præposit. *in præsenti num. 2.* Syluest. *vbi suprà*, Couar. *dict. lib. 1. cap. 5. num. 4.* Pro qua recepta sententia expendi potest *d. cap. super eo, de transact.* dum ait non esse licitum transigere vt aliquo dato, vel retento spiritualia possideantur, gratis tamen & nullo dato, aut retento temporali licere. Illud etiam communem sententiam confirmat, quia omnia ferè iura, quæ hanc reg. constituunt, de his casibus agunt, in quibus pactiones de rebus spiritualibus ita fiebant vt aliqoid daretur, vel retineretur temporale; sic enim proponitur *in hoc text.* sic *in cap. præterea 1. & 2. de transact. & in cap. nisi essent, de præbend. & in cap. vnic. vt Ecclesiast. benefic. & in cap. tua, de simon.* Vnde dum habent quòd omnis pactio, aut conuentio in spiritualibus improbatur, iuxta propositas species, videntur intelligenda de pactionibus, in quibus temporale datur, vel reseruatur.

Verùm communem sententiam improbant Goffred. 5
Card. Imol. & Butr. *in d. cap. vlt.* eo potissimum argumento quòd iura indistinctè aiunt omnem pactionem, & conuentionem in spiritualibus, & annexis cessare,

cessare, ideóqua cùm vniuersalia, seu generalia verba habeant, non debent ad eas tantùm pactiones restringi, in quibus temporale aliquid interuenit, sed in omnibus. quamuis fiant de solis spiritualibus ad spiritualia, locum habere debent, iuxta reg. *l. in fraudem ff. de milit. testam.* eandem sententiam, nemine citato, quasi citra dubium, probat Nauar. *in man. c. 23. n. 100. vers. secundò,* & ante eum Ricard. *in 4. dist. 25. art. 3.* Pro qua in primis faciunt verba text. *in d. cap. vlt. de pactis, & in cap. 2. de transact.* ibi, *omnis pactio;* accedit quòd si ad eas pactiones quæ fiunt de spiritualibus pro temporalibus dandis Ecclesiæ prohibitio restringatur, nulla videtur posse dari simonia legibus tantùm humanis prohibita, quoniam iam ibi contra leges diuinas perpetratur, cùm pro spiritualibus temporalia dentur. Tertiò pro eadem sententia expenditur *d. capite quæsitum, & cap. cùm olim, de rerum permut.* quibus probatur beneficiorum commutationes absque Superioris auctoritate illicitas esse, cùm tamen ibi temporale nihil detur, aut retineatur pro spiritualibus. Tandem illud etiam non parum vrget quòd Ecclesia hoc simoniæ detestabile vitium ita voluit eaterminare vt non solùm veras spiritualium venditiones, aut cum temporalibus permutationes lege iam diuina interdictas voluerit prohibere, sed etiam quicquid huius criminis speciem habere videbatur iuxta Apostoli præceptum iubentis ab omni specie mali abstinere, quod in proposito refert Pontifex *in capite audiuimus, de simon.* Omnis autem pactio, & conuentio etiamsi de spiritualibus ad spiritualia tantùm fiat, speciem simoniæ videtur habere, quoniam vnum spirituale quasi pretium alterius videtur dari, aut promitti, vt Nauar. considerat. Sed tamen hæc Ricardi, Goffredi, & sequacium opinio via defendi potest, confunditur enim ex eo, quia vbi nullum interuenit temporale, quod possit considerari, sed ab vtraque parte spirituale tantùm, nec vera datur simonia, nec aliqua eius species, quam Ecclesia debeat improbare, nec vlla reperitur lex, quæ tales prohibeat conuentiones, nam *d. capite vlt. de pactis* ita accipiendum est, vt agat de pactionibus, quibus pro spiritualibus obtinendis temporale promittitur, vt colligitur ex illis verbis, *pro spiritualibus obtinendis*, sicque prædictam reg. declarat Pontifex *in d. c. super eo,* ibi, *dato aliquo vel retento.* Confunditur denique hæc sententia ea *d. c. ad quæstiones,* cui Goffred. & sequaces minimè satisfaciunt.

6 Quapropter in hac difficultate communis Doctorum sententia defendi potest, si tamen rectiùs explicatur, ex quorum mente dicendum est illas conuentiones in spiritualibus prohiberi, in quibus temporale datur, retinetur, aut promittitur, quòd si ab vtraque parte nihil temporale consideretur, sed spiritualia sint omnia, & pactio nullo iure improbata censebitur. Ecclesia enim vt in re periculosa cautè ageret, & sancta sanctè tractarentur, omnes gratuitas pactiones circa spiritualia prohibuit, in quibus temporale aliquid interueniret, quod pretij imaginem habere videretur, quamuis recta fuisset partium intentio, quæ opera prohibita contra præceptum recta non faciunt, sicque omnem sinistram suspicionem, & mali specimen habet, vt ait text. *in dict. capite audiuimus,* Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. capite* 14. ibi. *simoniaca labis, aut sordida auaritiæ suspicionem habent;* fiétque res hæc apertior si considerentur tripliciter temporalia dari dum spiritualia dantur, aut tanquam sustentationis, seu laboris accidentalis stipendium, aliáve simili honesta causa, aut gratis, & liberaliter, aut tanquam pretium spiritualium. Primo casu si euidens est honesta illa dandi, aut recipiendi causa, datio, & pactio licita iudicabitur: sin autem in ea conuentione talis causa non appareat, sed illud demum quæritur, verùm liberalis sit datio, aut illiberalis, & quasi pretium, tunc si nulla pactio, conuentio, exactio, aut taaatio interueniat, illud gratis datum possumus credere obseruatis circumstantiis, de quibus *in capite sicut Episcopum, hac eadem causa, & quæst.* Sin autem pactio, aut conuentio interueniat, non gratis datum intelligemus, habent enim manifestam pretij imaginem, vt probat text. *in d. capite sicut Episcopum.* Quibus sic delibatis resoluendum est Ecclesiam eas conuentiones iure optimo prohibuisse, quæ secundùm suam formam veram exprimunt simoniam, aut si temporalia pro spiritualibus re vera data non sint, habent tamen cuiusdam æstimationis figuram, sicque communis sententia eaplicata defendi potest, & dum Doctores aiunt eas pactiones improbari, in quibus temporale datur, aut retinetur pro spiritualibus, ita sunt exaudiendi, vt verbum *pro necessario* pretium non significet, iam enim contra ius diuinum simonia esset, sed illud demum, vt iuata pactionis figuram temporale illud ratione spiritualium datum, aut retentum prima facie videatur, probatúrque nostra, & communis sententia ea supradictis, & ex *capite vlt. de rerum permut.* dum ait permutationes de spiritualibus ad temporalia prohiberi.

Non obstant argumenta in contrarium adducta, ad primum enim respondetur, verba vniuersalia, *omnis pactio*, ad illas pactiones velle restringi, in quibus temporalia dantur, vt *suprà* diximus, nec nouum est verba vniuersalia ad habiles terminos restringi, iuxta text. *in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* secundùm receptum intellectum, de quo Ias. *ibi à n. 12. l. 2. § prætor ait, iuncta gloss. verbo qualiscumque ff. qui satisd. cog.* Ad secundum dicendum multas adhuc superesse pactiones, quæ simoniam tantùm continent lege humana prohibitam, vt ex dictis patet. Ad tertium ex *d. capite quæsitum, de rerum permut.* respondemus in eo non probari permutationes præbendarum simoniæ labem continere, sed tantùm illas, quæ fiunt præmissa pactione, in qua aliquid temporale datur, aut reseruatur: sic enim eaplicanda est pactio de qua *ibi*; aliàs enim nihil permutationi adderet, quæ & pactio est, & ita probatur *in d. c. vlt. eiusdem tit. & in c. vnic. eodem tit. lib. 6.* ibi *liberè, & sine fraude.*

Ea quibus iam primò infertur multas esse pactiones in spiritualibus, in quibus temporale datur, 7
quæ tamen veram non continent simoniam contra ius diuinum, prout est transactio pro bono pacis inter collitigantes, de quo *in capite constitutus, & in capite præterea, de transaction.* & omnes aliæ in quibus temporale illud re vara non datur tanquam pretium spiritualium, semper tamen contra ius humanum speciem simoniæ habent, & ideo simoniacæ, quia prohibitæ dicuntur, vt post Innocent. & alios antiquos obseruat Abbas *numer. 3. in dicto capite constitutus, & in capite super eo numer. 2. eodem tit.* Anchar. *in capite cùm pridem, de pactis.*

Secundo infertur pactiones etiam dari posse in
spiritualibus, quæ neque contra ius diuinum, neque contra ius humanum aliquam continent simoniam, sunt tamen illicitæ, qualis est beneficiorum permutatio absque Superioris auctoritate, & omnes aliæ, quæ fiunt de spiritualibus ad spiritualia absque vlla interueniente re temporali, fiunt tamen iniustè, & contra leges, seu animo non recto, & ideò illicitas pactiones in spiritualibus à simonia distinguit Concil. Trident. *vbi suprà*, & in litteris beneficialibus in quibus clausula apponi solet ne simonia interueniat, 8

ant alia illicita pactio, obseruat Couar. *d. capite numer. 4.*

2 Tertiò infertur resolutio ad illam quæst. Vtrùm tacitæ pactiones possint efficere simoniam legibus humanis prohibitam, itaut sub ea prohibitione comprehendantur, de qua *in d. cap. vlt. de pactis*? Card. *ibidem not. 3.* & Anch. *in princ.* post alios antiquos, volunt eam prohibitionem ad tacitas quoque pactiones pertinere, Quorum sententia probatur ex eo quòd etiam tacitæ conuentiones fiunt, & propriæ pactiones sunt, *l. item quia ff. de pactis*, & taciti atque expressi idem est iudicium, *l. cùm quid, ff. si certum pet.* Facit etiam quòd tacitæ pactiones, quinimo & sola voluntas veram efficit simoniam, iuxta text. *capit. tua, & in capit. vlt. de simon.* Caiet. *in sum. verbo simonia interior.* Sot. *de iustic. lib. 9. q. 8. art. 1.* Nauar. *in man. capite 23. n. 103.* Igitur etiam poterit efficere speciem simoniæ lege tantùm Ecclesiæ prohibitam. Sed hæc sententia indiget censura, aut enim prædicti Doctores agunt de simonia verè iure diuino prohibita, cùm scilicet spiritualia pretio æstimantur, aut de simonia quam prohibet lex tantùm Ecclesiæ. Priori modo Doctores rectè docent, quoniam lex diuina per actus internos violantur, & eos comprehendit, vt præcitata iura probant, & hoc nobis videntur docuisse Card. & Anch. *vbi suprà.* Posteriori verò modo si Doctores accipiantur, oportet distinguere inter tacitas pactiones, possunt enim dici impropriè tacitæ, quæ verbis non fiunt, sed signis æquipollentibus, qualis est illa, quæ fit à muto, de qua *in d. l. item quia, ad fin. principij, & in capite cùm apud, de sponsalibus,* & illa de qua *in l. stipulor. 35. §. vlt. ff. de verb. oblig.* & huiusmodi tacita pactio potest efficere simoniam lege tantùm humana prohibitam, & in ea comprehenditur, quoniam vera conuentio est, cuius substantia in partium consensu versatur siue verbis, siue signis declaretur, *l. 1. in fine ff. de pactis, dict. §. vlt.* Cæterùm talis pactio non benè dicitur tacita, sed potiùs expressa appellari debet, parui enim refert verbis, aut signis consensum explicari, vt benè docet gloss. recepta *in d. l. item quia, verbo mutus*, & pluribus congestis Tiraquell. *post leges connub. gloss. 7. n. 160.* Sin autem tacita pactio propriè accipiatur pro ea, quæ à lege fit mediante facto hominis, vel ab ipsa lege, seu natura actus subintelligitur, tunc non potest comprehendi in aliqua prohibitione iuris humani quæ pactiones, aut conuentiones interdicat, nec efficere simoniam, lege tantùm humana prohibitam, quoniam pactio propriè non est, sed magis legalis obligatio, cuius vis potius ex auctoritate legis, quàm ex partium consensu prouenit, prout cernitur in omnibus quasi contractibus, de quibus *in d. l. item quia, & ex l. consensum ff. de action. & oblig. & ex toto tit. Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu*, in quibus quoniam substantia pactionis deficit, humana prohibitio de pactionibus agens locum habere non potest, vt colligitur ex text. *in l. conuentiones 98. ff. de condit. & demonst. & ex l. actus legitimi ff. de regulis iuris*, ex eóq; patet quoniam odiosa prohibitio extendi non debet, contra *reg. odia, de reg. iuris lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Simonia præsumptio cessat quando temporalia dantur ministro post suscepta Sacramenta, aut ex interuallo.*

2 *Simonia non præsumitur si non appareat an velut pretium, an verò causa honesta datum sit temporale ministro spirituali si causa aliqua honesta in eo actu reperitur.*

3 *Sacramenta ministranti siue antè, siue post, siue incontinenti, siue ex interuallo vbi temporalia dantur, stante tamen re dubia quia ex vtraque parte extant æquales boni, aut mali coniectura, non est iudicanda simoniaca, sed honesta datio.*

4 *Spiritualium perceptionis tempore licitum est temporalia dare pacto, & conuentione cessante, quia liberalis donatio præsumitur.*

5 *Notario prohibetur quicquam temporale percipere antequam absolutum sit Ordinis ministerium, postea verò gratis datum permittitur.*

6 *Notarius non committit veram simoniam si antequam sit absolutum Ordinis ministerium quicquam recipiat temporale, sed quoad illum sola est humana prohibitio, quæ diuersis pœnis illum afficit.*

7 *Spiritualia alia sunt quæ aliquod examen de personis ac rebus admixtum habent, vel saltem illud requirunt, & alia quæ nullum examen, aut iudicium admixtum tenent, & ponderantur inter vtraque differentia rationes.*

8 *Notario prohibetur etiam gratis datum ante Ordinis ministerium absolutum accipere non quia ab eo spirituale aliquid vendatur, nisi temporalem operam, sed quia iudicium adhibetur, quod magis liberalibus donis euertitur.*

9 *Declaratur capite emendari, hac eadem causa, & quæst.*

10 *Temporalia quotiescumque dantur spiritualium ministris in aliquo actu vbi honesta dandi, & recipiendi causa viget, ex data & recepta iudicandum est.*

11 *Simonia non committitur dum pro obligatione actionis spiritualis accipitur aliquid titulo sustentationis.*

12 *Spiritualia si ministrentur à Prælato, cui iure incumbunt, & aliquid temporale recipiat nulla habita certitudine an pio, seu prauo animo id receperit, in dubio iudicabitur simonia, si pactio, conductio, taxatio, aut exactio interueniant.*

13 *Simonia est difficilis probationis ac proinde coniecturis, & minus legitimis probationibus iudicatur.*

14 *Animus prauus in facieate iudicatur vbi aliquid iure prohibitum committitur, vel mali speciem habet.*

15 *Datio, aut receptio temporalium pro spiritualibus vbi cernitur, & an data sit gratis, aut pro spiritualibus nescitur, tunc hoc ex data rei quantitate, personarum qualitate, & temporum circumstantia colligendum est.*

16 *Temporalia gratis data si lex recipi prohibeat, vel eo casu, quo nulla iuris committitur simonia, nisi aut ex verbis, aut ex titulo contrarium colligatur, non simonia, sed inobedientiæ crimen incurritur.*

CAP. Sicut Episcopum. IV.

Gregorius.

SImoniæ præsumptionem cessare quando temporalia dantur ministro post suscepta Sacramenta, aut ex interuallo, colligitur ex hoc text. quia videtur tunc magis spontanea, & liberalis datio, quæ nulla necessitate cogente fit, quàm vbi temporalia dantur tempore, quo spiritualia percipiuntur, quia aliqua videtur assumi posse suspicio non tam liberalis dationis: si verò in eo actu aliqua honesta causa reperiri potest ad quam datio, & receptio temporalium referatur, in dubio ad illam referri debent, prout est causa sustentationis, merces laboris accidentalis, aut obligationis, liberalis donatio, oblatio pia, iusta lex, & rationabilis consuetudo, aut vexationis 1

tionis iusta redemptio, ex his enim causis datio, & receptio à simonia in dubio excusari debet, sicut probatur ex vulgari regula *l. meritò ff. pro socio, & reg. stote, de regul. iuris*, quia in dubio actus hominum in meliorem partem iubentur interpretari, quam regulam exornant Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 2.* Bernard. *reg. 65.* & Ioan. Garc. *reg. 363.*

2 Vnde fit vt si res dubia sit, nec appareat an velut pretium, an ex causa honesta datum sit temporale ministro spirituali, si causa aliqua honesta in eo actu reperitur, ex illa præsumendum sit temporalia fuisse data, aut recepta, non verò per simoniam, quinimo etiamsi iusta causa dandi, aut recipiendi in eo actu non recipiatur, quia scilicet lex prohibet omnem receptionem temporalium etiam à sponte offerente, prout *in cap. 1. §. pen. de censib. in 6.* adhuc si aut grauior leuior culpa in eo actu dari potest, semper leuior erit iudicanda, etiam quoad pœnas, vt minor imponatur; quemadmodum enim indubio bonum est iudicandum, sic eodem præcepto tenemur in dubio minorem culpam credere, vt obseruant Bald. *in l. vlt. n. 17. ff. de ædilit. action.* Alciat. *d. reg. 3. præs. 6.* per text. *in l. præses ff. de pœnis*. erit autem res in dubio non solùm quando à parte rei quid certum sit non apparet, & vtrinque æquales extant coniecturæ, sed etiam quando lex humana in eo dubio nihil definit, nam si definiat iudicans in eo actu simoniam, id in foro exteriori iudicandum est, quamuis à parte rei res videatur dubia esse; quotiescumque enim lex definitiuè præsumit malum iam quoad forum exterius, res desinit esse dubia quia credendum est dari pro lege sufficientes mali coniecturas, atque ideò aut vera simonia iudicari poterit, saltem prohibita iure humano, prout fit in Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 18.*

3 Immo si ministranti Sacramenta siue ante, siue post, aut ex interuallo, aut incontinenti temporalia dentur, stante tamen re dubia, quia ex vtraque parte extant æquales boni, aut mali coniecturæ, adhuc non est iudicanda simoniaca, sed honesta datio, vt apertè probat text. *in cap. de eulogijs 18. distinct. & in cap. placuit 1. quæst. 1. & in cap. dictum, in fine eadem quæst. cap. dilectus 30. cap. tua nos. de simon.* quibus probatur licitum esse gratis datum accipere etiamsi immediatè detur ante perceptionem Sacramenti, id ipsum colligitur ex *cap. etsi quæstiones, de simon.* perquæ iura hanc sententiam probat gloss. *verbo purè* 4 *in d. cap. tua nos*, asserens tempore perceptionis spiritualium licitum esse temporalia dare pacto, & conuentione cessante, qui non minùs liberalis donatio præsumitur, quòd eo tempore facta, & glossam sequuntur *ibidem* Abb. *n. 4.* Anan. *n. 5.* & est doctrina Innocent *in c. cùm M. de constit.* vbi Abb. *num. 26.* & Felin. *n. 19.* Dec. *n. 33.* testatur communem Rip. *ibid. n. 179.* Præpos. *in cap. emendari, ad fin. 1. q. 1.* quamuis gloss. Aret. & alij antiqui DD. *ibid.* contendant quòd si temporalia dentur ministro tempore, quo Sacramenta percipiuntur, simonia præsumitur, eandem sententiam probat Host. & Anch. *n. 5. in d. c. tua, per text. in præsenti, & in d. c. emendari*, & ea ratione quia multa ex circunstantia temporis prohibentur, quæ per se sunt licita, iuxta *cap. relatum 81. dist. d. cap. & si quæstiones*, cum aliis à prædictis Doctoribus adductis, quia illis omnibus facilè respondebimus.

5 Et in primis ad text. *in præsenti*, quatenus prohibet notarium quicquam temporale percipere antequam absolutum sit Ordinis ministerium, postea verò gratis datum permittit, respondetur agi de notario, qui stipendium non habebat, ideò oblatum antea prohibet datum gratis, vt omnis exactionis suspicio cesset, quæ planè cessat quando postea gratis datum recipitur, cùm nulla extet dandi necessitas; quo pacto etiam procedit text. *in cap. 1. de simon.* desumptus ex hoc *in præsenti*, & ita gloss. *in dicto cap. 1.* Innocent. & Abb. *num. 3.* Anan. *num. 22.* & alij omnes, Cardin. & Præpos. *in dicto cap. sicut*, atque ideò dicendum quòd non prohiberur ibi notario temporale percipere, quia simoniam in eo committeret cùm spirituale nihil venderet, sed temporalem operam; at verò improbatur praua consuetudo, qua Episcopus Ordines conferens, & alij in eo ministerio spirituali cooperantes, & notarij simul temporalia percipiebant pro spiritualibus, & exigebant, vnde vt omninò extirparetur talis consuetudo, ea prohibitio facta est, & comprehendit etiam gratis data ante perceptionem, vt nullum eius maneret vestigium, aut occasio iterum ad eandem consuetudinem reuocandi, & omnis sinistra suspicio, quæ non penitùs cessaret in eo casu si eis permitteretur gratis antè data recipere. Verùm communis hic intellectus ad text. *in præsenti*, quamuis in se verus sit, non omninò difficultatem tollit, adhuc enim dubitari potest vtrùm illa prohibitio generalis sit, & ad alios trahi debeat, in quibus temporalia dantur ministris spiritualium, ex quo pacto probauit sententiam glossa *ibidem*, an verò in eo tantùm casu obtineat, de quo agit, Doctores non explicant.

Quapropter ad exactam huius text. intelligentiam præmittendum est primò prohibitionem de qua 6
hic plerasque personas comprehendere, in quibus omnibus non eadem ratio est, & prohibendi causa, etenim Episcopi, & alij ministri cooperantes accipiendo temporalia pro spiritualibus simoniam committunt, vel saltem committere creduntur, quia non gratis data, sed exacta munera accipiebant, vt ex text. constat, non sic se res habet in notario, cuius munus temporale est, vnde quoad illum non simonia vera, aut præsumpta iudicatur, sed sola est humana prohibitio, quæ diuersis pœnis illum afficit ideò autem cum aliis inuoluitur, quia consuetudo, quæ omnes immiscebat omnibus, æquum erat vt reprobaretur, iuxta *suprà* citata.

Secundò præmittendum est quædam esse spiritualia, quæ aliquod examen & iudicium de perso- 7
nis ac rebus admixtum habent, vel saltem illud requirunt, prout est sacramentum Ordinis quod prærequirit ordinandorum examen, & iudicium, vt sint moribus, & scientia, & ætate idonei, iuxta *cap. pen. & vlt. de ætate, & qual.* Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 5. cum seqq.* Sacramentum etiam Pœnitentiæ; in quo adhibetur iudicium interius circa peccata, & satisfactionem, & insuper visitatio, prouisio beneficiorum, & omnes alij actus iurisdictionis spiritualis, in quibus causæ cognitio desideratur. Alia verò sunt spiritualia, quæ nullum examen, aut iudicium adiunctum habent, prout sacramentum Baptismi, Confirmationis, & reliqua. Inter hæc autem discrimen putamus obseruandum, quòd in spiritualibus prioris ordinis ministrandis non licebit temporale aliquid etiam gratis datum recipere ante ipsorum perceptionem, non quia tunc simonia committatur, quæ nulla esse potest quando temporalia gratis dantur, aut recipiuntur, sed quia aduertitur integritas omnis iudicij, quæ maximè in illis spiritualibus desideratur, vt rectè fiant, quod manifestè colligitur ex text. *in cap. exigit de censib. lib. 6.* & Concil. Trid. *d. c. 18.* postea verò gratis data recipi possunt, quia omnis prohibendi causa, & sinistra suspicio cessat; in spiritualibus verò posterioris ordinis, in quibus nullum iu-

d'cium exetcetut antea, & post giatis data iuste recipiuntut, vt colligitur ex auctoritatibus sope. iùs ciiatis pro communi senrentia.

Quibus suppositis dicendum est in hoc nostro text. prohiberi eriam gratis data, quia non solùm ibi confertut spirituale, sed etiam iudicium adhibetur, quod magis liberalibus donis euettitut, vt optimè colligitur ex Conci. Trident. *sess. 21. de reformat. cap.* 1. vbi huius text. prohibitio innouatur, & declatatur, nec decretum illud ad probibitionem teddit causa simoniæ euitandæ, sed vt omnis auatitiæ suspicio temoueatur. Vnde dicendum est ad ptopositam controuersiam componendam quòd hic text. trahi non potest ad alia spiritualia in quibus eadem non viget tatio: sententiam autem Innoc. & communem, quam defendimus, sine dubio locum habere in spiritualibus, in quibus iudicium non exercetur, tunc enim sola illa temporis circunstantia non efficiet præsum, tionem simoniæ, vel alterius culpæ si procedunt omnia iura pro communi allegata; contraria verò sententia gloss. huius text. locum habet in sacramento Ordinis ministrando, & aliis spiritualibus, quibus iudicium adiunctum est, tunc enim illicita erit receptio illorum, quæ gratis dantut, non tamen committetur simonia, nisi lex id exprimat etiam quoad pœnas, prout expressit in decreto Concil. Trid. *sess. 21. de reform. c.* 1. sed alia erit culpa, non simoniæ pœnis, sed diuersis afficienda.

Ad text. verò *in d. cap. emendari* respondetur illum
9 non agere de spontanea muneris oblatione, sed de necessaria, & exacta præstatione, inoleuerat sibi consuetudo praua, qua baptizandi cogebantur nummum in concham mittere; id verò, quod ex lege, aut consuetudine fit, vel aliqua necessaria causa præcedenti, etiamsi ea non expressa fiat, non spontè, sed ex causa necessaria factum creditur, vt docet Bald per text. *ibi in l. nouissimè ff. quod falsi tutor.* Abb. & Doctores *in d. c. dilicto*, latè Dec. *vbi sup. num.* 34. Rip. *d. loco*, Aretin. *cons. 24. n. 9.* Ias. & Alex. *n. 16 in l. 2. C. de transact.* Xuar. *alleg.* 23. Nos verò agimus quando nulla necessaria causa cogente aliquid temporale datur, si autem quæras quare ibi consuetudo non suffecit vt illa oblatio iusta redderetur, respondemus quia ab actione iniusta initium habuit, cœperant enim ibi nummos illi extorqueri, quia lauabantur priùs baptizandorum pedes, & eo postea abusu sublata adhuc nummi exigebantur, & fortasse etiam consuetudo præscripta non erat, quod si bonum habuisset initium in eo text. non improbaretur.

10 Ex quibus omnibus facilliùs tota hæc controuersia sequentibus conclusionibus explicabitur.

Prima conclusio. Quotiescumque temporalia dantur spiritualium ministris in aliquo actu vbi honesta dandi, & recipiendi causa viget, ex data & recepta iudicandum est, causæ verò honestæ dandi, & recipiendi sunt eleemosynæ, pia oblatio, stipendium sustentationis, merces laboris accidentalis, & oblationis susceptæ, lex iusta consuetudo rationabilis, & præscripta. Probatur conclusio ex dictis manifestè, nam si tenemur in dubio mali præsumptionem euitare, & bonum credere, multò magis in his casibus cogimur iudicare homines honestos, & fideles ex illa honesta causa dedisse, quæ in eo actu reperitur, nec non putare fas est eum, qui sanctè dare potuit, & recipere, nefariè tanquam pretium dedisse, & recepisse, nisi contrarium euidenter appareat, probatur prædicta conclusio quoad singulas causas, & de eleemosyna, & oblatione, ex text. *in placuit il 2. & in cap. dictum 1. quæst. 1. & in cap. dilectus 30. de simon.* De
11 stipendio & sustentatione est text. *in cap. pen. hac ead. caus. & quæst. cap. cùm secundum, de prabend.* cum latè traditis per Azor. *instit. moral. part. 3. lib.* 11. *cap. 3. quæs. 6.* Valent. *tom. 3. disput. 6 q. 16. puncto 3.* & alios citatos à Bonacin. *var. tractation. tract. 1. de simonia quæst. 6. puncto 2.* De consuetudine est text. *in cap. ad Apostolicam 42. de simon. vbi gloss. vlt.* & Abb. *num. 4.* D. Thom. 2. 2. *quæst. 100. art. 2. & 5.* Azor. *d. p. 3. lib. 12. cap. 19. q. 1.* Bonacin. *d. q. 6. puncto 6.* Probat in effectu conclusionem Theologi omnes *in 4. dist. 25.* D. Thom. *vbi supra*, Sot. *lib. 9. de iust. q. 6. art. 1. cum seqq.* Viguer. *de instit. cap. 5. §. 6. vers 9. col.* Nauar. *in man. cap. 23 à num.* 100.

Secunda conclusio Si spiritualia ministrentur eo 12
casu, quo nulla ex prædictis honestis causis considerari potest, prout in Episcopo Ordinante, Confirmante, Consecrante, alióve Prælato, cui illud spirituale munus iure incumbit, sed illud demum in dubio veniat, vtrùm liberali, aut pio animo, an prauo temporalia data, aut recepta sint, simonia meritò iudicabitur, si pactio, conditio, taxatio, aut exactio interuenian. Probatur conclusio, si vrgent, aut saltem similes mali coniecturæ apparent, non immeritò delictum præsumitur siue ad aliquam pœnam, vt frequentiùs Doctores volunt, siue ad omnem, vt alij rectiùs putant, vt probat text. *in cap. afferte, & in cap. litteris 12. & in cap tertio loco, de præsump. cap. dixit Dominus, & ibi gloss. verbo suspicio 32. quæst. 1. cap. cum contumacia 7. de hæret. lib. 6.* tradunt Hippol. *in in rub. C. de probat. num.* 230. Boët. *decis.* 164. Tiraquell. *de pœnis temper. causa* 27. Menoch. *de arbitrar. causa 416. num.* 14. Sarmien. *selectar. lib. 1. cap. 1.* & multò magis id ob inet cùm delictum natura sua difficilis est probationis, & occultè solet fieri, *l. dolum C. de dolo*, facit *cap. veniens 38. de testib.* & quæ scribunt Dec. *consil. 342. num.* 3. Bossi. *in pract. tit. de partu suppos. à num.* 44. Est autem simonia inter alia difficil- 13
limæ probationis, atque ideò coniecturis, & minus legitimis proba ionibus iudicatur, *cap. per tuas il 1. de simon. cap sine il 1. eodem tit. vbi glos. vlt. in fine*, ab omnibus recepta, obseruant Aym. *cons.* 122. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. casu 116. num.* 12. communis ex Claro §. *simonia, in fine & §. fin. quæst. 20. num.* 7. Ioan. Garc. *reg. 347. in fine*, at verò pactio, conditio, taxatio, & exactio manifestissimæ sunt simoniæ coniecturæ, indicant enim pro spiritualibus temporalia dari, & recipi; quia venditionis imaginem, & non gratuiti contractus præseferunt, quando eo casu interueniunt, quo nulla temporalis causa repetitur, de qua liceat pacisci, vel ob quam taxatio, aut exactio præmitti debeat; ergo ex his simonia rectè iudicabitur.
Insuper vbi aliquid iure prohibitum committitur, vel 14
quod mali speciem habeat, paruus animus in faciente iudicatur *l. 1. C. de sicar.* Bart. receptus *in l si quis ex argumentariis §. an verò ff. de edendo*, Alexand. *cons 73. num. 2. lib. 6.* atqui prædicta omnia in spiritualibus, iure prohibentur vbi temporale interuenit, & liberalitatis præsumptio remouetur, vt probant iura *infrà* citanda, nec temporalis causa extat ad quam referri possint, iuxta *c. vlt. de pactis.* Igitur, &c. Probant conclus. text. *in cap. dictum, & in c. quam pio 1. quæst. cap tua nos, de simon.* ibi, *sine pacto, & conditione, Extrau. 1. de simon. inter commun.* ibi *petere, aut exigere*. declarant D. Thom. & omnes Doctores *locis in prima conclusione citatis*, Bonacin. *var. tract. tom. 1. tract. 1. de simon. quæst. 1. §. 2. num.* 1.

Tertia conclusio. Vbi nec honesta aliqua ex præ- 15
dictis causis considerar i potest, aut aliqua ex prædictis mali coniecturis non apparet, sed sola datio, & receptio temporalium cernitur, & an gratis, an verò pro spiritualibus data, aut recepta sint, quæritur, tunc datæ rei quantitas, personarum qualitas, &

temporis

temporis circumstantia inspicienda sunt, vt ea iis aùt liberalis, & pia donatio, aut praua commutatio iudicetur. Quantitas igitur rei datæ in primis consideranda est, quia si magna sit, itaut liberalis finem videatur excedere, non erit donatio præsumenda, atg. text. *in l. cum de indebito ff. de probat. cap. super hoc 5. de renunciat.* cum his, quæ congerit Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus à n.* 206. *C. de reuocand. donat.* Qualitas etiam personæ est consideranda, vt ea ea quantitas data, aut liberalis donatiu, aut è contrario iudicetur, etenim personæ dignitas, nobilitas, & diuitiæ in causa sunt, vt maiora munera gratis data præsumantur, atg. text. *in cap. 1. de donat.* docent Bald. *id aduersus, in fine C. mandati,* latè Baec. *de decim. tutor. cap. 9. n. 7.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 29. n. 37.* Azeued. *l. 21. n. 5. tit. 16. lib. 2. noua recopil.* qui omnes rectè docent ea nobilitate, & dignitate personæ donationem præsumi. Tandem temporis circumstantia consideratur, an videlicet temporalis detur ante traditionem rei spiritualis, vel in ipsa traditione rei spiritualis, vel pòst, huiusmodi enim circomstaotia prodest ad coniiciendum an res temporalis liberaliter tradatur, licèt non sit ex se sufficiens ad iudicium firmiter ferendum, neque æquè iuuet ad præsumendum, nam si res temporalis datur, dum res spiritualis confertur, inducit aliquam suspicionem commutationis, seu recompensationis, pro re spirituali, ob idq; *in d. cap. emendari 1. q. 1.* statuitur, vt qui baptizantur nummos in concham ooo mittant, vt fieri solebat, ne Sacerdos quod gratis accipit pretio distrahere videatur, quod ea tempore poterit esse licitum, veluti si spiritualium ministri indigeant temporalibus, quæ non possunt pretio comparare, scilicet ob loca sterilia vbi necessaria quocumque pretio obtineri non valent, tunc enim quicquid illis donatum fuerit pia donatio meritò iudicabitur, vt volunt Doctores *in d. cap. etsi quæstiones,* quibus adde consanguinitatem, & antiquam amicitiam optimum esse donationis coniecturam, iuxta tradita per Doctores *in d. cap requisisti, de testament.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 32.* Probant conclusionem Soar. *tom. 1. Relig. lib. 4. cap. 36. n. 8. cum seqq.* Filliue. *tract. 45. cap. 9. q. 3. num. 4. & 5.* Bonacin. *d. quæst. 1. §. 2. vers. tertium.*

16 Quarta conclusio. Temporalia gratis data si lex recipi prohibeat, vel eo casu, quo nulla iuris committitur simonia, oisi aut ex verbis, aut ex titulo contrarium colligatur, non simoniæ, sed inobedientiæ crimen incorritur, quod vel arbitrariis, vel taxatis ab ipsa lege pœnis mulctabitur. Probatur conclusio ex dictis, & ex eo quia simonia, aut vera est legibus diuinis contraria, aut prohibita legibus Ecclesiasticis tantùm, iuxta omnium Doctorum sententiam, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 155.* Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 2. n. 1.* Less. *de Iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 4.* atqui aut casu vera oon est simonia, quia tanquam pretium spiritualium nihil datur, nec est etiam prohibita lege Canonica, quia non potest hæc dari oisi in casibus expressis. Igitur nisi lex exprimat, sola prohibitio humana his casibus simoniam oon faciet. Vnde *in hoc text. & in cap. 1. de simonia*, vbi quicumque ea illis ministris gratum oblatum acceperit temporale ante spiritualia de simonia condemnabitur, quando ea verbis legis, & ex titulo id colligitur, & ea Concil. Trid. *sess. 21. cap. 1.* Contra verò *in cap. statutum §. insuper, de rescrips. lib. 6. & in cap. 1. §. pen. & in cap. exigit, de censib. eod. lib.* quamuis etiam illi spirituale ministerium exerceant nisi temporalia spiritualibus licèt prohibita recipiant, quia lex id non exprimit, simoniam non committunt, & aliis mitioribus pœnis afficiuntur, quod etiam dicendum est circa decretum Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 18.* quo fit vt verba legum, atque etiam earum tituli diligenter sint his casibus inspicienda, licèt Doctores ad hoc oon aduertant.

Cap. Clericos. VI. *Hieron.*

Probat hic text. quòd ille, qui sumptibus propriis sustentari potest, ab Ecclesia stipendia accipere non debet, concordaot text. *in cap. pastor, & in cap. si quis, hac ead. causa, & quæst. & in cap. illa autem, & in cap. si priuatim 12. q. 1. & in cap. vlt. 16. q. 1.* & videntur sentire Syluest. *in summ. verbo simonia q. 9.* & Angel. *eod. verbo 2. num. 6.* Caiet. *quæst. 100. art. 2. dub. 2.* dum absolutè dicunt oon licere clerico recipere ab Ecclesia stipendia si aliunde habeant necessariam sustentationem, quia est turpe lucrum, & auaritia, licet oon simonia. 1

Sed contrarium latè defendit Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia cap. 46. n. 7.* quia hoc ea natura rei malum non est, nec etiam inuenitur prohibitum, tum quia nemo suis stipendiis militare tenetur, etiamsi diues sit, vnde seruat æquitatem ministrando, & recipiendo sustentationem, nam quòd possit aliunde habere est per accidens. Ad textus verò *suprà* in oppositum adductos respondet idem Soar. *eod. cap. 55. n. 8.* non esse Ecclesiasticas leges, sed dicta quædam Hieronymi, Augustini, & Prosperi, quæ legem positiuam non faciunt, sed declarant ea, quæ magis decent statum clericalem. Et licèt interdum vtantur verbis significantibus grauem culpam, non ideò ita loquuntur, quia id per se malum est, sed quia in tali statu facile committi potest cùm magis ad congregandas diuitias quàm ad subueniendum pauperibus Ecclesiasticis reditibus vtantur. Vnde illæ sententiæ magis habèt locum in ipsis Ecclesiasticis beneficiis, & eorum reditibus, quàm priuatis stipendiis, & videntur fuisse scripta iuxta morem antiquum, quando Ecclesiastici reditus in communi possidebantur, & inter ministros Ecclesiæ non tam iuxta eorum laborem, quàm pro singulorum indigentia distribuebantur. 2

Qvæstio. III.

Svmmarivm.

1 *Beneficia vendens ab officio est suspendendus.*
2 *Simonia in crimine aliquando ciuiliter, aliquando criminaliter.*
3 *Inquisitio ad emendationem principaliter fit, accusatio verò ad punitionem, & ideò mitius agitur per inquisitionem, quàm per accusationem.*
4 *Declaratur text. in cap. Presbyter, hac eadem causa, & quæst.*

Cap. Si quis Episcopus. III.

Gregorius.

AB Ecclesia officio suspendatur.] Probat hic text. illum, qui beneficia vendit, ab officio suspendendum, vt per Innoc. communiter receptum *in cap. tanta, n. 1. de simon.* vbi Abb. *n. 5.* & Anan. *n. 9.* Nauar. qui dicit communem *in man. cap. 23. n. 111. vers. tertiò, cum seqq.* 1

In contrarium tamen est text. *in cap. Presbyter, & in cap. reperiuntur, cum seqq. 1. q. 1.* in quibus simoniaci deponi iubentur. Pro resolutione tamen aduer-

tendum est in crimine simoniæ aliquando ciuiliter, aliquando criminaliter agi posse. ciuiliter cùm ad suum priuatum commodum quis principaliter agit, prout cùm beneficium à possessore petit, quem simoniacum probare contendit, vt ab eius administratione amoueatur; criminaliter verò cùm ad publicam vindictam, & pœnam criminis ordinariam quis accusatur. Priori modo depositionis pœna locum non habet, posteriori verò maximè, vt colligitur ex *c. per tuas il 1. de simon.* Rursus criminaliter de simonia duobus modis agitur, aut per accusationem, quæ est delatio criminis ad publicam vindictam cum legitima subscriptione, vt ait Felin. *in rub. de accusat. num.* 3. & tanquam receptum tradit Clar. §. *fin. q.* 12. *in princ.* Vel per inquisitionem cùm iudex officio suo contra aliquem de crimine inquirit, infamia legitimè præcedente, iuxta *cap. qualiter* 42. *de accusat.* cum per accusationem procedatur ordinaria pœna depositionis, vt *in d. cap. per tuas*; cùm autem per inquisitionem, non illa, sed alia mitior, vt scilicet, à loco, aut beneficio simoniace obtento remoueatur, & pro arbitrio pœnitentiam agat, vt probat. *cap dilectus* 20. & *ibi* notat gloss. *verbo amatos in cap. de hoc, de simon.* vtrobique Innoc. Abb. & Anan. idem Abb. *in cap. inquisitionis n.* 1. *&* 7. *de accusat.* Redoan. *de simon. c.* 20. *à num.* 25. Neque distinguendum est vtrùm Regulares sint, vel seculares qui simoniam commiserint, vt nonnulli putant, nec rursus vtrùm in ordine, aut beneficio, vel aliis spiritualibus supernaturalibus simonia committatur, vt constat ex *d. cap. inquisitionis, in princip.* semper enim cùm per inquisitionem proceditur pœna aliqua remitti debet, ex reg. *d. cap. qualiter,*
3 *vers. sed cum super, & d. cap. inquisitionis*, quæ habet mitius per inquisitionem agi, quàm per accusationem, eo quòd inquisitio ad emendationem principaliter fit, accusatio verò ad punitionem, quam regulam de iure Canonico absque dubio procedere volunt Abb. *in cap. at clerici num.* 34 *de iudic.* Auil. *ad cap.* 2. *Prætor. cap.* 2. *verbo parcialidad à n.* 5. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 53. quo fit vt idem sit in simonia obseruandum, neque contrarium probatur *in d. cap. inquisitionis, in princ.* vt aduertit *gloss.* 2. *ibidem ad med.* non tamen hoc ita erit perpetuum, quin in circumstantiis personarum, atque aliis, quæ crimina augere, aut minuere solent, & per accusationem conuictus non deponatur, & per inquisitionem deponi possit, pœnæ enim omnes, quæ per simoniam infliguntur, quamuis in iure sint expressæ, vel augeri, vel minui ex causa possunt, vt per text. *in d. cap. inquisitionis, cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. l. quod ergo §. pœna grauior ff. de his, qui not. infam. l. etsi seuerior C. ex quib. caus. infam.* communis ex Dec. *in cap. de causis n.* 18. *cum seqq. de offic. deleg.* Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. à n* 16. Boer. *decis.* 117. Menoch. *de arbitr. casu* 401. *in fine*, Clar. §. *vlt. q.* 185. *à n.* 10.

Ex quibus patet intellectus ad *d. cap. Presbyter*,
4 cum similibus, quatenus probant simoniacos esse deponendos, vt scilicet intelligantur quando de simonia fuerint criminaliter accusati, quod apertè colligitur ex supradictis, & probatur ex verbis prædictorum iurium, que omnia futuri temporis sunt, & indicant sententiam ferendam, sic etiam procedit *cap. de cætero* 1. *quæst.* 1 *cap. de hoc, de simonia.* Intellige autem depositum simpliciter propter simoniam, ab officio, & beneficio depositum censeri, vt ex aliis benè resoluunt Innoc. *num.* 11. Bonif. *num.* 31. *in Clem. vlt. de pœnis.* Nauar. *d. cap.* 27. *n.* 160. Intellige rursus siue quis de crimine simoniæ fuerit probationibus conuictus, siue confessus, vtroque enim casu deponi potest, vt probat text. *in d. cap. de hoc, & in cap.* 2. *de confess.* facit etiam text. *in cap. nos in quemquam* 2. *q.* 1. *& in l. si confessus C. de custod. reorum.*

Cap. Totum. VI. *August.*

Totum quicquid homines habent in terra, loquit textus, pecunia vocatur, seruus, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est pecunia dicitur.*] Idem probant *l. pecunia appellatione* 4. *& l. seq. l. pecuniæ verbum* 178. *l. pecuniæ nomine* 222. *ff. de verbor. signif.* gloss. *verbo pecunia in l.* 1. *C. de constit. pecun. & verbo conuerti in l. fin. C. eod. tit.* gloss. *verbo pecuniam, in Clem. volentes, de hæret.* Gig. *in tract. de crimine læsæ maiest. lib.* 1. *quæst.* 34. *n.* 14. Mozz. *de contractib. tract. de empt. tit. quæ veniant appellat. rei* §. *de vento n.* 15. Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 14. *n.* 42. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 6. *lit. P. concl.* 200. Seraphin. *decis.* 965. *n.* 4. *& decis.* 998. *n.* 1. Aluarez de Velasco *in tractat. de priuilegiis pauperum part.* 1. *q.* 4. *n.* 10. Ego ipse *de appellatione verborum vtriusque iuris significat. appell.* 196. Idque vel ex eo, quia antiquitus pecudis effigies in moneta cudebatur, teste Plinio *lib.* 18. *naturalis historiæ cap.* 3. *& lib.* 33. *cap.* 3. Christoph. de Paz *in legibus styli l.* 78. *n.* 9. Cotta *in memorab. iuris, verbo pecunia,* vel quia de pecorum coriis nummi excudebantur, posteàque à Saturno æreus nummus inuentus est, vt notat Luc. de Penna *in l. chartulas n.* 4. *C. de conuenien. fisci debit. lib.* 10. Vel quia antiquitus omnis substantia in pecoribus consistebat, text. *in præsenti, l.* 1. §. *vlt. & l.* 2. *ff. de calumniat. l.* 2. §. *& neminem C. de constit. pecun.* Luc. de Penna *in l. dominium.* 2. *C. de agricol. & cens. lib.* 10. Cotta *citato loco*, Aluarez de Velasco *d. num.* 10. 1

SVMMARIVM.

1 *Consecratæ res vendi possunt ratione materiæ, siue sint artificiales, vt vasa, siue naturales, vt oleum.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Simoniam committit, qui vendit laborem siue quo sacrum, & spirituale non fit.*

Cap. Si quis obiecerit. VII.

Paschalis.

Paschalis Papa *in principio huius text.* videtur innuere res consecratas vendi non posse etiam ratione materiæ eo pretio, quo vendi possent ante consecrationem. Vnde nostri Canonistæ putant res consecratas vendi non posse quandiu consecrationem retinent, amissa verò consecratione, frangendas esse, & illam materiam vendi posse, ita gloss. *in cap. ea quæ, & in cap. non satis, & in cap. non tantùm, de simon.* cum aliis citatis à Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de simon. cap.* 14. *n.* 5. & à Bonacin. *var. tract. tit. de simon. q.* 4. §. 2. *n.* 4. *vers. Canonistæ.* 1

Sed in contrarium stat communis Theologorum sententia indifferenter asserentium has res sacras vendi posse ratione materiæ, siue sint res artificiales, vt vasa, siue naturales, vt oleum, vel simplex, vel mixtum balsamo, quod Chrisma dicitur, & ita tenent S. Anton. *part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 5. §. 23. Syluest. *in sum. part.* 3. *cap.* 16. *in princip. & cap.* 17. *n.* 5. *cum seqq.* Nauar. *in cap.* 23. *n.* 108. Soar. *d. cap.* 14. *n.* 6. Filliuc. *part.* 3. *tract.* 45. *de simonia cap.* 3. *q.* 10. *n.* 21. Bonacin. *d. n.* 4. *vers. sed mihi dicendum videtur*, vbi ampliat etiamsi materia modica sit, & parua, aut minus principalis.

Ad

2 Ad text. verò *in præsenti*, dum etiam probare videtur committi simoniam humanam iuris vendendo Ec- Ecclesiam, etiamsi vendatur ratione rei, & non consecrationis, reiectis explicandi modis, de quibus Bonau. *in 4. dist. 25. dub. 5.* respondetur secundum Valent. *tom. 3. disp. 6. q. 16. puncto 2. col. 7. vers. prioris*, hunc text. intelligendum esse de Ecclesia ratione benedictionis; seu, vt alij volunt, hîc esse sermonem formalem de Ecclesia, vt Ecclesia, sicut est sermo de Episcopo vt Episcopo, & de Abbate vt Abbate, quo modo vendi non potest, quia vtrumque includit, spirituale scilicet, & materiale. Vel potiùs responderi potest quòd mendosè legitur hic text. apud Gratianum, cuius verba, *Nam cùm corporalis Ecclesia, aut Episcopus, aut Abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat.* Legenda potiùs sunt, *Cùm corporalis Ecclesia Episcopus, vel Abbas sine rebus*, &c. vt ex originali aduertunt Gregoriani decreti censores, & ita constat hîc non agi de materiali Ecclesia an possit vendi necne, sed de dignitate Episcopi, vel Abbatis, & ita intelligunt Soar. *d. c. 24. num. 13. & 23.* ac Bonacin. *d. §. 1. num. 4. vers. obycies primò.*

3 *Quisquis horum alterum*, &c.] Ergo, qui vendit laborem, sine quo opus sacrum, & spirituale non fit, non censetur derelinquere opus spirituale inuenditum, ac proinde simoniam committit, vt per Caiet. *in sum. verbo simoniæ reg. 5.* Victor. *in relect. de simonia part. 1. num. 20.* Sot. *de iust. lib. 9. quæst. 6. art. 1.* Nauar. *in man. cap. 23. num. 101. & 102.* Valent. *tom. 3. disp. 6. q. 16. puncto 2. vers. nihilominus*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 119.* Bonacin. *var. tract. tit de simonia q. 6. disp. 3. numer. 1.* vbi *n. 2.* subdit non committi simoniam si non accipitur pro labore intrinseco, sed pro extrinseco, seu per accidens adiuncto operi sacro, vel spirituali, veluti pro defatigatione, & molestia, quæ percipitur ex magna contentione animi, virium, vocis, & similium causarum.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam an incurrat qui res Ecclesiæ propter proprium lucrum vendit ostenditur, & numeris seqq.*

2 *Declaratur text. in præsenti, & præstantur plures intellectus numeris seqq.*

6 *Simoniaca prauitatis radix, & fundamentum ab auaritia, & cupiditate procedit.*

7 *Simoniaca appellatur hic omnis venditio cuiusuis rei Ecclesiasticæ temporalis si propter commodum proprium venditionis facta sit.*

CAP. Saluator. VIII.

Vrbanus. II.

1 Difficilis est hic textus dum B. Vrbanus II. multis rationibus, & auctoritatibus probare contendit simoniacum esse res Ecclesiæ propter proprium lucrum vendere, & quod difficilius est auctoritate D. Petri, qui Simonem damnauit eo quòd existimauerit donum Dei pecunia possideri, ita interpretatur, vt donum Dei non solum sint Spiritus sancti dona supernaturalia, sed etiam omnia dona, quæ à fidelibus dantur Deo, inde inferens donum Dei esse quamcunque rem Ecclesiæ oblatam. Difficultas in eo versatur, quòd res Ecclesiæ temporales, mobiles, & immobiles eiusdem naturæ sunt cum cæteris bonis temporalibus, quæ spiritualibus annexa dici possunt tanquam fini, omnia enim temporalia propter spiritualia sunt, & in illa, veluti in finem vltimum, diriguntur, sed tamen non ideò minus pretio dari possunt, vt patet, & docent D. Thom. *2. 2. q. 100. art. 3.* Sot. *de iustit. lib. 9. q. 6. art. 1.* Illud etiam difficultatem facit, quòd si simoniacum esset vendere res Ecclesiæ temporales in propriam vtilitatem, vt Vrbanus ait, committeretur etiam simonia si venderetur ad commodum Ecclesiæ, & in vsus pios, siquidem conuersio pretij in bonis, vel malos vsus nihil facit ad rationem simoniæ, cuius deformitas versatur in venditione spiritualium. Igitur si res Ecclesiæ inter dona Dei, & Spiritus sancti connumerari debent, vt Pontifex ait, planè nec ad vtilitatem Ecclesiæ licitè venduntur, idque apertè colligitur à simili *in capit. super eo, de vsur.* nec simoniam euitaret, qui venderet beneficium in redemptionem captiuorum, aut propter necessitatem Ecclesiæ, at verò idem Vrbanus *in præsenti*, ait non esse simoniacum vendere res Ecclesiæ in vtilitatem ipsius, sed tantùm in proprium commodum. Igitur difficile est intelligere quo pacto Pontifex hîc simoniam constituat, vt videre est ex pluribus intelligendi modis adductis per Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia capit. 29. numer. 15. cum seqq.*

2 In hac difficultate aliqui antiqui Doctores, quos refert Archid. *hîc numer. 9.* existimant Beatum Vrbanum de rebus Ecclesiæ consecratis *in hoc text.* agere, quas in casu illicito vendere simoniacum est, iuxta *cap. si fortè 17. q. 4.* & pro hoc intellectu expendunt vltima verba text. ibi, *circa venditores rerum sacrarum.* Facit etiam *cap. res, eadem caus. & q.* quo loco alter Vrbanus, si glossæ credimus, auctoritatem Beati Vrbani videtur intelligere de rebus consecratis. Verùm hæc interpretatio verbis huius text. non conuenit, ait enim simpliciter, res Ecclesiæ, quo verbo res mobiles, & immobiles sacræ, & profanæ continentur, *lege rei appellatione ff. de verb. signific.* idque apertè colligitur ex illis verbis, *Dei dona, quæ à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo dantur*, quibus omnes res Ecclesiæ comprehendit Pontifex. Deinde confunditur, quia etiam res sacræ vendi possunt absque labe simoniæ, dummodo ratione consecrationis non pluris æstimentur, vt suo loco dicemus; Nec obstant vltima verba huius text. quoniam à Gratiano adiecta sunt, qui in eo sensu hunc text. accipit, eius etiam est *d. capit. res*, vt agnoscit Card. S. Sixti *ibidem*, quamuis per gloss. alteri Vrbano falsò tribuatur.

3 Quare secundo loco gloss. & Archid. & communiter scribentes *in præsenti* putant hunc text. intelligendum esse de rebus Ecclesiæ, quæ administrationem spiritualem, seu officium habent annexum, qualia sunt beneficia; & iurisdictiones Ecclesiasticæ, hæc enim absque simonia vendi non possunt, iuxta *c. si quis Episcopus, & cap. quæsitum 1. quæst. 3.* eundem intellectum sentit gloss. *in capit. si quis obiecerit, eadem quæst.* sequitur Soar. *de Relig. tomo 1. tract. 3. lib. 4. de simonia capit. 29. numer. 18.* Bonacin. *de simon. quæst. 3. numer. 9. vers. obycies.* Sed verbis text. non conuenit propter illa verba, *res Ecclesiæ*, & quia agit etiam de rebus oblatis a fidelibus, & de administrationibus temporalibus. Tandem quia text. ait simoniacum esse vendere res Ecclesiæ propter proprium lucrum, & aliter quam ad id, ad quod institutæ sunt, dispensare, sed beneficia & administrationes spirituales etiam in commodum Ecclesiæ absque simonia vendi non possunt, vel dari pro munere obsequij, vel linguæ, vt dictum est. Igitur textus hanc interpretationem non patitur.

4 Vnde alij arbitrantur simoniam in hoc text. esse, quia prohibitam, vt *hîc* Archid. & Præpos. volunt, existimantes omnes illicitam venditionem rerum Ecclesiæ esse simoniacam, quia prohibitam, nec mirum esse aiunt si lex Canonica tales venditiones simoniacas

constituat, quas etiam sacrilegas facit, *cap. omnes,* 17. *quæst.* 4. *cap. quid ergo* 23. *quæst.* 4. & eundem intellectum videtur probare Rebuff. *in tract. de rebus Eccles. non alien. num.* 114.

5 Vltimo loco alij existimant text. *in præsenti*, tunc demum locum obtinere cùm vltra iustum rei pretium Prælatus aliquid sibi exigit pro ipsa venditione facienda, non pro re vendita, idque colligunt ex illis verbis, *propter propria lucra*, quo pacto simonia committitur, quia pro actu potestatis ecclesiasticæ, idest, auctoritate, quam à lege habet ad vendendum, Prælatus pretium exigit. Sed non rectè sentiunt illi, qui sic textum intelligunt, primò, quia Pontifex simoniacum appellat vendere rem Ecclesiæ ad proprium lucrum, venditio autem in re ipsa vendita, & pretio consistit, atque ideò minus aptè interpretatur verba text. qui putat ibi condemnari venditionem ipsius venditionis, quasi ipsa venditio pretio æstimetur, non res vendita. Deinde quando vltra iustum pretium Prælatus aliquid recipit, iniusta venditio est, non simoniaca, in qua nihil spirituale æstimatur pretio. Tandem sequeretur, quòd si vltra iustum pretium aliquid exigeretur pro venditione facienda in vtilitatem Ecclesiæ conuertendum, simonia committeretur, cùm eadem sit ratio vtroque casu, quod tamen text. negat in illis verbis, *non ad hoc, ad quod instituta sunt.*

6 Itaque his, & aliis interpretationibus explosis verum Pontificis sensum colliges si animaduertas, radicē, seu fundamentum simoniacæ prauitatis ab auaritia, & cupiditate procedere, nam si vendentis, aut ementis animum conijcias, nihil aliud videtur agere velle, quàm vt pecuniam consequatur, eáque fuit Simonis intentio, vnde simonia dicta est, quod etiam docet Pont. *in capit. ex multis, hac eadem caus. & quæst. ad med.* ibi, *ex nimia concupiscentia*, & paulò inferiùs ibi, *ambitione*, *capit. cùm omnis auaritia*, *eadem quæst. capit. 3. de magistr.* ibi, *à cupiditatis radice*, *capit. ad Apostolicum*, *de simon.* ibi, *eorum cupiditati*, *capit. sicut*, *eodem tit.* ibi, *cupiditate huiusmodi*, Concil. Trident. *sess.* 14. *de reformat. capit.* 14. ibi, *quæ simoniaca labis, aut sordidæ auaritiæ*, notat D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 1. *ad* 4. reperiuntúrque in hoc crimine duo mala, alterum auaritia, & cupiditas, alterum spiritualium æstimatio, vtrumque simoniacum à Simone rectè dicitur, quia iis vtrumque habuit, non tamen simoniæ crimen, prout suam habet distinctam speciem ab aliis, dici potest, nisi spiritualia supernaturalia pretia æstimentur.

7 Hoc supposito dicendum est Vrbanum *in præsenti*, simoniacam appellare omnem venditionem cuiusuis rei Ecclesiasticæ temporalis, si propter commodum proprium venditionis facta sit, non quia spiritualia pretio æstimantur, sed quia execrabilis auaritia est, & pecuniæ cupiditas circa res Ecclesiæ commissa, nec hic veram essentiam simoniæ considerat, sed detestabilem eius radicem, quæ Simonem in illud crimen impulit, quod non obscurè significant illa verba, sed ambitione quæstus, & auaritia; & paulò inferiùs, sola pecuniæ causa, auaritia scilicet. Tandem suadetur ex illis verbis toties repetitis, *ad propria lucra*, indicant enim non committi culpam aliquam *in hoc text.* cùm res Ecclesiæ ad ipsius commodum, vt debent, iuxta *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. sed tum demum cùm in proprium Prælati lucrum id fit, quia tunc auaritia est, sicque eisdem fermè pœnis auari rerum Ecclesiasticarum venditores afficiuntur, quibus simoniaci, *capite monemus cum seqq.* 12. *quæst.* 2. *capit. nulli*, *capit. si quis, de rebus Eccles. non alien.* & sic exaudiendus est Rebuff. *vbi suprà*, Nec huic interpretationi refragantur auctoritates, de quibus *suprà* à Summo Pontifice ad 2
ductæ, quoniam in detestationem illius criminis verba illarum in latissima vsurpat significatione, vt videre licet.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vendens iustitiam, siue benè, siue malè aliàs faceret, non committit simoniam in naturalibus, vel politicis.*

2 *Simonia non committitur docendo Theologiam practicam, vel speculatiuam, seu scholasticam pro pretio.*

3 *Consilium præbens in materia Theologica speculatiua, vel practica pretio accepto, non peccat peccato simoniæ.*

CAP. Vendentes. X. *Gregor.*

IN gloss. *Iustitiam.* ibi, *videtur quòd in his duobus modis non sit simonia, quod verum est.* Notatur ad hoc 1
quòd iudex vendens iustitiam, siue benè siue malè alias faceret, non committit simoniam in naturalibus, vel politicis, vt per Soar. *tom.* 1. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *de simon. cap.* 8. *numer.* 25. *& capit.* 20. *per tot. & capit.* 53. *numer.* 10. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 111. *n.* 6. *cum seqq.*

In gloss. *Debitam.* ibi, *sed dic accipi posse licitè*, &c. 2
Notatur ad hoc quòd simonia non committitur docendo Theologiam practicam, vel speculatiuam, seu scholasticam, pro pretio, quia actiones Magistri docentis Theologiam naturales sunt, & labor ac opus ipsius est pretio æstimabile, vt per Victor. *relect.* 1. *de simon. numer.* 6. Sot. *lib. de iustit. quæst.* 5. *art.* 1. *&* 2. *ad* 2. Soar. *d. lib.* 4. *de simon. capit.* 18. *à numer.* 7. Less. *de iustit. lib.* 2. *capit.* 35. *dub.* 13. *numer.* 80. Filliuc. *part.* 3. *tractat.* 45. *cap.* 4. *quæst.* 7. Nam venditio scientiæ, & doctrinæ, seu donorum spiritualium intellectus simoniam non inducit, quia non venditur aliquid, quod vendibile non sit; quamuis enim huiusmodi dona in se vendibilia non sint cùm inhæreant animæ, nec in alium transferri possint, nihilominus actus, & exercitium ipsorum donorum vendi potest, & in venditione ipsorum non committitur simonia, tum quia materia simoniæ est res aliqua sacra pertinens ad Religionem, cui opponitur simonia, actus autem prædictorum donorum non est res sacra, sed potiùs est res naturalis non pertinens ad Religionem, quare ita tenent D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 3. *ad* 3. Nauar. *in man. capit.* 23. *n.* 100. Valent. *tom.* 3. *disput.* 6. *quæst.* 16. *puncto* 2. *col.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *numer.* 112. Soar. *d. lib.* 4. *capit.* 8. *numer.* 8. Less. *de iustit. lib.* 2. *capit.* 35. *dub.* 13. *numer.* 74. Azor. *institut. moralis part.* 3. *de simon. lib.* 12. *capit.* 18. *quæst.* 5. Filliuc. *tract.* 45. *capit.* 1. *quæst.* 2. vnde
referunt eum, qui consilium in materia Theologica speculatiua, vel practica pretio accepto præ- 3
bet, non peccare peccato simoniæ, quod D. Thomas Nauar. Soar. *numero* 20. *citatis locis*, & Filliuc. *d. tract.* 45. *capite* 4. *q.* 8. *numero* 31. ampliant etiamsi detur ad pacandum alterius conscientiam, quia intentio, seu finis pacandæ conscientiæ extrinsecus est consilio, nec mutat naturam actionis secundùm se spectatæ, tum quia huiusmodi consilium non est spirituale, sed potiùs doctrinale, nec à Theologo datur vt peculiari instrumento Dei, sed tanquam a Magistro, & Doctore humano, non ad immutandum, & permouendum affectum, sed ad remouendam ignorantiam, & ad instruendum intel-

lectum

lectum in te morali, quicquid dicant aliqui, quos refert, & sequitur Lessi. *d. cap.* 35. *dub.* 13. 80.

CAP. Altare. XIV.

Paschal. II.

1 Gloss. 1. *in hoc text.* dum insinuat res oblatas ad Altare non posse vendi, reprobari communiter in unnt Nauar. *de spoliis ad cap. non liceat* 12. *q.* 2. §. 18. *num.* 7. & 8. Soat. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de simonia cap.* 29. *num.* 17.

QVÆSTIO IV.

CAP. Quia Præsulatus. V. *Leo IV.*

1 PRobat hic textus quòd consanguineorum maleficia in nullo Clericis obsunt, nisi conscij fuerint, de quo vide Couar *in Clem. si furiosus art.* 2. §. 2. *n.* 8. *de homicid.* Aur. Gnm *variar. resolut tom.* 3.

2 In gloss. *Canonicè.* Vide de materia huius gloss. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. Menoch. *consi.* 53. *num.* 13. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 16. *num.* 114. & quæ dixi ad gloss. *verbo non satisfaciente, in c si quis contractus* 90. *dist.*

CAP. Iudæi. VII.

Ex Concil. Tolet.

1 MVlta ad comprobandum qualiter perfidia parentum filiis obesse non debet, dixi ad *cap sine culpa* 23. *de regul iuris in* 6.

2 In gloss. *Fideles.* Notatur ad hoc quòd Iudæi gaudent dispositione text. *in auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript.* præterquam in crimine læsæ maiestatis, vt per Marquard. *de Iudæis, part.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. *in fin. vers. item, & sicut patris.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 5. *in fin. vers. item sicut bona damnatorum,* quos refert, & sequitur Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. I. num.* 535.

CAP. Non imputantur. X.

Augustinus.

1 AVgustinus ad Auxilium Episcopum *epistol.* 75. quæ ferè integra habetur *in cap. si habes* 24. *q.* 3. scribit non imputari filiis peccata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur, cuius auctoritas innixo *cap. iam itaque, supra hac eadem quæst.* facit pro sententia illorum, qui tenent pœnas impositas à factis Canonibus filiis hæreticorum non comprehendere natos ante, sed post patris delictum, quos refert Ricciul. *de iure personarum lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 27. sed tenent contrar a opinione, quam sequutus fui *in collect. ad cap. statutum num.* 3. *de haret. in* 6. respondet. Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. *in princ.* Augustinum *in hoc text.* tractare de pœna spirituali, nempè de sententia excommunicationis, qua, inquit ipse, ob crimen hæresis à parte commissum filij nati ante crimen plecti non debent, nec huic responsioni obstabit si quis ita replicet, igitur D. Augustinus concedit filios post crimen à parentibus commissum natos pœna spirituali puniri posse, quod falsum est, quia respondebitur sensum istum alienum esse ab Augustino, à quo omissus est casus, & omissa quæstio de filiis postea natis, & in his, quæ omittuntur ab Auctoribus non licet sensum absurdum conicctare. Deinde ita D Augustinus scripsit quasi præsumeret filios post crimen natos ex sanguine infecto participes futuros criminis, & ideò posse ob eam culpam pœna etiam spirituali puniri tanquam verè delicti participes. Et præterea arguens Augustinus Auxilium Episcopum, quòd perperam ob crimen parentis innocentes filios pœna spirituali punisset, ostendit in maiorem persuasionis vim id malè fieri, etiamsi ratione sanguinis infecti ea punitio præcesserit, cùm filij essent ante crimen commissum nati; ita Couar. *citato loco*, vbi subdit illud esse observandum ætate Augustini nondum fuisse à Canonibus statutas pœnas aduersùs hæreticorum filios, si quidem filius hæretici etiam post crimen natus ab Ecclesia recipiebatur ad sacros Ordines, & beneficia, vt habetur *in cap. placuit, hac eadem caus. & quæst.* Vnde patet non benè Gratianum *hic in vers. officio*, ab Augustino, qui de spirituali pœna loquitur, desumpsisse illationem pertinentem ad temporale, officia scilicet, & beneficia ecclesiastica, illis enim primari pœna est temporalis, non spiritualis, quandoquidem si spiritualis esset, non posset quis ea pœna ob alterius culpam puniri, iuxta ea, quæ dixi ad *regul.* 22. & 23. *de regul. iuris lib.* 6.

2 Ad text. verò *in d. cap. iam itaque*, quod desumitur ex Augustino ad Bonifac. *epist.* 23. respondetur intelligendum esse respectu pœnæ spiritualis, cùm adducat illud Domini per Ezech. *Anima quæ peccauerit ipsa morietur*, vt benè ex eiusdem Augustini dictis declaratur *in dicto cap. si habes* 24. *quæst.* 3. tum etiam quia crescente hæreticorum corruptela ad illorum audaciam reprimendam, qui vix vllis pœnis resipiscunt, augendæ erant pœnæ, vt innuit Summus Pontifex *in cap. vergentis, in princ. de heret.* atque adeò ad hæreticorum filios pœnæ extenduntur, Ita Rota *in Conchen. pensionis* 6. *Martij* 1598. coram Petegrino, quam refert Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *post n.* 79. *in vers. cui firma.*

3 Sed magis piè videbatur tenendum delictum patris commissum post filios natos in successionibus ipsis nocere non debere, vt videntur tenere Ifetn. *in cap.* 1. *num.* 10. *quæ sit prima caus. benef. amitt.* Imol. *in cap. ex parte num.* 19. *de feud.* Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 11. *num.* 16. Matta *in tract. de success. part.* 1. *quæst.* 8. *art.* 10. *num.* 9. Seraphin. *decis.* 830. *num.* 9. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 10. *cum seqq.* quos refert, & sequitur Rot. *in Romana fidei commissi de Cincys* 17. *Maij* 1627. coram Card. Virilli.

CAP. Ecclesia. XI.

1 DVm text. iste ait Ecclesiam per pactionem consecratam potius execratam, quam consecratam dici debere, supponere videtur talem consecrationem irritam esse, quod est contra communem omnium Doctorum sententiam resoluentium ordinationem, & consecrationem Ecclesiæ, aut Calicis simoniacè factam ratam, & validam esse quoad substantiam suam, quia hæc omnia nullibi inueniuntur irritata propter simoniam in eis commissam: quare ad text. *in præsenti*, dupliciter respondet gloss. *hic*, primò consecrationem illam non fuisse factam iuxta formam Ecclesiæ, & ideò reprobari. Sed hoc dicitur sine fundamento in textu, immò contra illum, quia ratio execrationis non ponitur nisi in pacto, & alioquin dicitur consecrata Ecclesia. Secundò respondet illud esse dictum in odium, & detestationem criminis, sed non explicat quomodo verè dicatur.

Debet

Debet ergo intelligi quantum est ex parte sic consecrantis; consecratio enim ex potestate, & auctoritate, Ecclesiæ, cuius officiom exercetur, valida est, quia verò consecrans qoantum est ex se polluit Ecelesiam, & vt profanum locum illam contrectat, idcò ex parte execrare illam dieitur. Ita Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simon. cap. 58. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet hominum constituram violenter innadens ante euentum iudicialis arbitrij, quam pœnam incurras, remissiuè.*

2 *Abbas,*
3 *Prælatus Ecclesiæ,*
4 *Minor,*
5 *Prodigus,*
6 *Furiosus,*
7 *Fœmina,*
8 *Miles,*
9 *Debitor, qui eripuit pignus à creditore,*
10 *Vsufructuarius,*
11 *Beneficiarius violenter capiens possessionem beneficij,*

} *pœnam l.* si quis in tantam, C. vnde vi, *an incurrat.*

12 *Pœna l.* si quis, in tantam, C. vnde vi, *hodie recesserunt ab aula, & eorum loco successit pœna arbitraria.*

CAP. Si quis in tantam. XIII.

Valentinianus.

1 IMperator Valentinian. Augustus *in l. si quis in tantam, c. vnde vi,* canonizata per Gratianum *hic*, agit de pœna violenter inuadentis possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum ante euentum iudicialis arbitrij, de cuius materia latè tractant Socin. *reg. 52.* Duen. *reg. 67.* Alphan. *collect. 177.* Neguzant. *de pignoribus part. 4. num. 9.* Anton. Gom *l. 35. Tauri num. 187. & tom. 3. var. cap. 4. col. 2.* Sarmien. *select. lib. 2. cap. 13.* Menoch. *remed. 9. recuper. per tot & cons. 20. num. 350, cum seqq.* Pontan. *de spolio lib. 2. cap. 9. num. 53.* Brun. à Sole *in locis communibus verbo inuadens 1. & 3.* Azeued. *ad l. 1. num. 60. cum seqq. tit. 13. lib. 4 noua recopil.* vbi an procedat in iuribus incorporalibus, Gutier. *pract. lib. 1. q. 78.* D. Barbos. *in pralud. l. si mera, num. 18. & 20. ff. solut. matrim.* Molin. *de instit. tom. 3. disput. 682. a num. 16.* Rebello *de obligat. iustit. p. 1. lib. 1. q. 8. sect. 3. num. 14.* Farinac. *de furt is quæst. 185. per totam.*

2 Multa solent Doctores circa decisionem huius text. controuertere, quæ cùm opportunius sedeant *in d. l. si quis,* ideò ad illum locum reseruandas duximus, interim tamen remissinè de aliquibus meminisse oportet, & in primis an Abbas inuadens violenter possessionem rerum apud quoslibet homines constitutarum ante euentum iudicialis arbitrij faciat incurrere monasterium in pœnas huius text. vide Rip. *in l. fin. n. 174. de reuoc. donat.* Tiraqoel. *de priuil. pia causa, priuileg. 144.* Nauar. *comment. de regul. aub. n. 62.* Azeued. *d. l. 1. n. 35.*

3 Qnid in Prælato Ecclesiæ, vide Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxor. §. 66. n. 22.* Tiraquel. *d. priuileg. 144.* Menoch. *consil. 39. n. 2. & 55.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 48. num. 72. cum seqq.* Molin. *disp. 182. num. 29.*

4 Quid in minore? vide Socin. *reg. 360.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel aduersary dolo num. 62. C. de integr. restitut. minor.* Molin. *d. disput. 682. n. 18.*

5 Quid in prodigo; vide Anton. Gom. *tom. 5. variar. c. 1. n. 75.* Mich. Grass. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 31. num. 20.* & Viu. *tom. 2. lib. 9. tit. 1. n. 96. pag. 439.* Mench. *de succession. lib. 3. §. 3. num. 42.* Molin. *d. disput. 682. n. 10.* Farin. *de furtis q. 175. num. 4.*

6 Quid in furioso? vide Azeued. *l. 1. n. 27. num multis seqq. tit. 13. lib. 4. noua recop.*

7 Quid in fœmina? vide Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 211.* Sfort. Odd. *de in integ. restitut. q. 10. num. 20.* Farinac. *de furtis q. 175. num. 8.*

8 Quid in milite? vide Anton. Gom. *l. 80. Tauri n. 18.* Sfort. Odd. *dict. quæst. 10. num. 47.* Molin. *d. disput. 682. num. 18.*

9 Quid in debitore, qui vi eripit pignus à creditore? vide Molin. *d. disput. 682. num. 23.* Farinac. *de furtis quæst. 175. num. 41.*

10 Quid in vsufructuario violenter spoliato an succurratur remedio huius textus? vide Menoch. *remed. 9. recuper. a n. 295.* Molin. *d. disp. 82. n. 27.* Farinac. *d. q. 175. num. 14. cum seqq.* Castill. *controuers. lib. 1. de vsufruct. cap. 7. num. 32.*

11 Quid in beneficiario, qui violenter possessionem beneficij accepit? vide Cou. *var. lib. 3. cap. 17. n. 7.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 108 cum seqq.*

12 Illud aduertere oportet quòd pœnæ *dict. l. si quis in tantam.* hodie recesserunt ab aula, & eorum loco successit pœna arbitraria, vt testantur Guiliem. *in cap. Raynutius, verbo si absque liberis il 2. n. 148. de testam.* Azeued. *l. 1. num. 99. & l. 1. num. 4. tit. 17. lib. noua recopil.* Parlator. *lib. 1. rerum quotid. cap. 10. n. 17.* Thom. Valasc. *alleg. tom. 1 alleg. 38. n. 24.* Farin. *d. q. 175. n. 144.* Buccaron. *de diff. inter iudicia ciuilia, & criminalia differ. 55. in fine.*

QVÆSTIO VII.

CAP. Conuenientibus. IV.

Ex septima Synodo.

1 IN superscriptione huius tex. ibi, *Item in eadem Synodo VII. act. 1.* vide, dilect. *Inquis. part. 3. q. 56. pag. 516.*

2 Ex hoc textu colligit Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 11. quæst. 22.* hæretico ad meliorem vitam conuerso, & in foro conscientiæ ab excommunicatione, inquam ob hæresim inciderat, absoluto dispensatione concedi vt possit sacris ordinibus initiari, & creari Sacerdos, cùm certum sit omnem hæreticum iure ipso irregularem contrahere, & ad Catholicam fidem per pœnitentiam reuersum, & ab excommunicatione, & peccatis absolutum adhuc dispensatione indigere, vt ad Ordines admitti legitimè possit, secundùm Nauar. *in man. cap. 17. num. 205.* quem sequitur Azor. *citato loco.* & ita Ecclesia experta aliquorum fictas pœnitentias, & considerata hac de re Canonum diuersitate, seruat irregularem etiam post pœnitentiam manere, sicut notant Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 46. sub num. 1.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 17. & seq* Penia *ad Eymeric. part. 3. q. 113. commento 162. vers. ac primum.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 25. num. 2.* quod refert, & sequitur Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 5. cap. 18. n. 1. cum seqq.* obseruant hoc ita statutum non propter desperationem indulgentiæ, sed rigore disciplinæ, vt maiori medicina humilitatis adhibita redeuntis salus tutiùs muniretur, vnde si pœnitentia peracta redeuntes laudabiliter

liter sc se gesserint, consueuit com eis misericorditer dispensari, quæ misericordia vt proficeret non integre voica largitione consueuit effundi, sed gradatim, ac maxima adhibita circumspectiooe, quandoque cnim dispensatur, vt possint taotùm io Ordinibus susceptis ministrare, oon autem vt ad superiores ascendant, *cap. si quis heretica 1. quæst. 2. cap. saluberrimum, hac eadem quæst.* Intendum vt in Episcopatu persistere possit, noo autem Primas effici, vt *in cap. nos consuetudinem.* vbi gloss. *in verb. prohibemus*, 12. *dist.* noonunquam etiam taliom reuerteotium tantus virtutum splendor cioicuit, vt ad omaes diguitates fuerint dispensati, & pronecti, *cap. ipsa pietas*, 23. *q.* 4.

3 *Sancta Synodus dicit*, &c.] Notatur ad hoc quòd potestas Ordinis Episcopalis maoet penes Episcopum in hæresim lapsum, ac proinde Episcopi redeuotes ad hæresi, necuon ordinati ab eis, dum hæretici fueraot, seruata tamen Ecclesiæ forma iterum non ordinantur, *cap. ordinationes 9. quæst.* 1. vt per Azor. *dict. part. 1. l. 8. cap.* 13. *quæs.* 5. vbi ad text. *in cap. Daibertum, hac eadem quæst.* dum videtur in eo legi Daibertum, qoi fuerat à Nezelone heretico ordinatus, iterum ordinari debere, quia Nezelon nihil habuit quod fuerat ab hæreticis ordinatus, & proinde nihil dare potuit, respondet ideò iterum ordinatum fuit, quia ordinatus fuerat non seruata Ecclesiæ forma.

Cap. Quoties cordis. IX.

Gregorius.

1 Gloss. notabilis *verbo, Et per te, in præsenti text.* allegari solet ad hoc, quòd quicquid promittitur piæ causæ, promittitur Deo, qui vbique est præsens, & acceptans, vt per Abb. *in proœm. Decretal. p. 2. incip. Gregorius dimiditur, n.* 26. Felin. *ibid. n.* 25. *vers. ex isto remedio*, Rebuff. *de priuileg. pia causa priuileg.* 114. & 115. quos refert Gonzal *ad regul. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. n.* 201. quibus adde Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg.* 73. *num.* 5. Quid autem dicatur promissum vel relictum piæ causæ dixi *in tract. de iure Ecclesiastico lib. 3. c.* 23. *de legatis ad pias causas num.* 2. *cum seqq.*

Cap. Quoties à populis. XIV.

Innocent.

1 Gloss. *verbo propter multitudinem*, ex hoc text. colligit parcendum esse moltitudini, de quo Tiraq. *de pœnis temper. causa* 47. *à princip.* Rebuff. *in repet. l. Diuus ff. ad Syllan. num.* 38. Andr. Gail. *de pace publica lib. 1. cap. 9. num.* 37. & *seq.* Clar. §. *fin. quæst.* 60. *vers. allegatur etiam*, latè Farinac. *in praxi crimin q.* 96. *per tot.*

Cap. Didici. XV. *Cyrill.*

1 *Dispensationis enim gratia*, &c.] Ergo dispensatio existente iusta causa oou semper est debita, sed quandoque est gratia, ita ex aliis tradit Sanch. *de matrimon. lib. 3. disput.* 10. *num.* 3. vbi *numeris sequentibus* discurrit quando dispensatio sit debita, & quando gratia. Vnde posse dari causam sufficieotem ad dispensandum si velit soperior, oon tamen sofficientem ad illum constringendum ad dispeosationem præstandam, tenent Sanch. *d. disput.* 10. *num.* 6. Salas *de legib. tract.* 14. *disp.* 20. *sect.* 7. *in fine*, Soar. *in simili tractat. lib. 6. cap.* 18. *num.* 22. quos refert, sed non sequitur Ioan. Sancti. *in selectis & practic. disput. disp.* 43. *num.* 8. *vers. præterea.*

Cap. Exigunt. XVIII.

Gloss. *hic verbo causa.* tradit, quòd vbi dispensatio est debita, si Imperator non dispenset, peccabit mortaliter, de quo vide latè disputantem Sanch. *de matrimon. lib. 3. disput. 10. à princip.* 1

In eadem gloss. ibi, *sicut ad eleemosynam tenemur pauperi, pauper tamen eam nullo iure petit*, &c. Paupertatis fauore coocessum est iudicia officio compelli posse diuites, vt pauperis subueoiaor, vt per Rebuff. *de priuil. scholast. priuil.* 90. *numer.* 10. Surd. *de aliment. tit. 1. q.* 9. Auendan. *de exequendis mand. part. 2. cap.* 10. *num.* 10. Mexi. *in tract. tassa panis concl.* 1. *numer.* 5. Sebast. Medic. *de casibus fortuit. part. 2. quæst. 4. num.* 16. Meooch. *de arbitr. casu* 182. *num.* 43. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 2. n.* 21. latè Aluarez de Valasco *de priuileg pauper. part. 1. quæst. 34. num.* 4. haberéque pauperem actionem ad petendum panem, quem auarus detinet ex Specul. refert Gonzal. *d. gloss. 2. num.* 22. Et in extrema necessitate actionem pauperi dari ex Sarmient. *de reddit. Eccles. part. 3. cap. 4. à n.* 3. firmat Aluarez de Valasco *d. quæst. 34. num.* 6. Vide quæ dixi *ad cap. sicut. num. 2. 47. distinct.* 2

Cap. Daibertum. XXIV.

Vrban. II.

Videtur probare hic text. Nezelonem qui ab hæreticis io Episcopum ordinatus fuerat, non recepisse Ordinem Episcopalem, item cùm dictus Nezelon postea Daibertum ordinauerit in Diaconum, Daibertum oibil ab eo accepisse, & reddit rationem, *quia qui nihil habuit, nihil dare potuit ei, cui manus imposuit*; sed Mari. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 1. disput. 8. c. 5. vers. tertio, pag.* 97. respondet textum procedere, quia constabat Nezelonem ordinatum fuisse in Episcopum ab hæreticis, non seruata forma ab Ecclesia, & sic ordinem Episcopalem oon recepisse, & hanc ob caosam Daibertum postea ab ipso vel præter formam, vel iuxta formam Ecclesiæ Diacouum ordinatum nihil potuisse ab eo recipere, quia nemo dat quod oon habet, & propterea Vrbanos dispensauit cum eo ob vtilitatem Ecclesiæ, & denuo ordioauit illum auctoritate Damasi Papæ, & Ionocentij. 1

CAVSA II.

Qvæstio. I.

Cap. Primatum V. *Felix.*

Probat hic textus Episcopum nec à Patriarcha absque speciali Papæ mandato deponi, aut priuari posse, ad quod illum citaui *de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg.* 112. *num.* 3. & per totam illam allegationem latè de hac materia egi. 1

Cap. In primis VII. *Greg.*

Gloss. 1. *in hoc tex.* ait quòd qoamuis spolij restitutio ante omnem ioris contentionem facienda sit, iuxta vulgatas regulas, sæpe tamen differri potest ratione scaodali vitandi, similis gloss. *verbo, non est restituendus, in cap. petitionem 22. de accus.* Bursat. *consil.* 282. *num.* 24. *vol.* 3. Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib. 2. c.* 105. Citra enim peccatum mortale pro vitando scandalo 1

scandalo sæpè à iuris regulis recedere licitum est, Thom.2.2.*quæst.*13.*art.*7. & *in* 4.*dist.*33.*quæst.*2. Cou. *in reg. peccatum* 2.*part.in initio num.* 5. Gail. *de pace publica lib.* 2.*cap.*9. *num.* 10. Et plura ratione scandali vitandi fieri permittunt, vel prohibentur contra iuris regulas, Felin. *in c.* 1. *n.* 2. *de appellat.* Tiraq. *de pœnis temper.causa* 46. Gail. *d.num.* 10.

2 Eadē gloss. *in hoc text.* tenet pauperes ac miserabiles in iudiciis diuitibus præferri, potioréfque & in causæ expeditione, & in iudicio in ea ferendo existere, vt per Felin. *in cap.* 1. *num.* 6. *de accusat.* Socin. *reg.* 229. *fallent.* 24. Ludou. Roman. *in repet.l. si verò. §. de viro, fallent.* 25. *ff. soluto matrimon.* quem refert, & sequitur Petr. Rebuff. *tom.* 1. *ad constit. Galliæ tit. de sentent.prouision. art.* 3. *gloss.vlt.num.* 21. & *de priuileg.scholast. priuil.*90. *n.* 11. Sebast. Medic. *de casibus fortuitis part.*2.*q.*4. *num.*14.

Cap. Quæ Lotharius. XVI.

Nicolaus.

1 Hic text. solet allegari ad hoc, quòd in notoriis nullus ordo, & solénitas solet obseruari, vt per Grammat. *decis.*36. *num.*45. Dec. *cons.*544. *num.*6. Marsil. *consil.*5. *num.*1. & *sing.* 511. Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 260. quia notorium non indiget probatione. Mascard. *de probat. concl.* 1109. *num.* 10. Cardin. Tusch. *lit. N. concl.* 308. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. 925. *n.* 13. Ioan. Baptista Costa *de factis scientia, & ignorantia, inspect.* 13. *num.* 5.

Cap. Deus omnipotens. XX.

Euaristus.

1 Evaristus Papa *in epist.* 2. relatus *in hoc text.* admonet sententiam non præcipitanter ferendam esse, constat enim eo ipso iure nullam esse si lata fuerit præcipitanter, & in tam breui tempore, & cum tanta festinatione, quòd acta verosimiliter non potuerint videri, secundùm ea, quæ resoluunt Greg. *l.* 16. *verbo acabar tit.* 8. *part.*5. Hippol. *cons.*48. *num.* 34. Bonacos. *commun. crimen. verbo sententia fol.* 150. *verso,* Marant. *de ordine iudic. part.*4. *pag.* 197. *num.* 16. *cum seqq* Balb. *tom.* 2. *communium opin. lib.*7. *tit.* 8. *num.* 25. *pag.* 243. Pute. *decis.* 344. *in antiq.* alias *decis.* 334. *in correctis lib.* 1. Mascard. *de probationibus conclus.* 240. *num.*2. & *conclus.* 241. *num.* 2. & *conclus.* 1296. *num.*36. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 67. *num* 11. Hercul. Marescot. *var. resol.lib.*2.*cap.*115. Card. Tusch. *lit. S. concl.* 147. Aluarez de Velasc. *de priuileg. pauperum part.* 1. *quæst.*6. *num.* 10. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.* 46. *num.*46. Alexand. Trentacinq. *var. resolut.lib.*2. *tit. de iudic.resol.* 2. Amat. Roderic. *in pract. videndis, seu examinandis processum cap. vlt. part.* 1. *num.* 16. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.*5. *num.*17. Rot. *decis.* 109. *num.* 3. apud Farin. *in* 1. *collect. nouissimarum, alias p.* 4. *diuers.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 153. *n.* 2. vbi *num.* 7. limitat quando iudex in tempore breui poterat esse instructus de negotio.

2 In gloss. *Iudicis.* ibi, *sed pone, quòd reus neget aliquid esse notorium, nunquid sufficiunt duo testes,* &c. Notatur ad hoc quòd notorium probatur per duos testes, vt per Clar. §. *fin.q.*9. *vers. quæro nunc,* Mascard. *de probat. conclus.* 1105. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *de testib.q.* 21. *n.* 109. qui quidem tenentur dicti sui rationem reddere, sicut docent Rebuff. *de reprobat testium num.*467. Mascard. *d.concl.* 1105. *num.*2. Gutier. *de tutel. p.*1. *cap.* 70. *num.*6. Farin. *d.par* 1.2.*q.*70. *num.*52.

Qvæstio II.

Cap. Antiquitus. I. *Ioan.*

Eos. *verbo ante litem contestatam, in præsenti text.* resoluit exceptionem spoliatoris esse dilatoriam, ac proinde ante litis contestationem esse proponendam, per quam ita tradunt Menoch. *remed.*3. *retin.n.*666. & *remed.* 15. *recup.n.*491. Viu. *tom.*2. *commun. opin. lib.*7. *tit.* 1. *n.*314. & 339. Bernard. Muscatel. *in praxi aurea ciuili Neapol. part.*3. *gloss. Actorem num.*38. 1

Qvæstio III.

Cap. Si quis. I. *Caius.*

In gloss. *verbo sustinere.* ibi, *non tamen ipso iure sed per sententiam.* Vide Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertantur num.* 244. *C. de reuocand.donat.* Sayr. *in claui Regia.lib.*3. *c.* 8. *n.* 22. 1

Cap. Si quis iratus. V.

Fabianus.

Ex hoc textu vulgò colligitur contractus iracundiæ calore celebratos nullos, & inualidos esse, vt per Duen. *regul* 292. *ampliat.*9. Tiraquel. *de pœnis temper.causa* 1. *num.* 24. *vers. ideòque,* Farinac. *in praxi crimin.part.*3. *q.*91. *num.*19. 1

Per scripturam, &c.] Notatur ad hoc quòd cùm quis in scriptis aliquid fatetur, deliberatè id dixisse præsumitur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.*61. 2

Cap. Si quis Presbyter. IV.

Qvæstio V.

Ex Concil. Tribur.

Quia Sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Vide Azor. *instit. moral.part.*1. *lib.* 11. *cap.* 11. *quæst.*6. Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.*4. *cap.*3. *q.*5. *pag. mihi* 311. Sayr. *in claui Regia lib.*5. *cap.*3. *num.*1. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.* 3. *cap.*3. *num.*7. *cum seqq.* 1

Cap. Mennam. VII. *Greg.*

Text. iste desumptus est ex Gregorio *lib.* 11. *epist.*8. *ad Reginam Francorum,* & videtur inde colligi excommunicandi, & absoluendi potestatem esse posse penes laicum, quod ex delegatione Pontificis procedere respondet gloss. *verbo duobus in cap. præter* 32. *dist.* & *verbo laico in cap. bene quidem* 96. *dist.* vtrobique Archid. & Turrec. Roland. *cons.*13. *num.*2. *vol.*2. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 42. Couar. *practic. cap.* 31. *num.*4. Garc. *de nobilit. gloss.*9. *à num.* 23. Laici enim incapaces sunt ne propria auctoritate de causis iurisdictionis spiritualis cognoscant, non verò ex delegatione Papæ, vt benè ait Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmanticens. ad cap.* 2. *de iudic. num.*147. 1

Probationes illas per experimentum ferri candentis, 2

dentis, & aquæ feruentis, quæ purgationes vulgares appellantur, sacris Canonibus prohiberi colligitur ex hoc text. & ex *c. consuluisti*, *& ex cap. monomachiam, hac eadem quæst. & ex cap. ex tuarum, de purgat. canon. & ex cap. vlt. de purgat. vulgari*, obseruant Martin. Deir. *disquisit. magic. lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 3. & 4. pag. mihi 322. cum seqq.* vbi infert ad intellectũ aliorum textuum huius quæstionis, Soar. *tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. de irreligios. cap. 3. num.* 8. cum aliis per me citatis *ad rub. de purg. vulgari in Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Dispensandi potestas in generali commissione non censetur delegata.*

2 *Restitutio in integram non delegatur per generale mandatum.*

3 *Subrogato debetur honoris præminentia prout principali.*

Cap. Quæ de causa. IX.

1 GLoss. notabilis *hic verbo quicquid*, firmat potestatem dispensandi in generali commissione non censeri delegatam, nisi specialiter committatur, quod in Vicario generali Episcopi agnoscunt, Bertachin. *de Episc. lib. 4. part. 7. num. 17.* Rebuff. *in praxi benef. in forma Vicariatus num.* 44. Ant. Cuch. *instit. maior. tit. 8. num.* 111. Soar. de Pace *in pract. tom. 2. prælud. 2. in fin.* Gut. *can lib. 1. cap. 19. num.* 15. Ant. Gom. *super Bullam Cruciata cap. 4. circa quartam quæst. num.* 19. Azor. *institut. moral part. 2. l. 3. cap. 45. quæst.* 8. Sbroz *de Vic. Episc. lib. 2. quæst.* 35. Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 8. num.* 47. Sanch. *de matrimon. lib. 2. disput.* 40. *num.* 12. Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num.* 478. Ego ipse *de offic. & potestate Episcopi part. 3. allegat. 54. num.* 112.

2 In eadem gloss. ibi, *& restitutio in integrum non delegatur per generale mandatum*, &c. Ita Sbroz *de vicario Episcopi lib. 2. quæst. 35. num.* 4. Saneb. *d. num. 12. in fin.* Ego ipse *d. alleg. 54. num.* 108. speciale enim mandatum requiritur ad petendam restitutionem in integrum, vt per citatos *in collectan; ad gloss. verbo mandatum cap. coram, de in integrum restit. & in tract. de clausulis vsufruct. claus. 35. num.* 31. secundùm Lugdunen. impress. vbi intelligo procedere quoties principaliter petitur restitutio, secus vbi incidente.

3 In eadem gloss. ibi, *& ideo honor ei exhibendus est sicut Papæ.* Notatur ad hoc quòd honoris præeminentia debetur subrogato, prout principali, vt per Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 106. num.* 15.

QVÆSTIO IV.

Cap. Præsul. II.

1 SYLVESTER Papa in generali Synodo residens relatos *in hoc textu*, præscripsit numerum testium ad conuincendos Cardinales Presbyteros, & Diaconos necessarium, de quo vide Barbas. *de præstant. Cardin. part. 1. quæst.* 11. Nell. à S. Gemio. *de testibus, part. 1. à num.* 81. Nep. de Monte Albano *eod. tract. num.* 98. Crot. *in simili tractat. num. 225. cum seq.* Sot. *de iustit. lib. 5. quæst. 7. art. 2. in 3. argum.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 1. cap. 10. num. 3. cum seqq.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 66. num.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst.* 80 *à num.* 23. Mascard. *de probat. concl. 461. num. 9. & 10.* *& concl. 1356. num.* 53. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 12. art. 1.* latè Farin. *in praxi crimin. part. 2. q. 63. num. 237. cum seqq.* vbi *num.* 241. ampliat etiam in delictis commissis ante Cardinalatum, & *num.* 244. per text. *in cap. nullus §. sed hoc, hac ead. quæst.* dicit dispositionem huius text. hodie cessare, quia emanauit secundùm illa tempora ad compescendam malitiam hæreticorum, qui aliquando Cardinales, & Clericos accusabant ad effectum vt ab eorum officio remouerentur, & alij eorum loco substituerentur, quod etiam ante eum obseruarunt Dec. *in cap. at si Clerici in 6.* & Beto. *ib. n. 5. de iudic.* addit. *ad Roman. sing.* 207. Clar. *d. quæst. 66. n.* 5. Ant. Scap. *d. c. 10. n. 15. cum seqq.*

In gloss. *Præsul.* ibi, *sed nunquid contra Papam*, &c. 2
Dicit hæc gloss. quòd sufficiunt duo testes, si agatur de probatione criminis contra Summum Pontif. referunt Abb. *in cap. at si clerici, in princ. num. 3. de iudic.* vbi Dec. *num. 1.* & Beroi. *à num.* 7. Clar. *d. q. 66. num.* 6. Marc. Socin. *consil. 109. num. 16. vol.* 2. Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ l. 1. cap.* 10. Gig. *cons. 19. num.* 9. Roias *de hæretic. part. 2. assert. 4. num. 87. & sing. 146. num. 8. & sing. 165. num.* 9. Anton. Gom. *var. tom. 3. de delict. cap. 12. num.* 9. Viu. *lib. 2. commun. opin. opin. 292. num.* 3. Mascard. *de probat. concl. 461. num.* 9. vbi *num.* 10. meritò dicit hanc glossam propter eius impiam doctrinam à sanctissimo Inquisitionis Vrbis Tribunali improbatam, detestatam, & execratam fuisse, & mirandum, est, vt verbis vtar annotationis ad hunc text. de auctore huius glossæ, qui putauit Pontificem Max. minori testium numero posse condemnari, quàm Diaconum Cardinalem, atque Ostiarium, cùm tamen ipse Pontifex à generali saltem Præsulis nomine minimè esset excludendus.

Cap. Nullam. III. *Leo IV.*

GLoss. *verbo nullam, in præsenti text.* tradit quòd 1
Papa quando committit aliis causam suorum Clericorum ne ipse suspectus habeatur, iudices non suspectos de honestate dare debet, vt per Roman. *sing. 62. in fine*, Aufrer. *in tract. de recursu num. 55. vers. 93. causa*, Menoch. *cons. 94. num.* 12. licèt verum sit illum nunquam recusari posse, sicut resoluunt Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo Papa*, Mozl. *in emporio iuris part. 1. tit. 2. in prælud. num.* 188. Iacob. Laurent. *de iudic. suspecto cap. 2. à num.* 2. Cartasc. *in explicat. ad aliquas leges noua recopil. cap. 9. num.* 19. Sicut nec potest Imperator, Lancelot. *de attent. p. 2. cap. 6. num.* 41. Caualcan. *p. 2. decis. 18. n.* 111. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 45. n.* 94. aut alius quilibet Princeps superiorem non recognoscens. Mozl. *vbi suprà num. 188. & 189.* Cartasc. *d. cap. 9. num.* 20. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 4. num.* 24.

QVÆSTIO VI.

Cap. Qui se scit. XII. *Vigilius.*

VERBA huius text. esse Sancti Leonis refert Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 9. anno Christi* 819. *pag.* 608. Ex quo colligit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 1. procem. n.* 5. Papam concessisse Episcopis potestatem, & vices suas, vt quilibet in sua diœcesi beneficia ibidem cõsistentia conferre posset. Episcopus enim in sua diœcesi ex causa ea omnia potest, quæ Pontifex in toto orbe, nisi per sacros canones, vel per ipsum Papam prohibeatur, vt me citato, tradit Homobon. *in respons. quæst. moral. part. 4. resp. 207. in fine.* 1

Cap. Quoties Episcopi. XVI.

Felix II.

1 GLoss. verbo appellens, in præsenti text. probat dicta per iudices recusatos esse nulla ipso iure absque alia appellatione, vt per Lap. alleg. 1. à num. 1. Marant. de ordine iudic. part. 6. n. 24. Ruin. consil. 6. num. 5. Cephal cons. 141. num. 19. lib. 2. Anton. Gabr. commun. tit. de iudic. concl. 5. Viui. opin. 866. num. 22. Thom. Triuisan. decis. 51. num. 1. part. 1. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 45. num. 5. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuil. 7. num. 20. Sigism. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. n. 16. Steph. Gratian. discept. forens. c. 100. num. 4. cum seqq. latè Farin. fragm. crimin. part. 2. lit. l. num. 933. cum multis seqq. vbi multipliciter declarat, Perez l. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 566. Vant. de nullit. tit. ex defectu iurisdictionis Ordin. num. 140. Kirchou. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. num. 168. Azeued. l. 1. num. 8. tit. 16. lib. 4. nona recopil. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 42. num. 31. Escobar. de ratiocinijs c. 8. num. 20. Carrasc. in explicat. ad aliquas leges nonæ recopil. cap. 9. num. 337. Amat. Roder. in practica videndi, seu examinandi processum cap. 10. num. 54. cum seqq. Mendex à Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 7. Modern. in tractat. de cognit. per viam violentiæ part. 2. q. 14. n. 3. 11. & 12. Ordin. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 21. §. 4. vbi parens meus num. 9. cum Gratian. d. c. 100. ex n. 6. intelligit si recusans opponat de nullitate, cùm quilibet actus tendens in fauorem alicuius, intelligatur eo opponente ad text. in l. rescripta. vbi gloss. verbo præbeatur. & ibi Ias. num. 3. C. de precib. Imp. offeren.

Cap. Quoties post auditam. XXVI.

Ex legib. Theodosian.

1 IN gloss. Sequestrantur. ibi, vel dic quòd si appellatur ad executore, &c. Notatur ad hoc quòd sequestratio conceditur appellatione pendente, si depopulentur fructus, vt per Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 114. numer. 2. Nam dissipatio fructuum, quos quis seruare tenetur, est sufficiens causa imponendi sequestrum, vt per Caroc. de sequestro p. 2. q. 2. num. 40. Card. Pereira quæst. forens. lib. 1. quæst. 21. num. 32. An & quando sequestrum idonea cautione euitetur, vel tollatur? vide Put. decis. 311. in antiq. aliàs decis. 303. in correctis lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 95. cum seqq. Bernad Grauæ. ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 148. consid. 1.

Cap. A iudicibus. XXXIII.

Ex concil. Mileuitano.

1 NOtari solet hic text. ad hoc, quòd appellatione iudicum veniunt arbitri, vt per Roman. singul. 192. Quæro, in fine, Abb. cons. 13. Quia quicumque col. 2. n. 5. vers. hinc est, Steph. Gratian. discept. forens. c. 66. n. 14. declarando, prout latè dixi in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appell. 122. à num. 3.

Cap. Statutum. XXXVIII.

Ex Concil. Carthag.

1 ALlegatur vulgò hic text. ad hoc quòd nemo in eadem causa potest esse iudex, & testis, siue coram eo pendeat, siue iam finita sit, siue in eadem, siue in alia instantia, veluti appellationis, vt per gloss. verbo magistratus in l. ob carnem ff. de testib. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 73. Rebuff. de reprobat. testium num. 267. cum seqq. Mascard. de probat. conclus. 950. ex num. 1. Cald. Pereira quæst. forens. lib. 1. quæst. 9. num. 15. Curi. Philipp. part. 1. §. 17. num. 11. Farinac. in praxi crimin. q. 60. ex num. 89. cum multis seqq. Carol. de Grass. de except. ad stat. excluden. except. 24. num. 67. Surd. cons. 57. ex num. 1. Et quamuis Socin. num. 9. per text. ibi in c. cum olim 12. de priuileg. limitet hanc regulam in Papa, resoluens posse illum in eadem causa esse iudicem, & testem, & attestari de eo, quod in eadem causa vidit, tamen verius est in illo texto minimè probari hanc limitationem, nam Summus Pontifex illic non deposuit vt testis, sed ex iis, quæ extraiudicialiter vidit, firmauinit animi sui motum ad confirmandam, & coadiuuandam probationem, quæ ex aliorum testimoniis, & Cardinalium dictis apud iudices delegatos legitimè facta fuerat: hoc autem etiam in aliis inferioribus regulariter licitum esse ad meliorem causæ instructionem, comprobat ex aliis Mascard. de probat. concl. 124. num. 18. cum seqq. & post eum Farin. d. q. 60. num. 127. & 140.

Cap. Si quando. XL. *Habrian.*

GLoss. verbo status in præsenti text. tenet in causa status non constitui procuratorem, nisi ille, qui constituit, sit in possessione libertatis, sequuntur Barthol de Valmarin. cons. crimin. diuers. 69. num. 4. lib. 1. & inter eadem cons. Benedict. de Barz. consil. 91. num. 14. eodem lib. 1. Farinac. in praxi crimin. part. 3. quæst. 99. num. 106. 1

Qvæstio VII.

Cap. Laico. III. *Marcelin.*

MArcellinvs Papa ad Episcopos Orientales epistol. 2. in hoc text. scribit non licere laico quemlibet Clericum accusare, quam conclusionem latè exornat Bernard. in practic. cap. 4. vbi Salxed. decem limitationes ponit, idem Bernard. cap. 131. secundùm nouiss. impress. Bonacos. commun. crimin. verbo laicus non potest accusare Clericum, Io. Cror. in tract. de testib. part. 3. ex num. 54. Campeg. eodem tract. reg. 98. Nep. de Monte Albano in simili tractat. num. 153. Clar. lib. 5. §. fin. q. 14. num. 21. & quæst. 24. num. 10. Hippol. sing. 98. Laicus. Paul. Fusc. lit. C. sing. 31. & lit. L. sing. 2. Duen. reg. 315. Ioan. Roias sing. 118. & 120. Marant. de ordine iudic. part. 4 à num 45. in fin. Couar. practic. cap. 18. num. 2. Sebast. Medic. de definit. part. 1. quæst. 8. num. 3. Perez l. 1. vers. laicus præterea contra Clericum tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 60. Azeued. l. 6. num. 3. tit. 9. lib. 3. nonæ recopil. Ioan. Segura Daualos in direct. iudicum Ecclesiast. part. 2. cap. 1. num. 25. Carol. de Grassis de effectibus clericalibus effect. 12. n. 22. & vide quæ habentur in collectan. ad cap. de cætero, de testib. 1

Et oppida eis quidem infesta existunt.] Vide Mantuam dialog. 113. 2

Cap. Metropolitanum. XLV

GLoss. verob Metropolitanum in præsenti text. ait quòd tunc dicitur quis facere in contemptum iudicis, aut legis, quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire, eo quia spernat potestatem iudicis, aut legis, vt per Couar. in cap. alma mater part. 1. §. 7. num. 6. Rot. decis. 838. n. 2. apud Farin. collect. 1. nouissimar. aliàs part. 4. diuers. 1

CAVSA

CAVSA III.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de materia huius text. agentes.*
2 *Remedium reintegrandæ magis generale est, & vtilius inter omnia remedia possessoria.*
3 *Remedium reintegrandæ conceditur illis, quibus poterat competere interdictum Vnde vi.*
4 *Remedium reintegrandæ competit laico pro rebus profanis.*
5 *Reintegrationi vt locus sit debet existere extremum necessarium agenti interdicto recuperandæ, quod est possessio, & possessionis priuatio.*
6 *Spoliatus is dicitur, qui semel possedit.*
7 *Remedio reintegrandæ non succurritur illi, qui sua culpa possessionem amisit.*
8 *Spoliatus vbi quis reperitur, debet ante omnia reintegrari*
9 *Spoliatus auctoritate iudicis de facto, & non ritè procedentis, non agit remedio reintegrandæ.*
10 *Reintegratio cessat vbi quis auctoritate iudicis ritè procedentis a possessione sua ceciderit*
11 *Reintegratio non dicitur facta nisi totaliter quis sit restitutus.*
12 *Remedium reintegrandæ datur etiam pro quasi possessione rerum incorporalium.*
13 *Vsufructuarius,* } *remedium reintegrandæ intentare potest.*
14 *Commodatarius,* }
15 *Hæres,* }
16 *Remedium reintegrandæ quando tempore præscribatur, ostenditur.*

CAP. Reintegranda. III.

Ioannes Episc.

1 CELEBRIS est hic textus, in quo Ioannes vrbis Romæ Episcopus scribit Zachariæ Archiepiscopo *epistol.* 1. qualiter debeat fieri restitutio spoliatis, & eiectis, de cuius materia latè agunt Bonacos. *commun. crimin. part.* 2. *verbo Canon.* Anton. Gabr. *commun. lib.* 5. *tit. de restitut. spoliat. conclus.* 5. Rot. Bonon. *decis.* 10. *&* 12. Menoch. *remed.* 15. *recuper. per tot. & cons.* 5. *n.* 153. *cum multis seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1321. Gutier. *canonic. lib.* 1. *c.* 34. Contard. *de moment. possess. limit.* 4. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 49. *per tot. & de facti scientia & ignor. cent.* 2. *dist.* 60. Card. Tosch. *tom.* 1. *lit. C. conclus.* 45. D. Barbos. *in l. si alienam numer.* 44. *cum sequentibus ff. soluto matrimonio,* Octau. Glorit. *resp.* 10. *ex numero* 127.

2 Remedium huius text. est magis generale, & vtilius inter omnia remedia possessoria, & concurrit cum omnibus aliis, itaut vbicumque habeat locum aliud remedium, videlicet interdictum Vnde vi, aut quid simile, procedat etiam istud, ita Alex. *cons.* 94. *Visis, ad finem vers. nec etiam obstat numer.* 22. *lib.* 5. Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 7. *remed.* 19. *numer.* 58. Ste-
2 phan. Gratian. *discept. forens. capite* 311. *numer.* 1. Et in specie quòd remedium istud concedatur illis, quibus poterat competere interdictum Vnde vi, tradunt Menoch. *consil.* 2. *num.* 154. Valasc. *de iure emphyteut. q.* 8.
4 Integrari potest non solùm in foro Ecclesiastico,

sed etiam in seculari, ac proinde laico competit pro rebus profanis, vt per Alex. *cons.* 6. *n.* 4. *cons.* 51. *lib.* 3. *& cons.* 199. *Viso, col.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 91. *In causa & lite, col.* 2. *vers. non obstat, & cons.* 94. *Visis & sæpius, col. pen. vers. non obstat. lib.* 5. Corn *cons.* 62. *col.* 3. *lib.* 1. Castren. *cons.* 105. *n.* 2. *vers. secundò principaliter lib.* 1. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. C. concl.* 45. *n.* 44. Gregor. Lop. *l.* 30. *verbo salare tit.* 2. *p.* 3. Anton. Gabr. *dict. conclus.* 5. *n.* 1. Couar. *lib.* 1. *var. capite* 4. *n.* 1. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 13. Dom. Barbos. *in d. l. si alienam n.* 48. *ff. soluto matrimon.*

Et competit remedium huius text. etiamsi spolium fiat cum dolo, vel violentia, Alex. *cons.* 6. *Circa præmissum n.* 3. *vers. tertiò respondeo lib.* 3. maximè quando illud intentatur contra possidentem sine titulo. Alex. *cons.* 51. *in princ. vers. & præsertim lib.* 1. Cardin. Tusch. *dict. concl.* 45. *n.* 2. *&* 3.

Reintegrationi vt locus sit debet existere extremum
necessarium agenti interdicto recuperandæ, quod est 5
possessio, & possessionis priuatio, gloss. *in l.* 1. *§. interdictum autem, ff. de vi, & vi arm.* gloss. *verbo restitutionem in capite olim, de restit. spoliat.* Canonistæ *in capite consultationibus, de officio deleg.* Socin. *in l. rem quæ nobis n.* 16. *in* 7. *quæst. princ. ff. de acq. poss.* Alex. *cons.* 6. *n.* 5. *vol.* 3. *& cons.* 89. *n.* 8. *vol.* 5. Gozad. *cons.* 9. *n.* 5. Paris. *cons.* 98 *à n.* 23. *vol.* 5. Neuizan. *cons.* 68. *n.* 11. Menoch. *d. cons.* 2. *numer.* 162. Didac. de Marin. *in addit. ad decis. Grammat.* 43. *col.* 2. *& alleg.* 10. *num.* 11. Cardin. Tusch.
d. concl. 45. *n.* 28. Spoliatus enim is dicitur, qui semel 6
possedit, *l.* 1. *§. deycitur ff. de vi & vi arm.* Menoch. *de recuper. posses. in prælud. num.* 1. Surd. *cons.* 160. *n.* 39. *& cons.* 221. *n.* 17. quia priuatio supponit habitum, ex citatis per me *in tractatu Axiomatum iuris vsufreq. verbo Priuatio.* Declarando tamen dummodò quis sua culpa
possessionem non amiserit, quia huic remedio huius 7
text. succurritur, vt resoluunt Cald. Pereira *de resol. emphyt. capite* 17. *n.* 35. Rot. *decis.* 462. *num.* 2. *p.* 1. *recent.*

Et vbi qui ita spoliatus reperitur, debet ante omnia 8
reintegrari, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de vi, & vi armata, l. si quis ad se fundum, C. ad legem Iuliam de vi public. capite nullus* 2. *q.* 2. *capite litteris, capite conquerente, de restitut. spoliat.* Boër. *decis.* 238. *n.* 2. Ias. *consil.* 172. *col.* 2. *vol.* 1. Curt. iun. *cons.* 41. *in fine,* Menoch. *cons.* 307. *n.* 63. *& cons.* 630. *num.* 10. Surd. *cons.* 28. *n.* 29. *cum sequentibus, & cons.* 166. *num.* 1. Didac. de Mar. *in suis communibus opinionibus lit. S. in verbo spoliatus.*

Quod vendicat sibi locum etiam in spoliato iudicis 9
auctoritate secundùm Abb. *in capite dilectus filius, in vltim. notab.* & *ibi* Felin. *n.* 1. *de rescript.* Grat. *consil.* 76. *col.* 1. *vol.* 2. Brun. *consil.* 22. *numer.* 2. Roland. *cons.* 6. *num.* 12. *vol.* 2. de facto scilicet, & non ritè procedentis, vt declarat Anton. Gabr. *d. tit. de restitut. spoliat. concl.* 1. *n.* 124. Menoch. *remed.* 8. *recuper. numer.* 8. Lancel. *de attent. p.* 1. *capite* 2. *n.* 5. Surd. *cons.* 168. *n.* 3. *&* 26. *& cons.* 189. *numer.* 30. nam si quis authoritate iudicis rite procedentis à possessione sua ceciderit, reintegratio ces-
sat, ad not. per Ruin. *cons.* 49. *n.* 11. *vol.* 4. Anton. Gabr. 10
d. concl. 1. *n.* 123. Boër. *decis.* 238. Crauet. *cons.* 5. *num.* 8. *cons.* 124. *& cons.* 302. *n.* 3. Menoch. *remed.* 8. *recuper. numer.* 3. *& cons.* 696. *n.* 30. Didac. de Mar. *d. verbo spoliatus.*

Intellige vt restitutio probata spoliatione & ante-
riori possessione sit plenè facienda, quia non dicitur 11
facta reintegratio nisi totaliter quis sit restitutus, Bald. *in cap. fin. n.* 6. *de ordine cognit.* Dec. *cons.* 199. *sub num.* 1. Paris. *cons.* 100. *n.* 7. *vol.* 3. Anton. Gabr. *d. tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *n.* 2. Roland. *cons.* 53. *n.* 25. *vol.* 1. Cancer. *var. resolution. lib.* 2. *capite* 7. *numero* 4.

Amplia primò vt remedium huius can. datur etiam 12

pro quasi possessione rerum incorporalium, vt per Franc.Mar. *decis.* 389. *part.* 1. vbi de actu iurisdictionis, Menoch. *remed.* 1. *recup. numer.* 88. *an fin.* vbi de iure vectigalis, & pedagij, Bertrand. *cons.* 2. *n.* 20. *lib.* 2. vbi de homagio domino præstando; Stephan. Gratian. *discept forens. cap.* 311. *n.* 17. *cum sequent.* Card. Tusch. *d. concl.* 45. *n.* 4.

13 Secundò amplia in vsufructuatio, vt illi etiam competat remedium huius can. vt per Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 7. *n.* 58. *in fine, vers. item illud,* Bonogn. *de vsufructu n.* 6. *in fine,* Anton. Gabr. *de tit. de restit. spoliat. concl.* 5. *n.* 9. Stephan. Gratian. *d. cap.* 311 *à num.* 4. Card. Tusch. *d. concl.* 45. *num...*

14 Tertiò amplia in commodatario, vt per Tiraquel. *le mort, part.* 3. *declar.* 3. *n.* 6. Anton. Gabr. *d. concl.* 5. *num.* 4. vbi *num.* 5. ampliat ad conductorem eiectum, & *num.* 17. ad cessionarium, Cardin. Tusch. *d. concl.* 45. *numer.* 10.

Quartò amplia in hærede, quia huiusmodi remedium ad illum transit, secundùm Socin. sen. *in l. rem, quæ nobis ff. de acquirend. possess.* Grat. *consil.* 70. *col.* 2. *vol.* 1. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 2. *resol.* 53. *numer.* 2. vbi *n.* 3. Post Corn. *consil.* 329. *num.* 7. *vol.* 1. intelligit dummodo hæres probet defunctum possedisse, & quòd defunctus in vita fuerit spoliatus, Card. Tusch. *vbi sup. num.* 30.

15 Quintò amplia in conductore ad longum tempus, quia dicitur habere vtile dominium, latè Dec. *consil.* 292. *col.* 1. Card. Tusch. *d. concl. n* 9.

Limita primò, quia non datur ei, qui habet iuniorem possessionem contra illum qui habuit antiquiorem, eo quòd iuniorem habens dicitur malæ fidei. Alex. *cons.* 6. *Circa promissum, lib.* 3. vbi *num.* 9. restringit quando iunior possessor habet titulum legitimum, & *numer.* 11. restringit etiam quando iunior spoliasset antiquiorem possessorem, deinde ex interuallo antiquior spoliasset iuniorem, quia vltimum spolium purgandum est, refert Card. Tusch. *d. concl.* 45. *ex num.* 79. *cum seqq.*

Limita secundò, quia non datur ei, cui denegatur audientia per statutum, Ioan. Andr. *in capite ad abolendam col.* 6. *de heret.* Florian. de S. Petro *cons.* 24. *n.* 10. & *cons.* 25. Card. Tusch. *d. concl.* 45. *n.* 90. vbi *n.* 91. limitat etiam in eo, qui rem litigiosam emit, & postea cecidit à possessione.

Quæstio est dubia quanto tempore præscribatur re-
16 medio huius Canonis, vt videre licet apud Cassad. *decis.* 5. *pag.* 2. *vers. videretur tamen, de restitut. spoliat.* Villalob. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 307. *pag.* 218. Pute *decis.* 115. *in antiq. aliàs decis.* 110. *in correctis lib.* 1. vbi bona apostilla, Anton. Gabr. *d. tit. de restit. spoliat. concl.* 5. *n.* 53. Inter quos illa est magis communis sententia, spatio 30. annorum præscribi hoc remedium, nam licet *in hoc text.* adsint verba illa, *quacumque temporis conditione*, tamen ista perpetuitas debet intelligi inclusa spatio 30. annorum, quia important verba illa qualitatem temporis, non præscriptionem, ita Menoch. *remed* 15. *recuper. n.* 421. Roland. *cons.* 72. *n.* 19. *lib.* 2. Grauat. *ad Vestrium lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 41. *vers. fautores enim,* Bernard. Græuæ *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 75. *in coronide n.* 4. Ioan. Baptista Costa *de facti scientia, & ignorant. cent.* 2. *dist.* 60. *num.* 25. & *post n.* 50. vbi refert pro hac parte 45. Doctores. Seraphin. *decis.* 1360. *per tot.* Rot. *decis.* 763. apud Farin. *in* 1. *collect. nouissim. alias p.* 4. *diuers.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 2. *n.* 7. *cum seqq.* & *cap.* 173. *num.* 1. nouissimè D. Barbos. *ad rub. C. de prescript.* 30. *n.* 389.

QVÆSTIO II.

CAP. Tamdiu. VII. *Felix. II.*

MENOCH. *remed.* 15. *recuper. n.* 646. ex hoc text. colligit quòd spoliatus, & deinde restitutus antequam spoliator supra causa dominij audiatur, tamdiu remanere debet in possessione, quamdiu stetit spoliatus. 1

CAP. Si Episcopus. VIII.

Felix. I.

ALlegari solet hic text. ad hoc quòd spoliatos debet restitui vsque ad minimum quadrantem tam quoad possessionem rei, quàm quoad fructus, damna, & interesse, vt per Bald. *in c. conquerente n.* 1. *de restitut. spoliat.* Ias. *consil.* 162. *col.* 2. *in fin. vol.* 1. & *in l. sancimus, vers. quartò extende C. de iudic.* Curt. iun. *consil.* 41. *in fine,* Roland. *cons.* 53. *vol.* 1. Bero *in cap. grauis n.* 2. *de restit. spoliat.* Crauet. *cons.* 140. *num.* 3. Surd. *consil.* 166. *num.* 1. *lib.* 1. Pereg. *consil* 132. *n.* 1. & 2. *vol.* 5. Giurb. *decis.* 39. *tom.* 1. Mastril. *decis* 198. *n.* 1. & 2. & *decis.* 270. *num.* 7. & 10. & *decis.* 272. *num.* 1. & 2. Viu. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 8. *tit.* 3 *numer.* 2. *in med.* Dominum meum *in comment. ad Ordinat. Regiam Lusitan. lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. *num.* 10. 1

QVÆSTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio maior à fidelium separat communione, minor verò à sola perceptione, seu participatione Sacramentorum.*
2 *Vgolinus reprobatur dum asserit varias esse minoris excommunicationis species.*
3 *Excommunicationis minoris vna tantùm fuit species olim secundùm antiquiorem Ecclesiæ vsum, vnúsque illius effectus.*
4 *Declaratur text. in præsenti.*
5 *Declaratur capite Episcopi* 11. *q.* 3.

CAP. Engeltrudam. XII.

NICOLAVS Papa *in Epist.* 27. ad Germaniæ Episcopos, & habetur *tom.* 3. *epistol. Decret. Rom. Odit*, narrat quòd Engeltrudam Bosonis Comitis vxorem, quæ proprio viro relicto hac atque illac vagabunda errabat, anathematis vinculo anno Domini 860. in Romana Synodo duxit innodandam. At Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *disp.* 3. *lib.* 1. *cap.* 3. *vers. Nicolaus pag.* 28. tribuit hunc text. Ioanni Papæ VIII. non Nicolao, subditque fieri potuisse vt hæc fœmina viueret tempore Ioannis VIII. à quo etiam censura excommunicationis esset percussa, vel potiùs Ioannes non excommunicauit illam, sed denonciauit fuisse excommunicatam à Nicolao.

Difficilis est hic text. dum de minori excommunicatione loquens inquit eam à fraterna societate separare, quod illi non conuenit, cùm inter maiorem; & minorem excommunicationem ea intersit differentia, quòd maior à fidelium separat communione, minor verò à sola perceptione, seu participatione Sacramentorum, vt probat *capite* 2. ibi, *tantùm à Sacramentorum* 1

mentorum participatione, de except. cap. si celebrat. de cleric. excomm. ibi *qua in sola persistit perceptione*, & adnotarunt Couar. *in cap. alma mater, part. 1. in princ. n. 4. & §. 8. n. 1.* Nauat. *in man. cap. 27. n. 1. & 24.* Suar. *tom. 5. disp. 24. sect. 1. cum seqq.* Augent difficultatem plura iura, quæ priuant Ecclesiastica communione, & tamen ad maiorem excommunicationem reduci non possunt, nec ad minorem, cùm communio, qua priuant, alia sit longè diuersa à Sacramentorum participatione, vt colligitur ex *cap. 1. in fine 34. dist.* ibi, *vestro collegio excommunicatus abscedat, cap. Episcopi* 8. ibi, *communio vsque ad tempus Synodi 11. quæst. 3.* cum similibus, de quibus gloss. *verbo suspensi in Clem. cupientes, de pœnis.*

2 Quorum iurium difficultate oppressus Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 1.* multis contendit varias esse minoris excommunicationis species, vnam, quæ priuat Sacramentorum participatione, aliàs verò, quæ priuant fraterna societate, vel aliqua alia Ecclesiastica communionis parte, & ita interpretatur text. *in præsenti*, contra quem tamen stat irrefragabiliter text. *in d. c. 2. cum similib.* in quibus per illam taxatiuam, *tantùm*, explicant minorem excommunicationem sola priuare Sacramentorum participatione. Aliter atque aliter intelligit Anton. de Fuertes *Canon. lect. lib. 1. cap. 9.*

3 Quapropter aduertendum est quòd licèt negandum non sit dari posse tanquam possibiles varias minoris excommunicationis species, potuit enim Ecclesia sub alio modo, & forma minorem excommunicationem instituere, illique hunc, vel illum effectum, vel plures hoc, vel illo casu tribuere; secundùm tamen præsentem Ecclesiæ vsum certum est vnam tantum instituisse, illique vnum solum effectum tribuisse, scilicet quod à Sacramentorum separet perceptione, vt constat *ex dict. cap. 2. & dict. cap. si celebrat, cum similibus*; quinimo secundùm antiquiorem Ecclesiæ vsum vnam tantùm fuisse minorem excommunicationem, vnúmque illius effectum probabilius est cum communi sententia, vt constat ex præcipitatis.

4 Non obstat text. *in præsenti*, quia respondent Archidiac. Turrec. Alexandrin. & alij communiter *hîc*, quòd cùm in Sacramentorum participatione fideles inter se fraternitatem contrahant, vt Deum Patrem vocare possint, sicut inquit text. *in cap. ad mensam 11. q. 3.* qui per minorem excommunicationem ab hac Sacramentorum participatione separatur, rectè etiam à fraterna societate dicitur separatus. Vnde etiam intelliguntur plura iura antiqua, vbi minor excommunicatio simpliciter excommunicatio dicitur, *cap. de Presbyterorum 17. quæst. 4. cap. Sacerdotem de consec. dist. 1.* cùm iam hodie de sola maiori intelligi decidat text. *in c. pen. de sent. excommun.* Cuius rei ratio est, quia in primitiua Eclesia ardentior erat zelus charitatis, quæ postea paulatim cœpit frigescere. ac subinde primis illis temporibus grauissimum reputabatur priuari sanctissimę Eucharistiæ, & aliorum Sacramentorum perceptione, idcóque hac sacra Communione priuatus non immeritò simpliciter excommunicatus illis temporibus dicebatur, vt ex aliis notat Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 2. §. 2.*

5 Ad alia respondetur pœnas de quibus ibi propriè censuras Ecclesiasticas non esse, neque ad excommunicationem strictè, qua censura est, posse reduci, & quod attinet *ad d. cap. Episcopi*, quo præcipuè nititur Vgolin. patet, quia priuatio communionis reliquorum Episcoporum *ibidem* ad tempus certum præscribitur, scilicet vsque ad tempus Synodi, sicut *in cap. in loco 5. quæst. 4.* fertur excommunicatio etiam ad tres dies, & *in cap. præsenti 5. q. 2.* ad septem, quod longè abest à propriæ censuræ ratione, quæ ea esse noscitur vt minimè ad tempus præfinitum durare debeat, sed tantùm donec durauerit contumacia, *cap. ex litteris, de constit.* Rursus constat de intrinseca censuræ ratione esse quòd priuet bono aliquo spirituali, qua tale est, planè tam *in dict. cap. Episcopi*, dum illi priuantur aliorum Episcoporum communione, quam *in d. c. 1. 34. dist.* dum venatorem à collegio suo excommunicat, non priuantur isti bono aliquo spirituali qua tali, sed vel collegij, aut Coëpiscoporum communione circa negotia communia, qua ciuilis communio est, benè sensit *gloss. vlt. in eod. cap. 1.* quòd verò *ibi* text. vtatur verbo *excommunicatus*, non inconuenit, ponitur enim ibi in generali significatione, quatenus significat; & idem importat ac exclusus, seu exterminatus, arg. text. *in cap. si Episcopus, cap. absit, cap. canonica 11. q. 3.*

QVÆSTIO V.

CAP. Accusatores. II. *Anaclet.*

ALLEGARI solet hic text. ad hoc quòd accusator non potest esse testis contra accusatum, vt per Mascard. *de probat. concl. 26. & concl. 1357. n. 41.* latè Farin. *in praxi crimin. q. 60. n. 64. cum seqq.* vbi *n. 70.* limitat in causa hæresis, & *n. 71.* in causa matrimonij. 1

CAP. Suspectos. IV.

Pontinianus.

INter septem genera personarum, quas Pontifex in præsenti statuit esse remouendas ab accusatione, & testimonio ferendo, connumerantur facilè litigantes; quos à testimonio repelli docent Mascard. *de probat. conclus. 1358. num. 31.* Rebuff. *de reprobation. testium n. 330.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 56. n. 461.* 1

SVMMARIVM.

1 *Homicidæ*
2 *Malefici*,
3 *Adulteri*,
4 *Criminosi*,
5 *Domestici*,

} *testes esse non possunt.*

CAP. Constituimus. IX.

Eusebius.

HOmicidæ.] Hos à testimonio repellendos esse resoluunt Rebuff. *de reprobat. testium n. 228.* Mascard. *de probat. concl. 464. n. 1. & concl. 1356. n. 43. & 48.* Farin. *in praxi crimin. part. 2. q. 56. n. 127.* 1

Malefici.] Vide Rebuff. *de reprobation. testium num. 332.* 2

Adulteri.] Vide Rebuff. *de reprobat. testium n. 32.* vbi subdit hoc intelligendum quando essent condemnati, alioquin maior pars hominum à testimonio repelleretur, Farin. *dict. part. 2. quæst. 56. num. 189. cum seqq.* 3

Criminosi.] Vide Rebuff. *de reprobat. testium num. 175.* Farin. *d. q. 56. n. 156.* 4

Domestici.] Vide Nep. de Monte Albano *de testibus in princ. n. 1. 4. & 5.* Menoch. *cons. 199. n. 19.* 5

Mench. *vsuf. cap.* 33. *n.* 15. Mascard. *concl.* 533. *& conclus.* 1317. *n.* 10. *& concl.* 1357. *n.* 46. Rebuff. *de reprobat. testium à num.* 184. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 374. *num.* 6. *cum seqq.* Cald. Pereira *de empt. cap.* 34. *n.* 32. latè Farin. *d. part.* 2. *q.* 54. *n.* 1. *cum seqq.*

QVÆSTIO IX.

CAP. Absens. XIII.

Zepherinus.

1 EX hoc text. colligit gloss. *verbo non mortuos, in cap. damnationis* 24. *quæst.* 2. absentem non posse excommunicari, sed illam gloss. intelligit Mar. Alter. *de censuris tom.* 1. *lib.* 4. *disp.* 6. *cap.* 1. *vers. & ad hunc modum, pag.* 435. de absente qui non fuerit monitus, iuxta dispositionem iuris.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus semel in dubio præsumitur talis in futurum.*
2 *Furor quo pacto probetur, remissiuè.*
3 *Furor probatur per testes singulares, & domesticos, & qui etiam non interrogati reddant rationem dicti sui.*
4 *Testibus deponentibus de sana mente magis creditur quam deponentibus de insania.*

CAP. Indicas. XIV. *Nicol.*

1 EX gloss. *verbo ostenderis, in præsenti text.* vulgò colligitur semel furiosum in dubio præsumendum talem in futurum, vt per Couar. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. vbi subdit procedere si probatum fuerit aliquem furiosum esse quodam continuo tempore, nempe vno mense, vel vno anno, Duen. *reg.* 350. *vers. limita quinto,* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 30. Menoch. *cons.* 374. *n.* 45. *& de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 45. *n.* 18. *&* 19. Gutier. *cons.* 14. *n.* 12. *&* 13. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 136. *n.* 3. *vers. in dubio autem,* Valasc. *consil.* 145. *num.* 13. *&* 14. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 8. *num.* 17. *vers. & ratio est,* Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 56. *n.* 16. *&* 17. Farin. *fragment. crimin. p.* 1. *lit. F. n.* 317. *cum seqq.* Anton. Gomez *tom.* 3. *var.*
2 *cap.* 1. *n.* 71.

In ead. gloss. ibi, *Aliàs tenetur ille potiùs probare, &c.* Furor quo pacto probetur, vide Anton. Gom. l. 3. *Tauri num.* 6. Valasc. *d. cons.* 145. *à n.* 12. Paul. Montan. *de tutelis cap.* 28. *n.* 29. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 24. *n.* 7. *&* 36. Farin. *d. lit. F. à num.* 233. Et potest probari per testes singulares, Mascard. *conclus.* 827. *n.* 7. *& concl.* 1045. *n.* 33. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 64. *n.* 259. Cald. Pereira *cons.* 24. *n.* 7. & per domesticos, Farinac. *d. part.* 2. *q.* 55. *n.* 116. dummodo omnes, & quicumque etiam non interrogati reddant rationem dicti sui, ad not. per Menoch. *cons.* 321. *num.* 27. *&* 28. Brunut. à Sole *in locis communib. verbo furor* 2. Valasc. *d. cons.* 145. *n.* 20. *&* 22. Farin. *d. lit. F. à n.* 293. Burg. de Pace *cons.* 11. *n.* 20. vbi ait deponentes etiam de sana mente teneri reddere ratio-
3 nem dicti sui. Et in concursu magis creditur testibus deponentibus de sana mente quàm insania, vt per Menoch. *cons.* 311. *n.* 14. *&* 15. Valasc. *d. consil.* 145. *n.* 14. Farinac. *dicta lit. F. n.* 306.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium per scripturam dici non potest, sed necessariò dicendum est per propriam vocem testificantis.*
2 *Declaratur text. in l. Theopompus* 14. *ff. de dote præleg.*

CAP. Testes. XV. *Calixtus.*

VVlgò colligitur ex hoc text. testimonium per 1
scripturam dici non posse, sed necessariò dicendum esse per propriam vocem testificantis, vt per Abb. *num.* 3. per text. *ibi in cap.* 2. *qui matrimon. accus. poss.* Hippol. *in l. de minore* §. *plurium ff. de quæstion.* Felin. & alios *in cap. de testibus, de testib. & attestat.* Alberic. *de testib. part.* 3. *n.* 31. Crot. *in simili tract. n.* 197. *&* 373. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 24. *&* 25. *pag.* 514. Anfrer. *de reprobat. testium n.* 44. Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 6. *in princ.* Mascard. *de probat. in præm. q.* 5. *à n.* 11. *& concl.* 149. *n.* 26. *& concl.* 460. *n.* 3. Fulu. Pacian. *in simili tract. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 80. Bernard. Grauæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 100. *consid.* 3. *n.* 7. Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 80. *à num.* 27.

Non obstat text. *in l. Theopompus* 14. *ff. de dote præ-* 2
leg. ibi, *iuratus scripsit,* quia vltra alia, quæ ad illum text. tradunt Doctores *ibi*, & Couar. *d. num.* 6. nobis respondendum videtur quòd in specie illius text. pro verbo, *iuratis,* de quo *ibi*, reponendum est verbum, *rogatus,* prout volunt Padil. *in l. si quis maior num.* 20. *C. de transaction.* Menoch. *de arbitrar. q.* 58. *n.* 3. & ita videtur dicendum in specie illius text. rogatum fuisse Polianum à marito puellæ, siquidem iure Digestorum, in quo text. ille continetur, non erat adhuc cognita necessitas iuramentorum in testimoniis, prout colligitur ex text *in l. iusiurandi C. de testib.* ibi, *iam dudum arctari præcipimus*, quæ verba non solùm dicunt iuramentum à testibus esse requirendum, sed etiam id nouè per Imperatorem fuisse introductum, ac subinde dicendum est in specie *dict. l. Theopompus,* non fuisse propriè testimonium, quo probaretur voluntas testatoris, sed magis declarationem simplicis dicti, hoc est, assertionis, iuxta text. *in l. sciendum* §. *dictum ff. de ædil. edicto*, declarantis quantitatem, quæ soluenda erat filiæ testatoris, qui quidem voluit vt illi dispositioni staretur, cum qua secretè se conformasse declarauit. Pro quo intellectu expenduntur illa verba ibi, *prouidebit tradi Polianus,* quibus verbis Iureconsultus denotat testatorem voluisse non esse standum dicto Poliani circa illud, quod ipse testator ei dixit, sed standum esse voluntati eiusdem circa illud, quod sic deponenti videtur, quo casu testis nequaquam reputatur, vt fatetur Bart. *num.* 7. *in d. l. Theopompus.* Nec refragatur dicere quòd supposita tali declaratione maneret dispositio testatoris collata in alienam voluntatem, seu arbitrium, contra text. *in l. illa institutio, & in l. si quis Sempronium,* 68. *ff. de hæred. institut. & in l.* 1. vbi omnes *ff. de legat.* 2. siquidem vltra illa, quæ tradit Bart. *num.* 4. & alij *in d. l. Theopompus,* satisfit si dicas verum quidem esse sustantiam legati, seu alterius vltimæ dispositionis in voluntatem alterius collatam efficere dispositionem captatoriam, vel saltem talem, quæ legibus improbatur, iuxta supracitata iura, quæ procedunt. Secus verò si arbitrium solummodò ponatur, & operetur circa quantitatem dispositionis non expressam, nec declaratam per testatorem, iuxta text. sic intelligendum *in d. l.* 1. *vers. sed cùm ita legatum sit ff. de legat.* 2. vbi eleganter aduertit Imol. *num.* 1. prout contigit in specie *d. l. Theopompus,*

pompus, vt colligitur ex verbis illius ibi, *prouideri*, & ibi, *in æqualibus portionibus, in quibus*, &c.

Cap. Puta: XVII.

Ambrosius.

1 Allegari vulgò solet hic text. ad hoc quòd testimonium falsum in vna parte in reliquis videtur esse vitiatum, & totum corruit, vt per Alex. *cons.* 99. *num.* 21. *vol.* 5. *& cons.* 150. *num.* 21. *vol.* 6. Hippol. Bonacos. *commun. crimin. part.* 1. *verbo testis in vno falsus pag.* 335. Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæst.* 53. *num.* 8. *cum seqq.* Roland. *cons.* 7. *num.* 23. *vol.* 1. Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 44. *num.* 42. Rebuff. *de reprobat. testium n.* 204. *cum seqq.* Anton. Gabr. *commun. lib.* 7. *tit. de criminalib. concl.* 4. Anton. Scap. *de iure non scripto lib.* 4. *cap.* 91. *à princip.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 107. *n.* 45. Menoch. *cons.* 1. *num.* 300. *& de arbitr. casu* 308 *& de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 22. Mascard. *de probationib. concl.* 743. *& concl.* 1039. *num.* 9. Bobadil. *in sua politice lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 57. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo testis* 40. Cardos. *in praxi iudicum eod. verbo num.* 64. Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 67. *à n.* 111. *& part.* 4. *cons.* 39. *num.* 12. Mendez Castro *in praxi Lusit. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 43. Ioan. Vincent. de Anna *alleg.* 52. *n.* 37. Surd. *cons.* 61. *num.* 35. Octau. Glaurit *resp.* 12. *num.* 97. qui mendax in vno, in omnibus talis præsumitur, Barthol. Perett. *ad Extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ alienan. c.* 3. *num.* 51. Mascard. *de probat. concl.* 1039. *num.* 7. Antou. Monach. *Lucen. decis.* 38. *num.* 11. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 227 *n.* 8. Et semel mendax, in futurum præsumitur mendax. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 7. Mascard. *d. concl.* 1039. *num.* 12. Stephan. Gratian. *d. decis.* 22 . *num.* 9.

CAVSA IV.

QVÆSTIO II. & III.

SVMMARIVM.

1 *Peritioribus testibus maior fides adhibetur.*
2 *Nobili testi plus creditur quàm ignobili.*
3 *Clericis testibus magis creditur quam laicis.*
4 *Masculis testibus, plus creditur quàm fœminis.*
5 *Testi vario, & sibi ipsi contrario non est fides adhibenda.*
6 *Pauper non est testis.*
7 *Inimicus à testimonio repellatur.*
8 *Amicus non potest esse testis in causa amici quando amicitia talis est, quòd inter eos est vnum velle, & vnum nolle.*
9 *Socer, & socrus non possunt cogi ferre testimonium aduersus suum generum, & è contra.*
10 *Vitricus non potest cogi dicere testimonium contra priuignum, & è contra.*
11 *Seruorum attestationi tunc credendum est vbi veritas aliter haberi non potest.*
12 *Senes ad testificandum inuiti cogi non possunt.*
13 *Absentes causa Reip. ad perhibendum testimonium cogi non possunt.*
14 *Aduocatus in causa in qua patrocinatur propter præsumptam affectionem testimonium ferre non potest.*
15 *Aduocatus vbicumque conuenerit de salario, sed patrocinari non cœperit, potest in ea causa testimonium ferre.*
16 *Parentes non possunt esse testes in causis filiorum.*
17 *Auus non potest esse testis in causis nepotum.*
18 *Pater non potest esse testis pro extraneo in causa in qua filius est procurator.*
19 *Adoptiuus filius si sit in potestate patris non potest pro eo testimonium ferre.*
20 *Filij legitimi, naturales, spurij, & incestuosi non possunt testificari pro patre.*
21 *Filius spiritualis potest esse testis in causa patris spiritualis.*
22 *Parentes admittuntur in probanda ætate filiorum.*
23 *Hæresis in crimine,*
24 *Maiestatis læsæ in crimine,*
25 *Matrimoniali in causa,*
26 *Religionis in causa,*
27 *Status in causa,*
28 *Partis de consensu,*
29 *Instrumento,*
30 *Causa vbi agitur inter duos filios,*
31 *Testamento filij militis.*
(23–31:) *parentes pro & contra filios testes esse possunt.*
32 *Testi vnico quando credatur, remissiuè.*
33 *Domestici quando sint idonei testes, remissiuè.*

Cap. Si testes III.

On *enim ad multitudinem*, &c. Vnde 1
fit vt testibus peritioribus maior fides
adhibeatur, secundùm Menoch. *consil.*
380. *n.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1169.
num. 14. Farin. *in praxi crimin. part.* 2.
quæst. 65. *num.* 118. *&* 186. & testi nobili plus credatur 2
quàm ignobili, ex Rebuff. *de reprob. testium nu.* 123.
Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *à num.* 33. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 59. *num.* 9. Farin. *d. quæst.* 65. *num.* 115.
Melch. Phæbus *Lusit. decis.* 67. *num.* 8. *tom.* 1. Et testi- 3
bus clericis magis credatur quàm laicis, ex Rebuff. *d.*
tract. num. 123. & Farin. *d. q.* 65. *num.* 177. Et demum 4
testibus masculis plus credatur quàm fœminis, Rebuff.
d. tract. num. 123. Menoch. *vsufreq. cap.* 30. *n.* 8. *&* 21. Farin. *d. quæst.* 65. *num* 179.
Qui aduersus fidem testationis suæ vacillant, &c.] No- 5
tatur ad hoc quòd testi vario, & sibi ipsi contrario
non est fides adhibenda, vt per Clar. §. *falsum vers.*
testis, Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 23. *num.* 2. *&* 3.
Farin. *d. part.* 2. *quæst.* 65. *à num.* 56. *& part.* 4. *consil.* 39.
num. 9. *cum seqq.*
An locuples, vel egens sit.] Ergo pauper non est ido- 6
neus testis, de quo tamen vide Hippol. *consil.* 28. *num.*
20. *&* 21. *& cons.* 31. *num.* 31. *& cons.* 65. *num.* 30. Corr.
in memorab. verbo paupertas pag. mihi 662. Bonacos.
commun. crimin. part. 1. *verbo testis pag.* 171. Rebuff.
de probat. testium num. 387. *cum seqq.* Soar. *recept. sen-*
ten. lit. T. num. 24. Menoch. *de arbitr. casu* 65. *numer.*
11. *& cons.* 149. *num.* 45. *& seqq. & cons.* 199. *numer.* 21.
Mascard. *de probation. concl.* 1155. *& concl.* 1357. *n.* 37.
Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 277. *num.* 4. Farin.
d. part. 2. *quæst.* 57. *num.* 1. *cum seqq. & cons.* 22. *num.* 27.
Aldouin. *consil.* 22. *num.* 29. Rot. apud Farin. *decis.* 444.
num. 1. *part.* 1. *recent.* Qui autem pauper dicatur mul-
tis in locis tradit nouissimè Aluarez de Velasco *de pri-*
uilegijs pauperum.
Vel an ei inimicus sit.] Inimicum à testimonio repel- 7
lendum resoluunt citati per me *in collect. ad cap. memi-*
nimus num. 4. *de accusat.*
Vel amicus.] Non potest enim amicus esse testis 8
in causa amici, quando amicitia talis est, quòd inter
eos est vnum velle, & vnum nolle, vide Vezin *tom.* 1.
commun. opin. lib. 4. *tit.* 10. *num.* 234. *pag.* 537. Mascard.
de probat. concl. 86. *& concl.* 1357. *n.* 38. Rebuff. *de pri-*
uileg. schol. priuileg. 170. *& de reprob. testium à num.* 39.

Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 33. num. 48. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 21. num. 6. & 7. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 100. à num. 1. Fr. Ludou. Miranda de ordine iudic. quæst. 23. art. 6. concl. 5. Amar. Roder. de forma videndi, seu examinandi processum cap. 7. de forma probation. num. 53.

9 Aduersus socerum.] Notatur ad hoc quòd socer, & socrus non possunt cogi ferre testimonium aduersùs suum generum, & norom, & è contra, vt per Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 11. num. 24. vers. quod est verum, Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 78. num. 87. Cabed. Lusitan. decis. part. 2. arresto 9.

10 Vitricum, &c.] Notatur ad hoc quòd vitricus non potest cogi dicere testimonium contra priuignum, & è contra, vt per Farin. d. quæst. 78. num. 81. & 83. idem dicit de fratre, sobrino, sobrina, natisve ex sobrino, vel sobrina, & numer. 89. quòd liberti cogi non possunt ad ferendum testimonium contra patronum, & è contra.

11 Serui responso tunc credendum est, &c. Notatur ad hoc quòd seruorum attestationi tunc credendum est vbi veritas aliter haberi non potest, vt per Mascard. de probat. conclus. 1358. num. 18. Farinac. dicta part. 2. quæst. 55. num. 172.

12 Inuiti testimonium dicere non coguntur senes. [Notatur ad hoc quòd senes ad testificandum inuiti cogi non possunt, vt per Farinac. d. part. 1. quæst. 78. numer. 59. vbi declarat quòd non possunt cogi venire, sed quòd ad eorum domos mittere debet iudex qui illos examinet.

13 Qui cum magistratu Reip. causa adsunt.] Notatur ad hoc quòd absente causa Reip. ad perhibendum testimonium cogi non possunt, vt per Campeg. de testibus reg. 160. Farin. d. quæst. 78. num. 68. vbi num. 69. disputat an possint cogi venire, vel ad eos mittendum sit qui ex propria causa absunt.

14 Patroni quoque in causa, &c.] Notatur ad hoc quòd Aduocatus in causa in qua patrocinatur propter præsumptam affectionem, testimonium ferre non potest, vt per Nell. de testib. num. 31. Campeg. eodem tractat. reg. 58. à princ. Soar. recept. sentent. lit. A, num. 96. & lit. T. num. 193. Anton. Fab. in suo Codice sub tit. de testib. diffinit. 19. Vincent. de Franch. decis. 221. Rebuff. de reprobat. testium num. 33. cum seqq. Hect. Æmil. in tract. de testib. part. 1. verbo Aduocatus, Perez l. 2. tit. 19. lib. 1. Ordinam. pag. 403. Mascard. de probat. conclus. 66. num. 1. & 2. & concl. 1357. num. 3. Gutier. cons. 14. n. 8. & 9. Surd. decis. 219. & 190. Mench. quæst. vsufreq. cap. 33. num. 4. Anton. Scap. de iure non scripto lib. 5. cap. 112. num. 13. Bobadil. in sua politica lib. 5. cap. 2. num. 55. Æonæ Robert. rerum iudicat. lib. 2. cap. 19 part. 2. Hieron. Treutler. disputat. select. part. 1. disputat. 8. thes. Mastril. Sicilia decis. 251. num. 39. Camill. Borrel. in summa omnium decis. tit. 65. de Aduocatis num.... cum seqq. latè Farinac. d. p. 2. q. 60 num. 251. cum multis 74. cum seqq. vbi num. 156. ampliat procedere etiam finita aduocatione, & patrocinio, & num. 161. quòd nec etiam in causa appellationis.

15 Limita non procedere vbicumque Aduocatus conuenerit de salario, non tamen patrocinari cœperit, vt tenent Vincent. de Franch. Neapol. decis. 222. n. 10. Surd. decis. 219. n. 6. Cãill. Borrel. d. tit. 65. n. 77. Limita deinde si is, qui fuit vnius causæ Aduocatus, à parte contra quam patrocinatus est, in testem producatur, Vincent. de Franch. d. decis. 222. Æn. Robert. d. l. 2. cap. 19. Mastrill. Sicilia decis. 151. num. 40.

16 Testis idoneus pater filio, aut filius patri non est.] Notator ad hoc quòd parentes non possunt esse testes in causis filiorum, nec è contra, vt per Nell. in tract. de testib. num. 7. Nep. de Monte Albano num. 12. Mascard. de probat. concl. 1148. & concl. 1357. n. 43. Curi. Philip. part. 1. §. 17. num. 15. in fine, Cardos. in praxi iudicum, & aduocat. verbo testis num. 9. Amat. Roderic. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum cap. 7. num. 47. Morl. in emporio iuris part. 1. tit. 11. in prælud. num. 40. Ludouic. Miranda de ordine iudic. quæst. 22. art. 4. concl. 2. Farinac. cons. 29. num. 4. tom. 1. & in praxi crimen. part. 2. ac opposit. contra personas testium q. 54. n. 145. cum seqq. latè Ioan. de Valboa in annuis academicis prædictionibus Salmanticens. ad cap. 5. de probationib. num. 8. cum seqq.

17 Amplia primò procedere in auo respectu nepotum; vt per Crot. de testib. part. 4. num. 110. vers. & parentes intelligo, Campeg. eodem tract. reg. 1. vers. quod habet locum, Mascard. conclus. 1148. num. 3. Farin. dicta quæst. 54. num. 148.

18 Amplia secundò, vt pater non possit esse testis pro extraneo in causa in qua filius est procurator, vt per Anton. Gabr. commun. tit. de testib. concl. 17. n. 3. Mascard. concl. 1148. n. 11. Farin. d. quæst. 54. n. 149. bene Ioan. de Valboa ad d. cap. 5. de probat. n. 11. vbi dicit sibi placere elegantem Aretini distinctionem in §. pater n. 2. de testam. dum distinguit quòd aut agitur de probando facto filij, & illud est tale vt ex illo filius teneatur ad interesse suo principali, v. g. si fuerit negligens, & contumax, vt in l. eum qui res agit, C. de procurator. quo casu pater non erit legitimus testis; & e conuerso: aut agitur de alia re & negotio ex quo filius commodum non reportet, aut damnum, vt in l. planè §. fin. ff. de legat. 1. tunc pater testis poterit esse in causa filij arg. text. in l. pater, l. in testamento in princ. ff. de testam. eo enim casu non testificat filio, sed domino.

19 Amplia tertiò in filio adoptiuo si sit in potestate patris, vt per Hect. Æmil. in tract. de testib. p. 1. verbo adoptans num. 1. pag. 48. Mascard. concl. 1148. num. 18. Farin. dicta quæst. 54. num. 160.

Amplia quartò in filio emancipato, Campeg. de testib. reg. 2. vers. secundò quando, Anton. Gabr. dicta conclus. 17. num. 7. Mascard. conclus. 1148. num. 5. Farinac. d. q. 54. num. 154. Ioan de Valboa ad d. cap. 5. n. 12.

20 Amplia quintò in filiis legitimis, naturalibus, spuriis, & incestuosis, vt per Mascard. concl. 1148. num. 8. Molin. de iustit. tract. 2. d. 170. vers. in reliquis, Farinac. dicta q. 54. num. 157. cum seqq. Ioan. de Valboa d. c. 5. num. 13. de probat.

21 Limita primò in filio spirituali, qui potest esse testis in causa patris spiritualis, quia nullibi in iure reperitur quòd repellatur à testimonio, & clarum est edictum de testibus esse prohibitorium certarum personarum, ita ut quilibet admittatur in testem qui non prohibetur. l. 1. in princip. ff. de testib. qua ratione ita censuit Rot. decis. 147. num. 8. apud Farin. part. 1. recensior. Vide Crot. de testib. num. 101. Soar. recept. sentent. lit. T, num. 114. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo susceperit, num. 38. Menoch. de arbitr. casu 100. num. 1. & 2. Mascard. concl. 310. num. 3. & 4. conclus. 332. num. 1. cum seqq. & concl. 1357. num. 50. Cardos. in praxi iudicum, & aduocat. verbo testis num. 24. Farin. dicta part. 2. quæst. 54. num. 198. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 100. num. 19. cum seqq. & citatos per Cened. ad Decretum collect. 38. num. 1. Ioan. de Valboa ad dict. cap. 5. num. 19.

22 Limita secundò in probanda ætate filiorum, cùm tunc admittantur parentes, vt resoluunt Sfort. Odd. de in integ. restit. part. 1. quæst. 37. art. 5. n. 57. Mascard. conclus. 668. à num. 7. & conclus. 1148. num. 14. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo minoribus n. 13. Gutier. allegat. 11. num. 10. Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 51. num. 11. cum sequentib. Morl. in emporio iuris part. 1. tit. 11. in prælud. n. 80. vers. vltimo, Farinac. dicta q. 54. num. 177.

num. 177. Cardos. dict. verbo testis num. 10. Ioann. de Valboa ad d. cap. 5. num. 16. Sic etiam per eorum librum filiorum ætatem sufficienter probari tradiderunt Caluacan. detutere, & curat. num. 296. Menoch. cons. 33. n. 34. Mozl. dicta part. 1. tit. 5. in prælud. num. 24. Farinac. fragment. criminal. part. 1. littera A, num. 268. cum seqq.

23 Limita tertiò in crimine hæresis, vt per Simanch. de Cathol. instit. cap. 64. num. 47. Mascard. conclus. 837. num. 18. cum seqq. Farinac. d. q. 54. num. 174. Ludou. Miranda de ordine iudic. q. 22. art. 4. concl. 2. Ioan. de Valboa ad d. cap. 5. num. 13.

24 Limita quartò in crimine læsæ maiestatis, vt per Mascard. conclus. 461. num. 9. & conclus. 857. num. 20. & 21. Farinac. dicta q. 54. num. 173. Ioan. de Valboa ad d. cap. 5. num. 15.

25 Limita quintò in causa matrimoniali. Crot. de testib. num. 105. Albert. eodem tract. part. 1. in princip. à num. 5. Mascard. concl. 109 in princ. & concl. 1148. n. 23. Farin. dicta q. 54. num. 191. Cardos. in praxi iudicum, & aduocat. verbo pater num. 40. & verbo testis n. 9. Amat. Roderic. in practic. videndi, seu examinandi processum cap. 7. num. 47.

26 Limita sextò in causa Religionis, veluti quando filius ingressus est Religionem, & dubitatur an habuerit animum profitendi, Menoch. de arbitr. casu 101. num. 11. Mascard. conclus. 1148. num. 15. Farinac. dicta quæst. 54. num. 185.

27 Limita septimò in causa status, Anton. Gabr. communium tit. de testib. concl. 17. n. 13. Mascard. concl. 1148. num. 10. Farinac. d. q. 54. num. 186.

28 Limita octauò de consensu patris tacito, vel expresso, Mascard. conclus. 342. num. 25. & conclus. 1148. num. 17. Menoch. cons. 342. num. 25. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap. 17. num. 10. vers. infero quintè, Farinac. d. quæst. 54. num. 186.

29 Limita nonò in testibus instrumentariis, est enim filius idoneus testis in instrumento celebrato inter patrem, & alium extraneum, Hippol. l. 1. §. ad quæstionem numer. 27. ff. de quæst. Duen. regul. 384. vers. limita secundò, Menoch. de arbitrar. casu 105. num. 6. Mascard. conclus. 408. numer. 17. & conclus. 533. num. 29. & conclus. 1036. num. 21. & conclus. 1148. num. 15. & conclus. 1160. numer. 5. Rebuff. de reprobat. testium num. 381. Farinac. d. q. 54. num. 187. Ioan. de Valboa ad d. cap. 5. num. 17.

30 Limita decimò quando lis est inter duos filios, quia tunc pater est idoneus testis propter parem affectionem, vt per Anton. Gom. variar. tom. 3. cap. 12. num. 14. col. 4. Menoch. de arbitrar. casu 106. num. 19. & casu 152. num. 8. & cons. 45. num. 27. Mascard. conclus. 408. num. 21. & conclus. 533. num. 36. & concl. 1148. n. 29. Farin. dicta q. 54. num. 205. sicut & filius si testimonium dicat inter patrem, & matrem, secundùm Viui. tomo 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 10. num. 273. vers. vnde filius pag. mihi 543.

31 Limita vndecimò in testamento filij militis testantis de castrensi peculio, in quo patrem posse in testem adhiberi tradunt Mascard. concl. 1148. num. 20. Farin. dicta q. 54. num. 195.

32 *Vnius verò testimonium*, &c.) An & quando vnico testi credatur dixi plenè in collect. ad cap. in omni negotio 3. à num. 1. vsque ad num. 30. de testib.

33 *Sola domestici testimonij fides improbatur.*) An & quando domestici, & de familia producentis sint idonei testes, dixi in collect. ad cap. in litteris 24. à num. 1. de testib.

CAVSA V.

QVÆSTIO I.

CAP. Quidam maligni. II.

Gregorius.

X hoc text. in illis verbis ibi, *qui si non exierit*, &c. videtur colligi occultum peccatorem cogi posse ad se manifestandum, 1 quia author libelli famosi, de quo *hic*, erat occultus; quod videtur satis dubium, cùm contrarium decidat text. *in cap. quis aliquando. §. non tibi dico, de pœnit. dist.* 1. S. Thom. 2. 2. quæst. 69 art. 2. Nituntur difficultatem soluere gloss. *in præsenti*, Caiet. *in d. art.* 2. Sot. *de iustit. lib.* 5. *quæst.* 6. *art.* 2. *col.* 8. & *in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 2. *col.* 5. Ex quorum dictis quatuor colliguntur solutiones, quarum duæ, de quibus per gloss. meritò reiiciuntur à Caiet. *vbi suprà*. Tertia est ipsius Caiet. quæ multo minus admittenda videtur vt per Sot. *in locis citatis*. Quarta est eiusdem Soti, quòd scilicet ideo occultus peccator, de quo *hic*, cogi potuit ad se manifestandum, quia cùm iure naturali teneretur famam proximi quam illo libello abstulerat, quocumque modo id commodius, absque periculo tamen vitæ, resarcire, ex *reg. peccatum, de regul. iur. lib.* 6. optimè S Thom. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 2. *ad* 2. iunctis resolutis per Caiet. *ibidem*, nec aliter huic debito commodè satisfacere posset, quàm se prodendo, vt per eundem S Thom. *vbi suprà*, rectè sit posse illum cogi hoc casu, in quo aliàs constat nullum ex eius manifestatione mortis periculum insurgere ad se prodendum, iuxta huoc text. ita eleganter Sot. *vbi suprà*, cuios solutio admodum congruit litteræ; vnde venit limitanda reg. *d. §. non tibi dico*, vt non procedat duodus concurrentibus, nempe quando peccator occultus non aliter quàm se prodendo damnum in famæ alteri illatum resarcire potest; insuper quando absque vitæ periculo id facere nequeat. Adrin. *quodl.* 11. S. Antonin. *part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. §. 3. Sot. *vbi suprà*.

QVÆSTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Criminalibus in causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur.*

2 *Vniuersitas accusat, & accusatur per procuratorem.*

3 *Dominus defendens seruum suum accusatum criminaliter admittitur.*

4 *Procurator vbi fuerit à iudice in criminalibus admissus, si pars non opposuit, processus non censetur nullus.*

CAP. In criminalibus. II.

Hadrianus.

ADRIANVS Papa *in capitulis, cap.* 38. relatus *in hoc text.* ait quòd in criminalibus 1 causis nec accusator nisi per se defendere permittitur, de quo vide Corset. *sing.* 233. *incip. Procurator* & 2. Ioan. de Amon. *sing.* 82. Paul. Fusc. *littera P, sing.* 105. Ioan. Raias *sin.* 179. Guid. Papæ *decis.* 238. Clar.

Clar. §. *fin. quæst.* 32. Gregotium Lopez per text. *ibi in l.6.tit.1.parc.7.* Bossi.*in praxi criminal. tit. an in criminalibus iudicijs quis pro absente interuenire possit*, Mandos.*in praxi tit.de monit.quæst.*33.*num.*2. Hippolyt. Bonacos.*commun.crimin.part.*1.*verbo procurator regulariter.* Anton. Gomez *tom.* 3. *var. cap* 1. *ex n.*21. Anton. Gabtiel *comm.opinion.lib.*7. *tit. de criminalib. concl.* 1. Anton. Scap. *de iure non scripto lib.* 5. *cap.* 61. Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *ex num.* 51. *pag.* 77. Peregrin. Iannin.*inter consilia criminalia Farinacij lib.*1. *cons.* 85. *num.* 64. *cum sequentibus*, nouissimè Hieron. Buecaron. *in tractat. de different. inter iudicia ciuilia, & criminalia different.* 142. *per totum*, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo procurator* 2. & 4. Camill. Borrel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum rub.* 4. *in lit.B.* Perez *lib.* 1. *vers. sed quæro dato vt verum tit.*11. *lib.*2. *Ordin.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 80. Parlador. *lib.*1. *rerum quotid. cap.*20. *num.*3. Mench. *vsufreq. cap.* 39. *numer.* 24. Hortens. Caualcan. *de brachio Regio part.*1. *n.*49. *vers. septimo*, Ceuall. *commun. contra communes quæst.* 237. *num.*1. & 2. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1035. Farinac. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 99. *per totam*, Catd. Pereira *in commens. ad l. vnic. C. ex delictis defunct. part.* 2. *à num.* 50.

Limitatur aliquibus modis, & primò si vniuersitas accuset, vt *in l. tam collatores*, §. *vt autem C. de re milit.* 12. Bald. *in l.* 3. *num.* 35. *C. de accusat.* vel si accusatur, idem Bald. *in l. seruum quoque*, §. *publican.* 22. *ff. de procurator.* Capyr. *decis.* 5. *in princip.* Farinac. *dicta quæst.* 99. *num.* 148. *cum seqq.* Secundò si dominus defendat setuum, quia est amittendus, vt per Cald. Pereira *in comment. ad d.l. vnic. C. ex delictis defunctor. part.* 2. *num.*64. Farinac. *consil.* 35. *num.* 6. *tom.* 1. & *dilect. quæst.* 99. *numer.* 154. vbi *num.* 169. idem dicit in marito pro vxore.

Illud aduertere oportet quòd vbi procurator fuerit à iudice in criminalibus admissus si pars non opposuit, processus non censetur nullus, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 16. Perez *l.* 1. *tit.* 4 *lib.* 3. *Ordin. pag.* 532. Clar. *dicta quæst.* 32. *num.* 24. Mench. *vsufreq. cap.* 21. Cald. Pereira *d p.* 2. *num. vlt.* Farin. *d.q.* 99. *num.* 242. *cum seqq.*

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Secretum sibi commissum an & quando quis reuelare teneatur, ostenditur.*

2 *Testis tenetur testificari indistinctè etiam de ijs, quæ sibi sub fide secreti dicta sunt ab ipso etiam litigante, quando huiusmodi testis legitimè interrogatur à iudice.*

CAP. Qui ambulat. V.

TOTA ferè Theologorum schola ex auctoritate *Prouerb. cap.* 11. quam refert text. *in præsenti*, resoluit neminem secretum sibi commissum reuelare teneri, nec posse, siue denuntiando, siue testificando, etiam iudice interrogante, & præcipiente, præuia scilicet infamia, vel semiplena probatione contra delinquentem, immo tunc quasi illegitimè interrogatum posse amphibologicè respondere secundùm propriam, non secundùm iudicis interrogantis intentionem, respondendo scilicet verbis etiam iuratus se id nescire, & intelligendo in mente, idest, ita vt possit illud licitè detegere ne aliter offendatur fides conseruandi secreti, & ita iustitia, & rursus ius naturale eiusdem secreti obseruantiam præcipiens, iuxta *l.* 1. *ff. de constit. pecun.* cum similibus, & vt tale præponderans dicto iudicis præcepto, vt pote solùm humano, iuxta reg. text. *in* §. *vlt. Instit. de legit. agnat. tutel.* & *in cap. sunt quidam* 25. *q.* 1. *cum similibus.* quare ita tenent Scot. & Theologi *in* 4. *sentent. dist.* 21. D. Thom. 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. *ad* 2. *propè fin.* Syluest. *verbo testis sub quæst.* 8. *col.* 2. *ante med.* Lessi. *de iustit. lib.* 2 *cap.* 30. *sub num.* 46. Nauar. *in cap. inter verba conclus.* 6. *sub num.* 21. & 23. 10. *quæst.* 3. & *in cap. Sacerdos sub num.* 24. *de pœnit. dist.* 6. & *in man. cap.* 18. *num.* 60. & 61. *cap.* 25. *numer.* 33. Cordub. *in suo quæst. libro* 1. *quæst.* 43. *pag.* 347. *vers.* 3. Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 11. *num.* 48. & 75. & post Socin. *cons.* 102. *lib.* 4. resoluit Clar. §. *fin. quæst.* 27. *numer.* 3. *in fine*, quorum plures, præcipuè D. Thom. Nauar. Cordub. Gutier. *dictis locis*, & Lessi. *d. cap.* 30. *numer.* 47. id limitant vbi aliquod crimen proximo damnosum, & ex malitia criminosi nolentis desistere impendens dictum fuerit alicui sub fide secreti, veluti si proximus iniustè sit occidendus, vel furtum sit committendum, aut similia; & quidem meritò, quia talis criminosus vtpote iniustè agens non habet ius vt sibi seruetur fides secreti ab eo commissi in damnum proximi iniustè patientis, è contra verò proximus iniustè patiens damnum imminens habet ius se defendendi per se, vel per alium, scilicet per reuelationem, ex adductis per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *sub numer.* 21. vnde huic potius quàm illi consulere tenemur in hac parte, & hoc est, quod intendit D. Thom. *in d. resp. ad* 2. Syluest. *d. col.* 2. dum dicunt quòd aliter si hoc secretum in his terminis non detegeretur frangeretur per occultantem fides proximo innocenti debita, cui etiam rationi accedit Nau. *sub d. num.* 34. & 25.

Verùm quod attinet ad personam testis, hæc communis Theologorum sententia à nostris communiter 2
reprobatur, asserentibus teneri quemlibet testificari indistinctè etiam de iis, quæ sibi sub fide secreti dicta sunt ab ipso litigante, quando huiusmodi testis legitimè quoque interrogatur à iudice, sicuti docent Innoc. *in cap. qualiter il* 1. *numer.* 1. *col.* 2. *post princ. de accusat.* Panorm. *in cap. intimauit numer.* 3. *de testib.* & *in c. dilectus numer.* 5. *de excess. Prælat.* Felin. *in d. cap. intimauit numer.* 4. *cum seqq.* & alij, quos refert & sequitur Capell. Tholos. *q.* 241. *num.* 2. *cum seqq.* Sot. *de iustit. lib.* 5. *q.* 7. *art.* 1. *ad* 1. & *de ratione tegendi membr.* 2. *q.* 4. *conclus.* 2. *vers. nec vetat*, & *q.* 7. *concl.* 4. *ad* 1. Mascard. *de probat. lib.* 1. *q.* 5. *numer.* 48. *cum seqq.* Fr. Emman. *in summa tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. moti ex eo fundamento quia fides secreti in his terminis non obligat cùm sit contra ius, *l. iurisgentium*, § *ait Prætor ff. de pact. l. pacta, quæ contra, C. eod. l. non dubium C. de legib. cum simil.* quòd autem sit contra ius, probat ex eo quòd præiudicium parat iudici quin possit cum effectu compellere testes, vt testificentur in causis in quibus ipse ius habet ad inquirendum, & interrogandum legitimè de crimine, & delinquente, quando scilicet præcedit infamia legitima in iudicio inquisitionis, iuxta reg. text. *in cap. qualiter, quando* 24. *ad fin. de accusat.* vel semiplena probatio in iudicio accusationis, iuxta resoluta per Doctores proximè citatos; rursus & præiudicium parat parti læsæ, cuius causa pendet ex testimonio occultantis, ac demum ipsi Reipub. & iustæ criminum probationi, & punitioni, contra reg. text. *in l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* & *in l. vt famæ* 35. *de sentent. excomm.*

***

CAVSA

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

CAVSA VI.

QVÆSTIO I.

CAP. Omnes verò infames. II.

Hadrianus.

1 EX hoc text. probatur, illos, qui sunt infames de iure Ciuili, regulariter esse quoque infames de iure Canonico, nisi expressè ius Canonicum infamiam illam tollat, vt per Bernard. *in pract. cap.91.num.2.in nouiss. impress.* Henriquez *in sum. lib. 14.cap. 5.§. 4. in commento lit. T.* Azor. *institut. moral. p.2.lib.6. cap.7.q.3.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c.8. n.11.* Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. effectu 2. n.252.* Auil. *de censur.p.7.cap. 11. dub.5.concl. 1.* Filliuc. *tract. 19. à n. 204.* Sigism. à Bononia *de electione dub.86.n.1.*

CAP. Imitare. X. *Ambros.*

1 GLoss. singularis *verbo tertio, in præsenti text.* ait toties nouam imponendam esse pœnitentiam à Confessario, quoties quis fornicatus est cum eadem muliere, & ita ex ea colligunt Nauar. *in c.t. in princip. in gloss. perseuerauerit, de pœnitent. distinct.1.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum. verbo Pœnitentia differ.3.*

2 Verùm licèt in foro pœnitentiali vera sit hæc opinio glossæ, in foro tamen exteriori secus est, cùm eo attento si quis in eo lecto multiplicet, vna vice, seu nocte plures fornicationes, habetur pro vno delicto illud commissum, & pro vna fornicatione, secundùm Bald. *in l. quicumque n. 3. C. de seruis fugit.* Card. *in Clem. 1. vers. si quis in 1. opposit. de priuil.* & Petr. de Anchar. *ibid.* Vnde adulterium sæpè sæpiùs cum eadem muliere committens non nisi semel pœnas illi per statutum inductas luit; vt per Clar. *§. adulterium, vers. sed pœna,* Couar. *lib. 2. var. cap. 10. num.8. ad fin.* cum quo intellige.

CAP. Infames. XVII. *Stephan.*

1 QVæ personæ infames habeantur refert Steph. Romanæ Ecclesiæ Episcopus scribens Hilario *epist.1.cap.1.* relatus *in hoc text.* de quo etiam Syluest. *in sum. verbo infamia n.11.* Crot. *de testib. num. 33.* nouissimè Aluarez de Valasco *de priuileg. pauperum part. 2. q.* Bellet. *disquisitionum clericalium part. 1. tit. de disciplina clericali §.10.n.3.10. 12.27.20.21. & 23.* Azor. *institut. moral. part.2.lib.6. cap.7.q.3.* & plures alij, quos refero ego ipse *de officio. & potestate Episcopi part.2. alleg.43. & de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 33.n.108.*

2 *Et omnes anathematizatos,* &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatos redditur per excommunicationem infamis. Syluest. *in summ. verbo excommunicatio 3. §.1. vers. octauò non potest eligere, & vers. decimoseptimò infamis efficitur,* Petr. Rebuff. *in repet. c. postulastis n.44. & seq. de cleric. excomm.* Nau. *in man. c.27.n. 21. vers. septimò facit, & in c. si quando, de rescript. remed.1.n.44.* vbi ait excommunicatum non esse personam honestam, Ludou. Rom. *sing.675. incip. An excommunicatus,* vbi dicit hunc text. singularem, & limitat *sing.682. in princ.* vt solùm procedat in excommunicato ob causam afferentem infamiam iuris, aut ob contumaciam in causa infamiam inurente; refert Mart. Alter. *de censur. tom.1. lib.2. disp.8. cap.2. per tot.*

CAP. Quicumque sciens. XVIII.

Fabianus.

NOtabilis est gloss. *verbo recipiat, in præsenti text.* dum probat periurium, quod non cedit in preiudicium alicuius, etiamsi deliberatè fiat, in foro exteriori non puniri, sed tantùm in foro animæ, quia solum Deum habet victorem, quam communiter receptam testantur Ias. *in l. si duo patroni §. si quis iurauerit in 2. post n.1. ff. de iureiur.* Clar. *in §. periurium num. 10.* Paul. Granut. *theorem.3.n.15.* quos refert & sequitur Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo iuramentum, different. 7.* quibus addo Camill. Borrell. *in summa omnium decisionum tit.62. n.30.* 1

SVMMARIVM.

1 *Illustres viros occidentes quam pœnam incurrant? remissiuè.*
2 *Filij committentis crimen læsæ maiestatis quas pœnas incurrant.*
3 *Filij naturales, & spurij an incurrant pœnas statutas contra filios committentis crimen læsæ maiestatis.*
4 *Nepotes an incurrant pœnas iure statutas contra filios committentis crimen læsæ maiestatis.*
5 *Pœna statuta contra filios committentis crimen læsæ maiestatis an extendatur ad conceptos, & natos ante crimen patris.*
6 *Pœna statuta pro crimine læsæ maiestatis an comprehendat clericos.*

CAP. Si quis. XXII.

Arcadius, & Honorius.

DE *nece etiam virorum illustrium.*) De pœnis occidentium illustres viros vide Anton. Gom. *tom. 3. var. cap.2.n.6.* Ioan. de Garc. *de nobilit. gloss.35.n.39.* vbi de senatoribus, Christoph. de Pace *in schol. ad leges styli l.54. schol.2.n.6.* 1

Filij verò eius, &c.) Vide ad intellectum huius text. Cou. *lib.2. var. cap.18. ex n.2.* Gramm. *decis.6.* Menoch. *consil.101.n.2.* Martin. Coler. *de aliment. lib.1.cap.1.n. 11. & 12.* Farin. *in praxi crimin. p.4.q. 112. insp. 1. n.5. cum seqq. & tom. 1. cons.65. n. 105.* vbi quid in foro conscientiæ, latè Sanch. *in præcepta Decalogi lib.2. cap. 28.n.2. & cap.29.n. 10.* Mart. *de iurisdict. part. 4. casu 133. n.20. cum seqq.* vbi de filia fœmina. 2

An procedat pœna huius text. in filio naturali, vel spurio? vide Bonacos. *commun. criminal. p. 1. verbo filius, pag.72.* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præs.33. n.9. cum seqq.* Crass. *recept. sentent. §. successio ab intestato q.5. n.2.* Cabeb. *Lusitan decis.81.n.12. tom.1.* 3

Aut comprehendat etiam nepotes; vide Gig. *de crimine læsæ maiest. lib.3. q.8.* Cou. *lib.2. var. cap.8.n.2.* Decian. *in tract. crimin. lib.7. cap.41. n.7.* Pereg. *de iure fisci lib.3. tit 9. num.5.* Molin. *de iustit. tract.2. disp. 658. vers. dubium circa superius.* 4

An extendatur ad conceptos, & natos ante crimen patris? vide gloss. *verbo filij in præsenti,* Couar. *lib.2. var. cap.8. n.3.* Menoch. *de præsump. lib.5. præs. 33. n.16.* Simanch. *de Catholicis instit. tit.29. num. 23.* Molin. *de primog. lib.4. cap. fin n.55.* Post Molin. *de iustit. tract. 2. disp.658. vers. dubium deinde est, cum seq.* 5

Denique

6 Denique an clerici afficiantur pœna iure statuta contra committentes crimen læsæ maiestatis? vide Rebuff. *in declarat. arboris except. n. 7.* Menoch. *consil. 99. n. 11.* Azeued. *l. 4. n. 12. tit. 1. lib. 4. noua recopil.* Henriquez *in sum. lib. 13. cap. 55. n. 3. in commento lib. P.* Cabed. *Lusit. decis. 82. n. 3. p. 1.* Mart. *de iurisdict. part. 4. cent. 2. casu* 133.

7 In gloss. *Priuatos.* ibi, *Not. milites non dici priuatos.* Vide Tiraquel. *de Nobilit. cap. 8. n. 3.*

QVÆSTIO III.

CAP. Scriptum est. I. *Gregor.*

1 FAlcem in alienam messem quis non debet mittere, vt ait Gregorius relatus *in hoc text.* quem ad hoc refert Mantu. *dial.* 116. Card. Tusch. *practic. concl. lit. F. concl.* 35. Aluarez de Velasco *de priuileg. pauperum part. 1. q. 52. n. 8.*

CAP. Scitote. II.

Pelagius II.

1 PRouinciam appellari quæ habet decem, aut vndecim ciuitates, per hunc text. tenet Foteatul. *dialog. 61. num. 3. & 4.*

QVÆSTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes, vel alij inferiores quando sunt deponendi requiritur vnanimis iudicantium sententia.*

2 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP. Si quis. I.

1 DVm iste text. in deponendis Episcopis requirit vnanimem iudicantium sententiam in illis verbis, ibi, *vt firmum sit iudicium*, &c. iam videtur probare non requiri eandem iudicantium concordiam quando Sacerdotes, vel alij inferiores deponendi sunt, ita in effectu sentit gloss. *verbo præsentes, in cap. cùm olim, de sentent. & re iudic.* apertè gloss. *verbo Sacerdotium*, vbi Bald. *num. 1. in cap. 3. illo tit.* dicit communem Syluest. *in summa verbo degradatio n. 1. & 3.* Contrariam verò sententiam tenuit Abb. *n. 16.* Felin. *n. 5.* Bellam. *n. 4 in princip. de rescript.* Abb. *n. 8. in cap. in causis, de elect.* sentit Marant. *de ordine iudic. part. 4. distinct. 11. à n. 17.* Menoch. *de arbitrar. casu 221. num.* 10. quorum sententia attento iure nobis verior videtur, pro qua facit primò text. expressus *in dicto cap. 3. de sentent. & re iud.* vbi ille agens de depositione Sacerdotis, patet ibi, *à sacerdotali gradu*, requirit apertè concordem iudicantium sententiam, patet ibi, *concors Sacerdotum sententia*, quod quidem verbum, *concors*, importat iudicium nemine discrepante, vt optimè probat text. *in d. cap. in causis*, ibi, *quem illi concorditer, vel tres ex his*, &c. *de elect.* vbi text. ponit illa verba tanquam diuersa, prout *ibidem* eleganter expendit Abb. *d. num.* 8. idipsum manifestè colligitur ex text. *in cap. pastoralis 14. in princip. de rescript.* ibi, *in vnam sententiam concordare*, iunctis verbis sequentibus, ibi, *quamuis plures sint ex vna parte quàm ex altera.* Secundò facit, quia text. *in d. cap.* 1. in originali agebat de depositione Episcopi, in cuius depositione propter verbum, *concors*, quo D. Gregorius vtebantur, fatentur omnes Doctores quòd requirebatur omnium iudicantium consensus, nemine discrepante, prout etiam nunc attento iure requiri fatentur, ac proinde cùm in hoc volumine verbum, *concors*, remaneret, & sublata sint verba antiqua, *Episcopali gradu*, & adiecta, *sacerdotali gradu*, necessariò dicendum videtur Gregorium IX. voluisse vt in Sacerdotis depositione nemine discrepante sententia proferatur.

Qua sententia retenta ad text. *in præsenti* respondendum est illius decisionem de Episcopo loquentem 2 ampliandam esse casu, quo agatur de depositione Sacerdotis, per iura *suprà* citata, quæ cùm in depositionibus clericorum inferiorum, nempè Diaconorum, & Subdiaconorum expressè quoque non requirant concordem iudicum opinionem, sicut requirunt in Episcopo, & Sacerdote, quibus maius reperitur præiudicium, grauiorque ea iudicatur, vtique videtur talem iudicantium conformitatem non desiderari, vt in specie fatetur Abb. *num.* 16. Felin. *num.* 5. Bellem. *à n. 4. in d. c. 3.* gloss. *verbo plures, in c. pastoralis de rescript.* Abb. *n. 8. in d. cap. in causis*, Menoch. *d. casu 222. num.* 10.

CAVSA VII.

QVÆSTIO I.

CAP. Scripsit. I. *Ex regesto Gregorij.*

HIc text. vulgò allegatur ad hoc quòd coadiutor habet plenam, & liberam administrationem, per illa verba ibi, *qui possit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine*, &c. in idem est text. *in cap. quamuis, hac ead. causa, & q. c. grandi, de suppl. neglig. Prælat. lib. 6. cap. dilect. de offic. ordin. c. accedentib. de priuil.* Anchar. *in c. vnic. n. 5. vers. octauò nota, de clerico ægrot. lib. 6.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. §. 9. gloss. 5. n. 3.* vbi *n.* 4. subdit procedere non solùm in temporalibus, sed etiam in spiritualibus. 1

CAP. Nouatianus. VI.

Nicolaus.

EX hoc text. in illis verbis ibi, *qui nec vnitatem*, &c. colligitur Pastorem Ecclesiæ hæreticum diuinitus ipso facto dignitate spoliari; sed S. Thom. 2. 2. *quæst. 39. art.* 3. declarat ab hæreticis, atque schismaticis potestatem sacramentalem non deperdi quoad substantiam, sed tantùm quoad eius legitimum vsum, at verò iurisdictionem non per consecrationem, sed solùm per commissionem attributam ipso facto ab huiusmodi amitti, refert, & sequitur nouissimè R. P. Dominicus Poero Congregationis Montis Oliueti Abbas generalis *tom. 2. institutionum de Regularium aristocratia cap. 6. n. 6.* 1

CAP. Quàm periculosum. VIII.

DE renunciatione maioratus vide quæ tradunt Gam. *Lusitan. decis. 339. n.* 8. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 6.* 1

In gloss. *Quàm periculosum.* ibi, *Arg. quòd qui iuri suo renuntiat, illud repetere non potest.* Ita Flamin. *de resign. lib. 1. quæst. 13. num.* 1. Et rationes suas remittentibus non est dandus ad eas regressus, vt per Couar. *var. lib.* 2

lib.1.cap.4.numer.1.Tiraquel.de retract. lig.5. 1.gloss.9. numer. 119 Surd. decis.251.num.13.Flamin dicta quæst. 13. num. 8. Mari.Antonin.var. resolution.lib. 1.resolut. 104. num. 14.

3 In gloss. Primatus. De materia huius glossæ singularis vide Anton. Gom. l. 40. Tauri,num. 1. Cassan. in catalog. gloriæ mundi part. 5. conside. 40. Tiraquell. de iure primog. in princip. numer. 11. & quest. 66. numer. 42. Cordub. de Lara in l.si quis a liberis in princ.num. 20. & 21.ff. de liberis agnosc. Molin. de primog. lib. 1. c. 2. numer. 5. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 18. numer. 25.

Cap. Sicut vir. VI.

Euaristus.

Ex hoc text. in fi. alibus verbis, ibi, eo petitionem scripto dante, colligunt Doctores resignationem beneficij debere fieri in scriptis, vt per Turrecrem, hic num. 1. & Anchar. numer.4. Bellarm.de permut.benefic. part.8.quæst.1.num.1.& approbari ab omnibus ex stylo vulgari,& notorio in Romana Curia attestatur Flamin. Parif. de resign.benefic.lib.8. quæst. 2. num. 1. vbi numeris seqq. id diuersimode declarat.

SVMMARIVM.

1 Episcopis coadiutores dare cum futura successione, an, & quando, & quibus liceat, remissiuè.
2 Valerius B. Augustinum an & quomodo coadiutorem, & successorem sibi elegerit, ostenditur & numeris seqq.
6 Episcopi duo auctoritate, & potestate pares Romani Pontificis concessa in vna ciuitate iusta de causa institui possunt.
7 Papa duo in Ecclesia esse non possunt.

Cap. Non autem. XII.

Ex epist. Paulini.

1 Circa materiam dandi Episcopis coadiutores cum futura successione, & an,& quando, & ex qoibus causis liceat, dixi latè de officio, & potestate Episcopi part.3.alleg.18.per tot.secundum Lugdnnea impress.

2 Illud verò consideratione dignum existimo quòd B. Paulin.refert.in hoc text.de Valerio, qui B.Augustinum coadiutorem, & successorem sibi elegit, quod pleniùs asserit idem Augustinus epist. 110. vbi etiam narrat de Seuero Mileuitano Episcopo, quòd similiter successorem sibi designauit,exultátque gaudio ipse Augustinus, quòd opera sua populus cum pace illum accepersi, & se ipso commemorat modum, quo sibi post mortem nominauit successorem Heradium, seu Heraclium, vt notat Lusitanus noster Fr. Ludou.ab Angelis ex eadem Augustiniana familia alumnus in vita eiusdem B. Augustini lib.4.cap.16.

3 Verùm hoc ipsum de successore sibi designando videtur illegitimè factum, cùm prohibitum existisset in Concilio Nicæno, vt refert idem Augustin. epist. 40. & in Conc. Antiocheno c.Episcopo 8.q.1.& ab Hilario Papa in c.plerique, & ab Innocentio II. c. Apostolica 8.q.1.& ab aliis,vt refert Flamin. Parif. de resignat. benef. lib. 7.cap.10.num.4.

Omissa tamen aliquorum responsione arbitrantium prædictas, & similes successorum designationes ex concessione Romani Pontificis factas fuisse, vt innuit Fr. Ludouicus ab Angel. dicto loco,quia diuinatio est, nam, vt benè aduertit Possidon. in vita Augustini cap. 8. & clarè fatetur ipse August.d.epistol. 110. post mortem dixit ille ne deinceps fieret quod de se factum doleт, eo quòd viuo Valerio in Episcopatu factus fuerat Coadiutor, seu Coëpiscopus nesciens esse prohibitum in Nicæna Synodo.

5 Meliùs igitur respondetur constare ex d. epist. 110. D. Augustini, neque ipsum,neque Valerium, neque Seuerum sibi solos successores elegisse, sed potiùs Clero, & populo proposuisse personas, quas tanto munere dignas iudicabant, populúmque, & clerum per acclamationem coosensisse, & eo modo elegisse iuxta formam, & modum illis temporibus ab ipso Summo Pontifice permissum. Quod quidem non prohiberi in dictis Conciliis patet ex ipsorum verbis, quæ referuntur in cap. Episcopo 1. & 2. 8. quæst.1. ibi enim postquam constituunt non licere Episcopo in vita successorem constituere, addunt limitationem, nisi cum consilio, & iudicio Episcoporum, & clericorum, qui post obitum potestatem haberent eligendi, consonat dict. cap. plerique, eadem causa, & quæst. ibi,sed populi gratificatio propopuli habeatur, assensus, quibus significatur improbari morem, vt solus Episcopus successorem sibi eligeret, non verò si populi accederet consensus; hæc videtur etiam ratio quare B. Augustinus in dict epist. 110. sæpè, ac sæpiùs repetit designationem Heradij,quem sibi successorem nominauit,post obitum populum multis repetitis vicibus acclamasse, & quare exultat populum Mileuitanum cum pace accepisse successorem, quem sibi Seuerus designauit.

6 In gloss. Vt non succederet.ibi,sic ergo vterque in solidum est Episcopus, &c. Notatur ad hoc quòd Romani Pontificis concessu in vna ciuitate duo Episcopi auctoritate,& potestate pares iusta de causa institui possunt, vt per Panorm. in cap. quoniam. numer.4. de officio Ordin. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 3.cap. 29. quæst. 13.

7 In eadem gloss.ibi. Item nunquid eo modo possunt esse duo Apostolici, &c. Notatur ad hoc quòd duo Summi Pontifices in Ecclesia esse non possunt, vt per Gerson. in lib.de vita spirituali animæ lect.2. & 3.Sot. in 4.dist. 24.quæst.1. art.5.Couar. in cap.nouit.corol. 55. de indic. Pinel.in l.1.part.3.num.16. ad fin.C.de bonis mat. Azor. d. part. 2.lib. 4. cap. 12. à princip. Alban. de potestate Papa,& Conc.part.1.à num.16. Aluar. Pelag.de planctu Ecclesiæ lib. 1.cap.11.Lancel. Conrad.in templo omnium indic. lib. 2. cap. 1. §. 2. quæst. 3.vers.an duobus electis in Pontificem,Tiraquel.de primogen. quæst.17.opin 4.num. 21. Simanch. de Catholic. institut.cap.45.à num.10.latè Cordub.l.4.quæst.1 propos.8.Mich. Aninion. de vnitate ouilis, & Pastoris cap.11.à num.4.& cap.12.à num.9.

Cap. Quamuis. XIV.

1 Gloss. verbo triste, in præsenti text. notabiliter resoluit furiosum non posse resignare beneficia, obtinet,vt per Ludou.Gom. de infirmis resignant.quæst. 10. in princ Roffinac.de benefic.cap.15.num. 1. Rebuff. in praxi benef. tit. reg. de infirm. benef. resign. num. 16. latè Flamin. Parif. de resign. benefic. libr. 5. quæst. 8.per tot. vbi num.9. subdit quòd si habens dilucida interualla tenunciaret, resignatio tenet si fuit facta in interuallo furoris, & à num. 10. resoluit quòd si aliquis fuit in furore, furor præsumitur durare, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.

Cap. Nihil. XVI.

Ex Concil. Tolet. VII.

1 Hic text. *in fine*, videtur decidere illum, qui Missam reliquit inceptam, excommunicationis sententiã incurrere, vt per Palud. *in* 4. *dist.* 11. *quæst.* 1 *art.* 1. Sed verius est in nullum incidere excommunicationem, quia text. *in præsenti*, iuncto *capite illud*, immediatè præcedente solùm denunciat, & statuit huiusmodi Presbyterum excommunicatione feriendum, vel ab officio amouendum ad temp us, sicuti docent Angel. *in summ. verbo Eucharistia* 2. §. 2. Syluest. *eodem verbo* 2. *quæst.* 7. Azor. *institut. moral part.* 1. *lib.* 10. *capit.* 21. *quæst.* 2. Menoch. *de arbitrar. casu* 406. *num.* 3. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 4. *art.* 4.

Cap. Si quis in Clero XXIX.

Ex Concil. Agathensi.

Ex Concil. Agathensi *capit.* 64. refert Gratianus *in præsenti*, quòd si Presbyter, vel Diaconus per tres hebdomadas defuerit ab Ecclesia, triennio ab officio suspendatur, vnde colligit Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 11. *vers. hoc autem*, breue tempus dici spatium trium hebdomadarum. Verùm attenta dispositione Concilij Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 1. *vers. eadem omninò*, Parochus non potest abesse nisi per duos, aut tres menses, & id ex licentia Episcopi, & electo Vicario idoneo ab ipso Ordinario approbando, aliàs ipsum Parochum peccare mortaliter, & fructus pro rata temporis amittere resoluunt Flamin. Paris. *de resignation. benef. lib.* 4. *q.* 10. *numer.* 32. Franc. Leo. *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 2. *capite* 2. *numer.* 15. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29. *num.* 159. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *q.* 9. Vgolin. *de officio Episcopi cap.* 15. §. 4. *num.* 2. & §. 5. *num.* 2. *in fine*. Ego ipse *in simili tract. part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 92. me citato Sanctarel. *var. resol. q.* 4. *num.* 10. vbi *num.* 17. extendit ad quoscumque habentes beneficia curata.

2 In gloss. *Solemnibus*. ibi, *sed quid si plures*, &c. Notatur ad hoc quòd dispensatio ad plura beneficia non extenditur ad licentiam non residendi in vtroque, sed in solo altero, ita plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 29.

Cap. Sicut alterius vxor. XXXIX.

Calixtus.

1 Gloss. *verbo iudicari*, *in præsenti textu*, resoluit quòd maritus potest temperatè vxorem castigare, non tamen acriter verberare, de quo vide Tiraq. *l.* 1. *connub. gloss. part.* 1. *à num.* 21. & *l.* 9. *gloss.* 1. *p.* 8. *n.* 13. Boër. *decis.* 305. *numer.* 2. Menoch. *cons.* 31. *cum seqq.* D. Barbos. *part.* 1. *rub. ff. soluto matrimon. num.* 33. *cum seqq.* Sutd. *de alimentis tit.* 7. *q.* 16. *num.* 4. *cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *num.* 16. Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 149. *num.* 195. Cardos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo maritus numer.* 26. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *numer.* 317. *vers. aduerte verò*, Cald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delict. defunct. part.* 2. *num.* 56.

Cap. In apibus. XLI. Hieron.

1 Vide Pinel *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 16. *C. de bonis matrim* Couar. *in reg peccatum, part.* 2. §. 9. *num.* 5. *vers. ad idem*, & *practic. cap.* 1. *num.* 2. Nauar. *in cap. nouit, de iudic. not.* 3. *corol.* 63. vbi dicit in originali non esse: *in apibus vnus est Rex*, sed *in apibus principes sunt*.

De apibus multa tradunt Thom. de Cantiprato *in speciali tract. de apibus*, Mathiol. *in libr.* 2. Dioscor. *cap.* 77. & ex Plinio, Æliano plura congerit doctissimus P. Ludouicus Granatens. *in Symbolo Fidei part.* 1. *capite* 10. *per tot.* Si naturarum species, ac apium differentias, earúmque prærogatiuas, tam iuxta naturalis, quàm moralis Philosophiæ documenta desideras, eruditionésque circa illas quæris, abundantius, & doctius, quàm alibi inuenies in Apiatio Illustriss. & Excellentiss. D. Federici Cæsij Lynceorum Principis, ac Principis S Angeli, S. Poli, &c. in litterarum studiis huius nostræ ætatis verè Principis, impression. Romæ anno 1625. 2

Vulgò allegatur hic text. ad hoc quòd sicut in apibus vnus est Princeps, sic Regnum vni tantùm Reg. 3 est deferendum, de quo vide Abb. *in cap. licet num.* 9. *de voto*, Tiraquel. *de primogen. quæst.* 4. *ex num.* 21. & *quæst.* 27. *opin.* 4. *ex num.* 20. Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. *vers. an vnus tantum sit, & sitve debeat Imperator*, Rojas *de successionib. c.* 5. *ex numer.* 23. Bellug *in speculo Principum rub.* 14. §. *veniamus numer.* 25. *vers. nec obstat*. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri numer.* 6. Pined *in l.* 1. *C. de bonis matern. part.* 3. *ex num.* 16. Couar. *practic. cap.* 1. *num.* 5. & *in reg. peccatum part.* 2. §. 9. *numer.* 1. *vers. ad idem facit*, Nauar. *in capite nouit, de iudic. notab.* 3. *numer.* 151. *cum seqq.* & *num.* 174. Deeian. *consil.* 19. *num.* 25. *vol.* 3. Petr. Matrin. *in c. afferte, de præsumpt. in verbo diuidite infantem, num.* 15. Scot. *resp.* 1. *num.* 23. *lib.* 1. *tom.* 1. Petr. Gregor. *syntagmat. iuris lib.* 18. *capite* 1. *num.* 6. & *lib.* 47. *cap.* 15. *ex num.* 24. & *in syntagm. artis mirabilis tractat. de iure polit. lib.* 2. *capite* 4. Mench *in præfat ad controuers. illust. num.* 102. *cum seqq.* & *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 10. & 24. Matthæ. Lop. Brauo *de Rege*, & *regendi ratione lib.* 1. *fol.* 8. Melch. de Valent. *illust. tract. iuris tractat.* 2. *cap.* 5. *à numer.* 5. Bened. Ægid. *in l. ex hoc iure, de iust. & iure tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. & 8.

Cap. Hoc nequaquam. XLV.

Ex Constantinopol. Synodo.

Probat hic text. Episcopum de Pontificali Ordine ad Monachorum, idest, pœnitentium vitam descendentem, vlteriùs non posse ad Pontificatum reuerti, 1 vt per D. Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 4. *vers. ad* 2. *in fin.* Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib* 1. *q.* 13. *num.* 52. vbi loquitur de Episcopo renunciante, vt Monachus fiat, cùm vlteriùs ad Episcopatum illum redire non possit, & *lib.* 5. *q.* 3. *num.* 242. vbi agit de illo, qui fuit Episcopatu depositus, & in Monasterio detrusus ad pœnitentiam peragendam, quòd non possit iterum ad Episcopatum reuocari, & *num.* 243. subdit ex quadam Pauli IV. constitutione quòd si Episcopatus ante Episcopatum erat Monachus & postea relicto, aut deposito Episcopatu redeat ad Monasterium, in ea Religione non potest habere dignitates, neque officia.

Episcopus an & quando, & de cuius licentia possit Religionem ingredi? vide Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 1. 2 *cap.* 20. *numer.* 4. Fr. Barthol. de Vechis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp.* 2. *dub.* 3.

Cap. Suggestum. XLVI. Liberius.

Gloss. *verbo decipiat*, *in præsenti textu*, tenet resignationem dolo factam esse nullam, vt per Sebast. 1

bast. Medic. *de casibus fortuit.q.10.num.19.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de resignat.dol. num.1. & cons.8.n.2.* Pett.Greg. *syntagm. iuris lib.17.cap.18.num.2.* Flamin. Paris. *de resign.benef. 13.q.3.num.1.* Azot. *institut.moral.part.2.lib.7.cap.26. quæs.4.*

Cap. Sciscitaris. XLVII. *Nicol.*

1 VVlgò colligitur ea *hoc text. & ex cap.suggestum,* immediate præcedenti, Episcopum non posse deserere Ecclesiam suam propter personale periculum sibi imminens, quando salus subditorum exigit præsentiam Pastoris, vt per Gig. *in tractatu de resident. Episcopo, cap.17.sub num.2.* Campeg. *eodem tract.n.20.* Flamin.Paris. *de resignat.benefic.lib.5.quæst.3.num.130.* Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.9.cap.5.n.14.* Licèt enim attenta depositione Concilij Trident. *sess.23. de reform. cap.1.* Episcopus propter vrgentem nececessitatem excusetur à residentia, videlicet quando si ipse resideret, graue vitæ periculum incurreret, vel propter aliquam persecutionem, vel propter aëratis intemperiem, aut ob inimicitias, seu ob principis, & populi furorem declinandum, vt exemplificat Barthol. Carranz. *in tractatu de resident. Episcop.c.12.vers.secundo.* Salzed.ad Bernard. *in pract.c.54.lit.C.secundùm noniss.impress.* Valent. *tom.3. disp.10.q.3.puncto 3.vers.vrgens necessitas,* Aloys.Riec. *in praxi rerum fori Ecclesiastici resol.645.* Ego ipse *de offic.& potest.Episcopi part.3.allegat.53.num.7.8.& 9.* & me citato Sanctarel. *var. resol.quæst.3.num. 2.* hoc tamen non procedit quoties immineret detrimentum ouium in spiritualibus, quia tunc ea nulla causa debet abesse, immò bonus Pastor tenetur animam suam pro ouibus suis ponere, iuxta illud *Ioan.10.* vt obseruant plures quos referunt, & sequuntur Vasq. *in opusc. de benef.cap.4.§.2.art.1.dub.2.n.135.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract.6.11.n.31.*

Cap. Ibi adunati. XLIX. & fin.

Gregorius.

1 EX hoc text. iuncta gloss. colligitur laborem sine mercede esse non debere, neminémque mercede fraudandum esse, vt per Surd. *de aliment. tit.1.q.59. num.2.* Meai. *in tract. tassa panis conclus.2.num.87.* Valasq. *cons.127.num.2.* Bobadil. *in sua Politica lib.1.c.12.n.48.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloss.4.num.17.* Et labori debere commensurati præmium, ea latè tradiiis per Stephan.Gratian. *Marchia decis.101.per tot.*

CAVSA VIII.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Papa an liceat sibi eligere successorem? ostenditur, & num.2.& 3.*

4 *Declaratur text. in præsenti, & num.5.*

Cap. Si Petrus. I. *Ioannes II.*

1 IOANNES III. scribens Episcopis Germaniæ, & Galliæ *epist. vnica cap. 2.* relatus *in hoc textu*, ait quòd Petrus Linum, & Clerum adiutores sibi adsciuit, sed Clementem successorem, vnde elici videtur licere Summis Pontificibus sibi eligere successores, & tradiderunt Victor. *relect.1. de potestate Eccles. quæst.2.numer.23.* Soat. *de fide tractat.1.sect.4.num.16.* & saltem vrgenti, & aperta necessitate Ecclesiæ tenent Martin. Ledesma *2.4.quæst.28.art.4.concl.2.cum duobus seqq.pag.313.* Brix. *in suo Indice, verbo Papa,* Vasq. *tom.3.in 3.part.disput.244.c.3.à n.2.* ex multis, & primò, quia hoc iure Canonico prohibetur, super quo possunt Romani Pontifices dispensare. Secundò, quia Papa potest facere constitutionem super electione sui successoris, ex Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.2.quæst 5.num.15.* Azot. *institut. moral.part.2.lib.4.cap.5.quæst.1.* Tertiò, quia potest alteri facultatem concedere, vt in ipsius locum possit successorem eligere, vt de facto dedisse Hadrianum I. Carolo Magno, & Leonem VIII. Othoni I. refert text. *in cap. Hadrianus il 2. & in cap. Synodo 63. dist.*

Verùm his non obstantibus tenendum est Papam in vita non posse sibi eligere successorem, vt meritò sustinent Turrecr. *de auctoritate Papæ, & Concilij, tractat.1.cap.13.& tractatu 2.cap.21.* Tiraquel. *de constit. part.3.limit.2.num.4.* Azot. *d.part.2.lib.4.cap.1.quæs.3.* Paul.Comitol. *respons.moral.lib.1.q.98.* Caiet. *de auctor. Papæ cap.22.ad fin.vers.ad obiecta,* Card.Baron. *annal. Eccles.tom.11. anno Christi, 1073.vers.sed inter hæc.* & multis rationibus comprubat Iul. Lauor. *var. lucubr. tom.1.tit.4.cap.3.à num.33. vsque ad num. 40.* Primo, quia Papa, & Episcopus se habent ad Ecclesiam, sicut vir ad eius vxorem, *cap.sicut vir, hac eadem causa, & quæst.* sed vir, licèt sit caput vxoris, *ad Corinth.6.* non potest vxori suæ alium virum relinquere, quia eo mortuo ab illius lege est soluta, *2. ad Corinth. 8.* Igitur, &c. Secundò, quia si id liceret, aliud non esset quàm vniuersalem Ecclesiæ statum immutare. gloss. *in cap.Apostolica §.his omnibus, hac eadem causa, & quæst.* esset enim contra antiquissimam, & inueteratam consuetudinem, secundùm quam à Christi aduentu ad hæc vsque tempora semper Pontifex creatus est per electionem, siue Clerici, & populi, siue Cardinalium, vt latè ostendit Lauor. *dict.tit.4.fere per tot.* Et ideo sapientissimus Paulus III. persuasus à Cardinale S. Marci, qui fuit Franciscus Pisanus Venetus Episcopus Patauinus, vt sibi successorem eligeret, hoc omninò respuit, sicut refert Syluest. Aldobrandin. *in addit. ad Dec. in cap.licet, de elect.* Tertiò, quia electio refertur ad tempus, in quo Papa futurus non est, arg. text. *in l.si qui ff.de iurisd. omnium iudic.* vnde quemadmodum tunc non posset, ita nec nunc potest, paria enim sunt aliquid gerere tempore inhabili, vel tempore habili, & effectum eius conferre in tempus inhabile, *l.quod sponte C.de donat.ante nupt.* & considerat Rendina *in prompt.recept.sentent.tom.1. tit.84.num.6.*

Qua sententia retenta non obstant quæ pro prima suprà adducebamus; nam ad primum respondetur 3 Summum Pontificem, non iure tantùm Canonico prohiberi sibi eligere sucessorem, sed etiam iure diuino, vt per Turrecrem. *in sum.lib.2.cap.51.* Azor. *d.p.2.lib.4.cap.5.quæst.3.* Lauor. *d.tit.4.c.3.n.40.& 45.* Ad secundum respondetur aliud esse disponere per legem de modo eligendi successorem, aliud successorem eligere, & constituere Ecclesiam hæreditario iure possidendam, vt obseruat Cambar. *in Extrauag. Iulij II.n.69.* Ad tertium respondetur iuxta ea quę dixi *in collect.ad d.cap. Hadrianus.*

Restat nunc vt respondeamus ad text. *in præsenti* 4 dum intimare videtur Petrum elegisse sibi in successorē Clementem, & in primis sunt qui existiment valde dubium hoc factum, quia videtur illud desumptum

ex epist. 1. eiusdem S. Clementis ad Iacobum Hierosolymitanum, vt refertur *in cap. vnde, hac eadem caus. & quæst* quæ falsò inscribitur eiusdem Clementis nomine, vt *ibi* dicam; tum quia hac de re dubitasse videtur Sanctus Epiphanius *contra hæreses lib. 1. tom. 2. hæresi* 27. dum dicit, *non ita clarè scimus*, &c. tum denique, quia Caiet. *in suis opusculis tom. 1. tract. 2. de potestate Papæ, & Concilij in 2. part. apologiæ capit. 22. versus fin.* ita ait. *Videtur autem mihi quòd tanquam incertum factum auctoritatem firmam non faciat; dico autem incertum, quia Ecclesia Linum, & Cletum reputans Summos Pontifices computatis annis, quibus quilibet eorum rexit Ecclesiam Romanam ante Clementem, testari videtur quòd verba illa Ioannis Papæ III. tanquam narratiua crediti facti accipienda sint, & non vt authorizantia factum, quod narratur, propter quod auctoritate illa vtimur, vt valeat quantum valere potest. accedit ad hoc versus* in gloss. in cap. si Petrus 8. quæst. 1. §. de Clemente, *dicens,*

Disputat hic Mundus quartus fuerítve secundus.

Concessa verò hac historia multipliciter responderi
5 potest, & primò quòd ex hoc textu constat Petrum non solùm elegisse Clementem, sed in præsentia totiua Ecclesiæ, atque ita de consensu Plebis, & Cleri. Secundò, quia B. Petrus ita erat Spiritu sancto plenus, vt in electione Clementis minimè falli potuerit, non ita autem certum erat omnes alios Petri successores tales futuros; vnde de Petro ad alios non rectè infertur. Tertiò, quia Clemens ipse cernens exemplum hoc perniciosum fore, vt ostenderet Pontificem non debere sibi successorem eligere, Papatui renunciauit, Petróque immediatè successit Linus, & deinde Cletus, & post ipsos Clemens vt adnotauit gloss. *verbo aut ligandi, in præsenti*, & tradunt Turrecr. *de potest Eccles. lib. 2. cap. 51. vers. nec oberit*, latè Iacobat. *de Concil. lib. 10. art. 7. in solut.* 11. *argumen. pag.* 734. Ioan. Driedon. *de libertate Christiana lib. 1. c. 3. ad fin.* Manfred. *cap. 27. fol.* 47. Azor. *dict. p. 2. lib. 3. cap.* 43. *vers. de Lino, & lib. 4. cap. 6. quæst.* 5. Andr. Gamb. *in exposit. Extrauag. Iulij II. num.* 95. Iul. Lauor. *dict. tit. 4. cap. 3. à n. 3.* & sic in Chronologiis annotatur, præcipue in Breuiario Chronologico Fr. Francisci Longi à Coriolano *in vita Lini, pag.* 20. & habetur etiam in Martyrologio, in Breuiario Romano, & in Canone Missæ, vbi post Linum, & Cletum fit commemoratio Clementis licèt post alios contradicat Mendoz. *quæst.* 4. § 11. *vers. quarto.*

Cap. Vnde. II.

1 HIc text. videtur desumptus ex *epistol.* 1. S. Clementis ad Iacobum Hierosolymitanum, quæ habetur *tom. 1. Concl. pag.* 179. ex qua constat quòd cum S. Petrus non procul à morte esset, dum martyrij sui tempus Domino reuelante appropinquare cognouisset, conuocatis iis, qui sibi aderant Christi fideles Beatum Clementem veterem Presbyterum Episcopum Romæ designatum, successorem sibi substituit, quod tamen videtur esse contra ea, quæ resoluimus *cap. proximè præcedenti.* Sed responderi potest illam epistolam, ex qua desumptus est hic text. videri falsò inscriptam eiusdem Clementis nomine, vt innuit Cardin. Baron. *annal. Eccl. tom. 1. sub anno Christi* 69. *fol.* 680. longè enim antè obierat Iacobus cognomento Alphæi frater Domini, dictus iustus, & minor, qui constitutus erat à Petro Episcopus Hierosolymitanus, & ex Templi vertice fuit præcipitatus anno Domini 63. Petri verò 19. Neronis 7. ex tabula Chronographica Iacobi Gualterij, primo seculo *fol.* 8. & ex Breuiario Chronologico *Fr.* Francisci Longi à Coriolano *fol.* 15. & ex Card. Baron. *d. tom. 1. anno Christi* 69. *fol.* 628. & 680. & non debet confundi iste Iacobus cum altero Iacobo filio Zebedæi, qui cæsus obiit anno Domini 44. sub Herode Agrippa, & propterea Cardin. Bellarm. *de scriptoribus Ecclesiasticis in S. Clemente*, dicit dictam epistolam non carere scrupulo, & multis rationibus hoc ipsum ostendit Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 3. n.* 51.

Cap. Qui Episcopum. XI.

Augustinus.

EPiscopale munus non tam honorem, quàm onus 1
esse moliis sanctorum Patrum auctoritatibus ostendi ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 1. tit. 2. gloss. 2. per tot.*

Superintendentes possumus dicere.) Episcopos Græ- 2
cè, Latinè superintendentes dici ex hoc text. colligunt Hieron. Gig. *de resident. Episcoporum cap. 1. à n.* 1. Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij lib. 1. cap.* 4. Anastas. German. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap.* 8. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 5. q. 3. n.* 235. Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. q.* 1. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 42. n.* 18. quos refero ego ipse *d. p. 1. tit. 1. cap. 1. n. 2.* & multo plures *in tract. de iure Eccles. lib. 1. cap...*

Cap. Licet ergo. XV.

Hieronymus.

GLoss. *verbo percepisset, vers. sufficit enim, in præsen-* 1
ti text. tenet quòd procurator non dicitur fines mandati excedere quoties facit contigua, & vicina mandato, vt per Bero. *consil. 74. n. 2. lib.* 1. Ferret. *consil. 208. n.* 22. Rimin. iun. *consil. 26. n. 17. lib.* 1. Menoch. *consil. 37. n. 95. lib.* 1. quos refert, & sequitur Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. quæst. 17. num.* 33.

In gloss. *Qui præstantior.* An & quando electio ad 2
Prælaturas de digno valeat omisso digniore, vide Doctores, quos plena manu citaui *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 60. n.* 97. quibus addo Ioan. Valer. *de differentijs inter vtrumq; forum, verbo electio differ.* 1. vbi meminit huius glossæ, & multo plures retuli nouissimè de iure Ecclesiast. *lib. 1. cap...*

Cap. Audacter. XVIII.

GLoss. *verbo, & non per me, in præsenti text.* docet 1
per importunitatem obtenta dici fieri inuito dante, vt per Ioan. Lup. *in repet. rub. de donation. inter virum, & vxor. §. 81. n.* 5. Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 2. tit. vt beneficia ante vacat. art. 2. gloss. 15. vers. ratio est*, Marien. *l. 10. gloss. 1. n. 1. tit. 1. lib. 5. nouæ recop.* quos refert, & sequitur Sanc. *de matrim. lib. 4. disp. 7. num.* 4. Paria enim sunt obtinere per importunitatem, & obtinere per motum. Petr. Pech. *de testament. coniugum lib. 1. cap. 3. n. 4. cum seqq.* Valenç. *consil. 29. n.* 31. Basil. Ponti. *de matrim. lib. 4. cap. 5. n.* 17. Et nimia importunitas infert ad actus nullitatem sicut metus. Angel. de Vbaldis *consil. 46. num. 4. part.* 1. inter matrimonialia Ziletti, Martin. de Gartatis inter eadem consilia *cons. 15. num.* 16. Crauet. *cons. 461. num.* 11. *vol.* 3.

QVÆSTIO

Qvæstio II.

Cap. Illud. I.

1 Glos. *verbo patrocinia, in præsenti textu*, tota est in ostendendo an & quando preces habitæ apud aliquem Prælatum, vt beneficium cóferat alicui, inducant simoniam? in qua quæstione Doctores magis communiter distinguunt de precibus permanentibus in propria natura, vel traoseuntibus in rationem pretij; & priori modo aiunt eas non sufficere ad simoniam, posteriori autem modo sufficere, quam distinctionem veram esse dicit Soar.*de Relig.tom.1.tract.3.lib.4.de simon.cap* 40. *num.* 2. vbi *num.* 3. citato hoc text. resoluit quòd postulare ab aliquo Prælato, vt conferat alicui beneficium sine promissione alia, vel pacto, nunquam est sufficiens ad simoniam, nec illæ preces habent rationem pretij, nec Prælatus propter illas principaliter cõferens beneficium, simoniam committeret, licèt aliàs peccare possit.

Qvæstio V.

Cap. Artaldus. II.

1 Vllam *conuentionem ante*,&c.)Notari solet hic text. ad huc quòd simonia non committitur sine conuentione, & tractatu præcedente, & quòd quicquid factum reperitur, eam non inducit si non probetur factum in vim & executionem præcedentis tractatus, vt per Flamin. Paris.*de confident.quæst.*16.*n.*4.*&* 5.Rot.*decis*.358.*num.* 11.*part.* 2. *recent. & in Balneoregien.simonia* 17.*Maij* 1624.coram Reuerendiss. D.meo Coccino Decano,vbi etiam fuit dictum, tractatum de reountiando certo modo non esse prohibitum,sed pactionem firmam esse prohibitam.

Cavsa IX.

Qvæstio I.

Cap. Nos consecrationem. I.

1 Ex hoc text. *in princip.* videtur colligi ordinationem factam ab excommunicato, nullo modo posse dici ordinationem, sed occurrit Mar.Alter.*de censur.tom.*1.*lib.*1. *disp.*8.*cap.*5.*vers. secundò.pag.*97. respondendo cum gloss. quòd siue Episcopus receperit vltimam manus impositionem in Ecclesia, siue extra Ecclesiam, dummodo forma Ecclesiæ seruetur in ordinando, semper Ordinem confert, sed non semper executionem; differentia tantùm est inter vtrumque modum quòd ordinati ab Episcopo, qui recipit vltimam manus impositionem in Ecclesia siue ignoranter, siue scienter,si aliàs digni fuerint, possunt tolerari, vt dicitur *in cap. ab excommunicatis, & cap. ordinationes sup. hac eadem causa, & quæst.* Si autem sint ordinati, ab Episcopo qui extra Ecclesiam recipit manus impositionem,si scienter,nunquam tolerantur, vt refertur *in cap. euenientibus* 1.*q.*1.

Cap. Ab excommunicatis. IV.

Vrbanus II.

Gloss. *verbo quondam, in præsenti textu*, docet valere Ordinem collatum ab occultè excommunicato, vel suspenso,non tamen conferri recipienti Ordinis executionem,vt per Couar.*in capite alma mater part.*1.§.6.*n.*6.Rebuff.*in repet.capite postulastis,de clerico excom.minist.notab.*2.*num.* 18.*iuncto n.* 27. D.Anton. Syluest. Palud. Henriq. & alij, quos refert,sed non sequitur Sanchez *de matrim.lib.*3.*disp.*22 *numer.*35.*vers. vlt.* 1

Contrarium tamen, immò gesta per occultum excommunicatum in quibuscunque spiritualibus valida esse, & ita Episcopum sic excommunicatum, vel suspensum conferre Ordinis executionem verius est; quia cùm adsit communis error facti cum titulo,æquitas postulat vt omninò valeat quicquid gerit, quia dignitas potius qoàm persona agit,neque text. *in præsenti, & in cap.* 2. *de ordinat.ab Episcopo qui renunciauit Episcop.* contrariæ sententiæ oppositum probant, intelligendi enim sunt de publicè excommunicatis, & quando ignorantia non est probabilis ,&illud axioma, *nemo dat, quod non habet*, intelligitur de causa principali, non autem de instrumento, quale est Sacerdos Sacramentum conferens, & ita, licèt iniquus sit, gratiam, quia caret, largitur, quare ita tenent Gutier.*canon. lib.* 1. *capite* 1. *numer.* 80. Mascard. *de probation. conclus.* 648. *numer.* 4. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *d. disp.* 22. *numer.* 45. *vers. verius.*

Qvæstio II.

Svmmarivm.

1 *Episcopo nulli licet Pontificalia in alterius Diœcesi exercere.*

2 *Ordinatio proprij Episcopi si extra territorium fiat valida erit, licèt puniri possit.*

3 *Episcopus, qui inuitatus accedit ad aliam Diœcesim pro ordinandis Clericis, debet habere expensas.*

Cap. Nullus Primas. III.

Calixtus.

Calixtvs *epist.* 2.relatus *in hoc text.*prohibet vt nullus Primas, Archiepiscopus, vel Episcopus iudicet, aut ordinet, vel disponat aliquid in Parochia alterius, nisi fuerit inuitatus; si verò præsumpserit, damnabitur cum cooperantibus, & consentientibus ei.hac de re Concil.Trident. *sess.*6.*de reform.cap.*5.ita disponit, *Nullo Episcopo liceat cuiusuis priuilegij pretextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere,nisi de Ordinarij loci expressa licentia,& in personas eidem Ordinario subiectas tantùm. Si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi.* De cuius decreti materia,& intellectu agunt Nauar.*consil.* 69.*de sentent.excomm.in antiq.alias consil.*12.*de cleric. excomm.minist.in nouis*,Henriq. *in sum.lib.*11.*capite* 3. §.2.*in fin.iuncto comm. lit.S.* Salzed. ad Bernard. *capite* 26. *lit.A.*Gutier.*canon.lib.*1.*capite* 26.*numer.*26. Flam. Paris.*de resign.benefic.lib.*1. *quæst.* 17. *numer.* 17. Petr. de Ledesma*in sum.part.*1.*vbi de sacramento Ordinis.cap.* 8. *concl.* 4. *dub.* 4. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract.* 2. *capite* 2. *numer.* 12. Bonacin. *de censur. disp.*3.

dispu.3.quest 6. puncto 3.num.27. Piasec.*in praxi Episcop. part. 1. cap.1. n.46.pag. 35.* Armendar. *in addit. ad recopil.legum Nauarre lib.1. tit.18.l.7.de Episcopis n.68.* Campan. *in diuers. iuris Canon.rub.9.cap.5. n.6.*

2 Si verò contra prohibitionem Concilij Tridentini *dict. cap. 5.* ordinario proprij Episcopi extra territorium fiat, valida erit, licet puniri possit, vt resoluunt Henriq. *lib. 11.cap.3.§.2.in fin.lit.S.* Vgolin. *de potestate Episcopi cap.4.§.14.n.2.* Fornar. *in tractatu de Ordine cap. 8.§. 8.* Molfes.*d.cap.2.num.*·1.

3 *Nisi vocatus ab eo*, &c.] Nota quòd Episcopus, qui inuitatus accedit ad aliam diœcesim pro ordinandis clericis, debet habere expensas, vt per Archid.*numer.2.* Turrect.*num. vlt. in præsenti*, Iacob.de Graff.*in aureis decis.part.2.lib.1.cap.10.num.3.*

4 Ex hoc text. colligitur quòd qui non potest aliquem ordinare, non poterit etiam illum iudicare. sed hoc intelligit D.Barbos.*ad l.1.art.3.n. 203.ff.de iudic.* scilicet sine licentia Episcopi, qui ei Ordines contulit, & per argumentum à contrario sensu qui ei Ordines contulit, potest eum iudicare, quasi per ordinum collationem ita ei efficiatur subditus vt tantùm per illum possit iudicari, vel per alium cum eius licentia.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an excusetur si ordinet extraneum bona fide sub ratihabitione propry Episcopi, & num. 2.*
3 *Declaratur text. in præsent.*
4 *Episcopus proprius potest dispensare cum promoto ab alieno absque eius licentia.*

CAP. Lugdunensis. X. & vlt.

Vrbanus.

1 EX hoc text. vulgò colligitur excusari Episcopum, si ordinet extraneum bona fide sub ratihabitione proprij Episcopi, vt patet ex facto S. Epiphani, qui, vt refertur *in hoc textu*, Ordines contulit quibusdam clericis diœcesis Ioannis Chrysostomi, quod nulla ratione saluari potest, nisi quia id fecit pro comperto habens illud Ioanni viro pientissimo, & sibi amicissimo placitum, & gratum fore, vt coniectatur Nauar.*ad cap. placuit, de pœnit.dist.6.num.102.vers. 7.* & ideo ita sentit Maior.*de irregul.lib.4.cap.2.num.7.* & videtur tenere Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 9. capite 4. à num. 1.*

Verùm Episcopi hoc maximè effugere debent, cùm
2 iure non benè probetur, & ansam eis præstare posset vt hoc quæsito colore alienos ad Ordines promouerent, vnde innumera damna orirentur, quapropter hanc partem sustinent Salzed. *ad Bernard. in practic. cap. 26. lit. C.vers.secundus* Quarant. *in sum. Bullary verbo Ordo vers. amplia hanc Extrauag.* Rebuff. *in praxi rub. de forma dimiss. n. 11.* Paris. *consil. 136. col. 1.vol.4.* Azor *institut.moralium part.2.lib. 3. cap. 48.q. 4.§.dubia questiones*, Molfes. *in sum. Theologia moralis tractat.2. c. 2.n.14.* Bonacin.*de censur.disp.8.quest.vnic. punct.4.n.18.vers.secundò.*

3 Qua retenta sententia vti magis secura, licèt prima non sit improbabilis, vt alibi dixi, multipliciter responderi poterit ad text. *in præsenti.* Primò quòd illius decisio iuribus recentioribus sit antiquata, vt sentire videtur Archid. *hic ad fin. vers. sed contra*, allegat plura iura contrarium disponentia, quorum pleraque emanarunt post huius text.sanctionem. Secundò, vt refert Mandos.*ad reg.24.Cancel.quæst.4.num.12.* interpretari post, vt tantùm procedat in collatione primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum, non verò in Sacris. Tertiò potest asseuerari, quòd ideò admissa fuit ratificatio, quia ille ordinatus notus erat, prout *hîc* ponderat Archid. *numer. 3.* Erat quidem saltem secundùm antiqua iura maxima differentia inter ordinatum cognitum, vel incognitum. Quartò ex eo quidem procedere text. *hic* videtur quòd ordinatio facta fuit idoneo, & habili, non in contemptum proprij Episcopi, sed quia crediderit ei placere, non verò liceret aliàs. Quintò cum Rebuffo *vbi suprà numer.14.* dici potest in hoc text. non probari, quòd per ratihabitionem Episcopi confirmetur ordinatio, sed Episcopum relaxare iniuriam sibi ab ordinatò illatam, ibi, *miserationis intuitu in suo quoque honore recipis.*

In gloss. *Mod. ratio tua.* ibi, *permittitur Episcopo* 4
dispensatio, &c. Notatur ad hoc quòd proprius Episcopus potest dispensare cum promoto ab alieno absque eius licentia, vt per Hieron. Gabr. *cons. 181. numer. 9. vol.2* Campan.*d.rub.9. cap.4.à princ.* & est hodie indubitabilis resolutio ex noua dispositione Concilij Trident.*sess. 23. de reform. capite 8.* vbi deciditur sic promotum suspensum esse à susceptorum Ordinum executione quandiu proprio Ordinario videbitur expedire; nec Pij I I. *constit.*incip. *Cùm ex sacrorum*, obstat dum insinuare videtur prædictum non posse à proprio Episcopo habilitari, quia illi derogatum extitit per ius posterius Concil.Trident.*d cap. 8.* vt aduertit Gutier.*canon.lib.1.capite 26. numer. 25.* Nec denique obstat Sixti V. *constit. contra clericos promotos*, dum illos declarat ipso iure suspensos, & iure huiusmodi suspensionis absolutionem sibi tantùm reseruat; quia respondetur illam moderatam fuisse per Clementem V I I I. *in sua constitut. incip. Ad Romanum Pont. decet*, ac proinde Conciliaris constitutio ad hæc vsque tempora vigere debet.

QVÆSTIO III.

CAP. Cùm simus. III.

Ex septima Synodo.

DEclaratur *in collect. ad caput 1. de suppl. negl. Prœl.lib.6.num.10.*

CAP. Nemo. XIII. *Innocent.*

DE materia huius text. vide quæ latè dixi *ad c. Si Papa 40. dist.*

In gloss. t. ibi, *& cùm submittit se confessori suo*, &c. 1
Nota Summ. Pont. teneri ad confessionem, quæ Sacerdotibus secretè fit in omnibus illis casibus, quibus ex iure diuino est instituta, & præcepta, tametsi minimè teneatur saltem quoad vim coactiuam præcisè semel in anno confiteri iuxta præceptum humanæ constitutionis, de qua *in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* Colliges hæc ex Nau. *in princ. de pœnit. dist.5.n.32.& in cap.placuit.n.15.& in cap. Sacerdos n. 50.de pœnit.dist.6.* Couar.*in cap.alma mater p.1.§.1.n. 5.* iunctis aliis, quos citaui *ad d. c.omnis vtriusque sexus num.2*

SVMMARIVM.

1 *Papa est Ordinarius Ordinariorum.*
2 *Papa est Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, & habet pro propria diœcesi totum Orbem.*

3 Papa

3 *Papa concurrit cum omnibus Ordinariis.*
4 *Appellari non potest à Papa.*
5 *Papa Christi Domini nostri Vicarius est, & vnum, idémque tribunal, & consistorium cum Christo facit.*
6 *Hæresim sentire videtur, qui à sententia Papæ ad Christum appellat.*
7 *Concilium generale legitimè congregatum recusari non potest.*

Cap. Cuncta per mundum. XVIII.

Gelasius.

1 Celebris est hic text. & multum allegabilis in iis, quæ spectant ad Pontificiam potestatem, & vulgò notari solet ad hoc quòd Papa est Ordinarius Ordinariorum, Mobed.*decis.* 1.*num.*4 *de concess.prab.*Caputaq.*decis.* 282. *n.* 3.*part.* 1. Ludou. Gom. *in proœm. regul. Cancel. q.* 2. *vers. considera etiam sub n.* 7. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.*§.2 *proœm.num.* 24. Camil. Bortel. *in sum. omnium decis. tit.*4. *num.*10. Flamin. *de resignat. benefic.l.*8 *quæst.*7. *num.*4. *cum seqq.* & quia est Episco-
2 pus vniuersalis Ecclesiæ, idem Flamin.*d. tract.lib.* 11. *quæst.*13.*num.* 132. Card. Baron.*tom.*8.*annal. Ecclesia, anno Christi* 595. *pag.* 64. & 68. & habet pro propria diœcesi totum Orbem, ex gloss. *verbo prouata in cap. felicis* §. *finali de pœnis lib.*6. Gonzal. *d.* §. 2. *proœm. n.*
3 46. ideò concurrit cum omnibus Ordinariis, idem Gonzal.§.1.*proœm.à num.* 32. Mart. *de iurisdict. p.* 3. *c.* 21.*à num.* 15.

4 Notatur etiam ad hoc quòd à Papa nullus appellat, itaut error esset in fide asserere à Summo Pontifice appellari posse ad Deum, vel ad alium hominem, vt per August. de Ancona *de potest. Papæ q.* 6. *art.* 3. Palat. Rub.*de iure obtent. Regni Nauarra part.*2.§. 4. *in princ.* Iacobat.*de Concil.lib.*10.*art.* 1. Anton.Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 9. *cap.* 2. *num.*13.Dominic.Poero *tom* 2. *institut.de Regular. ari-*
5 *stocratia cap.*5. *num.*6. Nam cùm Summus Pont. Christi Domini nostri Vicarius sit, *cap. inter corporalia, cap. quanto. cap. licet, de transf. Episcopi* & vnum idémque tribunal, & consistorium cum Christo faciat, Selu. *de benef. part.*3. *quæst.*8. *num.* 25. Maluet. *de canonizat. Sanctor. dub.*2. *num.*10.Menoch. *cons* 51.*num.*13.*lib.*1. Iacob.de Laurent.*de iudice suspecto c.*2. *n.* 3. ideò hære-
6 sim sentire videntur, qui à sententia Papæ ad Christum appellant, quasi Papam Christi non esse Vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credant, vt obseruant supracitati Doctores.

7 Notatur denique ad hoc quòd Concilium generale legitimè congregatum recusari non potest, sicut docent Præposit. Mediolanen.*in cap.cum specialis n.*25. *in fine, de appellat.* & *in cap. postremò. eodem tit. num.*8. *vers.* & *ideo nec Concilium generale*, vbi etiam Franch. *num.*16.Andr.Gail.*lib.*1.*obseruat.* 33. *num.* 3. Fulu.Pacian.*de probat.lib.*2.*cap.* 45. *num.* 96. Sigism.Scacc. *de appellat.quæst.*16.*limit.*1. *n.* 17. *vers. Concilium generale* Iacob.de Laurent.*de iudice suspecto cap.* 3 *num.*6.

CAVSA X.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, quæ sacris Imaginibus deferuntur, deberentur Episcopo secundùm aliquos, sed melius spectare ad Parochos tenent alij, vt num.*2.
3 *Oblationes factæ in Ecclesia Cathedrali spectant non ad Episcopum, sed ad Archipresbyterum, qui curam animarum ibi exercebat.*
4 *Oblationes in certum vsum, seu finem ex piorum offerentium voluntate destinatas non potest Parochus in proprium vsum conuertere, sed debet fideliter dispensare.*

Cap. Quia Sacerdotes. XIII. cum seq.

NTIQVITVS inter Doctores fuit magna controuersia, an oblationes, quæ sacris Imaginibus deferuntur, deberentur Episcopo, vel Parocho, quorum plures partes Episcoporum tuentur, vt Angel. *in dispnt. incip. In refulgenti in* 2. *dub.* Maluet. *de oblationibus in* 4. *dub. num.* 14. Petr. de Vbaldis *de Canon. part.cap.*4.*quæst.*16. & refert Decian.*consil.*16. *sub numer.* 7.*lib.*2. 1

Attamen verior, & hodie receptissima sententia est quòd siue in Ecclesia parochiali posite sint huiusmodi sacræ Imagines, siue extra, intra tamen limites Parochiæ, habet fundatam intentionem Parochus super omnibus obuentionibus contingentibus intra limites suæ Parochiæ, & ad eum spectant, ita per text. *in præsenti cum duobus sequentibus*, Abb. *in cap. dictus numer.* 4. *vers. quoad primam, de offic. Ordin.* ibi subdit Episcopo solùm deberi oblationes quando sacræ Imagines reperiuntur extra omnem Parochiam, Felio.*ibidem in princ.*& *num.*3. idem Abb.*in cap. quoniam num.*1.*de decim.* vbi signanter quòd spectant ad Parochum, & non ad Episcopum, Capyll. Tholos. *decis.* 483. Ferrer. *cons.* 143. *num.* 2. 3. & 4. Bellet. *disquisit. clerical part.*1. *tit. de bonis clericorum* §. 3. *à n.* 4. Azor. *institutionum moralium part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *quæst.* 13. Decian. qui fusè pro Parocho contra Episcopum in his oblationibus, quæ Iconi sanctissimi Crucifixi offerebantur, consuluit *dict.consil.*16. *per tot. lib.*2. Gutier. *quæst.lib.*2.*cap.*21.*num.* 162. Marescot. *variarum resol. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 6. 7. & 8. Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Archiepiscop. Neapol.part.*4. *decis.*170. *num.* 7. & hanc eandem opinionem videtur amplecti D. Thom. 2.2.*quæst.*86.*art.*2. *præsertim. in resp. ad* 2.*argum.* & expressè sequuta est Rot. *in Aquilana nullitatis erectionis* 20.*Decembris* 1610.coram R.P.D.meo Pirouano, quæ est *decis.* 256. *part.* 1. *recent.* & *in Beneuentana spolij* 2.*Decembr.*1587. coram Orano. vbi dictum fuit oblationes factas in Ecclesia Cathedrali spectare non ad Episcopum, sed ad Archipresbyterum, qui curam animarum ibi exercebat, & idem respondit Sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum Concilij Trident. *in vna Cauen.* Ius enim vniuersale habet Parochus intra limites suæ Parochiæ, mediúsque est inter Deum, & populum; vnde quemadmodum dogmata & Sacramenta, quæ proueniunt à Deo, exhibet populo, ita vice versa exhibet Deo ea, quæ sunt populi, nempè preces, & oblationes, & qui Altari seruiunt, de Altari participant, vt egregiè ratiocinatur D. Thom. *d. art.* 2. quem refert Rot. omnia superadicta adducens *in Lunen. Sarzanen. oblationum* 8. *Februarij* 1617.coram R.P.D.Merlino. 2 3

Intellige supradicta, nisi oblationes in certum vsum, seu finem, puta pro Missis, & fabrica, ex piorum offerentium voluntate fuerint destinatæ, quia tunc ad Parochum nullo modo spectabunt, vt illas in proprium vsum conuertat, sed voluntas eorum, qui eleemosynam, seu oblationes dederunt, præcisè seruari debet, sicut benè obseruant addit. ad Capell. Tholos.*d. decis.*483. Marescot. *d. cap.* 41. *num.* 1. *lib.* 1. Aloys. Ricc.*d. decis.*170.*num.*1. Rot.*in Bracharen. oblationum* 4

tionum 17 *Decembr.* 1612. coram Reuerendiss. Patriarcha Pamphilio. Verùm administratio harum oblationum etiam tali casu ad Parochum videtur spectare ex eodem iure Parochialitatis, & qua ratione oblationes spectant ad Parochum, nisi fuerint in determinatum vsum datæ, eadem immo & maiori ratione ad eundem Parochum spectat saltem administratio oblationum, quoties ad certam causam sunt erogandæ, cùm & regulariter de istis oblationes Parochus debeat esse fidelis administrator, ac dispensator, partim cõuertendo in proprium vsum, partim in erogando in iis quæ concernunt cultum diuinum, & partim ad pauperum inopiam subleuandam, vt per D. Thom. *loco præcit.* & de harum oblationum distributione idem sancitum fuit *in cap. Vulterana, & in cap. quatuor* 12. *q.* 2. Et quòd huiusmodi oblationum solus Parochus habeat administrationem dixit Abb. *in cap. postulastis num.* 1. *vers. administrationem autem, de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit.* Ferret. *d. cons.* 143. *n.* 4. *vers. & quod.*

Cap. Hanc consuetudinem. XV. & vlt.

Damasus.

1 IN hoc text. [illegible] Papa constituit ius ad oblationes esse Ecclesiasticum, & ad clericos pertinens, ac subinde sub laicorum dominio non detineri, vt per S. Thom. 2. 2. *quæst.* 86. *art.* 2. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. vbi *in fine* subdit, quòd licèt ius oblationum sit proprium clericorum, res tamen ipsæ oblatæ, præsertim mobiles, si consecratæ non sint, possunt in laicorum vsum conuerti per donationem, vel alium iustum contractum, quia nec res illæ in se sacræ sunt, nec aliquo iure est prohibitum, secus verò est post consecrationem talis rei.

2 Potest tamen oblationum administratio committi laico, quoties illas non conuertit in proprios vsus, secundùm Dec. *cons.* 148. *n.* 3. Rot. *in Teletatana eleemosynarum* 24. *May* 1619. coram R.P.D. meo Pirouano, Aloys. Ricc. *in d. part.* 4. *decis.* 170. *n.* 11. *&* 12.

3 *Sub anathematis vinculo sit colligatus.*] Notatur ad hoc quòd excommunicationem incurrunt laici, qui oblationes intra Ecclesiam factas de Ecclesiis auferunt, & sibi vsurpant, vt per Bonacin. *de censuris extra Bullam disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 1. *à princ.* vbi etiam resoluit hanc excommunicationem esse ipso iure latam, & statim incurri.

Qvæstio II.

Cap. Casellas. I. *Ex Concil. Agathensi.*

1 ECCLESIÆ res an, & quando Episcopis alienare liceat, dixi ad *tit. de reb. Ecclesiæ non alien. in Decretal. & ad Extrauag. ambitiosæ, eod. tit. inter communes, & de officio, & potestat. Epist. p.* 3. *alleg.* 95. & *ibi* citatis addo nouissimè Ioan. Honos. *in sum. iuris Canon. ad tit. de rebus Ecclesiæ non alien.*

Cap. Ea enim. II. *Leo & Anthemius.*

1 INseruntur sub hoc texto authenticæ plures, ex *tit. C. de sacrosanct. Eccles.* de quarum materia suis locis opportuniùs agemus; interim tamen cursiuè aliquid dicemus.

2 *Hoc ius porrectum.* [De materia huius authen. vide *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 59. Cassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 9. §. 9. *n.* 33. *fol.* 311. Rebuff. *in compend. alienat. n.* 20. *cum seqq.* Gutier. *alleg.* 1. *n.* 7. Nauar. *in tract. de alienat. rerum Ecclesiæ num.* 5. nouissimè Ioan. Honor. *in sum. iuris Canon. ad tit. de rebus Eccles. non alien. num.* 19.

Item prædium.] Vide Capyc. *decis.* 113. Mohl. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. *n.* 23. Valasc. *de iure emphyteut. lib.* 1. *q.* 17. 3

Sed & permutare.] Vide Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap.* 5. *n.* 36. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuentionibus tom.* 2. *lib.* 25. *tit.* 4. *n.* 9. *& seqq.* vbi de intellectu. 4

Perpetua.] Vide Grammat. *decis.* 223. *in princ.* Tiraquel. *de retractu lig. tit.* 2. §. 24. *gloss.* 1. *n.* 9. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *n.* 3. Valasc. *de iure emphyt. q.* 5. *n.* 51 Gam. *Lusit. decis.* 49. *nu.* 1. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 3. 5

Qui rem.] Vide quæ dixi *in collectan. ad cap. potuis, de locato, & ad extrauag. ambitiosæ à num.* 27. *de rebus Ecclesiæ non alien.* Et de emphyteuta deteriorante rem in emphyteusim sibi concessam, quòd cadat in commissum tradunt plures, quos plena manu refert Cened. *ad Decretal. collect.* 144. *n.* 23. quibus addo Surd. *decis.* 101. *n.* 7. Fachin. *lib.* 3. *controuers. cap.* 16. D. Barbos. *in l. diuortio §. si fundum n.* 15. *cum seqq. ff. soluto matrim.* Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 457. Valasc. *consil.* 50. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. tom.* 2. *lib.* 22. *tit.* 29. Cardos. *in praxi iudic. verbo emphyteusis n.* 9. Cald. Pereira *quæst. forens. q.* 11. *n.* 10. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 25. *num.* 548. Quæ autem deterioratio sufficiat, vide Caualcan. *de vsufruct. mul. relict. n.* 157. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 12. *num.* 21. *& decis.* 49. *n.* 10. Ioan. Garc. *de expensis cap.* 11. *n.* 34. *in fine*, Surd. *decis.* 102. *num.* 9. D. Barbos. *in d. §. si fundum n.* 20. *vers. & tenebis menti*, Valasc. *n. cons.* 50. *n.* 6. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 29. *n.* 19. Menoch. *de arbitr. casu* 78. *n.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 152. *n.* 1. Castil. *controu. iuris lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 18. 6

Cap. Precariæ. IV.

Ex Concil. Mediomatricis.

VIde quæ dixi ad *titulum de precarijs, in Decretalibus.*

Qvæstio III.

Cap. Placuit. I.

CATHEDRATICVM, quod ob honorem Cathedræ Episcopalis sic vocatur, Fla- 1
min. *de confident. q.* 15. *num.* 5. Bellet. *disquis. cleric. part.* 1. *tit. de cleric. debit.* §. 15. *n.* 7. *vers. appellatur*, Episcopi exigere possunt, vt probat text. *in præsenti*, Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *c.* 14. *n.* 5. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo ius Cathedraticum*; taxam autem huiusmodi Cathedratici ponit hic text. idest, duos solidos, qui tamen soluendi sunt secundùm taxam, quæ antiquitus solui consueuit, vt obseruant Aloys. Ricc. *in praxi aur. resol.* 182. *num.* 1. & Surd. *cons.* 454. *n.* 12. Sed quia solidorum valor conformis non est, immo varius, secundùm diuersam prouinciarum taxationem, vt per Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 5. *& de vet. numism. collat. c.* 6. *n.* 5. Gregor. *l.* 9. *verbo de oro, tit.* 4. *part.* 5. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. Surd. *consil.* 454. *n.* 21. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 278. *vers. dubium tamen est*, Christoph. de Pace *in schol. ad leges Styli l.* 84. *à num.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 52. *n.* 14.

ideò

ideò attendenda est diuersarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis in eius taxatione, secundùm Zerol. *d. verbo ius Cathedraticum* §. 2. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 182. *n.1. in fine*, Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.2.n.20.*

Cap. Vnio. III.

Ex Concil. Toletano XVI.

1 De Canonica portione Episcopis debita, latè egi *de officio, & potestate Episcopi part.* 3. *alleg* 86. *n.1. cum sequentib.* vbi memini huius text. & *ibi* citatis addo Ioan. Honor. *in sum. iuris Canon. ad tit. de testam. ex num.* 10.

2 *Sed hoc necessariò*, &c.] Notatur ad hoc quòd propter tenuitatem Parochialium plures possunt ab vno retineri, vt per Ioan. Lignano *de pluralit. benefic. n.* 1. Et ex dispensatione Episcopi causa saltem vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ posse simul plures Ecclesias Curatas retineri, si adeò tenues sint, vt singulæ proprium non possint Sacerdotem alere, tenent Sot. *de instit. lib.3. quæst. 6. art.3. vers. primus casus*, Hoied. *de incompatib. benefic. part.2. cap.5. à princip.* Verùm Rota *in Leodien. Canonicatus 5. Iuly* 1610. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, impressa apud Farin. *decis.*310. *part.2. recent.* censuit non obstante exiguitate distantiæ, & tenuitate fructuum Parochialis cuiusdam, & canonicatus, quos quidam ex dispensatione Episcopi possidebat, illos cadere sub incompatabilitate, & si vtrumque retinere pergeret, esse vtroque ipso iure absque alia admonitione priuatum, refert Ioan. à Cochier *in comment. ad reg.52. Cancell. à n.4. pag.* 147. *cum seqq.*

Cap. Inter cætera. VIII.

Ex Concil. Tolet. VII.

1 Hic text. *in vers. cùm verò*, admonet ne Episcopus cùm diœcesim visitat, villi præ multitudine onerosus existat, quòd à fortiori procedat in aliis inferioribus visitandi ius habentibus, de quibus agit Concil. Trident. *sess.24. de reformat. cap.3. vers. Archidiaconi autem*, quibus poterit ipse Episcopus præstituere terminum ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum ne oneri sint Ecclesiis, quas visitauerint, sicut obseruat Piasec. *in praxi Episcopi part.2. cap.3 num. 62. pag.* 213. quem refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.3. alleg. 73. num.* 39.

2 *Aut ampliùs quàm vna die*, &c.] Nota quòd si Episcopus vna die duas Parochias visitaret, vnam tantùm procurationem habebit, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.1. verbo Visitatio §.6. dub.6.* quia illam pro temporis tantùm necessitate consequitur, secundùm Concil. Trident. *sess.24. de reform. c.3. vers. pro temporis*, cui quidem necessitati pro illo die vnica procuratione in prima visitatione acquisita iam satisfactum est. Vnde Episcopo visitanti clerum ciuitatis, vbi sita est Cathedra, procurationem nullam deberi resoluunt Marc. Anton. Genuens. *in man. Prælat. cap.35. num.9.* & Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num.* 65. ego ipse *dict. part. 3. allegat. 73. num.* 46. quamuis aliud velint Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 52. num.9.* Azor. *institut. moral. part.1. lib.3. cap.42. quæst.4.* Beller *disquisit. clerical. part.1. tit. de clerico debitore* §.11. *num. 2. & 5.*

CAVSA XI.

Qvæstio I.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest ferre testimonium coram iudice seculari absque licentia sui Episcopi.*

2 *Pestis tempore non requiritur licentia Prælati, vt clericus coram iudice seculari testimonium ferre possit.*

3 *Formula licentiæ dandæ per Episcopum clerico, vt deponat coram iudice seculari, refertur.*

4 *Depositio clerici testificantis absque licentia sui Prælati corã iudice seculari valet, licèt malè faciat.*

Cap. Testimonium. IX. *Syluester.*

Hic text. vulgò allegari solet ad hoc quòd Clericus non potest ferre testi- 1
monium coram iudice seculari absque licentia sui Episcopi, vt per Paris. *consil.83. n. 35. vol. 1.* Natt. *cons.* 39. *n. 1. vol.4.* Crau. *cons.2. num.1. vol.1.* Mascard. *de probat. concl.* 306. *n.6.* Marr. *de iurisdict. part.4. casu* 128. *n.1.* Beller. *disquisit. cleric. part.1. tit. de clerico teste* §.2. *à princ.* Carol. de Graffis *de effectibus clericalibus effect. 10. per tot.* Et ideò ibi admittuntur clerici ad testificandum contra laicum coram iudice seculari, id est intelligendum cum licentia Episcopi, & Superioris, vt aduertunt Campeg. *de testibus regul.91. fallent.* 1. Mascard. *de probationibus conclus.*1358. *n.* 6. Farinac. *in praxi criminal. part.2. q.61. num.*83. Bellet. *d.§.2. n. 3. vers. Quare.* nisi tempore pestis, quia tunc non re-
quiritur licentia Prælati propter imminens periculum, 2
secundùm Rip. *in tractatu de peste, rub. de priuileg. ind. caus. pest.*44. Farin. *d.q.61. n.*85.

Licentiam autem dandam per Episcopum clerico,
vt deponat, coram iudice seculari, debet esse sub hac, 3
siue alia simili forma. *Conceditur licentia N. clerico deponendi in Curia seculari in tali causa, dummodò non deponat super articulis concernentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulsam*, & ponit hanc formulam Bellet. *d.§.2. sub.n.5.* de qua licentia constare, stare, & apparere debet in actis, Curt. *in tract. de testib. concl. 49. in fine, vers. oportet ergo*, Ioan. de Amic. *cons.77. n.18.* Syluan. *cons.16. num.7. vers. plus dico, & num.8* Beller. *vbi proximè*, subdens quòd vbi conceditur huiusmodi licentia, non potest Episcopus facultatem impartiri clerico iurandi coram iudice seculari, nisi quòd iuret in manibus Vicarij, aut alterius personæ Ecclesiasticæ.

Si tamen de facto clericus absque licentia sui Præ- 4
lati testimonium perhibebat coram iudice seculari in causa ciuili, valet huiusmodi depositio, licèt malè fecerit, Abb. *in cap.1. n.17. de iure calumn. & in cap. cùm nuncius num. 3.* vbi etiam Felin. *num.3. de testib.* Aretin. *cons.160. vers. venio ad octauum*, Roland. *consil.24. n.77. volum.* 1. quos refert, & sequitur Bellet. *d.§.2. num.3. in princ.*

Cap. Si quis Sacerdotum. XVIII.

Pius.

Pius Papa *epistol.* 2. relatus *in hoc text.* scribit cleri- 1
cum suo inobedientem Episcopo, vel insidias ei parantem, vel contumeliam, aut calumniam, seu conuicia

conuicia inferentem depositum Curiæ tradit; vnde gloss. vlt. in cap. cum non ab homine, de iudic. & verbo relinquatur in cap. ad abolendum, de heret. & verbo tradatur in cap. nouimus, de verb. signifi. colligit clericum huiusmodi talia perpetrantem esse degradandum, & Curiæ seculari tradendum, quam glossatum opinionem referunt. & sequuntur Beto, in cap. at si clerici, num. 178. de iudic. vbi Dec. num. 243. Albertin. de heret. cap. 1. quæst. 12. num. 9. Bernard. Diaz in pract. Canon cap. 109. in antiq. aliàs cap. 120. in nouiss. impress. Rojas sing. 32. vers. quando clericus contulit, Felician. de censur. tit. de deposit. & degradat. cap. 13. vers. tertio si quis Sacerdotum, pag. 312. Clar. lib. 5. §. fin. quæst 36. num. 38. Paul. Fusch. in singularib. iuris Pontifitij, & Cæsar. lit. E. sing. 27. Farin. in praxi crimin. q. 8. n. 78. Bellet. disquis. cleric. part. 1. tit. de fauore clericor. personali §. 10. n. 6. vers. tertius, quorum plures, & precipuè Dec. n. 245. Bernard. d. c. 120. vers. tertius casus, & Albertin. d. num. 9. notant in hoc textu dictionem, mox, significare longum internallum, itaut postquam incorrigibilis, fuerit tradatur Curiæ seculari.

2 Verùm obstat maximè quòd quis realiter degradandus non est, & Curiæ seculari tradendus, nisi in casibus à iure expressis, ex quorum numero non est crimen conspirationis in personam Episcopi, vt colligitur ex traditis per me de officio, & potest Episcops part. 3. alleg. 110. per tot. tum quia durum videtur, vt quod non fit propter homicidium in d. cap. cum non ab homine, fieri debeat propter simplex conuitium, tum quia abest illa dictio, depositum, ab originali, & Iuone. tum denique, quia tempore huius text. adhuc traditio Curiæ, & potestati seculari, vel non erat statuta, vel Ecclesiæ tunc parum potenti illa non parebat, vt constat ex Platina de vitis Pontificum fol. 21

3 Quare omisso dicto intellectu, & alio, quem tradit Ioan. de Villamar. in l. diuus n. 34. ff. ad l. Cornel. de sicar. intelligendus est hic text, & in cap. clericus verò 3. q. 4. de traditione, quæ fiebat Curiæ clericorum, vt ibi quis deseruiret: solebant enim antiquitus clerici in communi viuere, cap. præter hoc 32. dist. cap. in omnibus, de conseer. dist. 5. cap. quoniam, de vita, & honest. cleric. & eorum congregatio appellabatur curia, vt colligitur ex Alex. ab Alexand. lib. 1. dierum genialium cap. 16. Zaz. in l. 2. in gloss. verbo Curia, de origine iuris, Duaren. lib. 1. de sacris Ecclesiæ minist. cap. 3. & qui peccabant, & delicta de quibus hic, committebant, à clericali officio semoti huiusmodi Curiæ seruiebant, & in hunc sensum tales dicuntur Curiæ tradi. Vide quæ dixi in collect. ad cap. si quis laicus 22. q. 5. n. 5.

Cap. Si tributum. XXVII.

Ambrosius.

1 EX hoc text. videtur colligi clericos, & Ecclesias ad soluenda imperialia tributa teneri ex debito iustitiæ, vt in illis verbis, *Si tributum petit Imperator, non negamus, agri Ecclesiæ soluunt tributum*; sed veritas est in contrarium, ad auctoritatem verò Ambrosij in præsenti, post Card. Baron. & Castr. lib. 1. de lege pœnali cap. 5. pag. 78. post med. Valasc. de iure emphyt. q. 17. n. 7. respondet Ioan. de Valboa in annuis Academicis prælectionibus Salmaticens. ad cap. 2. n. 113. de iudic. dicens verba illa dicta fuisse ab Ambrosio permittendo potius quàm approbando factum, asserendo, non verò ius conficendo. Eo enim tempore cùm puer esset, Valentinianus, mater eius Iustina gubernabat, quæ cùm esset Arriana, tributum aliquod ab Ecclesiis exegit, & prudenter censuit Ambrosius illi resistendum non esse ad vitanda mala, & pericula imminentia vt longiori sermone ipse Ambrosius hic declarat, concludens his verbis, *Imperatori non dono, sed non nego.* Potuit enim Ambrosius facilius tolerare tributorum exactionem, quàm vsurpationem bonorum Ecclesiæ, & eodem modo intelligendus est text. in cap. conuenior 23. quæst. 8.

Cap. Aliud quidem est. XXXIV.

Leo.

AN & quando Penitentes, qui à iudice Ecclesiastico per sententiam propter aliquod crimen Ecclesiasticum damnati sunt ad agendum pœnitentiam, possint à iudicibus secularibus (cùm sint alioquin laici) ob alia crimina puniri, & ad punitionem capi, atque in carcerem secularem mitti? Vide Abb. in cap. nullus n. 9. vers. quæro quid, de foro comp. Beto. in cap. de his n. 13. de accusat. Simanch. de Catholic. institut. cap. 47. num. 19. cum seqq. Rojas singul. 98. num. 3. latè Couar. practic. cap. 34. num. 3. cum seqq. Azeued. l. 10. num. 56. cum seqq. tit. 1. lib. 4. nouæ recopilat. 1

Vtrùm autem Inquisitores fidei fauore sint iudices competentes omnium causarum ciuilium, & criminalium illorum, qui Ecclesiæ sunt reconciliati, & habitum gestant publicè pœnitentiæ, qui vulgariter, *Sambenitados*, vocantur? Vide Simanch. d. cap. 47. num. 18. & Rojas d. sing. 98. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 35. num. 20. Conat. d. cap. 34. num. 5. Pena in direct. Inquisit part. 3. schol. 144. 2

SVMMARIVM.

1 *Testimonium vnicum Episcopi efficit plenam probationem.*
2 *Consuetudo efficere potest vt vnius Regis dicto stetur circa decisionem alicuius causæ.*
3 *Declaratur text. in c. licet, in fine, de testib. & num. 4.*

Cap. Omnes. XXXVI.

Theodosius.

EX hoc textu vulgò colligitur vnicum Episcopi testimonium efficere plenam probationem, ac proinde legem posse facere vt vnico testi plenè credatur, idem probat text. in cap. paruulos, & in cap. causa itaque de conseerat. dist. 4. & in cap. statutum §. cum verò, de rescript. lib. 6. & in Clem. de probat. & Clem. 1. §. sanè, de foro compet. & ita in specie colligit Archid. & alij in præsenti, gloss. vlt. in cap. licet, de testib. & verbo nisi iuratus, in cap. nuper, eodem tit. tradunt Abb. num. 7. & alij in cap. 2. de probation. Ias. in l. admonendi, n. 178. de iureiur. Roman. singul. 356. Dec. in cap. 1. num. 11. de appellat. Crot. in tract. de testib. num. 208. cum seqq. Duen. reg. 48. Pro quibus primò efficaciter facit text. in cap. cum dilectus 9. vers. super, de fide instrum. vbi statuitur consuetudinem efficere posse vt vnius Regis dicto stetur circa decisionem alicuius causæ, ac proinde cùm lex possit illud, quod consuetudo, necessariò dicendum est legem similiter posse facere, vt vnius testimonio plena fides adhibeatur, & per illud causa aliqua terminetur. Deinde facit, quia auctoritas illa, *in ore duorum, vel trium stet omne verbum*, sicut repugnat credere plenariè vni testi, ita negandum non est repugnare etiam non credere duobus, vel tribus, vtrumque enim comprehenditur in forma illorum verborum, & tamen constat legem efficere posse, vt plures 1 2

plures testes quàm duo, vel tres requirantur in aliqua causa, itaut in illa duobus, vel tribus fides non adhibeatur, prout in specie resoluit Couar. *in practic. c. 33. num. 3.* & videre est in multis exemplis, quæ iure reperiuntur, veluti in testamentis, iuxta text. *in §. sed cùm paulatim, Inst. de testam. & in l. fin. C. de codicil.* & in causis de quæ *in cap. pen. & vlt. 2. q. 4.* & passim alibi. Vnde dicendum est quòd sicut in illis casibus potuit lex numerum testium ampliare, ita etiam aliquando in aliqua causa restringere potest, & diminuere, itaut vnius testimonio causa terminetur.

3 Ad text. verò *in cap. licèt, in fine, de testib.* ibi *nulla tamen est causa, qua vnius testimonio quamuis legitimo terminetur*, multipliciter respondent Doctores: quidam modum soluere non valentes dicunt text. *in præsenti* correctum esse: alij tenent text. agere de sententia Episcopi, non verò de illius proprio testimonio, sicut similiter volunt intelligere aliqua iura Decreti procedere quando non agitur de præiudicio alicuius, prout est text. *in d. cap. paruulos, & in d. cap. cùm itaque*, & alia iura, de quibus gloss. *verbo nisi iuratus in d. cap. nuper.* resoluit in specie Ias. *in repet. l. admonendi num. 197. ff. de iureiur.* & propè infiniti Doctores, quos refert Valasc. *tom. 1. cons. 73. in princip.* Nonnulli putant hunc textum explicandum esse ex verbis originalis relati *in d. cap. licèt*, vbi constat refutari *ibidem* legem impiam, qua erat receptum, vt crederetur testimonio vnius infidelis, contra fidelem ad effectum condemnationis, & quibusdam verbis interiectis ait nullam esse causam, quæ vnius testimonio terminetur ita, vt aliquis condemnetur, id enim à lege Pontificia non reperitur concessum, non tamen negat posse credi ob iustas causas à lege humana consideratas, sic explicari potest text. *in cap. licèt ex quadam, de testib.* ibi, *cùm non sufficeret illi si viueret*, & ibi, *cùm secundùm ordinem solitum iudiciorum non sufficiat vnius testis assertio*, &c. innitis resolutis per Doctores, quos refert Valasc. *vbi suprà num. 2.*

4 Verùm licèt prædictæ responsiones defendi possint, melius tamen nobis videtur respondendum text. illum *in d. cap. licèt*, esse intelligendum de causa, quæ à iure expressa non est, in qua quidem iudex suum arbitrium interponere non potest, & in illa voico credere testimonio, quasi dicat textus, quòd licet aliquæ, sint causæ speciatim iure non expressæ, in quibus iudex ex arbitrio suo, & circumstantiis possit duobus vel tribus non credere, & plures exigere, vt colligitur ex text. *in l. 3. §. 1. ibi, tu magis scire potes*, &c. *ff. de test.* prouidentur concedere verba illa, in ore duorum, vel trium, in alternatiua posita, nulla tamen est causa non excepta à iure, & expressis in qua iudex ex arbitrio vnius testimonium, quantumuis legitimum recipiat ad effectum, vt per illud solum causam decidere possit, de quo *ibidem* erat quæstio, patet ex principio text. ibi *admittatis*, sic sanè non negat text. ille ex auctoritate legis statuentis iustè posse iudicem id efficere, & sic data legis expressione vnico testimonio causam terminare.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vel laicus, qui clericum conuenit & trahit coram iudice seculari excommunicandus est, & causam perdere debet non ipso iure, sed per sententiam, vt num. 3.*

2 *Ampliа etiamsi actor, qui traxit clericum coram seculari, sit victus.*

CAP. Inolita. XLII.

Ex Concil. Mileuitano.

Probat hic text. quòd clericus, vel laicus, qui clericum conuenit, & trahit coram iudice seculari, excommunicandus est, & causam perdere debet, vt per gloss. *verbo causam perdant*, per text. *ibi in cap. si diligenti, de fore comp.* vbi Anch. *num. 10.* Butr. *num. 10.* Socin. *num. 24.* & Abb. *num. 6. ex num. 18.* Roman. *cons. 379. n. 39.* Roland. *cons. 16. n. 14. vol. 4. & cons. 23. à num. 14. vol. 2.* Aufrer. *de potest. seculari super Eccles. personas reg. 2. num. 24.* Villalob. *commun. opin. verbo clericus num. 97.* Bortel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum, rub. 11. §. viso lit. A.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 1.* Franc. Viui *decis. 49. num. 3.* Menoch. *de arbitrar. casu 346. num. 5.* Farin. *in praxi criminal. quæst. 8. num. 1.* Carol. de Grassis *de effectib. clericat. effectu 1. num. 413.* Bernard. Grauæ *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 36. in princ.* 1

2 Ampliа procedere etiamsi actor, qui traxit clericum coram seculari, si victus, & succubuerit, adhuc enim tanti condemnatus est, quantum valebat ipsa causa, vt tradit Socin. *in d. cap. si diligenti num. 25. vers. & prædicta, de fore comp.* vbi dicit esse notandum, nec reperiisse scriptum à Doctoribus, sed certè idem ante eum tenuerat Archid. *in cap. placuit num. 1.* & Turrec. *ibidem num. 4. hac ead. causa, & quæst.* Et istæ causa sic deperdita, vel eius valor applicari debet ipso reo conuento, seu cedit eius lucro, vt tradunt Archid. & Turrec. *in præsenti*, vterque *num. 5.* Roland. *d. consil. 23. num. 14. vol. 1.*

3 In gloss. *Inolita*, in fine. ibi, *Et quod dicit quòd causam perdat, dicunt quidam ipso iure, veriùs credo quòd per sententiam.* Ita Villalob. *dict. verbo clericus num. 97.* Roman. *cons. 369. n. 39.* Roland. *d. cons. 23. n. 14 vol. 2.* Rebell. *de obligation. iustitiæ part. 1. lib. 1. sect. 6. q. 6. num. 43.* & faciunt quæ Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num. 155. C. de reuocand. donation.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 21.*

CAP. Si quis cum clerico. XLV.

Dixi de illius intellectu ad *c. & si sententia, de sent. & re iudic. lib. 6. num. 3.*

QVÆSTIO III.

CAP. Sententia. I.

1 Allegari solet hic text. ad hoc quòd sententia excommunicationis iniusta afficit excommunicatum donec absoluatur, & timenda est, cùm quoad pœnas à Canonibus inflictas aduersùs non seruantes excommunicationis censuram, habeat eandem vim ac si fuisset iusta, vt per Couar. *in c. alma mater, p. 1. §. 7. n 4. in 1. & 3. concl.* Caiet. *2. 2. q. 70. art. vlt.* Farinac. *fragm. crimin. p. 1. lit. E. num. 30. cum seqq.* Flamin. Parif. *de resign. benefic. lib. 11. q. 1. à n. 135.* vbi subdit quòd sententia excommunicationis iniusta non ligat quoad Deum, vide *infrà ad cap. quibus Episcopi, hac eadem quæst.* 1

Sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est.] 2 Declarant Soar. *de censur. disput. 4. sect. 7. propè fin.* Mar. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 3. disput. 1. cap. 1. vers. secundò*, Bonacin. *de censur. part. 1. q. 1. puncto 10. n. 3.* ibi *Hinc patet quomodo intelligēda sit illa Gregorij sententia homil. 29. in Euangel. vbi habetur quòd sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta sit, timenda est, intelligenda enim est de illa sententia,*

sententia, quæ fertur à Pastore non seruato iuris ordine tantum accidentali, aut de illa sententia, quæ prouenit ex prauo affectu, & Mati. Alter. *d. cap.1. paulò post vers. quando verò*, ita ait, *Potest etiam propositio Gregorij habere locum interdum in sententia iniusta quæ re-ipsa sit nulla quando non constat certò de nullitate, quia in re dubia parendum est Prælato, & hoc pertinet ad commune bonum, & conuenit optimo regimini Ecclesiæ, & est magis expediens ad salutem animæ cùm agatur de pœna spirituali, quæ in re tutior pars est eligenda*, & latiùs de hac materia, & intellectu huius text. egimos latè in informatione propriæ causæ contra Balthasarem Diaz Dafonseca *dub.7.* Matritij impressa de men-
3 se Octobris 1633. nobis ibi tunc commorantibus.

In gloss. *Sed ponatur.* Communiter recipitur secundùm Couar. *in d.cap. alma mater, part.1. §.7.num.4. conclus.4.*

Cap. Præcipuè. III. *Nicol.*

1 *AD perenne traharis exitium.*] Notatur ad hoc quòd grauios peccant, & puniuntur constituti in dignitate, per vt Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. n. 117. & de pœnis temper. causa 31.num.18.* Sayt. *in claui Regia*
2 *lib.2.cap.7.num.11.*

Quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.] Notatur ad hoc quòd peccata eo grauiora reputantur, atrociúsque puniuntur, quò sunt maioris, ac perniciosioris exempli, vt per Tiraq. *de pœnis tēper. causa 44. num.53. & causa 51.num.96. cum seqq* Sayt. *in claui Regia lib.11. capit.1. num.7.* Et nobilium, ac in dignitate constitutorum peccata trahi solent ab inferioribus in exempla, Tiraquel. *eodem tract. de pœnis temper. causa 31. num. 38. cum seqq. & de nobilit. cap. 20. num.136.*

Cap. Si Episcopus. IV.

Ex Concil. Sardicen.

1 VVlgò notari solet hic text. ad hoc quòd sententia excommunicationis per iracundiam lata valet, vt per Dec. *in l. quicquid num.5. vers. nota tamen ff. de regulis iuris.* Doen. *reg.292. in 4. limit.* Farinac. *in praxi crimin. part.3.q.91. num.34.*

Cap. Si quis Presbyter. V.

Ex Concil. Carthag.

1 NOtatur hic text. ad hoc quòd clericus excommunicatus pro crimine notorio si celebrare præsumpserit in excommunicatione, priuatur beneficiis, vt per Menoch. *de arbitr. casu 416.n.44. cum seqq.* vbi declarat procedere in excommunicatione maiori, Farin. *fragm. crimin. part.1. lit.C. num.269.*

Cap. Episcopi. VIII.

Ex Concil. Agathen.

1 GLoss. *verbo minimis in princip.* tenet quòd siue crimen sit magnum, siue paruum, nunquam est excommuoicandus aliquis nisi sit contumax; sed videtur obstare text. *in c. qua fronte, de appellat.* vbi pro contumacia, vel alia qualibet causa, & ita non solùm pro contomacia, sed pro aliis etiam causis excommunicatio inferri potest: at satis sit dicendo quòd text. ille sentit quod frequenter vltra contumaciam, quæ semper est immediata causa excommunicationis, solet subesse aliud delictum vt causa remota & mediata ipsius excommunicationis, vt intelligunt Præpos. *num.7.* & Perus. *num. 5.* ibi, & probati videtur *in cap. ex parte il 1. de verbor. signif. in vers. ad intellligendam.* iuncta gloss. *verbo pro contumacia.*

Declaratur hic text. *in cap. Engeltrudam 3. quæst.4. num.5.*

Gloss. *verbo peccatum, in præsenti text.* notabiliter 2
ait quod citiùs moritur quis propter peccatum, ad quod eam citant, Tiraq. *de nobilit. cap.31. n.557.* Quarant. *in sum. Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas n. 14. vers. quinta conclusio.*

Cap. Absit. XIV. *Anterus.*

MVltum allegabilis est gloss. *verbo sinistrum, in* 1
præsenti text. dum ait quod si clericus amplectatur mulierem, interpretabitur quod causa benedicendi eam hoc faciat, sed reprehenditur communiter à Doctoribus, vt per Felin. *in cap. auditis num.31. vers. & per prædicta, de prescript.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs.2. num.57. & seq.* Mascard. *de probat. concl. 59. num.16. & concl. 64. num.6.* Farinac. *in praxi crimin. p. 3.85. num.29. & part.5.q.136. num.100.*

Cap. Sicut Apostoli. XVI.

Fabianus Episc.

COllige ex text. cum multis aliis seqq. optimo iu- 1
re antiquissimis Canonibus ab ipso Apostolorum tempore constitutum esse vt communicātes cum ligatis maiori excommunicatione in minorem incidant, & multis comprobant Couar. *in cap. alma mater, part.1. §. 3. num.5.* Nauar. *in man. cap.27. num. 26.* Vgolin. *de censur. tab.1. cap.23. §.12.* Soar. *tomo 5. disp. 24. sect.3. à num.2.* Henriq. *in summ. lib.13. cap. 3. §.4. iuncta lit. D. & seqq.*

Non obstat text. *in cap. excommunicatos*, ibi, *simili* 2
excommunicatione, & in cap. cum excommunicato, ibi, *statim cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam, hac eadem caus. & quæst.* quibus probari videtur communicantes cum excommunicatis eandem maiorem excommunicationem incurrere, quia omissa temporum distinctione olim apud nostros receptissima, respondetur dupliciter posse intelligi, vel cum communi agere iura illa de excommunicatione non eadem in specie, sed simili secundùm genus, atque ita de minori, sicut verba generalia per sequentes constitutiones Pontificum declarentur, vt intelligunt Turrecr. *ibi*, & Abb. *in cap. sacris numer. 3. de his quæ vi*, Couar. *d.§.3. num.4.* Sot. *in 4. dist. 22. q. 1. art.4. concl. 4.* Henriq. *d. lib.13. cap.7. §.7. iuncta lit. P.* Soar. *d. tom.5. disput.18 sect. 3. n.14.* vel de maiori per sententiam ferenda, vt videtur interpretari Pontifex *in cap. quod dubijs, de sentent. excommun.* Quibus autem casibus communicatio cum excommunicatis licita sit, ostendit Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.4. c.46. cum seqq.* Et qui sint casus in quibus maior excommunicatio propter hanc participationem incurritur, referunt & explicant Sot. *d. concl.4.* Cou. *d.§.3. n.3. cum seqq.* Henriq. *d. lib.13. cap.8.* Vgolin. *d. cap.23. §.13.*

Cap. Cùm excommunicato. XVIII.

Isidorus.

DE prohibita communicatione cum excommu- 1
nicatis, latè Anton. Ricciul. *de iure personarum*

extra

extra gremiam Ecclesia existent.lib. 4. *cap.* 43. *cum seqq.* & dixi *in collect. ad cap. cum desideres* , & sæpè alibi *de senteat. excommunic.*

2 *Statim cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.*] Huor text. ponderat Mari. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 1. *disp.* 2. *cap.* 2. *vers. si obyciar* , *pag.* 15. ad hoc quòd aliquando in iure escommunicatio minor significatur nomine excommunicationis simpliciter sine aliqua adiunctione, contra text. *in cap. vlt. de sentent. excomm.* probantem appellatione excommunicationis intelligi de maiori, & respondet hoc limitandum quando ea antecedentibus , & subsequentibus verbia apertè colligi potest sermonem institutum esse de eacommunicationem minori, vt *in hoc text.*

3 *Nisi qua ad eandem excommunicateam*, &c.] Notatur ad hoc quòd vbi agitur de procuranda salute excommunicati, iusta, & rationabilis est causa vt commonicare possimus cum illo , vt per Couar. *in cap. alma mater* , *p.* 1. §. 1. *aam.* 16. Anton. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 55. *n.* 1.

Cap. Curæ. XX. *Ex decreto Honorij.*

1 HOnorius Papa ea sententia Burchardi *lib.* 11. *c.* 44. relatus *in hoc text.* præcipit omnibus Episcopis vt eacommunicatorum nomina publicè denuntient , refert Mari. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 5. *cap.* 3. *in princip.* addena quòd hæc denunciatio nihil aliud est nisi solemnitas quædam, & cæremonia ab ipso iure imperata adhibenda post seotentiam escommunicationis in promulganda eacommunicatione.

2 Probat hic text. quòd boni Episcopi partes erunt curare, vt excommunicatus ab alio Episcopo vitetur à propriia sobditis , oon secus ac si esset ab eodemmet excommunicatus, vt per Vlui. *decis.* 99. *n.* 10. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesia existent. lib.* 4. *cap.* 43. *n.* 11. vbi subdit in facti coontingentia ita censuisse Sacram Congregationem Episcoporum *in vna Tropien. sub die* 23. *Nouembris* 1582. & *num.* 13. ampliat vt obligatio vitandi excommuoicatos afficiat etiam exemptos à iurisdictione eacommunicantis. Eacommunicatua enim quoad vnam Ecclesiam est vti talis vitandus ab omnibus Ecclesiis in toto terrarum Orba , vt per Rebuff. *in cap. postulastis num.* 55. *de cler. excommun. minist.* Caluacao. *decis.* 77. *num.* 55. *part.* 2.

Cap. Audi. XXI. *Hieron.*

1 TExtum *in præsenti* singularem dicit Couar. *in cap. alma mater* , *p.* 1. *in initio num.* 6. *propè fin.* dum explicat Apostoli auctoritatem *ad Corinth.* 1. *cap.* 5. io illis verbisibi , *tradidi huiusmodi hominem Satana in interitum carnis vt spiritus saluus fiat.* Nam certum est, inquit Couar. Corinthium illum , qui patris vxorem acceperat , tunc possessum esse à Diabolo , ac simol cum peccauit in Satanæ potestatem venisse , tamen Paulus denuò cùm illum excommonicauit, sub ditionem Satanæ tradidit. Vnde planè intelligitur Corinthium illum primùm per Baptismum communionis Ecclesiasticæ participem, ac perinde per culpam mortalis criminia charitate amissa dilapsum in aliquá Diaboli seruitutem , noo ita in Dæmonis potestatem venisse propter vnionem , qua licèt membrom aridum Eclesiæ per fidem conionctus erat, sicuti postea cùm Paulo excommunicatus in Satanæ seruitutem, & tormenta liberiùs traditua fuit, nec illa traditio Pauli tantùm significat Coriothium illum per colpam traditum fuisse Satanæ. Etenim licèt per peccatum in Dæmonis seruitutem is venerit, bona quidem ex parte , nihilominus in ampliorem Satanæ potestatem postea per excommunicationem à Paulo traditur. Alioqnin cur obsecro Corinthiis scripsit se decreuisse suo Spiritu vnà cum potestate Domini nostri Iesu Christi quatenua fornicator ille traderetur Satanæ in interitum carnis ? Nec dixit Paulus Corinthium traditum esse, sed tradendum fore, vt Spiritua eiua saluus fieret. Et profectò si per hanc traditionem non accepisset Satanas in eum maiorem potestatem, minimè ipse Corinthius à Dæmone, fatigatus in ioteritum carnia conaretur, vt spiritus eius saluua esset in die Domini nostri Iesu Christi. Hactenus Couar. *citato loco.*

Cap. Quibus Episcopi. XXVII.

Vrbanus.

PRobat hic text. sententiam Pastoris timendam esse licèt iniustè liget , vt per citatoa *ad cap.* 1. *sup. hac eadem quæst.* Nam excommunicatio iniustè lata vim obtinet quoad pœnas à iure statutas aduersùs eam non seruantes , vt benè probat Couar. *in cap. alma mater*, *p.* 1. §. 7. *sub num.* 6. *vers. quarta conclusio* , itaut iniustè eacommunicatus si ante absolutionem se in Diuinis immiscuerit, efficiatur irregularis , ex D. Thom. & aliis *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 1. *art.* 2. *ad* 4. Couar. *d.* §. 7. *sub n.* 9. *vers. hic equidem fit* , Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 34. *post med. & num.* 35. Ratio est , quia eacommunicatio, quantum attinet ad Ecclesiam militantem, non sumit vires à iustitia causæ, sed à Clauium potestate, Gemin. per text. *ibi in cap. Romana* §. *in vniuersitatem*, *ante n.* 3. *de sentent. excomman. lib.* 6. vbi Franch. *n.* 4. Milet. *in repet. verbo excommunicati.* Et ideò prætendens se iniustè excommunicatum , non auditur nisi primùm petat absolutionem , *cap. per tuas* §. *verum*, vbi Abb. *sub num.* 3. *vers. secunda regula* , *de sentent. excommun.* Viui *decis.* 93. *n.* 8. cùm etiam iniustè excommunicati dicantur eatra Ecclesiam militantem constitui , gloss. *verbo noa alligat* , *in cap. quomodo, hac ead. quæst.* Anch. *cons.* 60. *ad fin.* Roman. *cons.* 369. *n.* 1a. Stephan. Costa *in cap.* 1. *n.* 12. *de sentent. excommun.*

Verùm licèt supradicta procedant quoad Ecclesiam 2 militantem , tamen quoad Deum sententiam excommunicationis non aliter afficit quàm si ritè, & rectè feratur , Couar. *d.* §. 7. *vers. prima conclusio* , Gutier. *canoa. lib.* 1. *cap.* 4. *sub num.* 34.

Cap. Qui meritò. XXIX.

Ex Concil. Carthag. II.

GLoss. *hic verbo pari* , *in fine* , tenet Summum 1 Pont. non incidere in excommonicationem si commonicet cum eacommuoicato , de quo latè dixi *ad cap. inimicus* 1. 93. *dist.*

Cap. Nemo contemnat. XXXI.

Ioan. Chrysostomus.

POtestas ferendi censuras est in Ecclesia iure Euan- 1 gelico, trahit enim immediatam originem à Christo Domino *Matth.* 18. Siquidem Christus primò Ecclesiæ tradidit modum corrigendi fratrem peccantem ; secuodò statuit, si te non audierit sit tibi sicut ethnicus , & publicanus ; quæcunque enim ligaueris super terram, erunt ligata in cœlis, quo loci notat Augustinus per illa verba traditam fuisse Ecclesiæ pote-

statem ligandi non solùm in foro interiori, sed etiam per censuras, sequuntur Theologi *in 4. dist. 2.* vbi Sot. *quæst. 1. art. 1.* Castr. *aduersus hæreses lib. 6. verbo excommunicati*, Ludou. Magon. *in clypeo militantis Ecclesiæ cap. 7. vers. excommunicationem*, Spin. *in speculo testam. gloss. 1. rub. n. 13. vers. quare in hac veritate*, Mari. Alter. *de censur. part. 1. disp. 31. lib. 2. cap. 1. pag. 26. vers. & ad dubitationem.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus excommunicatus pro aliquo delicto & contumax habet annum ad comparendum, & se purgandum, intra quem non potest deponi, nec beneficiis priuari.*

2 *Intellige quando excommunicatio est lata propter crimen, quod infert priuationem ipso iure, in alijs verò quæ inferunt priuationem per sententiam, veniret priuandus.*

3 *Excommunicatus est causa ciuili persistens in excommunicatione per annum, neque priuatur beneficijs ipso iure, nec potest priuari per sententiam.*

4 *Clericus excommunicatus pro aliquo delicto, & contumax post annum potest audiri super crimine, & suam probare innocentiam.*

5 *Excommunicatus pro aliquo delicto, & contumax si post annum probauerit suam innocentiam super crimine, an possit habere regressum ad beneficium, quo fuit priuatus, remissiuè.*

CAP. Rursus. XXXVI.

Ex Concil. Carthag. V.

1 PRobat hic text. quòd clericus excommunicatus pro aliquo delicto, & contumax habet annum ad compareodum, & se purgandum, intra quem non potest deponi, nec beneficiis priuari, vt par Duen. *reg. 253. vers. amplia quartò*, Farin. *fragmentor. crimin. part. 1. lit. C. n. 264.* Menoch. *de arbitr. casu. 416. à n. 29.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis prælectionibus Salmanticensibus tom. 2. ad cap. 2. de iudic. num. 79.* vbi de intellectu huius text. si verò in excommunicatione per annum contumax perstiterit, iuris præsumptione habetur pro confesso, & conuicto de delicto pro quo est excommunicatus, Abb. *in cap. 1. n. 29. in fine, vers. ad prædicta, de iudic.* vbi Ripa *n. 78.* Alex. de Neuo *n. 60. in princip. vers. ista opinio*, Anton. Burg. *num. 68.* Bosch. Codecha *num. 165.* Duen. *reg. 153. ampl. 4.* Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 7. sub n. 10.* Menoch. *d. casu 416. n. 5. 11. & 16.* Farin. *d. lit. C. n. 270.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. cap. 7. n. 4.* & erit priuatus ipso facto, Abb. *in d. cap. 1. n. 25. & seq.* Aufrer. *ad Capell. Tholos. decis. 366.* Scraph. *decis. 1285. sub n.* Anton. Ricciul. *d. cap. 7. n. 3.* itaut non audiatur si veniat post annum ad recuperandum beneficium, Rebuff. *in cap. postulastis n. 246. & seq. de cleric. excomm. minist.* Anton. Ricciul. *d. cap. 7. num. 6.*

2 Intellige quando excommunicatio est lata propter crimē, quod infert priuationem ipso iure, in aliis verò, quæ inferunt priuationem per sententiam, an prædicta resolutio procedat, magna altercatio est inter Doctores, affirmat Barbat. *in d. cap. 1. sub n. 134. vers. sed vnum pondero*, quem refert, & sequitur *ibi* Bosch. Codecha *num. 170.* Negat. Dec. *in eodem c. 1. sub n. 83. in 2. fall.* Sed quòd tunc veniat priuandus per sententiam meritò resoluunt Miles. *in repertor. verbo excommunicatus §. 11.* Rebuff. *in d. cap. postulastis sub num. 260. vers. tertia conclusio*, Anton. Ricciul. *d. cap. 7. num. 9.* vbi *num. 10. cum seqq.* subdit quòd ea perseuerantia in excommunicatione per annum lata propter crimen, quod nec infert priuationem ipso iure, neque debet priuari per sententiam, sed est imponenda pœna arbitraria, nisi perseuerentia esset triennalis, quia tunc cōfessio insurgens ex delicto iuncta obseruantia tanti temporis, operatur vt possit priuari etiam in casu in quo delictum non inferebat priuationem de sui natura.

Declara dispositionem huius text. & *in cap. seq.* non procedere in excommunicato ex causa ciuili, nempè ob non solutionem pensionis, vel alia simili causa, quia tunc persistens in excommunicatione per annum neque priuatur ipso iure, nec potest priuari per sententiam, vt per Abb. *in d. cap. 1. de iudic. n. 27. vers. sine tamen mente*, vbi Rip. *num. 77. vers. retenta igitur*, Barbat. *sub d. n. 134. vers. his*, Rebuff. *in d. cap. postulastis ante n. 243.* Seraphin. *d. dec. 1285. in fine*, vbi reprobat Menoch. contrarium tenentem, Ricc. *d. cap. 7. n. 14.* vbi *n. 15. cum seqq.* disputat quid dicendum si quis perstiterit in huiusmodi excommunicatione ex causa ciuili vltra annum. 3

Nulla eorum vox postea penitùs audiatur.] Ergo per duplicem vniuersalitatem videtur huic omnem defensionem denegatam, sicut resoluunt Butr. Felin. & alij, quos refert Bosch. Codecha *in d. cap. 1. de iudic. n. 168.* Verùm communis Doctorum opinio sustinet quòd licèt hic post annum audiri non possit super recuperatione beneficij, tamen potest audiri super crimine, & suam probare innocentiam, nam perseuerātia operatur quoad hoc, vt sit fundata intentio accusatoris, non autem tollit quin reus possit ostendere, & iustificare eius innocentiam, prout scribunt Ægid. *decis. 668. n. 8. vers. septimò quia*, Rip. *in d. cap. 1. n. 77. vers. tertiò restringe*, vbi nititur respondere ad hunc text. Menoch. *de arbitrar. casu 416. num. 38.* vbi *num. 41.* plures tradit super intellectu huius text. Matescot. *var. resol. lib. 2. cap. 34. num. 60.* Ricciul. *d. cap. 7. num. 7. & seqq.* vbi existimat textum *in præsenti*, esse accipiendum secundùm subiectam materiam, nempe vt post annum nulla excommunicati vox penitùs audiatur, secundùm tamen naturam fictæ confessionis, de cuius natura est vt admittat probationem in contrarium, ex Neuiz. *cons. 60. numer. 2. cum seqq.* An autem si 4
quis post annum probauerit suam inoocentiam su- 5
per crimine possit habere regressum ad beoeficium,
quo fuit priuatus, vide Rebuff. *in d. cap. postulastis*
num. 260. de cleric. excomm. Rip. *in d. cap. 1. num. 78.*
ante fin. vers. vltimo.

CAP. Cui est illata. XLVI.

Gelasius.

VIde de materia huius text. quæ dixi ad *cap. quibus Episcopi, sup. hac ead. quæst.* & addo Spin. *in speculo testam. part. 1. rub. n. 32.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 7. n. 7.* 1

CAP. Non sunt audiendi. LVI.

Augustinus.

AVgustinus *lib. de bono viduitatis cap. 22.* relatus *in hoc textu*, multis ostendit neminem debere famam negligere, nec esse damnandum illum, qui ei studuerit, de quo vide Menoch. *cons. 94. num. 1. cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib. 9. cap. 5. n. 10. & lib. 11. cap. 3. n. 29. & cap. 7. n. 14.* Sot. *de secreto tegendo memb. 1.* 1

*memb.1.quæst.3.fol.*10. qnia omni temporali commodo hono. præferendus est. *l.Iulianus ff.si quis omiss.causa testam.* Auendan. *in tract. de iniuria a.* 20. multa ad hoc propositum adducit Ioan.Sanct.*in selectis,& pract. disput. disp.* 46. *numer.* 8. *cum seqq.* referens ad hoc illud Poëtæ.

Omnia si perdas, famam seruare memento,
Qua semel amissa, postea nullus eris.

Cap. Priuilegium. LXIII.

Gregorius.

1 PRiuilegium omninò meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate, ita habetur *in hoc text.* cui consonant *caput vbi* 74. *dist. cap.tuarum,cap. vt priuilegia,in princ.de priuileg. cap.licet,vers.talis,de Regularibus, caput contingit* 2. *de sent. excom.* Damas. *in tract.de brocard.memb.3.n.*18. Aufret.*in Clem.* 1.*n.* 12. *de offic.Ordin.*Nepos de Monte Albano *art.* 2. *num.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 56. *n.* 2. Card. Tusch. *tom.6.lit. P.concl.*754. Soar. *de legib.lib* 8. *cap.* 36. *per tot.* nouissimè Trullench. *in exposit Bullæ Cruciata lib.* 1 §. 1. *dub.9.n.*6. qui hanc conclusionem ad varios casus adducunt. ego ipse *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. verbo Priuilegium.*

Quamuis multi ex nostris, atque etiam Syluest. *in sum.verbo priuilegium quæst.*10. passim confundant hos terminos, quòd priuilegium amittatur per non vsum, vel per contrarium vsum, vel etiam per abusum, longè tamen differunt de prioribus, scilicet non vsu, vel contrario vsu, dixi *in collect.*ad *caput si de terra, de priuileg.* Per abusum autem propriè amitti dicitur priuilegium quando priuilegiatus meras priuilegij sui excedit vt *in d c.vt priuilegia,* quia scilicet Religiosi, de quibus *ibi* confratres tempore interdicti tradebant Ecclesiasticæ sepulturæ praua interpretatione priuilegiorum, quæ minime competebant eo casu, neque confratres comprehendebant, atque etiam *in dicto c. tuarum.* vbi laici missi ab eisdem Religiosis pro eleemosynis colligendis Presbyteros ab Episcopis suspensis absoluebant, & falsò Cruce signati prædicatorius officium exercebant iuxta priuilegiorum formam, & prohibitionem iuris communis. Potest etiam non impropriè dici abusus priuilegij occasionalis, quando scilicet ex concessione, seu priuilegio occasionem sumunt delinquendi, aut inferendi alteri iniuriam, vt in terminis *d. capite contingit, & l. qui sine* 40. ibi, *qui videntur abuti, ff. de negot. gestis*, ad quod etiam pertinet decisio text. *in capite vlt. de vita & honestat. cleric. & in capite vlt. de immun. Eccles.* Vel etiam ex parte finis ipsius priuilegij, quia scilicet, quod priuilegiatus gerit, repugnat fini priuilegij, vt in scholasticis otiosis, qui non student & scholas non frequentant, quòd non gaudeant priuilegiis scholasticorum notat Tiraq. *cessante causa,part.*1.*numer.* 213. Rebuff. *de priuileg. scholast. numer.* 101. Gail. *de arest. Imperij capite* 10.*numer.* 10. Alia multa latè prosequitur Soarez *d. capite* 36. *à numer.* 3. vbi benè explicat per huiusmodi abusum non amitti priuilegium ipso iure, vt apertè significant Pontifices in iuribus citatis.

Cap. Non debet. LXIV.

1 PRobat hic text. quòd ille, in quem canonica non fertur sententia, pœnam non debet ferre canonicam, vide Menoch. *remed.1.recup.numer.* 311. Vnde excommunicationis sententiam si nulla fuerit, excommunicatum non afficere, nec ab eo timendum esse, asserunt Couar.*in capite alma mater,part.*1.§.7,*num.* 5.

Clar. §. *fin. q.* 77. *in fine, numer.*34.*vers. solet dubitari.* Menoch.*de arbitr.casu* 542.*num.*15.vbi plures Theologorum auctoritates adducit Farin. *fragm. crimin. part.* 1.*lit. E.numer.*29. *eam seqq.* & ideò nulliter excommunicatus non efficitur irregularis, immiscendo se in Diuinis,& celebrando,Couar.*d.*§.7.*num.* 7. *vers his equidem*,Menoch.*d casu* 542.*num.*33.Farinac. *d.lit. E. num.* 32.Mar.Alter *de censur.tom.*1.*lib.*2. *disp.* 1. *capite* 4. *dubit.*3.vbi cum Nauar. intelligit quando nullitatis causa publicata fuerit.

Cap. Qui rectè. LXVI.

GLoss.*verbo expectat.in præsenti text.*eleganter tractat an datum iudici vt iustam sententiam pronunciet, possit repeti,& an is, qui dedit, perdat litem, de quo vide Couar.*in reg.peccatum p.*2.§. 3. *à princ.* Gregor. *l.* 27. *verbo, nin le iudgasse tuerte, tit.* 22.*p.* 3. Farinac.*in praxi crimin.p.*3.*q.*111 *numer.* 157. & latè dixi ad text. *in capite non sanè* 14. *quæst.* 5. 1

Cap. Cum apud Thessalonicam. LXIX.

Ambrosius.

CElebris est huius text. casus, nam cùm quidam, miles impetu furentis populi apud Thessalonicam fuisset interfectus, Theodosius Imperator atrocitate sceleris commotus, hoc audito ad ludos Circenses iussit populum conuocari, & præcipit militibus vt populum indifferenter obtruncarent, super quo facto cùm ab Episcopis Italiæ redargeretur, in conspectu Ecclesiæ, indumentis Regalibus depositis publicam pœnitentiam egit,& statuit vt sententiæ Principum super capitali causa ab executoribus vsque ad dies triginta differantur, vt locus esset misericordiæ, si videret expedire, vel æquitati consonare,& hac de causa ipse Theodos. hoc ipsum lege sanciuit *in l. si vindicari* 20. *C. de pœnis*, narrant historiam Ruffin.*lib.* 11. *Ecclesiastica historia capite* 18.Theodoret.*lib.*5.*capite* 17. *cum seq.*Sozomen.*lib.*7 *c.*24.Nicephor.*lib.* 12. *capite* 20. Euseb. *in historia Ecclesiast.lib.*11.*capite* 18.Cardin.Baron.*tom.*4. *annal. Eccles.ann.Christi* 390.*pag.mihi* 454. Ambros. de Morales 1.*p.historia Hispania lib.*10.*capite* 45.*pag.*409. & ad multa inferunt Duen.*reg.*292.*ampl.* 7. Cassan. *in catalogo gloria mundi p.* 5. *consider.* 24. *vers.*96.Couar. *var.lib.*2.*capite* 8,*num.*1 *vers.secundò infertur, & pract. capite* 35.*num.*6.*vers.quòd non*,Anton.Gam.*de Sacram. præstandis vltimo supplicio damnatis q.*1. *num.* 12. Balb. *tomo* 2.*commun.opinion.lib.*7.*tit* 15. *num.* 22. Menoch. *de arbitr.casu* 334.*num.*6.& *consil.* 98. *num.* 64. Auiles *ad cap.*1.*Pretorum,verbo meudamientes num.*59.*fol.*52. *verso*, Ioan. de Orozco *en las emblemas morales, lib.* 2. *emblem.* 51.Pined *in vita S.Ioannis Baptista lib.*3.*artic.* 1.*cap.*5.*pag.*56,Iust.Lips. *anaet. ad Cornel. Tacitum lib.* 3.*pag.*193.Bobadil.*in sua Politica lib.*2. *capite* 10. *num.* 76.Cened.*practic.& canon.quæst.lib.*1.*quæst.*9.*numer.*17. Sayr. *in claui Regia lib.*7. *capite* 12. *num.*13. Farinac.*in praxi criminal. part.* 3. *de pœnis temper. quæst.* 97. *numer.*34.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest recipere pretium pro sententia ferenda.*
2 *Doctores referuntur de peccato, & turpitudine iudicis iudicium vendentis.*
3 *Iudices delegati an possint à litigantibus recipere munera siue sportulas, remissiuè.*

4 *Aduocatis quod præmium debeatur pro labore, quem patiuntur, remissiuè.*

5 *Aduocatis debetur salarium quamuis consulant sine labore, & librorum reuolutione.*

6 *Aduocatus pro salario habet tacitam hypothecam in bonis suorum clientum, & præfertur aliis creditoribus.*

7 *Aduocatus non debet immodicum salarium extorquere.*

8 *Aduocati pro pauperibus, & miserabilibus personis tenentur gratis patrocinium præstare, & ad id inuiti cogi possunt.*

9 *Ciuitas qualibet debet habere Aduocatum pauperum, & miserabilium personarum ex publico salariatum.*

10 *Aduocati peccant mortaliter si salarium petant à pauperibus.*

11 *Aduocatus in propria causa sibimet patrocinium præstare non debet.*

12 *Aduocatus in propria causa aduocans, si in ea fuerit victor, an expensas recuperet à parte succumbente, ostenditur.*

13 *Aduocatum, seu procuratorem gratuitum habens repetit expensas taxandas per iudicem in medietate, vel in tertia parte arbitrio iudicis.*

Cap. Non licet iudici. LXXI.

Ambrosius.

1 AVgustin. *ad Macedonium epist.* 54. relatus *in hoc text.* ait non licere iudici vendere iustum iudicium, vnde communiter colligitur iudicem non posse recipere pretium pro sententia ferenda, de quo, & pœnis contra tales à iure statuis, latè tractatur *in tit. ff. & C. ad legem Iuliam repetund & in c. qui rectè* 11. *q.* 3. *& in cap. non sane, vers. sed non ideò* 14. *quæst.* 5. *& in cap. militare, ad fin.* 23. *quæst.* 1 *& in cap. cùm ab omni, de vita & honestat. cleric.* tradunt Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallia tract. de salar, taxat pro vis. art.* 1 *in gloss. vnic. à num.* 1. Mandos. *in gloss. facultatum* §. *sanè, in vers. subuertat, pag.* 66. *& in proœm. verbo præmy, pag.* 60. *cum seqq.* Camill. Bottel. *in Regia Aragon.* §. 3. *gloss.* 4. *à num.* 96. Matiens. *in dialogo relatoris part.* 3. *c.* 23. Ioan. Benni. *de priuileg. Iurisconsf. part.* 3. *priuileg.* 70. *num.* 3. *cum seqq.* Azeued. *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 3. *noua recopil.* Menoch. *de arbitrar. casu* 342. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 8. *cap.* 23. *& cap.* 55. *à num.* 6. Cened. *ad Decretum collect.* 28. *num.* 1. *cum seqq. & ad Decretal. collect.* 134. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 111. *à princ.*

2 Item de supradictis, peccato quoque, & turpitudine iudicis iudicium vendentis agunt Sot. *de instit. lib.* 4. *quæst.* 7. *art.* 2. Couar. *in reg. peccatum, part.* 2. §. 3. *num.* 1. *col.* 3. Nauar. *in manual. cap.* 17. *num.* 33. *cum seqq.* Molin. *de instit. tractat.* 2. *disput.* 83. *à princip.* Lessi. *in simili tract. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 64. *cum præcedent. & à numer.* 62. Fr. Emman. *in summa tom.* 2. *cap.* 40. *numer.* 6. *&* 7. Rebello *de obligat. iust. part.* 2. *lib.* 18. *quæst.* 20. *& quæst.* 22. *per totam*, vbi *numer.* 6. agit etiam de famulis eiusdem iudicis aliquid recipientibus pro aditu ordinario ad eundem, de quo etiam Molin. *dicto tract.* 2. *disput.* 88. *num.* 6.

Et an iudices delegati possint à litigantibus recipere munera, siue sportulas? vide Syluestr *in summa, verbo Iudex* il 1. *quæst.* 8. *num.* 13. *cum seqq.* Corset. *singul.* 297. *incip. Sportula*, Roman. *sing.* 183. *incip. Tuscis.* Franc. Viui. *lib.* 2. *opin.* 259. Ioan. Fab. *in* §. *triplici, numer.* 3. *Instit. de actionib.* Cordub. *quæst.* 110. *vers. si contrà*, Auiles *ad cap.* 9. *Prætorum in gloss. commission. numer.* 4. Ioan. Segura Daualos *in director. iud. Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 42. *cum seqq.* Penia *in* 3. *part. direct. Inquis. schol.* 148. *vers. de ea quid sentiam.* Laboris ratione iudicibus sportulæ debentur, iuxta text. *in* §. *tripli. Instit. de actionib. & in auth. indices sine quoquo suffragio.* §. *volumus, collat.* 1. *auth. de iudicib.* §. *ne autem circa hoc labor, collat.* 6. *auth. offeratur. C. de litis contest.* Roland. à Valle *cons.* 87. *à numer.* 1. *lib.* 2. Ioannes Bapt. Costa *de ratione rata quæst.* 86. *per tot.* Franc. Bimi. *cons.* 103. *lib.* 2. Garc. Mastril. *de magistr. lib.* 1. *capite* 21. *numer.* 1. non tamen à pauperibus, *auth. de mandatis Principum*, §. *sit tibi quoque, collat.* 3. vbi gloss. *verbo gratis, auth. de iudicib.* §. *hoc autem dicimus, collat.* 6. *cap. statutum.* §. *insuper. in fine*, & *ibi* gloss. *verbo pauperes, de rescript. lib.* 6. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 29. *numer.* 40. Grauat. *in annot. ad Vestr. in praxi lib.* 4. *cap.* 4. *verbo paupertas numer.* 31. Roland. à Valle *d. cons.* 87. *num.* 23. *&* 24. Matant. *de ordine cognit. part.* 4. *dist.* 9. *num.* 77. Rebuff. *de priuileg. scholast. priuil.* 90. *num.* 1. *&* 4. Mynsiog. *cent* 4. *obseru.* 47. *num.* 4. Petr. Roiz *Lituan. decis.* 4. *numer.* 293. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 61. *vers. sed nec etiam*, Mastril. *d. capite* 22. *num.* 19. *cum duobus seqq.* etiamsi sponte aliquod pro salario, vel sportulis offerant, *d c. statutum.* §. *insuper.* vbi gloss. *verbo recipere, cap. exigis* 2. ibi, *vel etiam a volente, de censib. eod. lib.* Tiraquel. *d. cap.* 10 *n.* 12. Petr. Roiz *d. loco.*

Etsi liceat Aduocato vendere iustum patrocinium.] De 4
præmio debito Aduocatis pro labore, quem patiuntur vide latè Bernard. Græoz. *ad practic. Camera Imper. lib.* 1. *conclus.* 22. Ioan. Benni. *de priuileg. iurecons. p.* 3. *priuileg.* 73 Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 257. Camill. Bortal. *in summ. decis. tit.* 65. *de Aduocatis numer.* 103. *cum seqq.* & Dominum meum *in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib.* 1. *tit.* 48. §. 27. *& tit.* 91. *in initio.* Cornel Benincas. *de paupert spec.* 1. *in iudic. numer.* Camilli. Bortell. *in summ. decis. tit.* 65. *de aduocator. offic. num.* 52. *cum seqq.* Flores de Mena *var. libr.* 1 *quæst.* 8. §. 1. *num* 46. quod locum vendicat, quamuis id faciant sine labore, & librorum reuolutione, quia non solùm huiusmodi præmium, siue salarium præstatur pro labore, sed etiam pro probitate scientiæ, & intellectus, vide Rebuff. *de priuileg. scholast. priuil.* 46. *num.* 1. Tiraqel. *de nobilitat. cap.* 29. *à num.* 31. Azeued. *l.* 11. *numer.* 6. *tit.* 16. *lib.* 1. *noua recopil.* Iacob. Benni. *dicta part.* 3. *priuileg.* 75. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 37. *à numer.* 15. Carrase. *in exposit. ad aliquas leges noua recop. cap.* 10. *num.* 26. etiam in foro conscientiæ, ob præteritorum laborum memoriam, Vincent. Carot. *in tract. de locato quæst.* 8. *tit. de fructib. & litium expensis, vers. ampliatur sextò*, Pet. Laud. *de priuileg. Doct. quæst.* 37. *num.* 55. pro 6
quo salario habent tacitam hypothecam in bonis suorum clientum, & præferuntur aliis creditoribus, ex Rebuff. *vbi proximè priuileg.* 118. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 257 *num.* 17. *cum seqq.* Flor. de Mena *variar. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 1 *num.* 70. Amat. Roderic. *de priuileg. creditorum, part.* 1. *art.* 3. *num.* 18.

Non debet tamen Aduocatus immodicum salarium 7
extorquere, quia de concessu teneretur ad restitutionem in foro conscientiæ, nisi gratis sibi offeratur, sicuti resoluunt Nauar. *in manual. capite* 25. *numero* 30. Olan. *in antinon. lit. A. numer.* 78. Auil. *ad caput* 1. *Prætorum. fol.* 57. Perez *l.* 2. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 203. *& seqq.* Azeued. *l.* 11. *num.* 3. *cum seqq. tit.* 16. *lib* 2. *noua recopil.* Soarez de Pace *in practic. tom.* 1. *annotat.* 5. *numer.* 50. Barth. Humada *l.* 3. *tit.* 10. *part.* 1. *gloss.* 8. *numer.* 6. *post med.* Gutier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 31. *à princip.* Sayr. *in claui Regia lib.* 12. *cap.* 23. *numer.* 28. *cum seq.* Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæst.* 7. §. 1. *numer.* 49. Caldes Pereira *in comment. ad l. vnicam C. ex delict. defunctorum p.* 5. *numero* 27. *cum seqq.*

Pro

8 Pro pauperibus, & miserabilibus personis tenentur Aduocati gratis patrocinium præstare, & ad id inuiti cogi possunt, vt per Menoch. *de arbitrar. casu 369. num. 2. cum seqq.* Perez *l.1. vers. sextò dubitetur, tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 400.* Aluar. Pelag. *de planctu Eccles. lib. 1. cap. 46. vers. sed & pauperi,* Baëça *de inope debitore, cap. 1. num. 14. cum seqq.* Anton. Grauat. *ad Octauian. lib. 2. cap. 7. a num. 2.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 111. a num. 8.* Cornel. Benincas. *de priuileg. paupert. in 1. specie in iudic. à num. 9.* Iacob. Benni. *de priuileg. Iurecons. part. 3. priuileg. 71. num. 8.* Soarez *in thesauro commun. opinion. litter. A. num. 93.* Iacob. Polit. *de officio Aduocat. cap. 3.* Bernard. Grequæ *ad pract. Camera Imperial. lib 1. conclus. 43. consider. 1. num. 4. & 5.* Carrasc. *dicto cap. 10. c. 34.* vbi limitat aduersùs consanguineum, vel amicum. Fulu. Pacian. *d. cap. 54. n. 61.* Thom. Act. *in tract. de infirmis part. 2. Aduocati num. 6. & 7.* Vincent. Carot. *d. quæst. 8. num. 12.* Camill. Borrel. *d. tit. 65. de Aduocator. officio num. 17.* Flores de Mena *d. quæst. 9. 3. 1. num. 52.* Cabed. Lusit. *decis. 214. n. 7. part. 1.* Sebast Guazin. *in præfat. tract. ad defensam n. 5.* Mastrill. *d. lib. 1. cap. 22. num. 19. & seq* Malder. *de virtutib. theolog. & iustitia & Relig. tract. 6. cap. 3. dub. 8.* Itaut si noluerint pro egenis patrocinari, mortaliter peccabunt, Franc. Viui. *decis. 159. num. 2. & 3.* Vincent. Carot. *d. quæst. 8. num. 42.* Camill. Borrel. *d. tit. 65. num. 39.* Hieron. Treutler. *disput. select. part. 1. disput. 8. thesi 1.* Sebast. Guazin. *de defens. reorum defens. 24. cap. 2. num. 8.*

9 Sed meliùs est vt quælibet ciuitas Aduocatum habeat pauperum, & miserabilium personarum ex publico salariatum, vt aduertit Thom. Cerdan. *in lib. visita de la carcel. cap. 6. num 25.* & ideo optimè faciunt Neapolitani qui Regio sumptu Aduocatum pauperum creant, vt per Thom. Actium *in tract. de infirmit. part. 2. verbo Aduocati num. 8.* Camill. Borell. *in summa omnium decision tit. 65. num. 40.* hoc idem in Camera Imperiali obseruatur secundùm Gail. *lib. 1. obseruat. 43. num. 15. & 19.* & apud Germanos idem constitutum esse scribit Matthæ. *ad Guid. Papa dec. 561.* & denique apud Gallos consuetudine introductum dicit Boër. *decis. 324 n. 6.* & in Hispania ex *l. 26. tit. 4. & l. 28. tit. 5. lib. 1. noua recop.*

10 Aduertant tamen Aduocati se peccare mortaliter si salarium petant à pauperibus, sicuti resoluunt Tiraquel. *de nobilit. cap. 19. num. 39.* Couar. *pract. cap. 6. n. 4.* Rebuff. *ad l. 27. ff. de verborum signific. pag. 157. & de priuileg. scholast. priuileg. 90.* Francisc. Viui. *Neapolit. decis. 159. num. 1. cum seqq.* Menoch. *illust. cap. 41. num. 3.* Cornelius Benincas. *vbi suprà n. 20.* Roland. à Valle *d. cons. 87. num. 28. lib. 2.* Flores de Mena *d. §. 1. num. 52.* Frat. Emman. *in summa tom. 1. cap. 4. n. 6.* Sayr. *in claui Regia lib. 11. cap. 23.* Camill. Borrel. *dicto tit. 65. num. 38.* Cald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delict. defunct. part. 4. num. 28.*

11 Aduocatus in propria ac sua causa aduocans (licèt in ea patrocinium sibimet præstare non debeat, ex Valasc. *cons. 25. num. vlt.* Bernard. Grauæ *dicto lib. 1. conclus. 151. consider. 1. num. 14.* Alexand. Trentasinq. *variar. resolut. lib. 1. tit. de postulando resol. 3.* Matien. *l. 7. gloss. 3. num. 31. tit. 11. lib 4. noua recop.*) si in ea fuerit
12 victor, expensas à parte succumbente non recuperat, nisi probauerit non potuisse alias causas defendere, & sic petat tanquam damni, & interesse, sicuti docent Rebuff. *tomo 3. ad leges Galliæ tit. de expens. art. 5. gloss. vnic. num. 17. & 28.* Viui. *tomo 1. commun. opin. lib. 2. tit. 6. num. 21. vers. sed aduerte, pag. 311.* Iacob. Benni. *dicto priuileg. 72. num. 4.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 39. num. 11.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 111. num. 13.* vbi
13 subdit quòd quando habet Aduocatum siue procuratorem gratuitum, repetit expensas taxandas per iudicem in medietate, vel in tertia parte, parum plus, vel minus, arbitrio iudicis, Camill. Borrel. *dicto tit. 65. à n. 111.* D. Barbos. *in l. eum qui temere, in princip. num. 261. ff. de indic.*

Cap. Pauper. LXXII. *Isidor.*

Isidorus *lib. 3. de summo bono, cap. 58.* relatus *in hoc text.* disertis, & elegantibus verbis ita loquitur. 1
Pauper dum non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Citè violatur auro iustitia, nullámque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Referunt Cou. *lib. 2. variar. cap. 9. n. 2. & 9.* Bobadil. *in sua Politica tomo 1. lib. 2. cap. 11. num. 13.*

Cap. Quatuor modis. LXXVIII.

Gregorius.

QVot modis humanum iudicium peruertatur optimè declarat S. Gregorius *in hoc textu,* dum sic 1
ait. *Quatuor modis peruertitur humanum iudicium; timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus; cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus; odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur; amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus.* Refert Tiraq. *de pœnis temper. cap. 41. n. 81. cum seqq.* vbi plura de amore.

Cap. Quisquis. LXXX.

Augustinus.

ALlegari solet hic text. ad hoc quòd falsum com- 1
mittit qui interrogatus veritatem occultat ac si mendacium dixerit, vt per Bald. *in l. data opera num. 29. C. qui accusare non poss.* Cou. *lib. 1. var. cap. 2. num. 3. vers. cæterùm,* Tiraq. *de pœnis temper. causa 36. n. 4. & causa 44. num. 15. & 16.*

SVMMARIVM.

1 *Christiano non licet verbis negare se esse Christianum, quamuis corde fideliter credat.*
2 *Negare se esse Christianum, nulli licet Christiano, quamuis faciat metu, vel vi tormentorum.*
3 *Amplia, etiamsi negatio fiat simulatè.*
4 *Amplia non solùm quando negatio fit verbis expressis, sed etiam quando fit factis designantibus aliquid Fidei contrarium.*

Cap. Non solùm abnegat. LXXXV.

PRobat hic text. nullatenus licere homini Christiano verbis negare se esse Christianum, vt per 1
Abulen. *in Matth. cap. 10. quæst. 130.* Bann. *2. 2. quæst. 3. art. 2. dub. 1. conclus. 2.* vbi Arag. *conclus. 2. dub. 1.* Petr. de Ledesm. *in sum. tom. 2. tract. 1. cap. 4. concl 4.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 4. num. 7.* id ipsum extendentes, quamuis taliter negans corde fideliter credat, quia inficiari non potest, quin ex tali negatione duo mala sequantur, primum quod profert mendacium in doctrina Religionis, quod sub nulla conditione licet, *cap. primum est capitale 22. q. 2.* secundum; quia aufert Christo externam Fidei professionem.

Amplia primò, vt procedat quamuis negatio fiat

ti, vel metu tormentorum, aut mortis, hoc enim ex parte sua potest minuere deformitatem peccati, non autem ex totò tollere, vt obseruant Doctores *suprà* citati, & tradit Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 27. in princip.* subdentes hoc fuisse peccatum Petri, qui mortis timore negauit se esse Discipulum.

3 Amplia secundò, vt procedat etiamsi negatio fiat simulatè, itaut animus absit ab actu, veluti ad effectum vt cognita falsitate illius Religionis, cuius negans se esse profitetur, possit deinde eam facilius confutare, vt per Valent. *2.2. quaest. 3. disp. 1. puncto 2. dub. 4.* Emeric. *in direct. Inquisit. p. 1. quaest. 9. n. 3.* vbi Penia *commento 24.* Sanch. *d. cap. 4. num. 14.*

4 Amplia tertiò, vt procedat non solùm quando negatio fit verbis expressis, sed etiam quando fit factis designantibus aliquid Fidei contrarium, per text. *in cap. Imperatores, hac eadem quaest.* vbi tres illi pueri statuam Nabuchodonosor adorare noluerunt, & *in cap. Iulianus, etiam hac quaest.* vbi Christiani milites Imperatores Idola neque adorare, neque thus offerre illi noluerunt, tradunt Bann. *2.2. quaest. 3. art. 2. dub. 2. conclus. 4.* Rutil. Benzon. *in tractat. de fuga Episcopi lib. 1. disp. 1. conclus. 4. in solut. ad 4.* Petr. de Ledesma *in sum. tom. 1. tract. 1. cap. 4. paulo ante n. 10.* Sanch. *d. cap. 4. n. 21.*

Cap. Nolite timere. LXXXVI.

Ioan. Chrysostomus.

1 Allegatur hic text. ad hoc quòd ad liberandum proximum ab iniquo damno ex lege charitatis verum testimonium omninò quis dicere tenetur, vt per Sot. *de iustit. lib. 5. q. 7. art. 1. & in relect. de secreto memb. 2. q. 7.* Nauar. *in cap. inter verba 11. q. 3. corol. 63.* Couar. *in reg. peccatum, part. 2. §. 3. num. 2.*

Cap. Si dominus. XCIII.

Hieronymus.

1 Probat hic text. quòd si dominus, vel Princeps ipse aliquid iniustum praecipiat, minimè ei obediendum est, & obediens non excusatur, vt per Marant. *disp. 1. num. 20. & 37.* Anton. Gomez *tomo 3. var. cap. 3. n. 42. post princ. vers. adeòque in his*, Petr. Placa *in epic. delictor. lib. 1. cap. 15. n. 25.* Farinac. *in praxi crimin. q. 97. num. 3.* nouissimè Aluarez de Velasco *in tract. de priuileg. paupernm, part. 2 q. 65. n. 81.* Praecipuè in prohibitis à iure Diuino, & à sacris Scripturis, in quibus quòd nemo debeat obedire suo Superiori, siue sit Princeps, siue Praelatus, siue dominus, per hunc text. tenent Nauar. *in rub. de iudic. §. 13. princ. num. 59. vers. quibus duobus*, Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. lib. 3. cap. 15. tit. de obedient. Relig. n. 7.* Farin. *d. quaest. 97. n. 5.*

Cap. Iulianus. XCIV. *Ambrosius.*

1 Primè Couar. *lib. 4. var. cap. 11.* multa tradit circa huius text. intellectum, vbi obseruat apud D. Ambrosium in his operibus, quae eius titulo modò extant, & publicè typis traduntur, nondum potuisse locum istum deprehendere, sed benè apud D. Augustinum *in Psalm. 124.* relatum *in cap. Imperatores, vers. Iulianus, hac ead. quaest.*

Iulianus Imperat. apostata dictus fuit cùm victimarum Gentilium sanguine factum Baptismi lauacrum sibi abluerit, atque se ipsum à mysteriis Ecclesiae exauthoratum excluserit, vt referunt Sozomen. *lib. 5. cap. 2.* Nicephor. *lib. 10. cap. 1. 2. & 3.* Cassiador. *in tripart. cap. 1. 2. & 3.* Couar. *d. cap. 11. vers. verum apud Gratianum.*

Habuit tamen sub se Christianos milites, &c.] Narrant Sozomen. *d. lib. 5. cap. 18.* Cassiador. *lib. 6. tripart. cap. 39.* & Niceph. *lib. 10. cap. 23.* Iulianum Caesarem apostatã milites Christianos habuisse, qui pro Imperij Romani maiestate sub eo militarunt, quos tamen ipse dolo ad Deorum Gentilium sacrificia donatiuo ea de causa dato adducere tentauit, vt accepto donatiuo simul & thus acciperent, idque adolerent ad ipsius Iuliani imagines ex veteri instituto, quibus Iouis, Martis, & Mercurij erant insuper depictae, quo tamen dolo cognito poenitentes donatiuum Imperatori restituunt, & Christianissimum libertimè cum martyrij affectione profitentur, quos Imperator ita quidem commotus à caede abstinens exauthoratos ex aula Imperiali exegit, vt refert Cou. *dict. cap. 11. vers. secundò obseruandum.*

Cap. Qui resistit. XCVII.

Augustinus.

Quamuis Principi, & Superiori potestati obediendum sit, ex latè adductis per Grammat. *voto 32. n. 1.* Marant. *disp. 1. n. 11.* Clar. *in §. fin. quaest. 60. vers. solet dubitari, ante fin.* tamen ei aliquid iniustum praecipienti minimè obediendum est, vt per Iacob. Nouell. *reg. 47. in 2. fallent.* Marant. *dicta disp. 1. num. 20. & 37.* Roland. *consil 12. n. 80. cum seqq.* Anton. Gomez *tom. 3 variar. cap. 3. n. 42.* Farinac. *in praxi crimin. quaest. 97. n. 3.* vbi *numeris sequentibus* multipliciter declarat, nouissimè Aluarez de Velasco *de priuileg. paupernm p. 2. q. 65. n. 81.* 1

Cap. Quoniam multos. CIII.

Gregor. VII.

Gregorius VII. *lib. 5. Regesti in Concilio Romae habito*, relatus *in hoc text.* ex duabus causis, necessitatis scilicet, & ignorantiae, mouetur ad concedendum aliquibus vt sine culpa cum excommunicatis communicare valeant, sicut obseruat Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiae existent. lib. 4. cap. 47.* 1

Videlicet vxores.] An & quando vxor possit communicare viro excommunicato, dixi latè *in collect. ad cap. inter alia num. 3. cum seqq. de sent. excomm.* 2

Liberos.] De liberis an & quando possint licitè communicare parentibus excommunicatis, dixi *in collect. ad cap. si verò, de sent. excomm.* 3

Seruos.] An & quomodo serui possint excommunicare dominis excommunicatis respectu potestatis dominicae, dixi *in collect. ad d. cap. inter alia num. 7.* 4

In gloss. *Vxores.* Vide Couar. *in cap. alma mater p. 1. §. 1. n. 9. & §. 2. n. 11.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 6. quaest. 34.* 5

Cap. Debent. CVI.

Modus, & forma excommunicationis publicandae ponitur *in hoc text.* de quo vide Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 8. num. 6.* Duen. *reg. 272. vers. vltra casum*, & de illius intellectu latè agit Anton. de Fuertes *Canon. lect. lib. 1. cap. 10.* 1

CAVSA

CAVSA XII.

QVÆSTIO I.

CAP. Omnis ætas. I.

Ex Concil. Tolet. IV.

1 OMNIS ætas ab adolescentia in malum prona est, vt habetur *in hoc text.* cuius ad hoc meminerunt Tiraquell. *de iure primogen. in præfat. num.* 198. Pined. *in vita S. Ioan. Baptistæ lib.* 3. *art.* 1. *cap.* 4. *pag. mihi* 73.

CAP. Dilectissimis. II. *Clemens.*

1 CLemens *epist.* 5. relatus *in hoc text.* communem omnibus clericis esse vitam seruandam, ostendit, de quo vide quæ doctè tradunt Frat. Gabr. del Toro *en el trattado de la misericordia Apostolica, c.* 14. Ribadeneira *in pract. de Religione Societatis Iesu in princ. notab.* 10. Sayr, *in claui Regia lib.* 9. *cap.* 8. *n.* 1. *&* 13.

2 *Ananias autem*, &c.] Notatur ad hoc quòd citiùs quis moritur propter peccatum, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap.* 31. *num.* 557.

CAP. Cui portio. VI.

Ambrosius.

1 AD hunc text. commentarium edidit doctissimus Nauar. *sub tit. de Regularib. commento* 1. Et notari solet ad hoc quòd clerici dicuntur res sacrosanctæ & spirituales, vt per Surd. *cons.* 193. *n.* 4. *& cons.* 301. *n.* 52. Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. in prælud. n.* 8. & ad hoc propositum Doctores, Patres, Canones, atque Concilia passim vsurpant illud vulgatissimum ex Psal. 104. *Nolite tangere Christos meos*, quod latè & eleganter explicat nouissimè Dom. Dominic. de Puerorib. *tom.* 1. *institutionum de Regul. aristocratia, cap.* 13. *n.* 28. *cum multis seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur disputantes vtrùm clerici dominium habeant in redditibus, & distributionibus ratione beneficij acquisitis.*

2 *Clericos dominos non esse, sed solummodò dispensatores redditnum beneficialium tenuerunt nonnulli, & num.* 3.

4 *Clericos redditus suorum beneficiorum ita proprios facere, vt de illis eodem modo disponere valeant, quo de patrimonialibus, sustinere verior sententia, & num.* 5.

6 *Dominium ille habere dicitur, qui habet ius disponendi nomine proprie in suam vtilitatem lege non prohibente.*

7 *Clericos aliquando vsurarios solummodò, aliquando tam in vita, quàm in morte vsufructuarios faciunt aliqui Doctores.*

8 *Tempore primitiuæ Ecclesiæ neque Ecclesia, neque Christiani tam clerici, quàm laici, neque in communi, neque in particulari, bona propria possidebant.*

9 *Laici Christiani post primitiuam Ecclesiam cœperunt bona propria retinere, clerici verò & Ecclesia adhuc communem vitam agebant.*

10 *Clericis approbatiuè fuit permissum tertio tempore, vt parentum patrimonia, vel bona aliunde quæsita habere possent.*

11 *Parochiæ quarto tempore sunt diuisæ, singulisque singulis Presbyteris Ecclesiæ assignatæ, bonáque Ecclesiarum quoad redditus in quatuor partes distributa.*

13 *Declaratur cap.* 1. *§. ordinandus, vers. quomodo etiam* 41. *distinct.*

14 *Declaratur cap. sicut.* 97. *distinct.*

15 *Dominium maximum est solius Dei, quippè qui solus habet plenum, & absolutum rerum omnium dominium.*

16 *Dominium medium, seu subalternum est ius disponendi nomine proprio in suam vtilitatem lege non prohibente.*

17 *Dominium infimum est illud, quod Principes in suis subditis, & in bonis illorum habent.*

18 *Bonorum Ecclesiasticorum primæua natura quomodo mutari potuerit per diuisionem de illis factam in quatuor partes ostenditur.*

19 *Declaratur auctoritas Christi Lucæ* 11. *& numeris seqq.*

CAP. Quia tua. VIII. *Gregor.*

EX hoc text. & aliis sequentibus colligunt Doctores resolutionem ad illam controuersiam quæstionem vtrùm clerici dominium habeant in redditibus, & distributionibus ratione beneficij acquisitis, quam disputant in plures abientes sententias citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 12. *num.* 5. *& p.* 3. *collect.* 15. *in fine*, refert octo, & plures Doctorum opiniones Sarmien. *de redditib. part.* 2. *ex cap.* 1. *vsque ad cap.* 8. Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib.* 2. *cap.* 28. Clar. *in §. fin. quæst.* 27. *n.* 8. Mench. *de successión. §.* 22. *à n.* 39. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 37. Hieronym. Llamas *in methodo p.* 3. *c.* 13. *§.* 8. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 142. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 8. *à princ.* & alij in dicursu citati. 1

Prima sententia arbitratur clericos dominos non esse, sed solummodo dispensatores, vt sibi assumere valeant, & illis, qui sibi inseruiunt, necessaria ad sustentationem, itaut redditus illi, non proprij, sed communes, hoc est, sibi & pauperibus erogandi, vel si supersint in vtilitatem Ecclesiæ conuertendi sint, quòd si aliter fecerint, furtum committunt, & sacrilegium, & ad restitutionem tenentur. huius sententiæ auctor est Archid. *in princ.* 44. *distinct. & in cap. si Episcopus, hac ead. causa, & quæst. & in cap. statutum §. assessorem n.* 13. *de rescript. in* 6. Innoc. *in cap. indecorum, de ætate, & qual.* acriter nimis Nauar. *de redditib. q.* 1. *n.* 17. *& in apologia quæst.* 1. *mon.* 24. 27. *&* 38. plures ex Theologis, qui eam sequuntur, refert Azor. *d. cap.* 8. *vers. prima igitur sententia, & vers. quod attinet*, subdit hanc opinionem cum iure Canonico, & Sanctorum Patrum testimoniis plurimum conuenire, Paul Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 70. *& seq.* 2

Pro quibus expenditur primò *cap.* 1. *§. ordinandus, vers. quomodo etiam* 42. *dist.* ibi, *aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur*, *d. cap.* 1. 12. *quæst.* 3. *cap. vlt. in princ.* ibi, *quicquid habent clerici pauperum est* 16. *quæst.* 1. bonus text. *in cap. sicut hi*, ibi, *esurientium panis est*, 47. *dist.* ergo exceptis necessariis ad suam sustentationem, cæterorum, quæ supersunt, dominium non habent, quinimò si retineant, furtum, vel sacrilegium committere dicentur, *cap. quod autem* 23. *q.* 7. ibi, *non sunt illa nostra, sed pauperum*, & ibi, *quorum procurationem quodammodo gerimus, iuncta reg. c.* 2. *de donat.* Secundò à priori facit quòd bona Eccle- 3

siastica fuerunt Ecclesiis dooata pia fidelium deuotione ad ministrorum, & pauperum congruam sustentationem,debebatur enim omni iure inspecto ministro laborauti iusta merces,& præmium laboris. Vnde iura passim vocant bona Ecclesiastica stipēdia sanctis laboribus debita, *cap. vlt. 1. quæst.* a constant hæc ex pletisque sacræ Scripturæ locis *Matth. & Luc.* 10. D. Paul. 1. *ad Timoth.* 5. *cap. charitatem, cap. quicumque* 12. *q.* 2. *cap. cùm secundùm* 16. *de præbend.* ergo saltem eorum, quæ superant congruam sustentationem, dominium habere non possunt. Confirmatur hæc ratio ex eo, quia alienatio nullius est momenti, quæ fit sine causa contra voluntatem domini prohibentis, vel distinantis rem ad alios vsus, ita Doctores communiter *in l. filius fam. §. Diui. ff. de legat.* 1. *& in l.* 2. *C. de vsucap. pro empt. & in Clem. quia contingit, de relig. domibus.* Igitur cùm Fideles à principio bona sua Ecclesiis dooauerint ad ministrorum, & pauperum sustentationem, atque ita saltem tacitè prohibuerint in alios vsus transferre, fit consequens extra hos terminos dominium non posse penes clericos remanere. Vltimò in idem expenduntur innumeræ propemodum Sanctorum Patrum auctoritates congestæ à D. Thoma 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 7. *in princ.* Nauar. Soto, Sarmien. & aliis citatis a Cened. *dictis locis*, quibus osteoditur bona hæc clericorum dici non posse, sed communia inter ministros pauperes, & Ecclesias. Igitur contra tot Sanctorum Patrum auctoritates oppositum affirmari non potest, eo maximè, quia dominium vnius rei non potest penes duos esse insolidum, *l. si vt certò. §. si duobus ff. commodati.* cum his, quæ tradunt Pinel. *ad l.* 1. *p.* 3. *ex num.* 10. *C. de bonis mat.* Gam. *Lusit. decis.* 244. dominium autem horum bonorum est penes Christum, *d. c. cum secundum, cap. tua nobis* 26. *vers. cùm enim, de decim c. cùm ex eo* 34 *de electìon. lib.* 6. Ergo simul penes clericos esse non potest.

4 Secunda sententia primæ directè contraria est D. Thomæ *d. q.* 181. *art.* 7. *in corpore, vers. de his autem*, qui licèt ex instituto principaliter articulum de Episcopis examinauerit, satis id ipsum insinuat de cæteris ministris, vt quemadmodum Episcopi de portione suo vsui deputata possunt in vita tanquam de suis patrimonialibus disponere absque vllo peccato cootra iustitiam, & ideò ad restitutionem minimè tenentur, quamuis malè impendant, ita similiter clerici disponere valeat de portione suo vsui destinata, ita quòd Sanctus Doctor rectè expensus manifestè agit supposita diuisione bonorum Ecclesiasticorum inter ministros, pauperes, Ecclesiam, fabricam, vt *infrà* ostenditur, quo tempore inspecto satis significat Episcopos, & clericos redditus suorum beneficiorum ita proprios facere, vt de illis eodem modo disponere valeant, quo de patrimonialibus, quòd si eisdem redditibus abutantur, nullam iustitiæ legem offendere, neque ad restitutionem malè expensorum teneri, sed solummodò peccare contra legem charitatis, clariùs supposita eadem bonorum diuisione id ipsum expressit idem D. Thom. *quodlib.* 6. *quæst.* 8. *art.* 12. *ad* 3. in hæc verba. *Aliter ergo dicendum de illis Ecclesiasticis bonis, quæ principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum, & consequenter necessitatibus ministrorum, qualia sunt bona hospitalium, & aliorum huiusmodi, & aliter de illis bonis, quæ sunt principaliter attributa vsibus ministrorum, sicut sunt præbenda, & alia huiusmodi nam in prioribus bonis peccatum committitur non solùm ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos vsus assumit, quod est alterius, & ideò tenetur ad restitutionem tanquam defraudator rei alienæ in sua distributione; de alijs verò bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de patrimonialibus dictum est, vnde non tenetur quis ad restitutionem, sed solùm ad pœnitentiam peragendam.* Planè qui hæc verba D. Thomæ perlegerit, quamuis maximè scrutari velit, non inficiabitur in ea fuisse opinione, vt existimaret redditus beneficiorum, & fructus boooeum patrimonialium æquiparari, eisdêmque regulis consistere quoad dominium; & legem iustitiæ materia restitutionis, quamuis enim Nau. *dicto loco*, atque alij arbitrentur D. Thomam in alia fuisse opinione; gratis videtur dictum cōtra ipsius verba, & mentem. Ad alia verò loca eiusdem Sancti Thomæ, quæ Nauar. & aduersarij expenduot, vt suadeant contrariam opinionem tenuisse, doctè respondet Sarmien. *dicto loco cap.* 2. vbi pro hac Diui Thomæ opinione plures refert Auctores; fuit hæc opinio gloss. *verbo proprietatem in cap. duo sunt, hac eadem causa, & quæst.* Caiet. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 5. Abulen. *super Matth. cap.* 6. *quæst.* 74. Adrian. *in* 4. *dist.* 4. *quæst.* 9. *art.* 3 *concl.* 2. Martin. Ledesma 2. 4. *quæst.* 18. *art.* 5. *col. pen.* Sot. *lib.* 10. *de instit. quæst.* 4. *art.* 3. Couar. *in cap. cùm in officijs, num.* 6. *de testam.* Sarmien. *de redditib. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 2. Molin. *d. disput.* 141. Marsil. de Columna *de redditibus part.* 2. *cap.* 1. Bannes 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 6. *dub. vlt.* & *ibi* Aragon. Valent. *tom.* 3. *disput.* 10. *q.* 3. *puncto* 7. Gutiet. *pract. lib.* 2. *quæst.* 114. Spin. *in speculo testam. gloss* 14. *sub num.* 4. Nicol. Garc. *de benefic p.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. D Barbos. *in l. diuortio, p.* 2. *n.* 59 *ff soluto matrimon.*

Pro quibus primò expenditur *auth. Presbyteros*, ibi, 5
quolibet modo ad dominium eorum, & ibi, *quasi castrensium, C. de Episcop. & cleric. cap. vnic.* ibi, *dominium, de cleric. non resid. lib.* 6. *cap. peruenit*, ibi, *de redditibus eorum, cap. constitimus, cap. quod quibusdam, de fideiussoribus.* Secundò fortiùs viget quòd diuisio booorum, quæ à principio erant communia, emptioni similis est ad effectum, vt vel dominium transferat si fiat inter dominos, vel inter alios vsucapiendi conditiooem; ergo cùm Ecclesiasticorum bonorum, quæ à principio erant communia, diuisio facta fuerit postea, *cap. de redditibus cap. quatuor, cum multis ibidem* 11. *quæst.* 2. fit consequens supposita illa diuisione per quam certa portio ministris constituta est, verum in eosdem dominium translatum esse, antecedens constat ex *l* 1. vbi gloss. *l.* 2. ibi, *dominium in actione*, cum multis *ibidem, C. communia vtriusque iudicij*, plures, vt
per Sarmien. *vbi proximè num.* 4. Vltimò facit, quia il- 6
le dicitur habere dominium, qui habet ius disponendi nomine proprio in suam vtilitatem lege non prohibente, vt ex Bart. *in l.* 3. *§. differentiæ. num.* 4. *ff. de acquir. possess.* obseruant Bald. *in cap.* 1. *col.* 1. *de postulat. Prælat.* Rebuff. *in concord. in proœm. gloss. verbo dominum*, Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 40. *de constit.* Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri num.* 5. Sot. *de iustit. lib.* 4. *q.* 1. *art.* 1. Alciat. *lib.* 12. *parerg. c.* 13. Medina *in C. de iustit. q.* 1. Conan. *lib.* 3. *comment. c.* 3. *num.* 1. Corras. *lib.* 6. *miscellan. c.* 20. Piñel *in l.* 1. *de bonis mat. p.* 2. *num.* 2. planè hæc omnia quoad omnes particulaees conueniunt clericis respectu suorum redituum, habent enim ius disponendi nomine proprio ad suam vtilitatem in vsus lege non prohibitos, dantur namque huiusmodi redditus ministris expendendos in proprios vsus, neque reperitur lex aliqua, quæ post diuisitionem certum solummodò vsum concesserit, vel prohibuerit eisdem vti nomine proprio, vt patet; igitur nihil est quod impediat verum dominium respectu suarum portiooum, vt Diuus Thomas, & citati docent.

Tertia sententia est illorum, qui mediam ferè in- 7
ter vtrumque partem sequontur viam, & clericos aliquaodo vsuarios solummodò, aliquaodo tam in vita, quàm in morte vsufructuarios faciunt, ita *gloss.* 2. *in cap. quia nos* 3. *de testam.* gloss. *verbo obitus, in cap. vlt. de pecul.*

*pecul.cleric.*gloſſ.*verbo reſeruari,in cap.praſenti,de offic. Ordin.lib.*6.Molin.*de primogen.lib.*2.*cap.*10.*numer.* 37. *&* 43.Menoch.*conſil.*66.*num.*32. *& de arbitr. caſa* 433. *numer.*35.Fr.Emman.*quaſt.Regular.tom.*3.*quaſt.*74. *art.* 4.*verſ.quarta ratio,*Valaſc.*de priuation.cap.*36. *num.* 4. Cald. Pereira.*de reſolut.emphyt.cap.*15.*numer.*43. *& de emptione,cap.*16.*num.*1.D.Barboſ.*in d.l.diuortio,in princip.part.*2.*num.*53. *cum ſequentibus.*

8 Ex his tribus ſententiis ſecunda D. Thomæ hac in re longè verior eſt,quæ vt meliùs intelligatur,quinque potiſſimum tempora conſideranda ſunt, ex quorum cognitione deprehenditur intellectus ad plura iura huius cauſæ, & quæſt. & aliarum quæ ſequuntur. Primum igitur tempus fuit, in quo neque Eccleſia, neque Chriſtiani tam clerici,quàm laici, neque in communi, neque in particulari bona propria poſſidebant, ſed Euangelicam perfectionem imitantes omnia ſibi oblata vendebant, pretiùmque ad Apoſtolorum pedes ponebant, vt ſuis,& cæterorum indigentium neceſſitatibus ſubuenirent, diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat, patet Act. cap. 4. *prope fin.*ibi,*nec quiſquam eorum,quæ poßidebat,aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.*& ibi,*diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat,*& Ioan.11. *poſt princip.* ibi,*loculos habens ea,quæ mittebantur,portabat,cap.ſcimus,cap. habebat*, cum multis, *ibidem. hac eadem cauſa & quaſt.*

9 Secundum tempus fuit, quòd cùm numerus Fidelium ſummoperè excreſceret, & ideò commodè neque in communi vitam agere, neque ad victum, aut veſtitum neceſſaria eiſdem ſuppeditari poſſent, laici Chriſtiani cœperunt bona propria ex commiſſione retinere,clerici verò, & Eccleſiæ adhuc communem vitam agebant,nihil proprium habentes in particulari; prædia tamen illo tempore à Fidelibus donata, vel alias quæſita materialibus Eccleſiis tradebantut, quibus Epiſcopi præſidebant, vt ex illorum redditibus, decimis, & oblationibus, aliiſque eleemoſynis clerici communem vitam ducentes, ſuſtentarentur, *cap. videntes,capite expedit, capite duo ſunt*, cum aliis, *hac eadem cauſa,& quaſt.capite vlt.capite decimæ* 16.*quaſt.* 1. & de hoc tempore in illis terminis intelligendus eſt D. Thom. 2. 2. *quaſt.*43. *art.* 8.*in corpore*, dum inquit, bona Eccleſiaſtica committi Prȩlatis ad erogandum aliis, ſicut bona Reipubl. communia Rectoribus, loquitur enim attento hoc tempore ante bonorum diuiſionem,de qua ſtatim: vel, quod magis placet,loquitur de proprietate bonorum Eccleſiaſticorum, quorum conſeruatio Prȩlatis incumbit, vt ſatis deprehenditur ex facto Diui Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, de quo diſputat in eodem articulo, & ideò neque ſecum pugnat in opinione ſua, quam ſequimur.

Tertium tempus fuit, in quo clerici ægrè ferebant
10 carere rebus propriis, & ideò fuit eiſdem approbatiuè permiſſum, vt parentum patrimonia, vel bona aliunde quæſita habere poſſent, ita tamen vt proprium habentes nihil caperent de bonis deputatis ad pauperum, & laicorum ſuſtentationem, meminere huius temporis, *capite clericos, capite paſtor Eccleſiæ, capite ſi quis propter, cum multis ibidem* 11. *q.* 2. *capite certè ego, capite Epiſcopi, c. Epiſcopus hac eadem cauſa, & quaſt.*

11 Quartum tempus fuit, in quo Parochiæ ſunt diuiſæ, ſingulæque ſingulis Presbyteris Eccleſiæ aſſignatæ, bonáque Eccleſiarum, quoad redditus in quatuor partes diſtributa, vna Epiſcopo, ſeu Diœceſano, altera Parocho, tertia fabricæ,quarta hoſpitibus peregrinis,& pauperibus, *capite conceſſo,capite quatuor, capite de redditibus,capite cognouimus,capite mos eſt, capite ſancimus, cum multis ibidem* 12. *q.*2.*capite vnico in princ.*13. *q.*1. Executio autem, ſeu applicatio huius diuiſionis per Epiſcoparum fieri ſolebat *in cap. conceſſo.* Si verò perquiratur apud quem remanſerit quarta hæc pars pauperibus deputata; dic apud Epiſcopos, & ſimiles Prælatos, quibus vt plurimum maximus redditaum numerus eſt relictus, non enim fuit tunc temporis ablata Epiſcopis bonorum adminiſtratio.

Vltimum tempus eſt hodiernum, quo Epiſcopi ex- 12
ceptis bonis, quæ ſuæ menſæ in ſolidum ſunt applicata, & inſuper Capitulis Sedium Cathedralium, in pleriſque Eccleſiis habent tertiam partem fructuum, reliquas partes habent Rectores Eccleſiarum cum onere fabricæ circa ornamenta neceſſaria,veſtes ſacras, vaſa, & alia id genus,& denique circa eam partem Eccleſiæ quæ dicitur Sancta Sanctorum, vulgò *Capella maior.* Ex quorum temporum diſtinctione intelligere poſſimus plura iura, quæ ſecundùm ea loquuntur in hac materia,& ſic ad illa patebit reſponſio ex dictis.

Fundamenta autem contraria, quæ pro prima ſen- 13
tentia adduxi, facilè diſſoluuntur, & in primis ad primum ex *d.capite* 1. §. *ordinandus, verſ. quomodo, d. c. Epiſcopus*, cum aliis *ibi* citatis, facilè reſpondetur iura illa, & ſimilia procedere ante diuiſionem in quatuor partes, de qua *ſuprà* dixi, quo tempore bona omnia Eccleſiaſtica communia erant, neque miniſtri poterant aliquid accipere vltra propriam ſuſtentationem, tunc enim ſi aliter prædictis bonis vtebantur, & furtum, & ſacrilegium committebant: at verò text. iura, & rationes, quæ pro ſecunda D. Thomæ ſententia adduxi, procedunt poſt factam diuiſionem propter efficacia fundamenta inibi expreſſa. Vel aliter intelli-
gi poſſunt verba Hieronymi *d. capite ſicut* 47. *diſtinct.* 14
ibi, *eſurientium panis*,&c. vt ſint prolata lato modò, & impropriè ad maiorem exaggerationem,vt per Cardin. *in capite cùm in officiis* 7. *numer.* 31. *de teſtament.* D. Thom. 2. 2. *quaſt.* 66. *art.* 7. Sot. *lib.* 5. *de inſtitut. q.* 3. *art.* 4. Vel aliter vt per Caiet. 2. 2. *quaſt.* 118. *art.* 4. *ad* 2. Couar. *in reg. peccatum, part.* 2. §. 1. *numer.* 3. *& lib.* 3. *var. capite* 14. *numer.* 5. Ad ſecundum libenter agnoſcimus bona illa pia Fidelium deuotione donata fuiſſe Eccleſiis ad congruam miniſtrorum, & pauperum ſuſtentationem, vt iura *ibidem* citata euincunt, vnde illo tempore bona erat conſequentia eroganda fore pauperibus omnia, quæ ſuperſunt, iuxta illud Lucæ 11. *quod ſupereſt*, &c. Cæterùm cùm poſt diuiſionem deputata fuerit clericis certa portio, quæ eiſdem pro congrua ſuſtentatione conceditur, pauperibus quoque alia pars fuerit diſtributa, iam in lege iuſtitiæ clerici non tenentur ad pauperum ſuſtentationem: ſicut enim fabrica, & pauperes ſuarum portionum dominium acquirunt, ita & clerici, vt *ſuprà* pro dicta ſecunda ſententia conſideraui, vnde alienatio, quam clerici faciunt de ſuis redditibus, non dicitur facta contra, ſed ſecundùm domini voluntatem, vt patet cùm ipſimet domini ſint. Ad text. verò *in d. cap. cùm ſecundùm,& in d. cap. tua nobis*,cum ſimilibus, in quibus probatur dominium bonorum Eccleſiaſticorum
eſſe penes Chriſtum, reſpondetur intelligenda eſſe 15
illa iura de dominio pleno, & abſoluto, quòd vt clariùs pateat, ſciendum eſt dominium in tres potiſſimum ſpecies diſtribui, aliud ſupremum, quod maximum, & abſolutum vocatur, aliud medium, ſeu ſubalternum, aliud infimum, ſeu minus proprium. Primum ſolius Dei eſt, quippè qui ſolus habet plenum, & abſolutum rerum omnium dominium iuxta illud Pſalm. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius*, habetur *in dicto capite tua nobis*, cum aliis citatis à Ioanne Valer. *de differentiis inter vtrumque forum, verbo munera, differentia* 1. *numero* 3. & ſic in hoc procedunt prædicta iura. Secundum eſt illud,

16 illud, quod habemus in rebus propriis & describitur quòd sit ius deponendi nomine proprio in suam vtilitatem lege non prohibente, Batt. & Doctores communiter citati *in vltimo fundamento secundæ opinionis*, & alij citati à Ioan. Valer. *vbi suprà n.* 11. & 12. de quo intelligenda sunt tua in eius confirmationem citata. Tertium dicitur illud, quòd Principes in suis subditis, & in bonis illorum habent, quod infirmum, & improprium dicitur, quippè qui non in suam, sed communem subditorum vtilitatem exerceatur, de quo gloss. *verbo omnia*, per text. *ibi* sic necessariò intelligendum *in l. 3. vers. quæ enim. C. de quadrienny præscript.* iuncta *leg. l. item si verberatum* 15. §. 1. *vers. item si forte ff. de rei vendic. l.* 1. *C. quibus ex caus. serui pro præmio*, iunctis iis, quæ tradunt Tiraquel. *de nobilit. cap. 6. num.* 6. Matant. *de ordine iudic. part.* 3. *num.* 25. Anton. Gabr. *commun. tit. de iure quæsito, concl.* 1. *num.* 9. Sot. *de iustit. lib.* 4. *quæst.* 4. *art.* 4. Couar. *in reg. peccatum part.* 2. §. 9. *n.* 8. Nauar. *de spol. cleric.* §. 17. *n.* 4. *ad med.* Pinel. *in rub. de rescind. vendit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. de quo in præsenti materia nulla nobis disputatio est, quippè cùm ad potestatem publicam spectet, non verò ad priuatam singulorum vtilitatem.

18 Non obstat contra responsiones ad contraria adductas, si quis vlteriùs vrgeat diuisionem non mutasse, neque mutare potuisse talium bonorum naturam, arg. *Clem. quia contingit, de relig. domib.* vnde etiam hodie eandem retinere conditionem, vt quæcumque superexcreuerint, pauperibus erogentur, ne contingat absurdum, quòd bona contra dominorum voluntatem in alios vsus expendantur, quia respondetur multipliciter, & primò diuisionem illam factam fuisse à Summis Pontificibus, penes quos est potestas commutandi defunctorum voluntatem in alios vsus, *d. Clem. quia contingit*, cum citatis per me, *de officio, & potestate Episcopi part.* ●. *allegat.* 83. Vnde nullum est absurdum data causa per illam diuisionem Pontifices mutasse talium bonorum naturam. Secundò respondetur, quòd cùm communia, vt plurimum negligi soleant, & ex communione frequenter rixæ, & contentiones insurgant, *cap. dilectissimis*, ibi, *per iniquitatem*, &c. secundùm veriorem sensum, *hac eadem causa, & quæst.* ideò diuisio facta fuit, vt vnusquisque eorum, inter quos fieret, dicere posset, meum, tuum, &c. arg. *d. capite dilectissimis*, vnde non inconueniet quòd bona illa à principio communia, posteà diuisa per diuisionem mutasse et naturam, atque ita in potestatem transissent, vt contra primæuam b●norum naturam posset vnusquisque dicere hoc meum, tuum, &c. Tertiò respondetur bona illa fuisse à principio Ecclesiis donata cum onere, vt in Ecclesiarum, ministrorum, & pauperum cederent alimoniam, posteà verò Episcopis, ministris inferioribus, Ecclesiis, & pauperibus singulas partes assignatas, vnde cùm iuxta bonorum subsidium sit prædicto oneri satisfactum, non est cur vnus alterius portionem ambiat, sed sua contentus tanquam verus dominus de sua disponat in vsus proprios lege non vetitos, & ideò sicut iniustum foret, vt post assignatas singulas singulis laborantibus mercedes, teneretur alter alteri ex lege iustitiæ de suo contribuere, ita in proposito affirmandum est. Denique respondeti potest diuisionem non immutasse bonorum naturam, sed qualitatem solummodò, vt ita quod commune erat fieret singulorum, quod ex causa factum per habentem potestatem neque diuinæ, neque humanæ legi repugnat; si autem contra hanc responsionem, dum qualitatis mutationem admittit, replicetur de sacro Concil. Tridentin. *sess.* 2●. *de reformat. capite* 5. facilè respondetur agere de prouisione particulari beneficiorum à partibus impetrata contra qualitates eorumdem positas in erectione, vel fundatione, patet ibi, *in beneficiorum collatione*, & *in fine*, ibi, *aliter facta prouisio subreptitia censeatur*; non verò in mutatione qualitatum facta per legem Summi Pontificis in bonum commune, de qua in antiquissima illa, & iustissima bonorum diuisione multò ante Concil. Trident. à pluribus Conciliis approbata, ab omnibus Summis Pontificibus totiúsque Ecclesiæ vsu, & consuetudine recepta.

Nec etiam obstat auctoritas illa Lucæ 11. *quod superest*, &c. dum probat iure Diuino primæuo, & posteà ex Apostolorum instituto iniunctum esse rebus, vt quod superest debet in eleemosynam conuerti; ergo stante hac lege diuina non potuit humana dominium transferre eorum, quæ supersunt, ac proinde non humana solùm, sed diuina quoque lex testari, & disponere prohibet tanquam de rebus alienis. Cui difficultati respondere conatur Sarmien. *de redditibus, pag.* 4. *c.* 4. *num.* 6. legem illam diuinam generalem esse, & indeterminatam, determinationem verò factam hoc, vel illo modo, tali, vel tali tempore, sub hac, vel illa quantitate, quod superest expendatur, legem esse non diuinam, sed humanam, & ideò supposita determinatione legis humanæ tam in portionum diuisione, quàm in beneficiorum erectione si quis illud, quod superfuerit, in pauperes non expendat, nulla lex diuina offenditur, nec aliquod iustitiæ præceptum violatur, itaque idem Sarmien. ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 85. *art.* 1. *ad* 1. & *q.* 87. *art.* 1. contendit innumeris propemodum exemplis probari posse legem humanam determinare legem diuinam generalem, cuius determinationibus si satisfiat, liberantur subditi à lege diuina generali. Vnde cùm lex illa, *quod superest*, iam determinata sit per legem humanam, sua vnicuique portione assignata, si satisfiat huic determinationi, liberantur clerici à lege diuina generali, ac subinde ex præcepto iustitiæ non tenentur pauperibus, quod superest, erogare, quia potuit Ecclesia fructus beneficiorum à tali onere exemptos assignare clericis loco stipendij. 19

20 Verùm hæc Sarmienti consideratio ad auctoritatem Lucæ *d. cap.* 11. nec in se vera est, nec difficultatem tollit. Primò, quia non video cur magis lex illa, de superfluo dando pauperibus sit generalis, quàm lex de honorandis parentibus, de non iurando in vanum, non furando, & similibus, si ad strictam verborum significationem respiciamus, sed lex nulla humana potest contra vllam ex illis in particulari aliquid determinare; ergo nec contra illam quod superest, Deinde facit, quia etsi diligenter enumeremus omnes legum humanarum determinationes, quorum plura exempla adducit Sarmien. *dicto loco*, nullam inueniemus, quæ contra legem diuinam generalem aliquid statuat, quinimo totæ sunt in obseruantia illarum, & vt ad praxim, seu executionem reducantur, vt rectè intuenti constabit; hæc tamen lex humana, (quæ beneficia erexit, singulásque singulis ministris portiones diuisit, vt Sarmien. vult, & nos defendimus) non agit de obseruantia illius legis diuinæ de superfluo dando pauperibus, neque illam ad praxim, seu exequutionem perduxit, quinimò de applicanda singulis portione libera ab omni onere; igitur non potest dici determinatio illius legis diuinæ, erit quidem determinatio alterius, cuius suprà meminimus, in plerisque sacræ paginæ locis, *dignus est operarius mercede sua*, quia lex hæc diuina generaliter docet cuicumque laboranti debeti præmium laboris, non tamen determinat quantitatem, tempus, nec locum, vnde quòd quarta pars debeatur, quòd in suo beneficio quis tantam, ac talem portionem habeat, determinatio

minatio dicetur, non quidem respectu legis diuinæ, de eo, quod superest dando pauperibus, sed alterius longè diuersæ, nempè de congrua laboranti mercede diffinienda.

21 Quare reiecta Sarmienti responsione Sot. *lib.* 10. *de iustit. q. 4. art. 1. col. 8.* distinguendum putat inter bona tempore primitiuæ Ecclesiæ à Fidelibus donata, & inter decimas, & cætera omnia, quæ post beneficiorum creationem data sunt, vt priotibus onus inhæreat legis diuinæ iniunctum ad erogando pauperibus, quæ superexcreuerint, idque ex debito iustitiæ speciali, qua tenentur omnes, in quos à domino cum aliquo onere res transfertur, arg. *l. vlt. §. vlt. ff. de contrah. emp.* cum aliis, posterioribus verò affirmat nulla lege diuina tale onus fuisse iniunctum, & ideò cessare debitum iustitiæ. Verùm nec hæc responsio placet, quia Sot. non probat bona illa à principio cum onere fuisse donata, quinimo etsi illud concederemus, non tollitur difficultas ex auctoritate *Luc. 11.* secundum quam quod superest in pauperes erogandum est.

22 Idcirco his, atque aliis explosis locus ille facillimè vnico verbo absque tot laboribus intelligetur cum D. Thom. *2. 2. q. 32. art. 5. & 6.* vt solummmodo in vnico casu sit in præcepto, data scilicet extrema necessitate ex parte recipientis, quæ tamen nec in dante, nec in suis cótingat, in cæteris verò aliis speciebus de consilio procedat, & ideò non obligat transgressorem, arg. *cap. nullus 62. de reg. iuris in 6.* cum ibidem resolutis. Insuper considero locum illum generalem esse in quacumque persona tam seculari, quàm Ecclesiastica, vnde ex illo contra eam, quam sequimur opinionem, nihil efficaciter colligi potest, & in hunc sensum reducit D. Thom. *d. art. 5. ad 2.* auctoritatem Basilij, quæ simillima est eum Ambros. *de quo in c. sicut hi 47. dist. gloss. fin. in præsenti text.* videtur sentire pauperem non teneri ad decimarum solutionem si vltra sibi, familiæq; necessaria non percipiat, idémque videntur tenere Franc. Marc. *Delphin. decis.* 198. *n.* 6. Vincent. Carot. *decis. siue casu* 52. *n.* 6. Aloys. Ricc. *in sua praxi var. resolutionum, resol.* 115. *per tot.* Et saltem si extrema premarur paopertate, admittunt Bellencin. *de charitatiuo subsidio quæst.* 77. *n.* 2. Sarmien. *de redditib. Eccles. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 12. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. q.* 100. Camill. Borrel. *in sum. decis. tit.* 19. *de decimis num.* 83.

CAP. Nolo. X. *August.*

1 NOtatur hic text. ad hoc quòd nemo tenetur propriam detegere turpitudinem, vt per Soat. de Paz *in pract. tom.* 1. *tit. de Confess. num.* 10. *fol.* 152. Ioan. Sanct. *in selectis, disp.* 46. *num.* 22. *in fine.* Vnde non posse lege aliqua humana sanciri hominem teneri sua publicè detegere delicta, docent expressè Soat. *de pænitent. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 6. Salas *de legib. disp.* 9. *sect.* 3. *dub.* 4. Est enim contra ius naturæ quòd quis obligetur se reum prodere. Sot. *lib.* 4. *de iustit. q.* 6. *art.* 3. *§. secundò præter damna*, Tolet. *lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 9. Bannes 2. 2. *q.* 11. *art.* 4. *dub.* 2. *§. respondetur ad hoc argumentum*, Vasq. 1. 2. *tom.* 2. *disput.* 168 *n.* 48. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 18. *art.* 3. Salas *de legib. disp.* 15. *sect.* 2. *num.* 39. inhumanum hinc esset obligare aliquem quòd sit executor suæ sententiæ in rebus arduis, & maximè violentis, Soat. *de legib. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 11. Vasq. 1. 2. *tom.* 2. *disp.* 173. *num.* 14. vel ad sui verberationem ita humanam & credulem, cùm præceptum naturale seruandi vitam obliget ad remouenda media ducentia ad mortem, vel illius periculum, Sanchez *in præcepta Decal. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 4. Nec denique teneri aliquem se reum prodere etiam ad liberandum innocentem, cui delictum à reo commissum imputatur, docet Anton. Raguc. *in Lucerna Paroch.* vbi *de restitut. quæst.* 162. nam reus tone nequaquam concurrit positiuè ad necem innocentis, sed tantùm permissiuè; fas est autem cuicumque mortem alterius permittere, vt propriam vitet. Nau. *in man. cap.* 15. *n.* 17. Emman. Sa *verbo Reus num.* 3. Sed ad vitanda grauia tormenta excusabitur quispiam etiam à veniali labe falsum sibi imponendo, licèt ob illius confessionem esset morte plectendus, Sà *verbo infamare n.* 1. Petr. Nauar. *de restit. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 21. Anton. Raguc. *d. loco quæst.* 167. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 7. *n.* 4. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 66. *n.* 7. Dixi, *grauia tormenta*, quia si leuia essent, mortiferum foret imponete sibi crimen falsum ob quod esse morte afficiendus. Sot. *de iustit. lib.* 5. *quæst.* 10. *art.* 2. Less. *d. dub.* 7. *n.* 35.

CAP. Exemplum. XII.

EX hoc cap. colligitur vulgatum illud axioma, superiorum actio nostra est instructio, vt per Ferrer. *in constit. Cathalon. gloss.* 6. *n.* 11. vbi adducit illud Claudiani *in paneg. in* 4. *consul. Honor.* 1

——Totus componitur orbis
Regis ad exemplum.

CAP. Futuram. XV.

Melchiades.

GRatianus ex testimonio Melchiadis Papę *in præsenti* tradit Constantinum Magnum baptizatum Romæ fuisse, & donationem Ecclesiæ Romanæ fecisse, sed falsò id tribuit Melchiadi, vt *hic* admonet gloss. quia Melchiades Papa ab imperatore Maximino martyrio est occisus, & Maximinus Constantinum pręcessit in Imperio, vt tradit Platina, & eleganter ostendit Couar. *lib.* 4. *var. cap.* 16. *n.* 8. *vers. cæterùm*, *& pract. cap.* 31. *n.* 1. *in fine, & num.* 2. 1

CAP. Habebat. XVII. *August.*

AVgustinus *tract.* 62. *in Ioann.* relatus *in hoc text.* tradit timendum esse ne propter inopiam iustitia deseratur, ad quod illum citat Tiraq. *de nobilit. c.* 3. *n.* 24. & ideò testibus ditioribus plus creditur, quàm pauperibus, secundùm Farin. *in praxi crimin. q.* 65. *n.* 117. quia pauper non idoneus testis, vel omni exceptione maior, vt tradunt citati *ad cap. si testes n.* 6. *suprà* 4. *quæst.* 2. 1

CAP. Sint manifestæ. XXI.

Ex Canonibus Apostolorum.

GLoss. *verbo probantur, in præsenti textu*, tota est in resoluenda quæstione, an clericorum bona præsumantur esse intuito Ecclesiæ requisita, in qua vt certa ad incertis separemus, distinguere oportet sequentes casus. Aut enim constat Prælatum habuisse bona illa iam tempore suæ promotionis, aut constat quòd non habebat, aut sumus in dubio. Primo casu non intuitu Ecclesiæ, sed personę quæsita censentur cùm præsumatur pro possessore, & Ecclesia contrarium intendenti incumbat onus probandi; & deinde quia in his terminis pro Ecclesia nulla, & pro ipso Prælato non parum probabilis datur coniectura, cùm constet bona illa iam multò ante Episcopatum fuisse penes eundem, text. opt. *in cap.* 1. *de testam.* ibi, *quod* 1

cum

cùm ante Episcopatus ordinem, cap. de Syracusana, vers. qua de re, ibi, vniuersa sui Episcopatus quæsita tempore Ecclesiæ sua domino sociaret 18. dist. quasi longè aliud in quæsitis ante Episcopatum.

2 In secundo verò quando tempore promotionis constat nihil habuisse, pro Ecclesia præsumendum est, quòd intuitu illius fuerint quæsita, text. opt. in d. cap. 1. dum probat nulla Episcoporum bona posse ab aliis detineri, nisi illa solummodò, quæ Episcopus ante Episcopatum propria habuisse, constiterit; ergo cùm exceptio firmet regulam in contrarium, fateri omninò oportet omnia quæsita post Episcopatum præsumi intuitu Ecclesiæ quæsita, interim dum aliud legitimè non probatur. Iuuant maximè vltima verba eiusdem text. ibi, vel in Episcopatus Ordine prædictum Episcopum acquisiuisse, &c. d. cap. de Syracusana, in sensu directo, cap. 3. de pecul. cleric. l. 1. post dies consecrationis, cap. res. in Episcopatu 11. quæst. 2. gloss. verbo probentur, per text. ibi, in authent. de ecclesiast. titulis §. interdicimus collat. 9. gloss. verbo Prælatus, per text. ibi in authen. licentiam, C. de Episc. & cleric. gloss. verbo morientium in c. 2. de success. ab intest. Abb in d. c. 1. notab. 6. vbi Couar. num. 6. communis, vt per Clar. §. testamentum, quæst. 27. vers. sed quid, Mench. illust. cap. 105. Menoch. de arbitrar. casu 195. à princip. Mascard. de probat. conclus. 202. Crass. §. testamentum, quæst. 34. n. 2. vers. sed dubium, Gam. in casu notabili, Lusitaniæ decis. 313. num. 1.

3 Tandem in tertio casu, quando sumus in dubio, quia neque constat bona inuenta penes Prælatum fuisse quæsita ante, vel post Episcopatum, tunc etiam pro Ecclesia præsumendum est, quòd illius intuitu fuerint comparata, text. opt. in d. cap. 1. ibi, vel in Episcopatus Ordine prædictum Episcopum acquisiuisse, si consideremus æquiparationem, quam text. facit de bonis, quæ erant Ecclesiæ ante Episcopi consecrationem, & de illis, quæ in Episcopatus Ordine prædictus Episcopus acquisiuit ad effectum, vt vtraque in Ecclesiæ domino conseruentur, priora quia realiter ad ipsam pertinent, posteriora verò quia saltem præsumptiuè, d. cap. 3. de pecul. cleric. d. cap. res in Episcopatu, Menoch. d. casu 195. num. 3. & de præsumpt. l. 3. præs. 51. num. 13. & præs. 53. per tot. Cened. ad Decretal. collect. 145. num. 2.

QVÆSTIO II.

CAP. Qui Christi. I. Stephanus.

1 ALLEGATVR hic text. ad hoc communiter, quòd bona ecclesiastica sunt in patrimonio Christi, vt per Panorm. in rep. cap. cùm esses num. 29. de testament. & in cap. cùm super num. 18. de causa possess. Card. in c. videntes, sup. 12. q. 1. Adrian. in 4. de restitut. fol. 32. Felin. in cap. constitutus n. 29. de rescript. Bero. in rub. de rebus Eccles. non alienan. n. 18. & in cap. ex litteris n. 24. de probat. Barbachin. in tract. de Episcopo lib. 4. part. 4. Barbat. in tract. de præstant. Cardinal. num. 4. Nauar. de redditib. q. 1. n. 19. & in apologia quæst. 1. mon. 24. n. 8. & 11. nouissimè Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verbo munera, differ. 1. n. 5. cum seqq. Declara tamen secundùm ea, quæ dixi ad cap. quia tanta, n. 13. cum sequentibus 12. q. 1.

CAP. Nulli liceat. III. Bonifac.

1 NOtari solet hic text. ad hoc quòd res Ecclesiæ inuadentes, & propria auctoritate occupantes, sacrilegium committunt, vt per Tiraquel. de priuileg. piæ causæ, priuil. 136. Petr. Greg. syntagm. iuris lib. 33. cap. 18. num. 2. Card. Tusch. tom. 7. lit. S. concl. 6. a n. 4. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 30. in princ. & n. 18. & 20. Contra quoscumque indebitè vsurpantes bona Ecclesiarum pœna excommunicationis ipso facto imposita est à Concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 11. vt notat Villag. de rebus Eccles. restituen. lib. 2. cap. 2. n. 5. cum seqq. Soar. tom. 3. de censur. disput. 21. sect. 6. n. 22. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 31 n. 26. Ego ipse de officio, & potestate Episc. part. 3. alleg. 50. n. 130. secundum Lugdun. impress. Vide infra ad cap. Apostolicos, hac ead. quæst.

CAP. In legibus. X. Eusebius.

IN gloss. In legibus, ibi. & Salica, De lege Salica vide Pined. in Monarchia Ecclesiastica part. 3. lib. 18. cap. 11. §. 4. 1

SVMMARIVM.

1 Furis pœna qua ? remissiuè.
2 Latro famosus quis dicatur.
3 Furtum commissum in re minima, quando puniatur, remissiuè.
4 Pœna legalis etiam ipso iure, vel ipso facto imposita, non debetur in foro conscientia ante latam sententiam criminis declaratoriam.

CAP. Fraternitas. XI.

DE pœna furis latè agunt Doen. reg. 399. Clar. §. furtum n. 12. Ant. Gom. tom. 3. var. cap. 5. n. 6. Perez l. 1. in gloss. conuencido de furto tit. 13. lib. 8. Ordin. Hieron. Portel. in schol. ad Molinum, verbo furtum n. 27. cum seqq. Menoch. de arbitr. casu 295. Molin. de instit. tom. 3. tract. 1. disp. 695. num. 7. vers. dispositionem, Pradil. in sum. legum pœnal. part. 1. cap. 28 Parens meus in comment. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib. 5. tit. 60. in princip. n. 4. & alij citati per Cened ad Decretum collect. 2. num. 1. Et quis dicatur famosus latro, vide Canar. lib. 1. var. cap. 9. n. 7. Clar. dict. §. furtum n. 8. Gom. d. num. 6. Farinac. in praxi crimin. q. 23. n. 4. & quomodo furtum commissum in re minima puniatur ? vide Menoch. de arbitr. casu 72. num. 13. Petr. Gregor. syntagm. iuris lib. 37. cap. 1. num. 6. vers. animas autem, Farinac. de furtis q. 174. n. 70. cum multis sequentibus. 1 2 3

Verùm illud Eusebij, &c.] Non placet hæc Conciliatio Castro de lege pœnali lib. 2. cap. 9. pag. mihi 417. vbi melius conciliat.

In gloss. cum argumento, vlt. in fine. ibi, respondeo quòd non. Solet hæc gloss. communiter allegari ad hoc, quòd pœna legalis etiam ipso iure, vel ipso facto imposita non debetur in foro conscientiæ ante latam sententiam criminis declaratoriam, vt per Panorm. in proœm. Decretal. Rex pacificus num. 6. & in cap. dilecti n. 1. de arbitr. & in cap. suam, de pœnis num. 3. & in cap. Raynaldus, num. 25. de testam. Fortun. Garc. in tractatu de vltimo fin. illat. 17. num. 208. Simanch. de cathol. institut. cap. 9. n. 31. Sot. de iustit. lib 1. q. 6. art. 6. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo reuertatur, n. 291. cum seqq. C. de reuocan. donat. Castr. lib. 2. de lege pœnali cap. 9. pag. 412. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 2. cap. 12. à n. 11. Azor. institut. moral part. 1. lib. 5. cap. 7. à princip. Cordub. in suo quæst. lib. 1. quæst. 36. Couar. de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 8. sub num. 10. Nauar. in man. cap. 23. num. 66. & 67. Anton. Gom. 4

l. 1.

b 1. *Tauri num.* 4 *& variarum tom.* 3. *cap.* 2 *numer.* 5. *& cap.* 14. *num.* 3. *lib.* 7. Anton. Gabr. *commun. tit. de criminal. concl.* 12. Penia *in director. Inquisit. p.* 3 *schol.* 151. *vers. sed cùm ex benignitate*, Mench. *illustr. lib.* 1. *cap.* 7. *à num.* 17. Gutier. *canonic. lib.* 1 *cap.* 1. *num.* 23. *& pract. lib.* 2. *quæst.* 180. *num.* 2. Cened. *dicto collectan.* 2. *num.* 3. Menoch. *remed.* 5 *recuper. num.* 68. *cum sequentibus, & de arbitr. casu* 220. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 91. *num* 2. *cum sequentibus, & in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 10. *num.* 70. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate num.* 19. *C. de integr restit. minor.* Quarant. *in summa Bullarij, verbo alienatio num.* 49. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellariæ gloss.* 15 *num.* 130.

Cap. Apostolicos. XIII.

Ex VIII. Synodo vniuersali.

1 DE pœna clerici alienantis rem Ecclesiæ absque causa permissa, vel absque solemnitate requisita, agitur *in hoc text.* Ex decretis autem Concilij Triden. clericis fabricator, aut consentiens vsurpationi iurisdictionis bonorum etiam feudalium, ac quarumcumque obuentionum alicuius Ecclesiæ, seu cuiusuis secularis, vel Regularis beneficij, aliorúmque piorum locorum vi, vel timore incurso, seu quacumque arte, aut quocumque colore factæ, anathemati tandiu subiacet, quamdiu integra fuerit facta per vsurpatores restitutio, & deinde a Romano Pontificis absolutionem meruerit, necnon quibuscumque beneficiis priuatus est, & ad quæcumque alia inhabilis efficitur, ac post integram satisfactionem & absolutionem à suorum Ordinum executione arbitrio ordinarij suspenditur, *cap. fin. sess.* 22. refert nouissimè Ioan. Honor. *in summ. iuris Canon. ad rub de rebus Eccles. non alienan. num.* 31.

Cap. Sacrorum. XV. *Gregor.*

1 VIde ad materiam text. quæ dixi *infrà in cap. aurum, hac eadem quæst.*

De materia gloss. *verbo repetitionis in præsenti text.*
2 vide Gregor. *l.* 20. *verbo que no pueden, tit.* 3. *part.* 6. Perez *ad titul.* 1. *lib.* 3. *Ordin. pag. mihi* 463. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis numer.* 15. *C. de integr. restitut. minor.*

3 In eadem gloss. ibi, *sed nunquid de capto in maleficijs*, &c. Ergo res Ecclesiæ possunt alienari pro redimendis à publicis carceribus his, qui ob sua scelera in eum statum deuenerunt, de quo vide Tiraquel. *de iure mariti gloss.* 8. *ex num.* 178. Palaci. *in repet. rubr.* §. 78. *nu.* 30. Couar. *lib. var. cap.* 16. *num.* 9.

Aliqui argum. huius text. meritò resoluunt quòd
4 Episcopus habens patrimonium potest illud conseruare, & redditus Ecclesiasticos in vsus proprios conuertere, illud expendêtes quòd sicut inter necessitates Ecclesiæ connumeratur redemptio captiuorum, & sustentatio pauperum graui fame laborantium, vt probat hic textus *cum sequentibus*, ita quoque connumeratur sustentatio ipsius Prælati ministrorum, & officialium Ecclesiæ, *capite præsenti* 9. §. *porrò de offic. Ordin. in* 6. sed Prælatus potest reseruato proprio patrimonio, propter pauperum, & captiuorum necessitates bona Ecclesiæ expendere, secundùm text. *præsenti d.* § *porrò*. ergo redditus quoque Episcopales pro sua sustentatione: quare ita in effectu resoluunt Innocentius, Abbas, & Doctores communiter vt per Decian. *numer.* 6. *in cap. Episcopus, de præbend.* Felin. *in capite postulasti, numer.* 6. *de rescript.* plures, quos sequitur Couar. *in cap.* 1. *de*

testament. numer. 2. Nauar. *de redditibus quæst.* 1. *num.* 78. Sarmien. *eodem tractat. part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 18. Mench. *illustr. cap.* 105. *numer.* 9. Menoch. *de arbitr. casu* 145. *numer.* 5. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 145. quamuis contradicant Syluest. *in summa, verbo simonia, quæst.* 6. Adrian. *in* 4. *tit. de restitut. quæst.* 32. Palud. *ibidem dist.* 34. *quæst.* 3. Mai. *dist.* 24. *quæst.* 21. *in fine*, quibus non multum opitulatur auctoritas Hieronymi *in capite clericos* 1. *quæst.* 2. ibi, *quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona.* Explosa enim prima solutione, de qua per *gloss.* 2. *ibi.* & Couar. *vbi proximè*, affirmantes procedere de consilio, confunditur nàmque manifestè per text. *ibi*, dum habet sacrilegium committere illos, qui cum suo patrimonio sustentari valeat, stipendia Ecclesiastica in suus vsus impendunt, quod tamen nullatenus commisissent si Hieronymus loqueretur de consilio, iuxta reg. *capite vlt. vers. quod præcipitur*, ibi, *efferentis arbitrium* 14. *quæst.* 1. *gloss. in reg. nullus* 62. *de regular. iuris in* 6.

Planiùs ergo respondetur cum eadem gloss. & Couar. *dicto numer.* 2. *vers. prima*, textum illum procedere attento tempore antiquo, quo bona Ecclesiæ erant solummodò destinata ad alendos pauperes Christianos, & clericos egenos, vt satis insinuat *cap. certè* 12. *quæst.* 1. aduertit post alios Sarmient. *dict. part.* 1. *capite* 5. *num.* 17. 5

Secundò non obstat *cap. ille autem* 14 *q.* 1. *ad finem*, facilius enim respondetur procedere inspecto eodem tempore antiquo, quo Ecclesia Catholica, veluti nouum germen florescere incipiebat, & Apostolicis consiliis ita addicta, vt multitudinis Christianorum esset cor vnum, & anima vna, omnia namque erant communia, nemo sibi aliquid proprium vendicabat, *dict. cap. illud, ad finem*, plures, quos refert, & sequitur Couar. *d. num.* 2. *prope fin.* 6

SVMMARIVM.

1 *Papa propter hæresis crimen potest excommunicari secundum aliquos, & declaratur num.* 6.
2 *Censuræ ferri possunt in eos, qui Ecclesiæ, & ferentis potestati fuerint subiecti.*
3 *Papa nulli humanæ potestati est subiectus.*
4 *Papa nec excommunicari, nec aliis censuris ligari potest.*
5 *Declaratur text. in præsenti.*
7 *Declaratur cap. final. vers. Romanorum* 24. *q.* 2.
8 *Episcopi, & alij Prælati Papæ, idest, Patres Græca voce appellabantur.*
9 *Constantinopolis noua Roma, & interdum Roma simpliciter fuit appellata.*
10 *Constantinopolitana Ecclesia, Romana aliquando appellabatur.*
11 *Toletana ciuitas vrbs Romana nuncupata fuit.*
12 *Valentia olim Roma fuit appellata.*

Cap. Non liceat Papæ. XX.

Symmachus.

DVm Symmachus Papa, Papæ imponit anathematis pœnam *in præsenti*, videtur hic text. probare Papam excommunicari, vel aliis censuris irretiri posse, quod in hæresi notauit *gloss. vlt. in cap. Achatius il* 1. 24. *quæst* 1. & plures citaui ad Henriq. *in sum. libr.* 13. *capite* 25. §. 3. *iunct. alit.* N. facit text. *in capite fin. versic. Romanorum etiam* 24. *quæst.* 2. vbi legitur Romanorum Ecclesiam anathematizasse Dioscorum, 1

X

rum, qui fuit Papa eiusdem Ecclesiæ, cùm nec in fide peccasset.

2 His tamen non obstantibus securè tenendum est Papam à nemine excommunicari, vel aliis censuris posse irretiri. Probatur, quia in eos tantùm censuræ ferri possunt, qui Ecclesiæ, & ferentis potestati fuerint subiecti, Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 2. §. 11. & cap. 17. §. 6. à num.* 4. Valent. *tom. 4. disp. 7. quæst. 17.*

3 *puncto* 4. Constat Papam nulli humanæ potestati esse subiectum, *capite nemo, capit. aliorum, cum seqq. 9. quæst. 3.* cum aliis, quæ latè comprobant Turrec. *de potest Eccles. lib. 2. cap. 93.* refert multos Alphons. de Mendoz. *quæst. 4. scholást. §. 9. vers. 1.* Igitur Papam

4 nec excommunicari, nec aliis censuris ligari censendum est, ex quibus ita resoluunt Naoar. *in cap. nouit, de iudic. notab. 3. num. 78. & 141. & in man. cap. 27. num. 14.* Vgolin. *d. tab. 1. cap. 17. §. 6. à numer.* 8. Soar. *tom. 6 disput. 5. sect. 1. à num.* 17. ampliantes procedere hanc sententiam etiam respectu legis, ita scilicet, vt quamuis Papa hæreticus fiat, vel aliud crimen committat, cui annexa sit à lege excommunicatio, eam non incurrat, quod illa ratione confirmatur, quia licèt Papa legibus Ecclesiasticis quoad vim directiuam subiectus sit, minimè tamen eis subiicitur quoad coactiuam, iuxta ea, quæ notaui ad *cap. si inimicus 93. distinct.* & constat censuras ad coactiuam potestatem pertinere.

5 Qua retenta sententia, non obstant ea, quæ in contrarium adduximus, in primis ad textum *in præsenti*, dupliciter respondetur, & primò Papæ nomine posse *hic* intelligi Episcopos, & alios Prælatos inferiores, iuxta *infra* dicenda, quod confirmatur, quia text. prohibet Papæ ne faciat alienationes rerum Ecclesiasticar pro quacumque necessitate, quod Summo Pontifici minimè cònuenit, qui ex iusta causa liberè, & licitè potest disponere de omnibus rebus Ecclesiæ, *cap. 2. de præbend. lib. 6. Clem. quia contingit, in princ. de relig domibus.*

Secundò, si de Romano Pontifice intelligamus alienante siue necessitate, vt communis interpretatur, respondetur *versic. qua lege*, vbi pœna ponitur, referri ad ministros inferiores, vt patet ibi, *qua lege omnes custodes adstringantur, vt donator*, &c. *honorem perdat, & qui subcripserit, anathema sit*; non verò comprehendere Papam, de quo in principio loquutus est.

6 Ad secundum verò de Papa committente crimen hæresis, quòd in excommunicationem incidat, respondetur, quòd dato, & non concesso quòd Papa hæreticus esse possit (saluis semper illis, quæ super hunc articulum diximus *ad cap. si Papa 40. distinct.*) ex lege tamen diuina, vbi primùm in hæresim incidit, Papa esse desinit, vt tenent Cardin. Bellarmin. *libr. 2. de Romano Pontifice capite* 30. & plenè citati à Ceued. *ad Decretum collectan. 44. numer. 2.* ac proinde hæc resolutio nihil nobiscum pugnat, agimus enim de Papa, quatenus talis manet, non verò postquam talis esse desiit.

7 Ad vltimum de text. *in dicto capite fin. versic. Romanorum* respondetur Dioscorum, de quo *ibi*, non fuisse Papam vniuersalis Ecclesiæ Romanæ, sed Patriarcham Alexandrinum, seu Constantinopolitanum, vt notat *ibi* gloss. & Turrecrem. ac etiam Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum pag. 2. fundament. 1. numer.* 24. & colligitur ex adductis per Cardinalem Bellarmin. *tom. 1. de Concil. libr. 2. capite 17. collect.* 907.

8 Dicitur autem *ibi* Papa, quia frequens vsus est apud Sanctos Patres Episcopos, & alios Prælatos, Papas, idest, Patres, Græca voce appellare, vt constat ex multis epistolis Hieronymi Augustino Papæ scribentis, & inter apologetica Athanasij passim leguntur inscriptiones Papæ Athanasio; quod idem fertur de Ansegiso Archiepiscupo Senonensi totius Galliæ, & Germaniæ à Ioanne Summo Pontifice Patriarcha instituto, qui in Synodo habita in loco, qui Pontigonis dicitur, secundus Papa nuncupatus est, vt refert Petrus Gregor. *libr. 2. partit. iuris Canon. tit. 9. de personis Ecclesiastic. in schol. ad cap. 3. lit. D.* Sic Populus Romanus Cyprianum Papam appellat *in capite absit. 50. dist.* comprobat latè Petrus Gregorius *syntagmat. lib. 15. cap. 2. numer.* 13. Renat. Chopin. *de sacra politia libr. 3. tit. 1. numer.* 14. Romanos verò poni pro Constantinopolitanis mirandum non est, quia Romam, Valentiam, & Constantiam idem significare, eandémque esse Vrbem constat ex probatissimis Auctoribus, quos latè refert Mendoza *dicta q. 4. scolastica §. 6. per tot.* nosséque omnes, vel minimum versatos Constantinopolim nouam Romam, & interdum Romam simpliciter fuisse appellatam, ait Florim. Raymond *in fabula Ioanna Papa capite 25. numer. 3. & ex cap. Constantinopolitana 22. dist. & authent. vt ordinaria præfectura, vers. renouantes, collat. 5. & authent. de Ecclesiast. tit. §. sancimus, collat. 6.* colligit Narbona *in tractatu de appellatione à Vicario ad Concil. Archiepiscop. Toletani part. 2. numer.* 39. citans Petr. Gregor. *dicto lib. 15. c. 5. numer.* 7. Iacob. Spieg. *in lexicon iuris, verbo noua Roma*, Hieron. Cagnol. *in proœm. Digestor. §. hac autem tria num. 335. cum sequentibus*, Ludou. Gom. *in repet. c. 1. num. 44. de constit.* Quamobrem Constanti- 9

nopolitam Ecclesiam, Romanam appellari, arg. *dicti cap. fin. vers. Romanorum etiam*, docent Sozomen. *lib. 2. historia Ecclesiastica cap. 2.* Socrates *in historia tripartit. lib. 2. cap.* 6. Hieronym. Verruc. & Barnabas, Brisson. *de verborum significatione, verbo Roma autem duplex*, Azeued. *in addit. ad Curiam Pisanam lib. 1. c. 11. lit. D.* Cardin. Baron. *in annalibus Ecclesiastic. sub anno Christi* 330. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione cap. 17. num.* 75. 10

Sic etiam Toletana ciuitas vrbs Romana nuncupata fuit, sicuti obseruant Molin. *de primogenijs Hispanorum lib. 1. cap. 2. numer.* 11. Spin. *in speculo testament. gloss. 19. princ. numer.* 73. latè Narbona *dicta parte secunda num.* 41. 11

Simili modo Valentiam olim Romam appellari tradunt Ioann. Baptista Agnesius *in apologia pro equitibus, & ciuibus Valentinis optimis in germanam malorum ciuium factionem part. 1. in scholio, incip. extremo*, Ioannes Vasæ. *in chronic. Hispania tom. 1. cap. 10. vers. Testha vita defuncto*, & Abraham. Ortel. *in thesauro Geographico, in verbo Valentia*, quos refert, & sequitur Dion. Paul. *vbi suprà cap. 15. num.* 30. 12

Cap. Episcopus, qui filios. XXXIV.

Ex Concil. Agathensi.

Hic textus dum habet quòd si Episcopus filios, aut nepotes non habeat, non potest liberè quemcumque hæredem facere, sed omninò tenetur Ecclesiam instituere, videtur obstare communi Doctorum sententiæ asserentium Episcopum validè testari posse de bonis propriis, quæ ante, vel post Episcopatum, non tamen ratione Episcopatus acquisiuit, ita per text. *in cap. 1. de testament. & in cap. Episcopi, & in capite fin. manifestè 11. quæst. 1. & in cap. fixum 12. quæst. 5.* cum similibus, resoluunt Abb. *notab.* 3. & Couar. *numer. 3. in d. cap.* 1. Nauar. *de spolys clericorum §. 1. numer. 3. & in apologia quæst. 1. numer. 22. & mon. 50. numer.* 5. Sarmien. *de redditibus part. 3. cap. 3. num.* 4. Mench *vsu frequent. cap. 4. n. 6. & illustr. cap. 11. num.* 1. Clar. *§ testa-* 1

mentum,

mentum, quæst. 27. *num.* 2. & communem esse omnium resolutionem affirmant Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 27 Cardin. Mantic. *de coniecturis vltim. voluntat. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 19. Plures, vt per Crass. *in testamentum q.* 34. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 147. *conclus.* 1. plures quos plena manu refert Cened. *ad Decretal. collectan.* 145. *num.* 1.

2 Qua communi sententia retenta ad textum *in præsenti*, responder gloss. *hic* communiter recepta, vt per Couar. *in dicto cap.* 1. *testament. num.* 4. post Barbatiam, & alios, Clar. *dicto §. testament. q.* 27. *numer.* 2. Crass. *dicta quæst.* 34. *num.* 1. textum hunc non de præcepto, sed de consilio procedere, quia quamuis Episcopus filios non habens liberè, ac valide possit etiam extraneos hæredes facere, non tamen rectum erit illius consilium, & ideò necessitatem non inducit. Verùm hic intellectus manifestò refellitur, quia textus hic habetur *tom.* 1. *Conc. in Agathensi Concilio c.* 33. vt per Couar. *loco citato, vbi proxime* planè impossibile est dare legem sine præcepto, *l.* 1. ibi, *commune præceptum, ff. de legibus.* ergo impossibile est legem non necessitatem, sed consilium Episcopo morienti consulere, vt exhæredatis parentibus fortasse pauperrimis, & omnium rerum inopia oppressis, Ecclesiam aliàs diuitem in bonis patrimonialibus hæredem faceret.

Quare si literam reponas iuxta originale, in ni-
3 hilo nobiscum pugnabit, solummodò enim intendit Agathense Concilium, de quo *in præsenti*; discrimen constituere inter eum casum, quo Episcopus filios, aut nepotes non habuit, & inter illum, in quo habuit; vt in primo casu si non Ecclesiam, sed alium hæredem faciat, & res Ecclesiæ illicitè alienauit, irrita sit alienatio, iuxta reg. *cap. sine exceptione, hac eadem causa, & quæst.* cum vulgaribus. In secundo verò de bonis, quæ relinquit, ab hæredibus eius indemnitatibus Ecclesiæ consulatur, non autem irrita sit alienatio; quòd verò de consilio, vel de præcepto teneantur Ecclesiam instituere, ne verbum quidem fecit prædictum Concilium Agathense, & in hoc sensu text. *in præsenti*, elegans erit limitatio ad reg. *dicti cap. sine exceptione*, quæ facilè sanè constabunt, si verba originalia fideliter referas.

SVMMARIVM.

1 *Abbates non omnes oportet consecrari, sed eos tantùm, qui suæ Ecclesiæ more consecrari solent.*
2 *Abbates dicuntur etiam ante benedictionem.*
3 *Abbates non consecrantur, sed propriè benedici dicuntur.*

Cap. Alienationes. XXXVII.

Vrbanus.

AVt Abbatis, *qui secundùm Ecclesiæ suæ vsum*
1 *consecrandus est.*] Ergo non omnes Abbates consecrati oportet, sed eos tantùm, qui suæ Ecclesiæ more consectari solent. vt per Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 20. *quæst.* 2. Et quamuis Archidiaco-
2 nus *in præsenti super gloss.* 1. teneat promotum ad Abbatiam ante benedictionem non debere vocari Abbatem, sed electum; contrarium tamen verius est, quia Abbates non constituuntur in suo munere per benedictionem, sed per electionem, & confirmationem, sicuti meliùs resoluunt Bertachin. *verbo Abbas* 5. Brunor. à Sole *in locis communibus eodem verbo num.* 2. Ego ipse *in collect. ad cap.* 1. *de suppl. negl. Prælat. n.* 6. me citato Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 11. *q.* 5. & Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resolut.* 1. *num.* 18.

In gloss. *Consecrandus*, ibi, *idest, benedicendus.* Nota- 3
tur ad hoc quòd Abbates non consecrati, sed benedici propriè dicuntur, vt per Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 20. *q.* 2. Tamburin. *d. disp.* 11. *q.* 1.

In gloss. *Prebendam.* Dicit hæc glossa quòd si Ca-
no[n]icus locauerit nomine Ecclesiæ, tenetur succes- 4
sor Canonicus locationem seruare, saltem si Episcopi auctoritas in tali locatione interueniat, eam sequitur Archid. *hic num.* 12. Rodoan. *de rebus Ecclesiæ non alienandis pag.* 337. *num.* 19. *cum seqq.* sed eius opinio non videtur vera, quia cùm Canonicus habeat ius præbendæ, licèt restrictum ad eius vitam, & ita nomine proprio, non verò administratario locauerit, personalis tantùm, quæ cum ipsius vita extinguitur, non verò realis obligatio est censenda, vt ex D. Barbos. resoluit Didac. de Butro *in rub. de locato, & conducto p.* 2. *§.* 5. *num.* 7. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Alienare res, aut bona Ecclesiæ nullus poterat olim inconsulto Episcopo.*
2 *Alienatio rei Ecclesiæ non dicitur vtilis, vbi Ecclesia recipit tantum quantum dimisit.*
3 *Alienatio bonorum ad aliquod Collegium spectantium, vt valida sit, vnus saltem tractatus requiritur.*
4 *Consensus expressus maioris partis Capituli, etiam singulariter præstitus post tractatum requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ.*
5 *Vtilitas pro validitate alienationis rerum Ecclesiæ debet esse clara, & indubitata.*
6 *Alienatio rerum Ecclesiæ facta sine debita iuris solemnitate est ipso iure nulla.*

Cap. Sine exceptione. LII.

Ex epistola Leonis.

OLim nullus poterat res, aut bona Ecclesiæ in- 1
consulto Episcopo alienare, *cap. Abbates, cap. placuit. hac eadem causa, & quæst.* Episcopus verò eas tantum res Ecclesiæ suę alienare, aut subditis alienandi facultatem concedere poterat, quæ Ecclesiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferrent, & ea de causa, vt meliora prospiceret, vt decidit text. *in præsenti*, aut si de propriis tantum Ecclesiæ contulisse, quantum alienare voluerat, *cap. si quis qualibet, hac eadem causa, & quæst.* Sed quoniam non recto iudicio plerumque bona Ecclesiarum in graue earum damnum etiam ab Episcopis alienabantur, & propterea alienationes huiusmodi grauia detrimenta patiebantur, & plerique ambitiusa cupiditate detenta immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, monasteria, & pia loca reguntur, atque illustrantur, & eorum ministri aluntur, profanis vsibus applicare, atque cum maximo illorum, ac diuini cultos detrimento exquisitis mediis vsurpare, aut alienare non verebantur, propterea Paulus II. *in extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienan. inter communes*, expressè prohibuit omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem, aut omne pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, nisi in casibus à iure expressis, de cuius materia

latè egi *in collect. ad ipsammet Extrauag. & de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 95.*

2 *Nisi forte aliquorum bonum faciat, vt meliora prospiciat.* Ergo alienatio rei Ecclesiæ non dicitur vtilis, vbi Ecclesia recipit tantum quantum dimisit, vt ex Bellam & Gemin. *in præsenti* censuit Rota *in Lucana bonorum 11. Februar.* 1613. coram Reuerendissimo Patriarcha Pamphilio, impressa per Farinac. *decis.* 430. *n. part. 2. recent.*

3 *Et cùm totius Cleri tractatu, & consensu.*] Notatur ad hoc quòd ad validam alienationem bonorum ad aliquod Collegium spectantium requiritur vnus saltem tractatus, idest, discussio, quæ fit allatis rationibus pro, & contra, vtrùm expediat huiusmodi bona alienare, vt per Couar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 1.* Vasq. *de redditib. dub. 12.* & alios citatos a Bonacin *var. tractat. tit. de alienat. bonorum Ecclesiast. disp. 2. q. vnica, puncto 4. num. 1.* Soar. *de Relig. tom. 4. tractat. 8. lib. 2. cap. 27. num. 8.*

4 Post tractatum requiritur consensus expressus maioris partis Capituli, quamuis singulariter præstetur, dummodo præcesserit dictus tractatus, vt per Vasq. *d. dub. 12 numer. 42.* Bonac. in *d. puncto 4. num. 2.*

Quod non sit dubium profuturum.] Ergo vtilitas pro

5 validitate alienationis debet esse clara, & indubitata, vt per Bellarm *in princ. vers. quod non sit dubium,* & Præpos. *num. 3. in præsenti,* Bald. *consil. 156. circa med. vers. præterea lib. 1.* Barbat. *cons. 40. num. 1. part. 1.* Rot. *decis. 40. num. 1. part. 1. diuers. & d. decis. 430. num. 4. p. 2. recent.* Aloys. Ricc. *in praxi fori rerum Eccles. in princ. verbo Causa.* vbi multipliciter declarat quando dicatur clara, & euidens vtilitas in hac materia.

Irrita enim Episcoporum, &c.] Notatur ad hoc

6 quòd alienatio rerum Ecclesiæ facta sine debita iuris solemnitate est ipso facto nulla, vt per Redoan. *de rebus Eccles. non alienan. quæst. 22. sit. an. contractus malè facta alienationis sit nullus ipso iure, num. 4. cum seqq.* nouissimè Ioan. Honor. *in sum. iuris Canon. ab tit. de rebus Eccles. non alienan. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 56. num. 94.* vbi *num. 95.* multis citatis Doctoribus, & Rotæ decisionibus hoc intelligit ipsa Ecclesia volente.

Cap. Terrulas. LIII.

Ex Concil. Agathensi.

1 TExt. iste est multum allegabilis ad probandum quòd potest Episcopus alienare absque solemnitatibus rem immobilem paruam, tribus copulatiuè concurrentibus, videlicet, vt sit exigua, & modica, quòd non sit Ecclesiæ vtilis, & quòd fuerit necessitas. Ita Hippol. *cons. 103. numer. 23. & 24.* Rebuff. *in compend. alienationum num. 122.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst. 13. num. 19. & quæst. 51. cap. 8. & 20. num. 6.* Mascard. *de probation. concl. 77. num. 12.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo contractum, n. 15. C. de in integr. restit. minor.* Gutier. *cons. 15. num. 7. cum seqq.* Stephan. Quarant. *in summa Bullarij, verbo alienatio rerum Eccles. num. 41.* vbi notabiliter subdit per sacram Congregationem decisum fuisse neque constitutionem Pauli II. neque Concilij Tridentini decretum derogasse dispositioni huius text. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 39. in 1. edit. alias resolut. 36. in 2. edit. & in praxi aurea resol. 383.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verbo alienatio pag. mihi 13.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 15. num. 6.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepiscop. Neapol. c. 60. num. 3.* Seraphin. *decis. 401.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 4. consid. 1.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 31. vers. vltra prædictos,* Vgolin. *de offic. Episc. cap. 14. §. 7. num. 4.* Fillruc. *p. 3. tract. 44. cap. 3. quæst. 5. & cap. 4. q. 3.* Bonacin. *var. tract. tit. de alienat. rerum ecclesiastic. disp. 2. quæst. vnica, puncto 4. numer. 3.* nouissimè Ioan. Honor. *in sum. iuris Canonic. ad rub. de rebus Ecclesiæ non alienan. n. 27. versic. septimo.*

Ex tunc text. procedere non solùm in alienatione, 2 sed etiam in locatione ex Thoming. *decis. 23.* & Crot. *cons. 96. numer. 14. vol. 1.* resoluit Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis. 113. num. 5. in edit. aliàs resol. 98. num. 5. in 2. edit.*

In gloss. *Exiguas.* Quæ autem dicantur terrulæ 3 & quæ res exigui valoris, differit hæc gloss. & ait quòd fortè hic text. exiguas vocat non valentes vltra viginti solidos, refert, & sequitur Archid. *in cap. si quos, hac eadem causa, & quæst.* Aleiat. *cons. 23. num. 6. & seq.* Sed probabilius est iudicis arbitrio hoc esse remittendum, qui consuetudinem terræ, & temporum, locorúmque qualitatem attendere debet, & inspicere conditionem Ecclesiæ, si sit pauper, vel multum abundans, ita Quarant. *d. num. 41.* Aloys. Ricci. *dict. resolut. 36. in fin.* Piasec. *d. cap. 5. num. 32. vers. vltra prædictos.*

Cap. Quicunque. LXVI.

Ex Tolet. Concil. IV.

ALlegari solet hic text. ad hoc quod prælatus res 1 Ecclesiæ alienare potest pro remuneratione meritorum in Ecclesiam collatorum, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus num. 27. C. de reuocand. donat.* Magon. Florent. *decis. 64. num. 41.* latè Bortel *in summa omnium decis. 16. à num. 12.* vbi *num. 13.* declarat id procedere quando donarentur mobilia, & *num. 14.* dummodo Prælatus remunerationis metas non excederet.

Cap. Ecclesiarum seruos. LXIX.

Ex Concil. Tolet. III.

NOtatur ad hoc quòd Ecclesiarum serui gaudent 1 priuilegio fori, vt per Morl. *in emporio iuris p. 1. tit. 2. num. 140.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 1. num. 131.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ aurum, & argentum quibus ex causis capi, & alienari, seu pignorari possit, remissiuè.*
2 *Ecclesiæ res alienari possunt pro pauperum alimentis.*
3 *Alimentorum causa dicitur causa pia.*
4 *Alienari possunt res Ecclesiæ ad redimendos captiuos.*
5 *Captiuorum redemptio est causa pia, & maximè fauorabilis.*
6 *Alimentorum causa, & redemptionis à pari procedit.*

Cap. Aurum Ecclesiæ. LXX.

Ambrosius.

ECclesiæ aurum, & argentum quibus ex causis 1 capi, & alienari, seu pignorari possit? vide Couar. *lib. 2. variar. cap. 16. à num. 8.* Perez *l. 1. col. 12. tit. 2. lib. 5. Ordin.* Mozz. *de contractib. tit. de empt. c. de rebus, quæ emi, vel vendi possunt, num. 28.* Menoch. *de arbitrar. casu 128. num. 24.* Surd. *cons. 367. n. 43.* Morl. *in emporio iuris*

iuris Ciuilis part.1. quæst. 16. *num.* 26. Rebello *de obligation. instit. lib.16. quæst. vnica. de oblig.contract. pignorat. num.4.* Mart. *de iurisdict.p.4.cent.1. casu* 10. *num.3.* Morl. *in emporio iuris part.1.tit.2.de legib quæst. fin.n.26.* Nicol.Intrigl. *cons.1.num.186.part.1.* Nouat. *in praxi elect.& variat.fori quæst.44.num.3. cum seqq. sect.2.* Marc.Anton.Genuens. *in practic.ecclesiast.quæst.199.num.2.* Aluar. de Velasco *in priuileg.pauperum, p.1.quæst.22.num.41.*

2 *Propter alimoniam pauperum.*] Notatur ad hoc quòd Ecclesiæ res alienari possunt pro pauperum alimentis, vt per Mascard. *de probat. concl.277. num.7. cum*
3 *seqq.* Causa enim alimentorum dicitur causa pia, vt per Cardin. Mantic. *de coniect. vltim volunt. lib.6 tit.3.n.22.& de tacitis, & ambig. conuent. lib.13. tit. 11. n.1.* Et pauperum causam piam esse, gauderéque per consequens omnibus priuilegiis, immunitatibus, & specialibus piis causis concessis, firmant Tiraq. *de priuil. piæ causæ, in præfat. num.9.& 23.* Emman.Costa *in cap. si pater, verbo pauperes, n. 9. de testam. lib. 6.* Sebast. Medic. *de casibus fortuitis part.2.quæst.4.num.49.* Cornel. Bonincas. *de paupert. quæst. 5.princ. ex num. 40.* Franc.Viui. *decis 222.num.2.l.2* Sigism.Scacc. *de iudic. lib.2.c.3.num.44.* Rebello *de obligat. instit. p. 2. l.18. quæst.7.num.1.* Ioan. Maria Nouar. *in praxi electionis, & variationis fori q.16.num.2.sect.1.*

4 *Nec redempti,* &c.] Notatur ad hoc quòd ad redimendos captiuos Ecclesiæ res alienari possunt, vt per Mascad. *dicta concl.277. num. 5.* Cald. Pereira *in l.si curatorum, verbo læsis, num.12.C.de in integr. restit.*
5 quia redemptio captiuorum verè est causa pia, & maximè fauorabilis, secundùm Tiraquel. *in præfat. piæ causæ, fol. mihi* 20. Menoch. *de præsumpt. l.4 præsumpt. 215.num.13.* Stephan.Gratian. *disceptat. forens.c.108. num.1.* Cardin.Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.13. tit. 31. num. 6.* quam quidem captiuorum redemptionem, summam pietatem, Reipubl.Christianæ maximè vtilem, & præclarum munus iustitiæ dicit Tiraq. *ad leges connub. gloss.6. n. 277.* A pari enim procedunt alimentorum causa, & redemptionis, vt per Surd. *consil.367.num.41.*

6 In gloss. *In his tribus.* ibi, *Id est, in alimonia pauperum in redemptione captiuorum, in ædificatione templi.* Vide Greg.Lop. *l.4.verbo de piedad, tit.11.part.6.*

Cap. Gloria Episcopi. LXXI.

Hieronymus.

1 DOctissimus Præsul. Couar. *lib.2.cap.16.num.8.ad med.* ait manifestum vitium esse dum in hoc text. legitur absurdo prorsus sensu, *columnas Ecclesiæ subtrahunt.* cùm deberet legi *substruunt.*

Qvæstio IV.

Cap. Quinque. II.

Ex Concil. Brach. III.

1 GLos. singularis *verbo, aut neglectum in præsenti text.* notabiliter resoluit quòd si Prælatus aliquid negligit acquirere Ecclesiæ suæ cùm posset, tenetur ad instar tutoris qui si negligentia sua pupillo non acquirit, ad restitutionem obligatur, ita tradunt Boër. *dec.44.n.14.* Mench. *vsufreq. c.9.num.20.* Spin. *in speculo testam. gloss.8. princ.n.53.* Sanch. *de matrim. lib.6.disp.4.num.15.* Paul. Comitol. *respons.moral. lib.1.quæst.85.*

Barbos. Collect. Tom. V.

Qvæstio V.

Cap. Nulli Dubium. I. *Gregor.*

PRobat hic text. posse Episcopum validè testari de bonis, quæ ante Episcopatum acquisiuit, quod idem ad bona post Episcopatum, non tamen ratione Episcopatus acquisita extendit, *in cap fixum, inf. hac eadem causa. & quæst.* tradunt, Cou. *in cap.1. de testam. n.3.* Nauar. *de spol.clericor.§.1.num.3. & in apologia q.1.mon.22.& mon.50.n.5.* Sarmien. *de redditibus, part.3. cap.3.num.4.* Mench. *vsufreq. cap.4.n.5.& illustr. cap.11.num.1.* Clar.§. *testamentum quæst.27. num.*:. Molin. *de primogen. lib.2. cap. 10. num. 27.* Card.Mantic. *de coniect. vltim.volunt. lib.6.tit.7.num.19.* Clar.§. *testamentum q.33.* Molin. *de iustit. tract.2.disp.147.conclus.1.* nouissimè Ioan.Honor. *in sum. iuris Canon. ad rub.de peculio clericorum.* 1

In gloss. *Vt si hoc.* ibi, *Ideo Episcopo incumbit probationis onus, quia ille erat in possessione.* Vide Tiraq. *de iure primogen. quæst.17.opin.11.num.8.* Menoch. *de præsumpt. lib.3.præs.53.n.9.* Rebuff. *de pacificis possess. num.297.vers.nonò,* Mascard. *de probation.concl.1171.num.31.& concl.1194. num.12.* 2

Cap. Quicumque. VII.

Ex Concil. Triburiensi.

PEr gloss. *verbo de sanctimonialibus, in præsenti text.* tenent nonnulli iure improbatam esse viuendi rationem quarumdam mulierum in Germania, & Flandria, quæ simul congregabantur, & instar Canonicorum Regularium viuebant, ac diuinas laudes, & preces recitare, & cantare solebant, sed earum institutum defendit à iure damnatum non esse Azor. *institut. moral. part.1.lib.13.cap.9.in fine vers. sciendum.* 1

Cavsa XIII.

Qvæstio I.

Cap. Ecclesias, vnic. *Dionysius.*

DIonysivs Papa Seuero Episcopo Corduben. scribens *epist. 2.* relatus *in hoc text.* ait se Ecclesias Vrbis singulis Presbyteris dedisse, Parochias, & cœmeteria eis diuisisse, & vnicuique ius proprium habere statuisse, vnde gloss. *hic verbo diuisimus* colligit istum Dionysium diuisisse, vel distinxisse, terminos Ecclesiarum, de quo meminit text. *in cap. pastoralis, in princ. de his, quæ fiunt à Prælat.* & latè explicant Polydor. Virgil. *de inuentorib. lib. 4. cap. 9.* Nauar. *in cap. placuit num.3. cum seqq. de pœnit. dist.6.* Selu. *de benefic. part.1. quæst.4. num.19.* Paul. Fusc. *de visitat. lib.2.cap.2. num.1.* Hoieda *de incompatib. benefic p.1.in præfat. n.5.* Hippol. Marsil. de Colomna *de Ecclesiast. reddit. origine part. 1. cap. 4. ex num. 1.* Stephan. de Gaëta *in repet.cap. ad limina 30. quæst.1.§.5.num.253.* Soar. *de Relig. tom 1.tract. de decimis lib.1.cap.12.àn.4.* Ego ipse *de officio, & potestate Parochi, cap.1.num.18.* nouissimè Lotter. *de re benefic. lib.1. quæst.8.num.18.* vbi *num. 19.* ex Rota *in vna Conchen. decimarum del Infantado 7. Feburarij 1618. coram Andrea,* subdit 1

hoc extra Vrbem seriùs, neque vtique exequutum fuisse.

2 *Pastinatores vinearum.*] Vide D.Barbos.*in l.diuortio. §.fin. part.* 1.*num.*33*ff.soluto matrimon.*

QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Vxor tenetur sequi virum aliò migrantem, vt transferat domicilium.*

2 *Vxor tenetur sequi virum non habentem certam sedem, sed hic inde vagari solitum si id sciebat, secus verò si ignorabat.*

3 *Mulier, qua plures viros habuit, sepelienda est in sepulchro vltimi.*

CAP. Vnaquæque. III.

Augustinus.

1 EX hoc text. vulgò colligitur vxorem teneri sequi virum aliò migrantem, vt transferat domicilium, ita Iacob. de Graff. *in aureis decis.p.*1.*lib.*2. *cap.*59. *n.* 2. Phiiiarch. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.*4.*c.*10. Sanch. *de matrim.lib.*1. *disp.* 41.*num.*1.*conclus.*1.Farinac.*in praxi crimin. p.*6.*quæst.* 143.*num.*257.

2 In gloss. *Sequatur.* ibi, *Credo quòd si sciret*,&c. Notatur ad hoc quòd vxor tenetur sequi virum non habentem certam sedem, sed hinc inde vagari solitum si id sciebat, secus verò si ignorabat, vt per Cosset. *in singul.lit.V.verbo vagabundus.* Tiraq.*l.*1.*connub.glos.*1. *part.* 1. *num.* 39.Guillelm.Bened.*in cap. Raynutius,verbo cuidam Petro,num.*89.*de testam.*Couar. *de sponsalib. part.* 2. *cap.*7. *in initio num.*5. Peguer.*decis.*3. *num.* 11. Perez *l.*29. *tit.*11. *lib.*4. *Ordin.pag.*928. Gatc. *reg.*499. *num.*18. Anton.Cuch. *lib.*5.*instit. maior. tit.*11. *n.*149. *& seqq.*Menoch. *de arbitrar. casu* 169. *num.*4. 5. *&* 7. Azeued. *l.*29. *in fine, tit.*3. *lib.*6. *noue recopil.* Sanch. *dicta disp.*41.*num.*6

3 In gloss. *In morte.* ibi, *Quod tenetur vltimum sequi*, &c. Notatur ad hoc quòd mulier, quæ plures viros habuit, sepelienda est in sepulchro vltimi, vt per Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.*2. *cap.*11.*num.*137. quem refero ego ipse *de officio, & potestate Parochi, cap.*29*num.*29.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum non fit irreuocabile quamuis testator iuramento promittat non reuocaturum.*

2 *Donatio causa mortis reuocabilis est vsque ad extremum vita spiritum, & tamen si iuramento confirmetur fit irreuocabilis, & ratio præstatur.*

3 *Iurans non reuocare testamentum, aut alium actum sua natura reuocabilem, periurium incurrit reuocando.*

CAP. Vltima voluntas. IV.

Gregorius.

1 GLoss. notabilis *verbo vltima voluntas, vers. sed pone, in præsenti textu*, resoluis testamentum non fieri irreuocabile, quamuis testator iuramento promittat non reuocaturum. Probatur hæc sententia, quia licèt iuramentum habeat illud peculiare quòd actus saltem de iure naturali validos confirmet, vt *in auth. sacramenta puberum, C.si aduersus vend.& in cap. cum contingat; de iureiur. & in cap.quamuis pactum,de pactis lib.*6. *cum similibus*, nunquam tamen illorum naturam immutat, sed pristinam conseruat ad effectum vt si absque iuramento reuocabiles erant tales, maneant; si autem irreuocabiles, eandem & meliorem retineant naturam, vnde quamuis testamento apponatur, ipsius naturam non mutabit, sed prout antè manebit reuocabile confirmatur ex eo, quia iuramentum adiectum non irritat materiam, neque formam testamenti, neque solemnitates necessarias ad illius validitatem, neque reddit inhabilem personam testantis; ergo concurrentibus his omnibus nihil impedit validitatem secundi testamenti, & prioris reuocationem, eo maximè cùm testamenti factio iuris publici sit, & ideò priuatorum actibus tolli non possit. *l.*3.*ff. de testam.l.nemo potest ff.de legat.*1. Et ideò hanc opinionem probarunt *gloss. vlt.* vbi addit. *in dict. auth. sacramenta puberum*, Loazes *in cons.pro oppido de Mula, n.*160.*pag.*383. Anton.Gabr. *commun.opin. tit. de iureiur.conclus.*1.*n.*8. Gutier. *de iuram confirmat p.*2. *c.* 1.*n.*2. *vers. secunda opinio.* Crass. § *testamentum q.*87. *num.*1.Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo testamentum,differ.*6.

Non obstat quòd donatio causa mortis reuocabilis est vsque ad extremum vitæ spiritum, *l.si mortis causa* 29. *cum l.seq. ff. de donat.causa mort.* Clar. §. *donatio quæst.*25. Crass. §. *donatio causa mortis quæst.* 21.*num.*3. & tamen si iuramento confirmetur fit irreuocabilis, arg *l.vbi ita donatur, ff.de donat. causa mort.* defendit Anton.Gab. *d.tit.de iureiur.conclus.*9.*num.*11.quia respondetur cum Guillelm. Benedict.*in cap. Raynutius, verbo testamentum il* 2. *n.*26.*de testam.* Molin. *de primogen. lib.*4.*cap.*2.*num.*57.*vers. contrariam.*Crass.*dict. quæst.*21.*num.*4.donationem illam supposito iuramento de non reuocando censeri factam in terminis *d. l. vbi ita donatur*, & ideò transire in donationem inter viuos, vt ampliùs reuocari non possit. Vnde ex vi talis iuramenti non fit irreuocabilis donatio causa mortis, sed potiùs fit interpretatio secundùm iuris censuram quòd donans illo modo voluerit inter viuos donare, sicut *in d.l. vbi ita donatur.* 2

Virùm autem iurans non reuocare testamentum, aut alium actum sua natura reuocabilem periurium incurrat reuocando? & incurri tenent communis professorum vtriusque iuris sententia, cuius auctor fuit Ioan. Andr. *in reg. quod semel, de reg. iuris liber.* 6. sequuntur Couar. *part.*2. *rub. de testamen. num.*15. *vers. secunda opinio*, Boër. *decis.* 204. *num.*17.Clar.§. *testamentum quæst.* 94. *num.*4.Gutier. *dicto cap.* 1. *n.*5. Crass. §. *testamentum quæst.*87. Leon.Less.*de iustit.l.*2. *cap.*19. *num.*95. vbi reddit rationem. Ioan. Valer.*dict. differ.*6. *vers. in foro verò conscientia.* Mouentur præcipuè illo fundamento receptissimo, nempe quòd testator in eo quod est non reuocare testamentum, nullius omninò labem incurrit, quippè cùm possit licitè vel intestatus decedere, vel in priori voluntate persistere, neque enim lex aliqua, vel iustum Superioris præceptum inuenietur, quo testator cogatur à priori testamento recedere; vnde cùm in iuramenti obseruantia nullum prorsus detur peccatum, neque directum tertij præiudicium, vinculum inijcit, & transgressorem obligat ad periurium, *d.cap.quamuis pactum,cum similibus.* 3

CAP. Illud. V. *Gelasius.*

GElasius Papa relatus *in hoc text.* scribit Honorio Episcopo seruum testamentum facere non posse, 1

posse, tradunt Anton. Gomez *l. 3. Tauri num. 12.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 137. numer. 2. vers. seruus*, pareos meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib. 4. tit. 81. §. 4. num. 3.*

Cap. Questa est nobis. XII.

Gregorius:

1 GRegorius *lib. 7. Registi indict. 2. epist.* 55. relatus *in hoc text.* scribit Ianuario Episcopo Sardiniæ pro sepultura nihil muneris exigendum esse, de quo plures citaui Doctores *in collect. ad c. abolenda n. 2. de sepultur.* quibus addo Bonacin. *var. tract. tit. de simonia quæst. 4. §. 6.* Iul. Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 2. cap. 10. per tot.* Villalob. *in sum part. 2. tract. 37. diffic. 12. num. 3. & 9.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regular. resol.* 118. *num. 1.* & alios quos nouissimè retuli *de officio, & potestate Parochi. cap. 16. num. 16.* Ioan. Honor. *in summ. iuris Canon. ad rub. de sepultur. num. 1. in fin.*

Cap. In Ecclesiastico. XIV.

Ex Concil. Triburien.

1 GLoss. *verbo si terram, in præsenti textu*, ait quòd quamuis attento iure Ciuili *in l. 2. C. de relig. & sumpt. funer.* quilibet locus efficeretur religiosus si in eo consentiente domino fidelis sepeliebatur, tamen de iure Canonico locus ille nec erit sacer, nec nomine Ecclesiæ comprehendentur, nisi Episcopi auctoritas interueniat, vt per Padil. *in l. iubemus nu. 16. C. de transact.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disput. 15. num. 43.* Iul. Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 2. cap. 7. numer. 15.* Vnde sepulchrum, seu monumentum factum non interueniente Episcopi auctoritate vendi, & alienari potest, quamuis in illo sit aliquis sepultus, vt per Gregor Lop. *l. 1. verbo vendere tit. 13. part. 1.* Patis. *cons. 34. num. 14. & 15. lib. 4.* Molin. *de primog. libr. 1. cap. 24 à num. 38.* quos refert, & sequitur Gonzal. *ad regul. 8 Cancel. gloss. 5. num. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Cadauera ne intra vrbes sepelirentur lege 12. Tabularum cautum fuit.*

2 *Cœmeteria pro fidelium mortuorum corporibus sepeliendis ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordijs instituta fuerunt.*

3 *Sepeliri intra Ecclesiam antiquitùs strictè prohibitum erat.*

4 *Constantinum Imp. magno honore affectum dicit Chrysostomus, eò quòd eius corpus pro foribus Piscatoris sepulturæ mandatum fuerat.*

5 *Sepultura intra Ecclesiam honor Episcopis deferri cœpit, & alijs personis insignibus.*

6 *Sepultura intra Ecclesiam omnibus, siue clericis, siue laicis vltimò concessum extitit.*

7 *Declaratur text. in cap. quod in te, vers. licet, de pænit. & remiss.*

Cap. Præcipiendum. XV. cum seqq.

Ex Concil. Varen.

1 SEpulturæ vsus qualiter olim fuerat concessus, vt pleniùs percipere possimus, nonnulla ex iuris antiquitatibus breuiter repetere oportet, & in primis lege 12. Tabularum cautum fuisse ne cadauera intra vrbes sepelirentur. verba erant, *hominem mortuum in vrbe ne sepelito, néve vrito*, huius prohibitionis meminit Iurecons. *in l. 3. §. Diuus ff. de sepulch. violato, & in l. mortuorũ, C. de relig. & sumpt. funer.* in quo proposito multa ex bonis Auctoribus prosequitur Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 33. cap. 21. num 4.* Spin. *in speculo testam gloss. 2. princ. à num. 33.*

Deinde tamen statim ab ipsis nascentis Ecclesiæ 2
primordiis piè maiores nostri instituerunt cœmeteria pro fidelium mortuorum corporibus sepeliendis, vt latè explicat Stephan. Durant. *de ritibus Eclesiæ lib. 1. cap. 33. à princ.* erat enim tunc strictè prohibi-
tum ne intra Ecclesiam aliqui sepelirentur, vt osten- 3
ditur. *in præsenti*, vbi Card. Turrec. quatuor eius probibitionis affert rationes, tradunt Laurent. Bel. *in repet. cap. nullus mortuus, in princ. hac ead. causa, &*
quæst. F. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 58. art. 1.* indé- 4
que magno honore affectum Constantinum Imper. asserit Chrysostomus *homil. 66. ad populum Antiochenum*, quòd pro foribus Piscatoris corpus maximi Imperatoris sepulturæ mandatum fuerit, factúsque sit Constantinus Piscatoris ianitor & de vtroque Theodosio, & Arcadio simile in Apostolorum porticu ex Nicephoro, atque aliis adducit Stephan. Durant. *d. cap 23. num. 6.*

Sed deinde honor iste sepulturæ intra Ecclesiam. 5
Episcopi deferri cœpit, aliísque personis insignibus, vt probat text. *in cap. nullus, hac eod. causa, & quæst.* iuxta communem intellectum, de quo post gloss. Turrec. *ibi in fine*, quem alij sequuntur, vt constat ex Conrad. Bruno *de cærem. lib. 2. cap. 2. vers. illud tamen*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 1. cap. 13. num. 12.* Ambros. de Morales *part. 3. chronico Hispaniæ lib. 17. c. 7.* F. Hieron. Roman. *lib 4. de repub. Christiana, cap. 4. & 15.* Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 3. de reuerent. debita loco sacro cap. 9. num. 7.* & alij de quibus Cened. *ad Decretum collect. 46. num. 1.* & ego ipse *de officio, & potestate Parochi. cap. 26. num. 17.* interpretantibus textum, ibi, *fideles laici*, non de omnibus fidelibus ex fide Baptismi, sed de iis, qui ex fidei virtute, & constantia sancti habiti sunt, miraculísque coruscarunt, vel alias insignes personæ extiterunt.

Denique consuetudine effectum est vt quod solis 6
Episcopis, & personis insignibus concedebatur, quibuscumque siue clericis, siue laicis licitum, & liberum iam sit, vt Stephan. Durant. *dict. cap. 23. num. 7. & 8.* Spin. & alij, de quibus Cened. *vbi suprà*, attestantur, & quotidiano vsu satis compertum est: nec sine maxima ratione, vel ex illa quæ colligitur ex D. Gregorio, & refertur *in cap. cum grauis, hac ead. causa, & q.* ibi, *proximi quoties ad loca sacra conueniunt, suorúmque sepulturam aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt.* Vel ea ea, quam reddit text. *in c. non æstimemus, in fine, hac eadem causa, & quæst.* quòd eorum Martyrum, & Sanctorum, quibus Ecclesia dicata est, patrocinio, & intercessione releuantur ibi, quia minus in Ecclesiis ab immundis Spiritibus vexantur, & ideo in cœmeteriis dicitur esse requies Sanctorum *cap. aurum 1. q. 2.* Colliget hæc omnia vltra citatos ex Lap. *alleg. 83.* Gulielm. Durant. *in ration. diuinor. Offic. lib. 1. cap. 5 num. 12. cum seqq.* Sot. *in 4. dist. 45. art. 3. vers. secunda conclusio*, Sclu. *de benefic. part. 1. q. 5. num. 87. cum seqq.* Sebast. Medic. *in tract. de sepultur. part. 1. q. 5.* Afflict. *in l. 2. §. in locum, ex n. 19. ff. de relig. & sumpt. fun.* Mich. Timoth. *de visitan Eccles. lib. 2. tract. 1. cap. 57. in princ.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 1. cap. 45. num. 14. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 6.* Stephanus. Gratian. *discept. forens. cap. 210.* Iul. Lauor. *var. lucubr. tom. 1. c. 5. à n. 104. & cap. 8. à princ.*

7 Iuxta hanc consuetudinem, qua clericis, & laicis quibuscumque conceditur, vt intra Ecclesiam possint sepeliri, intelligitur text. *in cap. quod in te, vers. licet, de pœnit.* dum clericis tempore interdicti concedit vt in cœmeterio sepeliantur, quod etiam intra Ecclesiam iam hodie id libetum, & licitum censeri debet, vt ex Nauar. Syluest. & aliis communiter receptum testatur Viuald. *in candelabro aureo tit. de interdicto §.3. num. 16. in fine*, Henriquez. *in summa lib. 13. cap. 44. §. 4. in princ.* Suar. *de censur. lib. 5. c. 8. n. 6.* Auila *in simili tract. part. 6. disp. 4. sect. 3.* & confirmatur ex *Clem. 1. de sepultur.* iuncto communi intellectu, de quo Cardin & Imol. vterque. *num.* 12. ibi, *quatenus probat iam hodie cœmetery nomine significari quemcumque locum in quo defunctorum corpora possunt, & solent sepeliri.*

SVMMARIVM.

1 *Defunctorum animæ in Purgatorio detentæ viuorum suffragijs adiuuantur.*

2 *Anniuersariorum, septendialium, & similium officiorum vsus laudabilis est.*

3 *Orationes de Sanctis fieri possunt vt magis honorificentur in terris, pro eis tamen orare non licet, cùm nostris non indigeant suffragijs, & orationibus*

Cap. Pro obeuntibus. XXI.

Gregor. II.

1 DEfunctorum animas in Purgatorio detentas viuorum suffragiis adiuuari probat Greg. Papa II. scribens Bonifacio Episcopo *epistol. vlt.* relatus *in hoc text.* consonant text. *in capite anima, hac causa, & quæst. cap. visum, de consecrat. dist. 1.* Concil. Trident. *sess. 22. can. 3.* ibi, *pro viuis, & defunctis, & sess. 25. in decreto de Purgatorio*, & contra Vvaldens. Lutherum, atque alios huius tempestatis hæreticos comprobant Guillem. Durand. *in ration. Diuinor. lib. 7. capite 35. numero 19.* Petr. Sut. *de Purgator. lect. 3.* Dominic. Sot. *in 4. dist. 45. q. 2. art. 1.* Castr. *aduersus hæreses, verbo suffragia defunctorum*, Petr. Canis. *in doctrina Christiana tit. de satisfact. ... pag. 281. cum seqq.* Henriq. *summa lib. 9. cap. 16. à princ.* Sebast. M. dic. *in summa omnium hæresum, part. 1. verbo Purgatorium, & verbo suffragia defunctorum*, Valent. *tomo 4. disput. 11. q. 1. puncto 3. assert. 6.* Durantes *de ritib. Ecclesiæ lib. 2. cap. 41. num. 4.* Honcala *in tract. de exequiis pro defunctis celebran. fol. 63.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de Purgator. num. 10. cum seqq.* Suar. *tomo 3. disp. 78 sect. 3. & tomo 4. disp. 48. sect. a num. 4.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 9. cap. 31. quæst. 1. & lib. 10. cap. 22 quæst. 8. cum seqq.* non comprobat expressè auctoritas lib. 2. Machab. cap. 12. *Sancta, & salutaris est cogitatio orare pro defunctis*, cum multis aliis, quæ adducit Turrian. *lib. 4. pro epist. Pontif. cap. 12. cum seqq.* vbi respondet auctoritati *Apocalyps. c. 14.* apud quem vide, constantissimóque consensu tradidere omnes antiqui Patres, Dionys. Areopag. Chrysostom. Tertullian. Athanas. & reliqui omnes quos refert Durant. *dicto cap. 43. à princip.* & Card. Bellarmin. *lib. 2. de Purgator. cap. 16.* confirmántque plures animarum apparitiones, quas refert Stephan. Durant. *vbi proximè n. 4.*

2 Vnde laudabilem esse vsum anniuersariorum, septendialium, & similium Officiorum quæ pro defunctis Ecclesia facere consueuit tertio, septimo, trigesimo vel quadragesimo die probat Ambros. relatus *in cap. quia alij, hac eadem causa, & quæst. capite nullus 44. dist. cap. vlt. de testam.* vbi prosequitur Couar. & optimè Durant. *d. cap. 43. à num. 5.* & à principio orti Euangelij animas defunctorum suffragiis viuorum adiutas fuisse ostendit Polydor. Vigil. *de inuentorib. rerum lib. 6. cap. 10.* quem vide *cap. 9.* circa primum inuentorem commemorationis defunctorum, quam singulis annis Ecclesia vniuersaliter facit postridie kaled. Nouembris. De consuetudine verò, quam hodie obseruari videmus vt fideles regentes sepulchra panes aliósque terræ fructus offerant Sacerdotibus, mentionem facit text. *in cap. cum inter 29. de verb. signific.* sicut etiam conuiuiorum, quæ adhuc hodie aliquibus locis fiunt in Ecclesiis pro animabus defunctorum, meminit text. *in cap. non oportet 42. dist.* explicat Couar. *d. cap. vlt. num. 2. de testam.* & latè Durantes *de ritibus Eccles. lib. 1. cap. 1. num. 3.* iuncto *c. 26. num. 8.* quibus adde multa, quæ de diebus exequiarum tradit Anton. de Honcala *opusc. 4. tract. 4. & 5.*

Non otiosè autem adieci animas detentas in Purgatorio iuuari suffragiis viuorum, sed potiùs vt significarem non ita iuuari animas Sanctorum, vel defunctorum damnatorum. De Sanctis patet, licèt enim orationes pro eis, seu potiùs de eis fieri possint, vt magis honorificentur in terris, & ad vtilitatem nostram, iniuriã tamẽ facit Martyri, seu Sanctis, qui pro eis orat, vt illos iuuet, quasi nostris indigeant suffragiis, & orationibus, vt optimè probat text. *in cap. cum Martha. §. vlt. de celebrat. Missar.* & resoluunt D. Thom *in 4. dist. 45. q. 1.* receptus communiter secundùm Nauar. *de orat. cap. 19. num. 64* Card. Bellarm. *dicto lib. 2. cap. 18.* Azor. *dict. part. 1. lib. 10. c. 22. quæst. 5.* Suar. *tom. 3. disp. 78. sect. 3. ad fin.* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & Indulgent. part. 2. cap. 30. num. 29.* De damnatis probat hic text. ibi, *non tamen pro impijs*, & S. Thom. *2. 2. q. 83. art. 7. & in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 1.* Turrec. *in c. tempus, hac ead. quæst.* Cou. *in cap. alma mater p. 1 § 6. n. 4. vers. octaua conclusio*, & latè probaui ad Gloss. *in cap. tempus. hac ead. causa, & quæst.* vbi vide. 3

SVMMARIVM.

1 *Mortui sacrificijs, & eleemosynis ante diem iudicij iuuandi sunt.*

2 *Damnatorum pœna non mitigantur viuentium suffragijs.*

3 *Mortem sibi voluntariè per ferrum, venenum, suspendium, vel præcipitium inferentes sepultura Ecclesiastica tradendi non sunt, nulláque oratio pro eis facienda est.*

4 *Declaratur text. in præsenti.*

5 *Oratio Ecclesiæ in qua petimus ne defunctos absorbeat Tartarus, & liberentur à pœnis inferni, quomodo intelligenda.*

Cap. Tempus. XXIII.

Augustinus.

ANte diem iudicij sacrificiis, & eleemosynis mortuos iuuari docet Augustin. *in enchirid. cap. 109. & 110.* relatus *in hoc text.* de cuius materia iam egimus ad text. *in cap. pro obeuntibus*, immediatè præcedenti, vbi vide. 1

In gloss. *Pro valde.* ibi, *Prosunt ad hoc vt minùs puniantur*, &c. Communiter reprobatur hæc gloss. dum existimat suffragiis viuentium pœnas damnatorum mitigari, tum quia eis æterna pœna debetur. Ecclesiastic. cap. 11. *In quocumque loco ceciderit lignum*, &c. & Prouer. 11. *mortuo impio nulla erit vltrà spes*, &c. tum quia si admittamus pœnas damnatorũ mitigari, seque- 2

retur

retur multitudine suffragiorum eas tandem aliquando tolli posse contra prædicta, tum denique quia ratio vt mortui iuuentur suffragiis, tota consistit in vinculo charitatis, quo nobis vniuntur existentes in Purgato-
3 rio, quæ planè ratio deficit in damnatis; vnde pro illis, qui in peccato mort. mortui sunt, veluti si mortem sibi voluntariè per ferrum, venenum, suspendium, vel præcipitium intulerunt, nullam esse faciendam orationem, nec sepulturæ Ecclesiasticæ tradendos, probat text. *in cap. placuit 23. quæst. 5. & in cap. pro obeuntibus, suprà proximè*, ibi, *non tamen pro impijs, capite 2. de furtis*, comprobant D. Thom. *ad 3. p. quæst. 71. art. 5.* Sot. *in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 2.* Nauar. *de oration. cap. 19 n. 64.* Durant. *de ritib. Eccles. lib. 2. c. 43. à n. 10.* Card. Bellarm. *de Purgat. lib. 2. cap. 18.* Azor. *institut. moral. part. 1 libr. 9. cap. 31. quæst. 2. & lib. 10. cap. 22. quæst. 6.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 16. §. 2.* Iulius Lauor. *de Iubil. & Indulg. p. 2. c. 30. num. 4.* & citati per me *de offic. & potest. Parochi, cap. 26. num. 49.*

4 Non obstat text. *in præsenti, prope fin.* ibi, *vt tolerabilior fiat ipsa damnatio*, respondetur enim hic agere Augustinum de existentibus in Purgatorio, ponitque damnationem pro punitione, vt patet ex verbis præcedentibus ibi, *quibus autem prosunt*, &c. quæ referuntur ad non valdè malos, quales constat esse detentos in Purgatorio, vt benè multos referens interpretatur Cardin. Bellarm. *d. c. 18. ad* 1. quomodo intelligitur text. *in cap. cùm Martha §. vlt. de celebr. Missar.* ibi, *propitiationem pro mediocriter malis*, quòd scilicet referatur ad existentes in Purgatorio. Distinguuntur verò *in hoc text.* mediocriter mali à mediocriter bonis, quia licèt hi, atque illi in Purgatorio detineantur, nihilominus mediocriter boni sunt, qui nullum habent mortalis, vel venialis reatum, sed solius pœnæ temporalis: at verò mediocriter mali sunt, qui non solùm habent reatum pœnæ, sed etiam veniales culpas expurgandas, vt benè explicat Cardin. Bellarm. *vbi proximè versic. ad vlt.* Azor. & Durant. *dictis locis*, quòd melius est quàm dicere eum eodem Bellarmin. Innocentium III. immemorem quòd distinctio, quam *ibi* tradit, trimembris sit apud Augustinum, eamq; fecisse quadrimembrem.

5 Nec etiam obstat oratio Ecclesiæ in qua petimus ne defunctos absorbeat tartarus, & liberentur à pœnis inferni, omissa enim resolutione Ledesmæ, qui ineptè eam fieri ait, meliùs Sot. & Henriq. *citatis locis*, & Azor. *d. cap. 22 quæst. 8.* respondent Ecclesiæ orationem fieri pro constitutis in vltimo vitæ spiritu, & pro illis, qui coram diuino iudicio sistunt reddituri rationem, vel etiam pro existentibus in Purgatorio, qui locus infernus est, & tartarus non impropriè dici potest; quod etiam asserunt Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcept. præc. 1. lib. 3. c. 11. num. 6. & seq.* Homobon. *de exam. Eccles. tractat. 4. cap. 13. quæst. 114.* & nouissimè me citato, *in hoc loco in respons. quæstionum moral. resp. 50. in fine part. 1.* vel etiam respondetur cum Cardin. Bellarm. *d. lib. 2. cap. 1.* Ecclesiam in ea oratione repræsentare diem obitus, acsi nunc anima exiret à corpore, intendens eo modo, quo potest, & oportet applicare fructum orationis necessitatibus animarum, vt *ibi* latè prosequitur.

6 Nec denique obstat historia Traiani, quia respondetur, prout dixi *in collect. ad dict. cap. cùm Marthæ, num. 16. de celebrat. Missar.*

7 An Papa possit facere vt Indulgentiæ, & suffragia Ecclesiæ meritoria prosint illis, qui sunt in inferno? Vide Sot. *in 4 sent. dist. 45. q. 2. art. 2.* August. Triumph. *q. 34. art. 4.* quos refert Iulius Lauorius *de Iubil. & Indulgent. part. 2. cap. 30. num. 28.*

Cap. Vbicumque sepeliamur. XXVI.

Ioan. Chrysostomus.

IOannes Chrysostomus *homil. 26. in cap. 11. epistolæ ad Hebræos*, relatus *in hoc text.* ait quòd lugere, & deplorabile, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit, de quo vide tradita per Abb. *in rub. de sepult. num. 4.* Conrad. Brun. *de cærem. Eccles. lib. 4. c. 3.* Mandos. *in praxi tit. de ingratitudine, cap. 127. vers. non nego*, Couar. *var. lib. 2. cap. 10. num 10* Perez *l. 7. gloss. 1. tit. 1. lib. 1. Ordin. pag. 29.* Azeued. *l. fin. tit. 1. lib. 1. nouæ recopil.* Matien. *l. 2. gloss. 13. tit. 5. lib. 5. etiam nouæ recopil.* Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 1. num. 147. cum seqq.* benè Pined. *in vita S. Ioannis Baptistæ lib. 3. art. 2. cap. 6. pag. mihi 217.* 1

SVMMARIVM.

1 *Animæ Purgatorij quomodo memores esse possint beneficiorum eis collatorum per suffragia, ostenditur.*

2 *Boni, & damnati apparere nobis possunt corporibus assumptis in habitu, quo prius vtebantur.*

3 *Animæ beatæ quandoque è Paradiso Deo permittente egrediuntur.*

4 *Animæ ex Purgatorio sæpius, & frequentius apparere solent viuis.*

5 *Animæ damnatæ ex inferno quare permittantur aliquando egredi, & nobis apparere.*

Cap. Fatendum. XXIX.

EX Augustino *in lib. de agenda cura pro mortuis cap. 15.* relato *in hoc text.* Iulius Lauor. *de Iubileo & Indulg. part. 2. cap. 30. num. 145.* colligit quadruplici via animas Purgatorij memores esse posse beneficiorum eis collatorum per suffragia, & scire quæ fiunt in hac vita. Primò per diuinam reuelationem, secundò per reuelationem Angeli custodis, tertiò ex se ipsis cognoscendo, quartò per reuelationem mortuorum, & decedentium ex hac vita, & euntium ad Purgatorium. Speculum verò pereg. quæst. *in capite 6. primæ decad. fol. 168.* triplicem affert cognitionem, certam scilicet, & naturalem, coniecturalem, & reuelationis; primo modo nesciunt quid hîc agatur, ex Iob 12. & Diuo Gregorio 12. *moral.* secundo modo multa cognoscunt *Luc 16.* vbi de diuite epulone, tertio modo etiam cognoscunt, vel per reuelationem æqualis, aut superioris Spiritus, & bonorum, & malorum Angelorum, vel per infusionem specierum ab aliquo superiori Spiritu Dei, vel Angelorum, aut per reuelationem nouiter ad eos transeuntium, vt dictum est. Vnde Henriq *in summa lib. 7. cap. 8. num. 4.* affirmat quòd tales animæ detentæ in Purgatorio per Angelum custodem sciunt orationes viuorum. 1

Multi quoque ad viuos aliquos ex mortuis venire credunt.] Addit gloss. & male, quia sunt phantasmata, sed illa decipiunt secundùm D. Thomam *in addit. ad 3. part. quæst. 69. art 3. pag. 113.* nam licèt tam beati, quàm damnati apparere possint corporibus assumptis, in habitu, quò priùs vtebantur, sicut B. Augustinus apparuit Fratri Alberto in habitu Pontificali, & patet de aliis de quibus Barthol. Sibyl. *quæst. 1. cap. 4. fol. 146.* & Angeli boni in personis animarum corporibus competentibus assumptis, vt legitur de Angelo bono, qui in persona Dei apparuit Moysi; & animæ ipsæ in perpetuum, & non ampliùs reuersuræ è receptaculis suis exire non possint, tamen secundùm 2

ordinem divinæ prouidentiæ ad tempus ex omnibus receptaculis præterquam ex limbo puerorum exire, & in hac vita comparere possunt.

3 Ex Paradiso quandoque egrediuntur toties quoties eis placet, quia cùm sint Angeli beati, Deus illis permittit comparere quoties voluerint, quod tamen de raro euenit, sed quan lo comparent, Deo dispensante apparent, vel ad consolationem, ostendentes se diuino conspectu frui, etiam quòd occisæ, vel alia violenta morte ab hac vita egressæ fuerint, assignantes rationem quòd tempore mortis erant in gratia, vel contritionem habuerunt, & sic hortabantur viuos, & suos ad parcendum inimicis, qui occiderunt, vel ad ostendendum pro eadem occisione carceratos reos criminis non esse, sed innocētes pati, vt euenit Vlyssipone, nam cùm pater Sancti Antonij ad furcam duceretur ob occisionem cuiusdam adolescentis ei falsò impositam, filius è Padua vbi tunc erat, vnico instanti iustitiariis patrem ducentibus apparuit in via, & illis omnibus præsentibus inuenta adolescentis sepultura, eum in nomine Domini surgere iussit, qui in omnium conspectu ad vitam redactus, & ab Antonio interrogatus, an homo ille eum occidisset, respondit clara, & intelligibili voce, minimè, & iterum requieuit in Domino, vt habetur apud Fr. Marcum ab Vlyssipone *in chronicis Religionis S. Francisci.* Item iidem Beati comparent in hac vita, vt nos alliciant ad eandem beatitudinem, vel vt suis reliquiis, si sancti sunt, iusti honores deferantur, vt legitur de Ioanne Baptista, & aliis, vel ad auxiliandum obsessis, vt patet de B. Felice Martyre, qui visibiliter apparuit ciuibus Nolanis, dum à Barbaris oppugnarentur, vt per D. Augustin. *in lib. de agenda cura pro mortuis capite 16. & lib. 1. de Ciuitate Dei, capite 10.* D. Gregor. *dialog. lib. 3. c. 23. & 24.* Iul. Lauor. *de iubil. & Indulgent. part. 2. capite 29. à num. 90.*

4 Ex Purgatorio sæpiùs, & frequentiùs animæ apparere solent viuis, vel ad persuadendum eis vt patienter ferant tribulationes, & angustias in hac vita, vel vt se abstineant à peccatis, & pœnitentiam agant viuentes de per se, absque eo quòd sperent hæredibus post mortem, vel ad petenda suffragia, sacrificia, Missas, & Orationes, vt legitur *in Breuiario chronolog.* Fratris Francisci Coriolani *in vita Ioannis V III. pag. 270. & in specul. pereg. quæst. quæst. 2. cap. 4.* Iulius Lauor. *de iubil. & Indulg. cap. 29. à num. 101.*

5 Ex inferno etiam permittuntur animæ aliquando egredi, & viuentibus apparere vel ad eruditionem, vel ad timorem, vel ad terrorem viuentium, vel ad maius ipsarum, tormentum, vel ad reuelandum earum miserum statum, quem in inferno sustineut, vt viui abstineant à malo, & faciant bonum, vt legitur de diuite epulone, qui comparuit fratribus peccatoribus ad eos terrendos, *Lucæ cap. 16.* legitur etiam de vmbra fordida latronis in vita Beati Martini, necnon de Benedicta Pseudopapa, qui visus est à quodam viatore stans ad molendinum cum auribus, & cauda asini ad instructionem luxuriosorum, de quo vide Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. 11. anno Domini* 1054. & Iul. Lauor. *d. cap. 12. num. 95.*

Cap. Quæsitum. XXX.

1 De materia huius text. dixi latè *in collect. ad Clem. 1. de pœnit. & remiss.* & *ibi* citatis addo Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 12. num. 51. cum seq.*

2 In gloss. *In patibulis.* ibi, *Quæri consueuit, &c.* Per hanc gloss. quærit Clar. *lib. 5. § fin. quæst. 98. num. 2.* an condemnatus ad mortem si aufugiat à manibus satellitum, & amplectatur Sacerdotem portantem sacratissimam Eucharistiam per vicos, & plateas ad infirmos, nunquid sit liberandus ac si confugisset ad Ecclesiam, de quo vide Doctores plena manu per me citatos *in collect. ad cap. Ecclesiæ 9. n. 11. de immunit. Eccles.*

CAVSA XIV.

QVÆSTIO I.

Cap. Episcopus. I. *Ex Conc. Carth. IV.*

Iurgio, & litigio Episcopum nedum, sed omnes etiam Ecclesiasticos temperandos esse multis sacræ Paginæ auctoritatibus ostendit Gisbert. Schetichau. *de Ecclesiast. vita, moribus, officijs lib. 2. cap. 46. cum seq.* & ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 1. tit. 3. gloss. 14.* 1

QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

1. *Singuli de Communitate non possunt esse testes in causa criminali eiusdem Communitatis.*
2. *Testes, & probationes dilucida requiruntur in criminalibus.*
3. *Declaratur text. in cap. tertio loco, de prob.*
4. *Testimonium dicere possunt singuli de Communitate in causa criminali quando illa non est ipsius Communitatis, sed potius alicuius de eadem.*
5. *Declaratur cap. litteras 14. de præsumpt.*
6. *Canonicus vnus potest induci in testimonium suum concanonicum contra eiusdem Ecclesiæ Canonicos.*
7. *Prælatus, & Abbas potest induci in testem pro Ecclesia sua.*

Cap. Super prudentia. I.

Paschalis. II.

Ex hoc text. vulgò colligitur singulos de Communitate non posse esse testes in causa criminali eiusdem Communitatis, vt per Abb. *num. 3.* Felin. *num. 4.* Dec. & Myosing *num. 9. in cap. insuper, de testib.* Bald. *cons. 31. vol. 1.* Specul. *tit. de testib. p. 1. § 1. num. 21.* Aufrer. *de reprobat. testium à num. 35. & 91.* Rebuff. *in simili tractat. num. 582* Menoch. *de arbitr. casu 106. à num. 17. & casu 474. à num. 15. cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. p. 2. quæst. 60. num. 508.* Buccaron. *de differens. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 107.* Ratio est, quia in criminalibus requiruntur testes, & probationes dilucidæ, iuxta reg. text. *in l. fin. C. de probation. & in cap. 2. quæst.* 8. quales testes non sunt singuli de Communitate in causa eiusdem, iuxta ea, quæ resoluunt Doctores per me citati *in collect. ad cap. insuper 6. de testib. in Decretalib.* ac proinde cùm in causa ardua testis diminutus non admittatur, meritò in causa criminali, quæ ardua est, singuli de Communitate non admittentur, secundùm Felin. *in d. cap. insuper, num. 4.* Cou. *de sponsalib. part. 2. cap. 8. § 12. num. 8.* Non obstat text. *in cap. tertio loco, de probat.* vbi singuli de Communitate fuerunt admissi in testimonium circa falsitatem instrumenti, de qua *ibi* agebatur, quia satisfit si aduertas *ibidem* non tractari principaliter de causa criminali, sed solùm de ciuili, nempe vtrùm alienatio 1 2 3

alienatio rei fuisset facta per Capitulum, vel non, quod quidem concludebatur ex testium depositione, quæ in consequentiam depositionis suæ arguebatur falsitatem instrumenti.

4 Intellige tamen supradictam sententiam non procedere quando causa criminalis, quæ intentatur, non est ipsius Communitatis, sed potius alicuius, qui in eadem Communitate commoratur, tunc enim in tali causa singuli de Communitate possunt dicere testimonium; patet si expendas tales testificantes solummodo prohiberi dicere testimonium in causa criminali ipsius Communitatis iuxta supradicta, qualis non est causa alterius particularis illius, arg. text. *in cap. nulla ratio, de prebend.* ac proinde cessante prohibitione, inhabilitas quoque ad testificandum cessare debet; quod quidem tempetandum est, nisi Communitas talis sit adeò parua, vt inducat cohabitationem, vel familiaritatem, tunc enim vnus pro alio in causa criminali ipsius testimonium dicere nequit contra alium extraneum, prout in specie aduertit Abb. & Felin. *vterque num.* 4. Dec. & Mynsing *vterque num.* 9. *in dict. cap. insuper, de testib.* Pro quibus apertè facit text. *in cap. consanguinei*, text. melior *in cap. accusatores, il* 23. *q.* 5. vbi ad dicendum testimonium in causa criminali nec familiares, nec de domo prodeuntes admittuntur, quales censetur singuli, qui in parua Communitate familiaritet cohabitationem faciunt, ex doctrina Abb. Felin. & Decij *dictis locis*. Rursus facit, qui habitantes cum inimicis litigantis ad accusationem non admittuntur, vt probat text. *in cap. repelluntur, de accusation.* vnde cum prohibiti accusare, prohibeantur quoque & à fortiori testificari, eo quòd difficilius accusatio quàm attestatio reiicitur, fatetur in specie gloss. *verbo nec esse, in cap. ipsi Apostoli* 2. *q.* 7. meritò dicendum videtur collegam in eadem Communitate habitantem, & in familiaritate existentem in causa criminali pro alio collega aduersùs extraneum testimonium dicere non posse.

5 Ex quibus vera est supradicta sententia, licèt contrarium teneat Bald. *num.* 1. *in l. parentes, C. de testib.* Rip. *in l. damnum numer.* 12. *ff. de damno infecto*, Hippol. *sing.* 108. plures quos refert, & sequitur Dueo. *reg.* 381. expendentes text. *in c. literas* 14. *de præsumption.* cui satisfit si aduertas verba illa text. ibi, *postea se dixisse negauit*, &c. magis facti narrationem quàm testimonium pro altero fratre de quo *ibi*, continere, eo quòd *ibidem* text. ille tantummodo intendit decidere confitentem fratrem propter suspicionem condemnandum non esse: quòd si pro vno contra alium collegam dixerit testimonium, illud quidem admittetur eo quòd par affectio tollit suspicionem, prout in specie resoluunt omnes supracitati, pet text. *in l. non solùm* vbi Batt. *ff. de ritu nupt.* quod quidem videtur probare text. *in cap. consanguinei*, ibi, *de domo prodeuntes*, iunctis verbis præcedentibus, ibi, *aduersus extraneos* 3. *quæst.* 5. facit doctrina Baldi *in l. qui testamento, ff. de testament.* iuxta quam resolutionem explicatur text. *in cap. cùm hi* 22. *versic. iudices*, ibi, *& Canonicorum iuramenta recipientes, de re iudic.* Sicut similiter colliges quòd Collegialis licèt possit contra alium collegam pro alio testificari, non tamen pro illo contra extraneum potest dicere testimonium in causa criminali, quod diuersum est in scholasticos Academiæ, qui quidem non solùm contra alium, verùm etiam contra extraneum in prædicta causa in testem admittetur.

6 In gloss. *Stephani*, ibi, *Vnus canonicus potest inducere in testimonium suum concanonicum contra eiusdem Ecclesiæ canonicos*. Ita Rebuff. *de reprobatione testium num.* 56. Hector Æmil. *verbo testis Abbas, numer.* 13. Mascard. *de probation. conclus.* 16 t. *num.* 6. & 9. Farinac. *dict. quæst.* 61. *num.* 460.

In ead. gloss. ibi, *Similiter Prælatus iste potest induci in testem pro Ecclesia sua.* Ita Mascard. *de probation. conclus.* 3. *num.* 1. *& conclus.* 1358. *num.* 34. Farinac. *dicta quæst.* 60. *num.* 544. 7

QVÆSTIO III.

CAP. Si fœneraueris. I.

GRATIANVS ex August. Hieron. & Ambros. *in hoc cap. & seqq.* probat quicquid sorti accedit vsuram esse, exornat D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad* 7. Nauar. *in manual. cap.* 17. *à num.* 160. *& in commentar. vsuris*, quem fecit super hunc text. Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *tract. de vsura. cap.* 1. & faciunt plura congesta per me consi. pro Illustri, & admodum R. D. Georgio Mazzanio Archipresbytero Clesij Tridentinæ diœcesis contra D. Baronem à Firmiano. 1

De specie pignoris, quod dicitur Antichresis, an & quando sit licita, vel illicita, seu vsurarius contractus potiùs censenda; vide Sot. *de instit. lib.* 6. *quæst.* 1. *art.* 2. *in fine, vers. ex his*, Duareo, *in tit. de vsuris, & fructibus cap.* 1. *fol.* 997. Contad. *de contractib. quæst.* 33. *conclus.* 6. *&* 7. *fol.* 149. Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 3. *fol.* 138. Mynsing. *centur.* 6. *obseruat.* 71. Caballin. *quæst.* 35. *num* 259. Anton. Fab. *de errorib. pragmat. decad.* 9. *errore* 5. 6. *&* 7. *in C. lib.* 2. *tit.* 23. *defin.* 3. Anæ. Robert. *rerum iudicat. lib.* 2. *c.* 8. *fol.* 429. Bernard. Grauæ *ad pract. Cameræ Imper. l.* 2. *concl.* 3. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 11. *num.* 1. *cum seqq.* Binsfeld. *in cap.* 1. *de vsur. q.* 2. 2

QVÆSTIO IV.

CAP. Si quis oblitus. IV.

Ex Concil. Martini.

VSVRÆ centesimæ, de quibus *in hoc text.* fit mentio, apud Romanos fuerunt illæ per quas singulis quibusque mensibus vnus nummus, & ita singulis annis duodecim pro centum soluebantur, quicquid aliter resoluant gloss. *verbo dubium in l. si non sortem* 26. *in princ. ff. de condict. indeb. & verbo tertiam in l. eos* §. 1 *C. de vsuris.* Dicebantur autem centesimæ, vel quia centum mensibus sortem exæquabant, vel, quod verius est, quia singulis mensibus soluebatur cëtesima pars sortis, quæ more Romano ad numerū centenariū redigebatur: vnde quia vsuræ centesimæ erant grauissimæ, & omnium maximæ, *l. qui. sine* 40. *ff. de negot. gestis*, iuncta *l. tutor qui* 8. §. *vlt. vers. solent. & l. non existimo* 55. *ff. de admin. tutor.* effectum est, vt huiusmodi vsuræ centesimæ consideratæ fuerint veluti as vsurarum, à quo reliquæ omnes vsuræ leuiores, veluti partes illius per respectum ad centesimam considerarentur, & denominarentur, vtputà besses, quæ duas partes centesimæ, hoc est, octo pro centum, semisses, quæ dimidiam centesimæ, hoc est, sex pro centum singulis annis important, & sic de reliquis, de quibus passim in iure fit mentio, vt contra antiquos pulchrè explicant Socin. *in l.* 3. §. *item si Resp. ff. ad leg. Falcid.* Budæ. & plures relati à Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 9. *numer.* 6. Nauar. *in cap.* 1 *hac ead. quæst. q.* 3. *à num.* 14. Guibert. *lib.* 1. *quæst.*... *cap.* 1. *num.* 6. 1

CAP

Cap. Si quis vsuram. X. *Ambros.*

Hic text. in illis verbis, *vita non viuit*, intelligitur, id est, non viuit vita spirituali animæ, quæ per peccatum mortale interimitur, & ita probat eum qui vsuram facit, mortaliter delinquere, S. Thom. *opusc.* 73. *cap.* 4. *vers. ex prædictis*, Sot. *de iustit. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 1. *concl.* 1. Nauar. *in man. cap.* 17. *num.* 207. *vers. quicquid.* Perez *ad rub. tit.* 2. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 24. *col.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Vsuras ab illis exigere possumus, aduersus quos licitè, & iustè bellum gerere valemus.*

2 *Text. in præsenti non esse auctoritati D. Ambrosij tribuendum minùs bene aliqui existimarunt.*

3 *Alij dixerunt textum esse intelligendum de iure permissiuo, non verò approbante, alij aliter, atque aliter, vt num 4 & 5.*

6 *Bellum iustum dici potest quoties auctoritate legitimi Superioris indicitur, & ex iusta causa.*

7 *Bellum an possit esse licitum ex vtraque parte, ostenditur.*

8 *Declaratur text. in præsenti.*

9 *Declaratur locus Deuteron. c.* 13. *& num.* 10. *&* 11.

Cap. Ab illo exigere vsuras. XII.

1 EX littera huius text. passim colligitur quòd possumus illis mutuare sub vsuris, & ab illis vsuras exigere aduersùs quos licitè & iustè bellum gerere possumus prout sunt hæretici, & infideles, in quem sensum difficilis reputatur hic text. cùm attento omni iure naturali, diuino, & humano vsuræ prohibitæ censeantur, vt latè tradunt Doctores per me citati *in collect. ad cap.* 2. *num.* 2. *de vsuris, in Decretal.* & per Rot. *in Romana vsurarum* 13. *Iunij* 1629. coram R. P. D. Merlino.

2 Quare non defuerunt qui difficultati succumbentes respondeant non esse prædictam sententiam auctoritati D. Ambrosij tribuendam, immo falsò illi impositam, vt tenent Conrad. Alex. de Ales, Gabr. & plures alij, quos refert Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 7. Mex. *in tract. tassa panis concl.* 2. *num.* 59. *col.* 4. *in fine*, & alij citati à Cened. *ad Decretum collect.* 1. *num.* 1. Sed sanè hic intellectus communiter reprobatur, sicut asserit Paul. Lancel. *lib.* 1. *reg. iuris Canon. fol.* 24. fatetur esse D. Ambrosij sententiam impius auctor Carol. Molin. *de contract. num.* 9. prout eum refert, & sequitur Conar. *citato loco*; & constat hoc etiam, quia, vt ipsimet Paul. Lancel. & Couar. citatis locis testantur, text. *in præsenti* habetur inter opera D. Ambrosij *in lib. de Tobia c.* 15. & ideò præsumitur quòd idem Ambrosius sit illius verus auctor.

3 Alij verò dicunt hanc D. Ambrosij sententiam intelligendam fore quatenus antiquo tempore permissa fuerat, non verò approbata, itaut verba illa, ibi, *ius est belli vbi ius est vsura*, intelligantur de iure permissiuo, non verò approbante, sicut in lege veteri permittebatur Iudæis vsura cum alienis fratribus, immo etiam in primitiua Ecclesia vsque ad tempora Ambrosij inter fideles, vt deduxit Alciat. *lib.* 10. *parerg. cap.* 10. sicut etiam in prædictum sensum intelligitur auctoritas *Deuteron. c.* 23. & hic intellectus communis est Theologorum, deducitúrque ex traditis per D. Thom. 1. 2. *quæst.* 68. *art.* 1. vbi Caiet. testatur communem Theologorum Arebid. & Turrect. hic, quos refert Paul. Lancel. *dicto loco*, tenent etiam propè infiniti, quos refert Cou. *d. c.* 1. *n.* 7. Verùm hic intellectus non satisfacit, D. enim Ambrosius æquiparat ius belli cum iure vsuræ, vnde cùm ius belli non tantùm sit permissum, sed approbatum cum aliquibus, nempè infidelibus, etiam ius vsuræ in eundem sensum debet intelligi, nempè de iure non solùm permisso, sed etiam approbato. Prætereo verba illa, *ab his vsuras exige*, important præceptum, & approbationem præsentis temporis, nempe D. Ambrosij, in quo per sacra Concilia, & Sanctorum Patrum decreta vsuræ prohibitæ iam extabant, non verò præteriti temporis, vbi tantùm fuerant permissæ.

4 Vnde obtinuit communis intelligendam fore hanc D. Ambrosij sententiam prout verba sonant, itavt licèt cum fidelibus fratribus vsuræ sint prohibitæ, non tamen prohibitum sit, immo approbatum, vt ab infidelibus exigantur, cum quibus ius est belli; sicut enim licitum est ipsos occidere, sic etiam & bona ipsorum occupare, præsertim quando dantes fœnori non tam mouentur ex auiditate, quàm zelo charitatis, nempè vt hostes vsuris macerentur, & debilitentur, vt ita minùs nocere valeant, & faciliùs resipiscant. Sed hic intellectus quantumuis communis, nullatenus admittendus, siquidem quamuis in bello iusto liceat infideles occidere, & eorum bona occupare, non tamen hoc licet extra bellum, nempè in contrahendo ipsos lædere, cùm hoc sit contra ius naturale, quod omnibus est commune, præsertim cùm tales conuentiones fiant iure pacis, & non iure belli, id quod communi omnium consensu testatur Couar. *d. loco*; suadetúrque efficaci ratione, nam infidelitas minimè priuat infideles dominio rerum suarum, quod habent iure humano, vel habuerunt ante legem Euangelicam in prouinciis, & Regnis; quæ obtinent, vt post D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 1. Conrad. *de contract. lib.* 9. 7. *part.* 1. resoluit Couar. *in reg. peccatum. par.* 2. §. 10. *n* 2.

5 Denique sunt qui respondeant hunc text. intelligi in eum sensum, nempè quod cùm nulli nocere quis debeat, ex consequenti à nullo sunt vsuræ exigendæ, & ita quòd mens D. Ambrosij fuerit ostendere in nullo casu vsuras licitè exigi posse, sicque interpretanda fore illius verba, nempe *ab illis possumus vsuras exigere, quibus nocere volumus*; sed nulli debemus desiderare nocere; ergo nulli debemus sub vsuris fœnerari. Sed sanè hæc responsio destruit litteram huius text. cuius mens est vt vbi iustum bellum geri potest, possit ex consequenti fieri licita vsurarum exactio, planè non est dubium posse idem iustum bellum multoties fieri.

6 His ergò intelligendi modis vt *suprà* reprobatis, pro exacta responsione, & intelligentia huius text. illud est aduertendum, nempè bellum iustum dici quoties auctoritate legitimi Superioris indicitur, & ex iusta causa; vt colligitur ex iis, quæ post D. August. *lib.* 22. *contra Faustum c.* 74. D. Thom. 2. 2. *q.* 40. *art.* 1. & passim Summistas *verbo bellum*, copiosè tradunt Couar. *in reg. peccatum part.* 2. §. 9. *num.* 1. *cum seq.* Castr. *lib.* 2. *de iusta heret. punic. c.* 14. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 100. *num.* 2. *& disp.* 102. Luys. Turrian. *tom. vnic. n.* 2. 2. *disput.* 90. *dub.* 1. §. *item videre*. Requiritur etiam ad hoc vt bellum iustum dicatur, recta bellantium intentio, qua scilicet intenditur vt bonum promoueatur, vel vt malum vitetur, bella enim non crudelitate, aut cupiditate, sed pacis studio geruntur, vt mali coërceantur, & boni subleuentur, Couar. *d.* §. 9. *n.* 3. & 4. Valent. *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 16. *puncto* 1. Sayr. *in claui Regia. lib.* 7. *cap.* 13. *ex n.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tract.* 21. *n.* 94. & 45. Vtrùm autem infidelitas licitum reddat bellum; vide Soar. *de Fide disp.* 18. *sect.* 1. *num.* 4. *cum seqq.* Deinde aduertendum quòd licèt controuersum sit an bellum possit esse licitum ex

vtraque

vtraque parte, cuius quæstionis affirmatiuam partem videtur sensisse Alciat. *lib. 2. paradox. cap. vlt.* post Fulgos. *in l. ex hoc iure ff. de iust. & iure*; pars tamen contraria verior est, nempè quòd bellum iustum tantummodò ex altera parte considerari potest, licèt aliquando circa ipsam belli iustitiam dari possit probabilis ignorantia; ratio est, quia iustitia belli eo ipso quòd fauet alteri ex Principibus bellum gerentibus, necessariò alteri aduersatur si vno & eodem respectu, & in eundem finem inter se contendant super Regno, vel prouincia; repugnat enim quòd ius, & iustitia circa idem Regnum sit penes ambos, arg. *l. si vt certò, §. si duobus, ff. commodati. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess.* secus si bellum geratur, & contentio sit super diuersis rebus, & circa fines diuersos, tunc enim poterit respectu diuersorum penes ambos iustum bellum considerari, in quem sensum legitimè procedit sententia Fulgosij, & Alciat. *dictis locis.* Denique illud est obseruandum quòd licèt capta in bello iusto efficiantur capientium ex parte gerentis idem iustum bellum, nec detur restituendi obligatio; hoc tamen non procedit ex parte gerentis bellum iniustum, vt omnibus est in confesso, vnde cùm regulariter iustitia belli detur ex parte infidelium tantùm, non verò ex parte infidelium, consequens fit vt ferè semper bona infidelium in bello capta efficiantur capientium, non verò è contrario bona fidelium infidelium efficiantur capientium.

8 Ex quibus iam facilè deducitur intellectus ad sententiam D. Ambrosij *in præsenti*, hoc enim intendit, vt cùm his licita sit vsura. & eiusdem vsuræ exactio cum quibus ius est belli, id est, quòd cùm ex parte illius, pro quo stat belli iustitia, detur ad recuperanda bona in bello deperdita, & iniustè ab infidelibus capta ex consequenti datur ius vsuræ, & sic per hoc medium possit eadem bona sic recuperare; est enim verissima tam nostrorum, quàm Theologorum sententia posse illum, cui res iniustè aufertur, eandem propria auctoritate recuperare cessante scandalo, vt in specie sic intellegentes concludunt Paul. Lancel. & Couar. *citatis locis*, post alios, quos referunt, nec in proposito dicenda est vsura propria iure naturali prohibita, immo potiùs impropria compensatoria, & licita, cùm fidelis recipiens lucrum ab infideli vltra sortem non recipiat ratione mutui principaliter, sed potiùs ratione interesse, & in vim compensationis, ita intelligunt præter alios additio ad Paol. Lancel. *dicto loco*, Couar. *lib. 3. var. c. 1. n. 7.* Spin. *in speculo testam. gloss. 13. rub. d num. 8.* Perez *l. 3. vers sed videtur, tit. 2 lib. 8. Ordin. pag. 49.* Mex. *d. conclus. 2. num. 96. vers. nec prædictis*, & plures alij ex citatis à Cened. *ad Decretum collect. 3. num. 2.* Ioan. Valer *de different. inter vtrumque forum, verbo vsura, differ. 11. vers. præterea non obstat.*

9 Deinde infertur resolutio difficultatis ortæ ex *Deuteron. c. 23.* habet enim locus ille varias interpretationes. Non defuerunt qui suspicati sunt verba *d. cap 23. sed alieno*, non esse germana, nec à Moyse posita, sed ab interpretibus Collegij Ginandrini pro glossatione adiecta fuisse, vt refert Hier. de Luc. *de camb. §. restat videre, num. 16. & seq. & num. 19.* addit quòd in Bibliis antiquis, & correctis etiam Hebraicis illa verba, *sed alieno*, non habentur in textu, sed sunt in gloss. obseruàrque idem Hieron. de Luc. *in eod. cap. 23. Deuteron.* Idumæum appellari fratrem, prohiberique Hebræis odium erga Ægyptium, qui tamen hostes erant, & infensi generis Israelitæ, vnde non videtur congruere quòd *in eod. cap. 23.* constituatur discrimen inter fratres, & alienigenas.

Verùm esto non Interpretum adiectione illa verba, *sed alieno*, irrepsisse, at prolata fuisse à Moyse, prout verè dicendum videtur, cùm etiam in purgatissimis Bibliis habeantur, non inde tamen absque crimine fœnerari possunt Hebræi, quia illa aduersatiua, *sed alieno*, non fuit dispensatio, seu relaxatio, lex enim naturalis est indispensabilis, & nihil iuri naturæ aduersum licuit vnquam Iudæis, nec tanquam licita in eo loco permissa fuit vsura Hebræis, sed solùm tanquam impunita ad maiora mala euitanda, quemadmodum & libellum repudij permisit Moyses ad interfectionem vxorum euitandam, & sic hæc vsurarum permissio comparatiua fuit ex quadam dissimulatione, ne scilicet quòd turpius erat fratres suos Deum colentes vsuris exhaurirent Hebræi, ad quod fœnus proni admodum, & procliues erant, ita Guilielm. Parisien. Episcop. *de legibus circa princ.* Alex. de Ales *3. part. quæst. 59. memb. 4. art. 1.* D. Thom. *2. 2. quæst. 78. art. 1. & ibi* Caiet. Turrecr. Sot. & alij relati per Couar. *dict. lib. 3. var. capit. 1. numer. 7.* Bermond. *de publicis concub. §. de finali specie, numer. 6. & 7.* Bensfel. *in capite quia in omnibus, de vsur. quæst. 2.* Alex. de Neuo *cons. 101. num. 1. & 2. & cons. 102 numer. 3.* Ludon. Peguer. *decis. 30. num. 10.* Lup *de vsuris, §. 4. num. 69. & 70.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 20. de mutuo, & vsur. dub. 4. numer. 30.* Molin. *in simili tract. 2. disput. 304. num. 15. cum seqq.* Ioannes Valer. *dict. verbo vsura, differ. 11. vers. nec obstat.* Fr. Sixti. *de fœnore Hebræor. lib. 2. cap. 3. 4. & 5. & dict. cap. 3.* testatur Romæ à Philippo Archintu Vicario Papæ & postea Archiepiscopo Mediolanen. præuio responso peritissimorum Rabbinorum declaratum fuisse per sententiam nullo modo citra peccatum etiam attenta Lege Moysis licere Hebræis neque in suos, neque in alienos exercere vsuras, & hæc est vera explicatio, & communis resolutio Doctorum; quamuis nonnulli non solùm permissionem ibi contineri velint, sed approbationem vsuræ cum alienigenis, non quòd Deus cum Israelitis verè in ea dispensauerit, vel quòd vera, & formalis vsura eo casu committatur, sed quia tanquam Dominus bonorum omnium concessit Iudæis vt bona à Gentilibus possessa eo modo possent obtinere, ita vt sit sensus, quòd vsura illa, quæ si fiat fratri, vsura formalis est, & consequenter illicita, vt de facto Ægyptiorum diximus ad *caput dixit Dominus 14. quæst. 5.* atque ita ex Conrado, & aliis Theologis resoluit Couar. *libro 3. var. capit. 1. numer. 7. in fine*, & Spin. *speculo testament. parc. 13. rubr. numero 9.* huius concessionis eam afferentes rationem, quia bona, & prædia gentium incolentium terram Promissionis ad ipsos Iudæos pertinebant, atque ita eosdem ab illis recipientes vsuras, non accipere aliquid vltra sortem principalem sibi indebitum, in quo formalis vsuræ ratio noscitur consistere, quia retenta communi opinione contra hanc solutionem replicat
Sot. *dict. loco* terram promissionis fuisse solùm vtram- 10
que Iordanis ripam, quæ L X. milliaribus in longitudine, & L X I X. in latitudine patebat, at verò in auctoritate illa concedebatur à quibuscumque gentibus vsuras exigere; & quamuis alij generali- 11
ter de quibuscumque extraneis intelligentes veram rationem existiment eam esse, quæ colligitur ex text. *in præsenti*, vbi D. Ambrosius licitum censet exigere vsuras ab omnibus illis cum quibus iustè bellum geritur; cur igitur vsuram ab eis accipere non licebit, quos armis spoliare, vi, bonisque omnibus licitum est? quamobrem tunc non formaliter exerceri vsuram, sed magis recuperari debitum multis comprobat Molin. *de iustit. tom. 2. disput. 304.* Sed quia communis Doctorum sententia intelligit prædictam D. Ambrosij auctoritatem non de omnibus hostibus,

ſed ſolùm de illis, qui iniuſtè aliquam rem noſtram occupant, vt *ſupra* oſtendimus, ideò totum hoc diuinæ conceſſioni eſt tribuendum, itaut Iudęi eaſdem res tanquam proprias accipientes vſuram formalem non committerent, rationem autem non aliunde quàm ea ipſius Dei voluntate petere oportet, qui vt plurimis aliis beneficiis populum illum voluit exornare, ita & ditare aliarum gentium bonis eo modo facili interueniente, ſcilicet quali quali earundem gentium vſuras ſoluentium conſenſu, vt ante nos Præceptores noſtri colendiſſimi aduerterunt.

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio quàm citò facienda eſt, & ad tempus mortis minimè differenda, ne raptor habens vnde reddat ſi mortuus ſit condemnetur.*

2 *Reſtitutio in quibus caſibus licitè poſsit ad hæredes remitti.*

3 *Paupertas ſola in foro pœnitentiali ſufficiens cauſa eſt, vt quis à reſtitutionis obligatione liber ſit donec ad pinguiorem fortunam deuenerit.*

CAP. Nemo qui rapit. IV. *Hieron.*

1 EST igitur reſtitutio quàm citò facienda, & ad tempus mortis minimè differenda, ne raptor habens vnde reddat ſi mortuus ſit, condemnetur, vt dicit text. *in præſenti*, & aduertunt D.Thom. 2.2.*q*.62.*art*.8. Sot. *lib*.4.*de iuſtit.quæſt*. 7.*art*.4 *verſ. ex his ergo facilè colligas*, Con. *in reg. peccatum, part*.1.*initio num*. 1. Mexi. *in tract. taſſa panis concluſ*.6. *ex num*.45. Gutier. *canon.lib*. 1.*cap*.40. *ex num*.14. Tolet. *lib*.5.*cap*.14.*n*.4. Palat. Rub. *in rep. rub de donat. inter virum, & vxorem*, §.65. *ex num*.35. Medin. *part*.1. *inſtr. de Confeſſ. cap*.14. §.33. *verſ. la ſexta cabeça es, pag*.120. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo reſtitutio, diff*.12. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt*. 729.*n*.2. Molin. *de iuſtit. tract*.2.*diſp*.756.*num*.3.& 4.& *diſput*.753.*n*.2. *verſ. idcirco autem*, nouiſſimè Aluarez de Valaſco *de priuilegijs pauperum part*.1.*q*.27.*n*.2.*cum ſeqq*.

2 In quibus autem caſibus quis deobligatur à reſtitutione de præſenti, & poteſt ad hæredes reſtitutionem faciendam remittere, vide Syueſt. *verbo reſtitutio* 5.*quæſt*.5. vbi duobus caſibus excuſat teſtatorem, primò quando certus eſt retentionem non eſſe contra voluntatem domini, ſecundò quando irrationabiliter vellet ſtatim tradi, putà cum paruo damno ſuo, & magno creditoris, Leſſi. *de iuſtit.lib*.1. *cap*.16.*per tot*. Rebell. *de obligat. iuſtit. part*.1.*lib*.2.*quæſt*.17. *cum ſeqq*. vbi inter plures caſus, in quibus ad hæredes reſtitutiones remitti poſſunt, duos principaliores ponit, putà quando teſtator vendere cogeretur inſtrumenta artis, vel caderet notabiliter à ſtatu ſuo.

3 *Si habet vnde reddat.*] Igitur in foro pœnitentiali ſola paupertas eſt ſufficiens cauſa, vt quis à reſtitutionis obligatione liber ſit, donec ad pinguiorem fortunam deuenerit, vt per Nau. *in man.cap*.17.*n*.59. & 61. Gutier. *d.c*.40 *num*.3. Molin. *d. tract*.2.*diſp*.754. *n*.2. Rebello *d. quæſt*.17. *ſect*.4. Aluar. de Valaſ. *d. q*.17. *num*.5. Ioan. Valer. *d. verbo reſtitutio different*. 36.*num*. 2. adeò vt qui non poteſt reſtituere, niſi vendendo inſtrumenta artis, quibus victum ſibi, & familiæ acquirit, non teneatur cum tanto damno debitum reſtituere, Nau. *d.num*.59. Rebell. *d.p*.1.*lib*.2.*q*.17.*n*.26. niſi is, cui facienda eſt reſtitutio, eadem premeretur neceſſitate, ſecundùm Tabien. *verbo reſtitutio*, 5. §.4. Syueſt. *verbo reſtitutio* 5.*q*.4. *verſ. quartò quæro*, Paul. Comitol. *reſponſ. moral.lib*.4.*q*.31 *num*.3. Ioan. Valer. *d. differ*.36. *n*.4. Leſſi. *d. lib*.2 *dub*.10.*num*.15.19.& 31. Molin. *d. diſput*.754.*num*.2.*verſ. quando verò*, quia in pari neceſſitate potior eſt conditio creditoris, vt notat Leſſi. *d.num*.19. id tamen in extrema neceſſitate limitaus, quia in pari extrema neceſſitate potior eſt conditio poſſidentis, refert & ſequitur Aluarez de Valaſco *d q*.27.*num*.20.& 21.

Si eos, quorum fuit, inuenire non poteris, &c.] Notatur ad hoc quòd quando dominus rei ignoratur, pauperibus, vel piæ cauſæ iniuſtè ablata, aut quæſita reſtituenda, erogandáque ſunt, in idem eſt. *l. Regia* 2. *in fine, tit*.15.*part*.6. ibi, *e ſi non ſupieren ciertamente cujas fueren eſtas coſas que fueron aſsi ganadas, entonce ſe deben dar por Dios, por que el anima de aquel que aſsi las ganó non ſea penada por ellas*, teſtatur de communi Leſſ. *de iuſtit.lib*.2. *cap*.14.*dub*.6. *num*.33 Sed an tunc ſibi, filiiſque ſuis pauperibus retinere, erogaréve huiuſmodi poſſit bona, non ſemel vidi in dubium reuocari; in quo nonnulli in negatiuam partem inclinabant, per text. *in c. conſuluit* 15.& *cap. per noſtras* 26.*de iurepatron. cap.fin.de inſtitut*. quibus iuribus cauetur non poſſe patronum ſeipſum eligere, præſentaréve ad iuſpatronatus beneficium: tum etiam ex eo, quia procurator ad reſignandum in fauorem perſonæ per ipſummet procuratorem eligendæ conſtitutus, ſeipſum eligere non poterit, vt tenent Franc. Burſat. *conſil*. 395.*n*.14.*lib*.4. Pariſ. *de reſignat.benef.lib*.9.*quæſt*.17.*n*. 102.*cum ſeqq*. apud quem plura ſimilia *ſequentibus numeris* videre licet: tum denique ex eo, quia procurator conſtitutus ad vendendum cui velit, ſibimet vendere non poterit, Rot. Genuenſ. *deciſ*.4. *num*. 3. Scacc. *de camb*.§.1.*quæſt*.7.*part*.1. *num*.15. 4

Contrarium tamen, immo tunc ſibi, filiiſve pauperibus retinere, erogaréve huiuſmodi poſſe bona, reſoluunt S. Antonin. *part*.2.*tit*.1.*c*.8.*col*.3. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo & vxorem nomine Adelaſiam, num*. 933, *de teſtam*. Nau. *in man.cap*.3.*n*.131. & *in cap. quieſcamus* 42.*diſt.num*. 68. Card. Tuſch. *pract. concl.lit.V. concl*.352. *n*.22. Giurba. *in conſuet. Meſſan. cap*.2.*gloſſ*.12.*numer*.26.*part*.1. Leſſi. *d.dub*.6.*num*.41. Ratio eſt, quia non debet eſſe deterioris conditionis inuentor, & diſtributor quàm alij pauperes, ſi præſertim in re illa acquirenda, inuenienda, vel debito contrahendo culpa ipſius non interceſſit, vt idemmet Leſſ. declarat *dicto num*. 41. vbi *num*.42. docet nec ad pinguiorem poſtmodum deueniente fortunam aliis id pauperibus teneri reſtituere, & *num*.44. ſecundùm Petr. Nauar. *de reſtit lib*.4.*cap*.2.*num*57. & Henriq. *de Indulgent. cap*.34.*num*.8. ſubdit domino poſtmodum comparente re ſemel debito modo pauperi diſtributa, licèt ſibiipſi pauperi applicauerit, etiamſi in ſua ſpecie extet, non eſſe neceſſariò domino reſtituendam, quamuis poſtea contrarium ipſe velit. 5

Qua retenta ſententia non obſtant quæ pro contraria *ſupra* adduximus, nam ad *d.cap.conſuluit*, & *ad d. cap.per noſtras*, & *ad d.c.fin*. reſpondetur procedere ex ſpeciali prohibitione, quæ reperitur in illo, qui ſe ingerit in eccleſiaſticis prælationibus, propter ambitionem ob quam ab illis repellendum eſſe ait gloſſ. *verbo ingerere in d.cap.per noſtras*. Alia verò ſimilia procedunt, quia reſignatorius, venditor & emptor quis ſimul eſſe nequit. 6

CAP. Rapinam. V. *Ambroſius.*

PER hunc text. amplectenda videtur ſententia eorum, qui aſſerunt ementem rem à latrone etiam bona fide, poſtquam ſciuerit illam eſſe furtiuam 1
non

non posse tuta conscientia contractum emptionis rescindere,& latroni rem illam reddere, vt ab eo pretium pro illa datum recuperet, sed omninò teneri ad restitutionem vero domino, etiam cum iactura pretij, ita Caiet. 2. 2. *quæst.*62.*art.*6. Martin. de Ledesma 2.4.*quæst.*18.*art.*6.*pag.*269.Sot. *de iustit. lib.* 4. *quæst.* 7. *art.*2.Sylui.*in* 2.2.*S.Thomæ quæst.*62. *art.* 6. *quæritur* 1. *concl.*6.Bartol. Medina *lib.*1.*instr cap.* 14.*num.*31. latè Couar.*in reg.possess. part.* 3. *initio.* Less.*de iustit. lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 3. Molin. *in simili tractatu tom.* 3. *tract.* 5. *disput* 721.*per tot.*Rebell. *de obligat iustit. part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 3. Quamuis teneant tuta conscientia posse emptorem rescindere contractum cum latrone, & rem illi reddere, vt pretium recuperet. Syluest. *in summa verbo restitutio* 3. *quæst.* 7. *dict.* 1. *vers.* 3. Mich. Salon.1.2.*quæst.*62.*artic.*6.Gregor.de Valent.2. 2. *q.* 6. *disput.* 5. *puncto* 4. Ludou. Lop. *part.* 1. *instr. conscien. c.*95. Io.Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo repetitio.differen.* 5.Turrian.*in* 2.2.*tom.*2.*dist.* 13. *dub.* 2. *num.*3. Pitigian.*in* 4.*sentent.dist.* 15 *quæst.* 2. *art.* 1. Megala *in* 2.2.*lib.*2.*cap.*6.*quæs.*6.*num.* 182. Malder. *in* 2. 2. *tract.*4.*c.*3. *dub.* 2. Barthol. à S. Fausto *in speculo confess. disp.*4.*q.*23.*n* 2.Bonacin.*de contractib.disp.* 1. *q.* 4. *puncto* 2.*n.*1.Diana, *moral. resol. tract. de contract. resol.* 69.

Vtrùm autem scienter emens à fure rem furtiuam, quæ vsu consumitur, & recipit functionem in genere suo, teneant ad restitutionem æstimationis, etiamsi fur habeat alias vnde restituat? vide Ioan. Valer. *dict. tract.de different. inter vtrumque forum, verbo restitutio, different.*26.

Cap. Si quid inuenisti. VI. *August.*

1 AN & quando ille, qui rem inuenit, peccet non restituendo, furtúmque committat, vel sibi possit retinere? vide S. Thom. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 5. *ad* 2. Sot.*de iustit. lib.* 5. *quæst.* 3.*art.*1. *ad* 2. Gutd.*sing.* 127. Bonacos.*commun.crimin. verbo furtum vers. quòd si quis inuenit,fol.*86.Couar.*in reg. possessor,part.* 3. §. 1. & 2. Nauar.*in man.cap.* 17.*à n.*170. *cum seqq.* Anton. Gom. *tom.*3.*var.cap.*5.*num.* 2. Medin. *part.* 1. *instr. de confess. cap.* 14.§.33.*vers.quinta regula,*Vasq. *in opus. moral tractatu de restit.cap.*5.§.4.*dub.*1.

2 Vtrùm autem inuentor qui præuia diligenti inquisitione non potuit scire qui sit rei inuentæ dominus, teneatur illam pauperibus dare pro anima domini? vide Felin.*in cap.cum dilecti num.* 7. & Abb.*num.*12.Masian.Socin.*num.*14.*vers. vtrùm autem, de accusat.* Cou. *d. part.*3.§.1.*n.*2. Medin. *d.* §. 33. *vers. quando vno alla cosas,* Sebast. Medic. *in sum. peccat. part.* 1. *tit.* 6. *quæst.* 127.Anton.Scap. *de iure non scripto lib.* 5.*cap.* 155. *ex n.*8. Vasq.*d. tract. de restit. cap.* 5.§. 4. *dub.* 1. & dicam *infrà ad cap.qui rapit.*17.*quæst.*4.

Cap. Denique. X. *Ambros.*

1 AMbros.*lib.*3.*de offic. cap.* 9. relatus *in hoc textu*, ait non licere cum alterius detrimento alteri subuenire,referunt Sayr.*in claui Regia lib.*7.*cap.* 12.*n.* 19. Paul.Comitol.*resp. moral. lib.*4. *quæst.* 13. *num.* 7. Sanchez *de matrim.l.*9.*disput.*20. *num.* 7. Locupelari enim quis non debet cum alterius iactura, Doctor. quos citaui *de Axiomat. iuris vsufreq. Axiom.* 139. & Gabriel Aluarez de Velasco in libello, quem *Axiomata & loca communia iuris* inscripsit, *lit. D. num.* 59. is enim parum modestè, vt decebat litteratum hominem, sibi arrogans fratris mei Doctoris Simonis Vaz Barbosa librum hac de re editum prætextu additionis trium, vel quatuor Doctorum, quos in hac materia facilè fuit inuenire, ausus est librum conficere, & sibi nomen auctoris in allegando vsurpare,& quod peius est, in eius inscriptione, & in prologo ad Lectorem sibi tantum arrogat, vt credat vnius, vel trium Doctorum additione è tenebris ad lucem libellum illum minutè, defectuoséque editum, vt ipse malè irreuerenter ait, traduxisse; nec is bonus Auctor orationem suam finire visus est, sed mihi ob plura opera in lucem edita non ignoto ausus est detrahere, asserens, impudenter tamen, Axiomata illa à fratre meo olim deprompta, facie postmodum fucata, mutatáque vel paululum minutè defectuoséque per me edita fuisse, non recordatur se fucata facie hoc quod mihi imponit, fecisse, nam licentiatus Fuente el Carneto ex commissione Regij consilij eius librum perlegens asserit à Doctore Barbosa fratre meo priùs Romæ impressum fuisse, vt ex approbatione *pag.*6. edita constat. Quòd autem ipse Gabriel Aluarez ait me libellum olim à Simone Barbosa editum transcripsisse, & in lucem edidisse inter alios varios tractatus Lugduni impressos de anno 1631. loquitur malè, & à veritate prorsus aberrat, nec debebat sic honori meo detrahere, nulla per me sibi data occasione, nec per illum habita casus notitia. Ego cum fratre meo Romam appuli, vbi cùm ipse in mea Bibliotheca aliqua principia & loca communia iuris inuenisset, ea in vnum collegit, & sic mea licentia typis mandauit, vt in prologo sui libelli testatur; cùm postmodum varias iuris tractationes in lucem edidissem, principia, & iuris Axiomata, ex quibus illa desumpsit frater meus, vt ipse non negauit, publicare operæpretium duxi, non eadem sunt, vt dictus Gabriel mordicus ait; licèt enim frater meus illa contextura, & diuisionibus imprimere potuisset, tamen vt manuale volumen conficeret, alium ordinem in disponendo assumpsit, & breuitati studendo librum paruum consultò confecit. Admiratus valdè sum quòd dictus Gabriel tantum curasset quòd ego transcripsissem, vt ipse ait, libellum fratris mei, & non agnoscit suam hac de re ambitionem, qui vt nomen Auctoris sibi vsurpasset, noluit additiones suas ad partes ponere, sed illas cum materia fratris mei miscendo Axiomatum Auctorem se appellat, cùm nec quidem vigesima illorum pars, si rectè inspiciatur, sua sit.

Cap. Dixit Dominus. XII.

AVgustinus *in l. quæst. Exodi q.* 39. relatus *in præsenti textu*, ait quòd quando filij Israël præcepto Dei tulerunt Ægyptorum vasa, & spolia, furtum non commiserunt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt. Ad cuius intellectum præmissis illis, quæ diximus *ad c. occidit* 23. *q.* 8. aduertendum est filios Israël Ægyptiorum vasa, & spolia sustulisse, quia ex Dei sententia illis debita erant, quoniam de laboribus, quos Israëlitæ impendebant Ægyptiis, nullam receperunt mercedem, vnde iusto iudicio illam eis Deus persoluit, vt habetur *Exod.cap.* 1. in quo non est vsus absoluta potestate (qua tamen poterat vti, si vellet.) sed legitima iudicis auctoritate, vt obseruant Sot. *de iustit. lib.* 2. *q.* 3. *art.* 8. *vers. tertium autem argumentum,* Sayr.*in claui Regia lib* 7.*c.*8.*n.* 11.& *c.* 9.*n.* 9. *cum seq. & cap.* 14. *à n.* 1. & post Clement. Alexandrin. notat Cano *de locis theologic.lib.*2.*cap.* 4. 1

SVMMARIVM.

1 *Iudici dans aliquid temporale, vt pro se iustam sententiam ferat, potest repetere.*

2 *Iudici pecuniam dans, vt pro se iustam ferat sententiam, non committit turpitudinem, & peccatum,*

quando imminet periculum certum, aut omninè verisimilius futurum, quòd euidens litigantis iustitia ab eodem iudice iniquè, alioquin iudicaturo peruertatur.

3 *Declaratur l. 2. ff. de condict. ob turpem causam, & numeris sequentibus.*

4 *Iudici quando aliquid datur, non quidem determinatè in fauorem dantis, sed simpliciter, & indeterminatè, vt cum expediat, prout iustitia postulauerit, tunc de iure Digestorum danti concedebatur actio ad repetendum, secus de iure Authenticorum.*

5 *Idem dicendum si iudici aliquid datum fuerit determinatè, vt pro ipso dante sententiam iustam ferat, nulla pracedente certitudine de sententia iniusta ab eodem alioquin pronunciando.*

6 *Iudici determinatè aliquid dare ex parte ipsius litigantis licitum est, vt pro se ferat sententiam iustam, etiamsi interuenerit fumus iniquitatis certitudo, & lasio iuris euidentis.*

7 *Pecunia, vel aliud munus vbi datur iudici simpliciter non expressa causa dationis, in dubio, dum aliud aliunde legitimè non apparuerit, præsumitur datum iudici in malum.*

Cap. Non sanè. XV. *August.*

1 NOtabilis est gloss. *hic, verbo, ille*, dum tenet, quòd dans iudici aliquid temporale, vt pro se iustam sententiam ferat, repetere potest, secundùm Abb. *in c. cùm ab omni n. 8. de vita, & honestate cleric.* Syluest. *in sum. verbo Index 1. q. 12. pronunciare 6.* Couar. *in reg. peccatum part. 1. §. 3. num. . col.* 1. Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 123. num. 2.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 88. num. 2. cum seqq. & disp. 90. sub num. 11.* Salon. *in simili tract. de iustit. & iure tom. 2. art. 1. de vendit. q. 77. num 8.* Menoch. *de arbitr. casu 343. n. 5. 8. & 9.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 14. num. 64.* Rebello *de obligat. iustit. part. 2. lib. 18. quæst. 12. num. 4.*

2 Ratio est, quia dans iudici in his terminis, non committit turpitudinem, & peccatum, quãdo imminet periculum certum, aut omninò verisimilius futurum, quòd euidens litigãtis iustitia ab eodem iudice iniquè alioquin iudicaturo peruertatur, vel iniustè differatur, & ita ex tali negligentia, & iniusta iudicis dilatione longè maiores eodem munere sumptus facit, aut alia via maius detrimentum patietur, vt aduertunt Cou. Menoch. Graff. Molin. & Lessi. *citatis locis*, Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 3 n. 6.* & plures alij, quos refert, & sequitur Farin. *in praxi crimin. quæst. 111. n. 109. & 116.* ergo sic datum repetere poterit etiam in foro exteriori, supposita turpitudine, & peccato ex parte iudicis, iuxta reg. text. *in l. 1. in fin. & in l. 2. ff. de condict. ob turpem caus.*

3 Non obstat *d. l. 2. vers. sed si dedi*, ab hac gloss. in oppositum abducta, dum probat quòd si litigans dederit iudici, vt pro se in bona causa pronunciet, censetur iudicem corrupisse, & ita crimen contraxit, quo interueniente non poterit datum repetere ab eo in foro externo, vt ex eodem textu colligitur, quasi aduersatiua oratio, quã ille vtitur, ibi, *sed hic quoque crimen contrahit*, &c. excludat repetitionem, & condictionem dati, & resoluat, ac emendet aliorum sententiam dictæ repetitionis, & conditionis admissam, & relatam in verbis præcedentibus eiusdem text. ad hanc solam eorum relationem in eo positis, ibi, *est quidem relatum condictioni locum esse*, in quo loquendi genere Vlpianus iudicauit satis esse posuisse causam denegandæ repetitionis, nempè dictum crimen corruptionis, idque adeò graue, cui infligatur pœna perditionis litis, iuxta vltima verba eiusdem text. vt ita ex eadem causa effectum colligamus, nempè repetitionis denegationem, vt in summa intellexit gloss. *ibidem, verbo dedi in 1. intellectu, gloss. in verbo expectat, in cap. qui rectè 11. q. 3.* Bart. *in auth. nouo iure num. 3. C. de pœna iudic. qui malè iud.* Turrecr. *hic num. 8. col. 2. post princ.* Abb. *in d. c. cùm ab omni n. 8.* Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 3. num. 1. col. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 343. n. 6. cum seqq.* Iacob. de Graff. *d. c. 123. n. 3.* Clar. *§. fin. q. 73. num. 2. ante fin.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. C. concl. 152. n. 2.* Nauar. *de datis, & promiss. n. 48.* Molin. *d. tract. 2. disput. 89. sub n. 2. & disp. 90. n. 1.* optimè Donel. *comment. iuris ciuilis lib. 14. cap. 25. col. 2. & 3. sub. vers. videndum*; quidquid oppositum, immò *in dict. vers. sed si dedi, per tot.* concessam esse repetitionem ei, qui iudici dedit, vt pro se in bona causa iudicaret, credat minus benè gloss. *ibidem verbo dedi in 2. intellectu*, Bart. sibi contrarius in eadem *l. 2. num. 1.* Paul. *in l. 1. n. 5. ff de condict. ob turpem causam*, & ibi Ias. *à num. 3.* Archid. *in præsenti* & Bellarm. *sub. num. 5. col. 1.* Durea. *ad eundem tit. de condictione ob turpem caus. cap. 3. post princip.* & alij, quos refert, & sequitur Farinac. *in praxi crimin. part. 3. q. 111. num. 109.*

Non, inquam obstat ille text. *in l. 2. vt suprà*, iuxta verum eius seorsum expensus, quia pro maiori illius explicatione quatuor casus principales considerandi sunt. Primus casus est, quando iudici datur non quidem determinatè in fauorem dantis, sed simpliciter, & indeterminatè, vt cum expediat, prout iustitia postulauerit, nec prorationem sententiæ differat iniustè; in quo distinguendum est inter ius antiquum Digestorum, de quo *d. vers. sed si dedi*, & inter ius nouum Authenticorum, de quo *in auth. vt litigantes iurent in exordio litis*, &c. *circa princ. collat. 9.* nam de iure antiquo Digestorum spectata rei natura danti concedebatur actio ad repetendum, quia turpitudo huius dationis versabatur solùm ex parte accipientis, non verò ex parte dantis, quippe quòd eo tempore non censebatur in ea datione iudicem corrupisse, & ita nec deliquisse videbatur, vnde succedebat reg. text. *in l. 1. in fin. & in l. 4. vers. quoties, ff. de condict. ob turpem, causam*; at verò ex dicto iure nouo Authenticorum nunquam repetitio danti concedetur, sed munus datum iudici publicum stipendum habenti adiudicabitur fisco in foro exteriori, quippè quòd supposita noua huiusmodi iuris prohibitione condemnante, & excludente omnem in vniuersum dationem ex quacumque causa iure non permissa iudici factum, iam non est licita, sed turpis hæc datio ex parte etiam dantis, quantumuis ipse à parte rei non intenderit iudicem corrumpere, atque ita in particulari cessauerit negatiuè finis huius nouæ prohibitionis, neque enim ob id cessare debet eadem prohibitio, iuxta text. sic intelligendum *in l. prospexit, vers. quod quidem, ff. qui, & à quibus*; sic enim concluditur ex generalibus, & absolutis verbis text. *in d. auth. vt litigantes, in princ.* intendentis sic exterminare omnem occasionem, & palliamentum corrumpendi iudices, quare ita distinguunt Bart. *in auth. nouo iure num. 3. C. de pœna iudic. qui malè iud.* Salic. *in l. vlt. num. 2. in fin. vers. hodie verò, C. eodem tit.* Bald. *in d. l. 2. col. 1. vers. hodie secus*, vbi Alberic. *num. 3. vers. hodie*, post gloss. *ibi verbo dedi, ad fin.* Molin. *d. tractat. 2. disput. 90. n. 2.* quamuis contrarium, immò quod etiam hodie non sit correctum dictum ius antiquum per huiusmodi ius Authenticorum, ac proinde quòd etiam hoc attento censenda non sit, turpis ex parte dantis datio, de qua in hoc primo casu, & consequenter quòd repetitio danti concedenda sit, tenuerunt minùs benè Abb. *in d. c. cùm ab omni, num. 8.* Couar. *d. §. 3. num. 1. col. 2. ante fin.* Syluest. *verbo Iudex 1. q. 12. pronunc. 6.*

pronunc. 6. Fulgos. *in l.* 1. *n.* 3. *cum seqq. ff. de condict. ob turpem caus.* Menoch. *de arbitr. casu* 34. *num.* 9. & alij, quos refert, & sequitur saltem de iure Canonico Farinac. *dict. quæst.* 111. *num.* 112.

5 Secundus casus est quando iudici datum fuerit determinatè, vt pro ipso dante sententiam iustam ferat nulla præcedente certitudine de sententia iniusta ab eodem alioquin pronuntianda, vel de euidentia iuris ipsius dantis, & tunc locum habent omnia, quæ hactenus in primo casu constituimus quoad forum exterius, & quidem à fortiori, quippe quòd ea in hoc secundo casu non solùm habent locum ex supradicto iure nouo Authenticorum, sed etiam ex ipso iure antiquo Digestorum *in d. l.* 2. *vers. sed si dedi*, cuius casus expressus proprius est hic secundus: rursus in hoc eodem obtinent quoad forum interius, quippe quòd in hoc secundo casu pariter ac in primo vigent rationes, & doctrinæ in primo contentæ, & in vtroque pariter applicandæ sunt.

6 Tertius casus est, quando in hac determinata datione interuenerit futuræ iniquitatis certitudo, & læsio iuris euidentis, & tunc ex parte ipsius litigantis licita est, & semper fuit tam ex rei natura, quàm attento omni iure positiuo, & tam in foro exteriori, quàm in interiori in ordine ad redimendam propriam vexationem, & consequenter repetitionem danti competere, & semper competiisse secundùm Doctores, quos *suprà in principio* citauimus, & ita est propriè intelligendus hic text. *in vers. ille tamen*; non obstat quòd alia remedia præter dictam pecuniæ, vel alterius temporalis muneris dationem supersunt ad redimendam hanc iudicis vexationem, nempe recusatio, vel appellatio, ac proinde quòd dicta datio necessaria non est, & consequenter improbari debet, respondetur enim hæc iuris remedia non esse adeò certa in sui executione, immò vtplurimum esse in hoc respectu dubia cùm pendeant ex arbitratia probationum admissione, & ex aliis, quæ solent cuiuslibet litis euentum dubium reddere, iuxta text. *in l. quod debetur* 51. ibi. *& euentus executionis possit esse incertus, ff. de pecul.* quod cùm ita se habeat, rationi consonat, vt aliud remedium quæratur, quod non ita dubium sit, sed adeò certum, ac ipsummet damnum ex iniquitate iudicis indubitanter imminens, vt in effectu benè co- fidenter respondet Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 40. *num.* 7. Nec etiam obstat quòd si hoc pecuniatum redemptionis genus admittatur, videtur reperiri via, & palliamentum facilè ad subornandos, & corrumpendos iudices, quippè quòd ex affectu ad propriam causam vnicuique prima fronte apparebit se eius certum habere in lite, quod tamen in rei veritate non sit tale; rursus ex eodem effectu facilè timebit fraudandum se iri iure suo, etiamsi à parte rei nulla sibi fraus, & vexatio pateat à iudice, respondetur enim hoc palliamentum non habere locum quoad forum conscientiæ in his terminis, in quibus supponimus dantem certum esse absque vlla palliatione de iure suo euidente ex consilio peritorum, & de vexatione omninò extitura, nisi eam sic redemerit à iudice apud quem plurimum fortè valet aduersarius, vel potentia, vel diuitiis, vel amore, vt benè pro foro interiori respondet. Fr. Emman. *sub d. num.* 7. immò nec pro foro exteriori hoc fundamentum procedet ex supradictis.

7 Quartus, & vltimus casus est quando pecunia, vel aliud munus datur iudici simpliciter, non expressa causa huius dationis, & tunc in dubio, dum aliud aliunde legitimè non apparuerit, præsumitur datum iudici in malum, id est, non esse datum pro redimenda vexatione in terminis, in quibus est licitè redimi potest, sed potiùs pro iudice corrumpendo, & sollicitando ad sententiam ferendam pro ipso dante, sic in effectu resoluit gloss. *verbo abstinere, in cap. cum ab omni, de vita, & honestate cleric.* post alios Farin. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 111. *num.* 117. iuncto *num.* 105. *&* 108. inde concludentes sic dantem non posse repetere, & quidem meritò, nam cùm hæc datio, & acceptatio absolutè improbetur à iure, iuxta distinctiones *suprà* positas in casibus præcedentibus, consequitur quòd simpliciter dans, censetur in dubio dedisse contra dictam prohibitionem, & ita contra sic dantem in dubio præsumendam esse culpam dignam dictis pœnis, & dicta priuatione repetitionis, sic enim generale est, vt faciens actum à lege prohibitum etiam positiua, si actus contra hanc gestus aliquem considerabiliter lædat, vel lædere possit, præsumatur in dubio culpabilis, immò & dolosus, vt post multos resoluunt Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. D. conclus.* 573. *num.* 48. *cum sequentibus*, Mascard. *de probationibus conclus.* 32. *n.* 47. *cum seqq. &* *n.* 66. per text. *in l. quemadmodum, C. de agricol. & cens. lib.* 11.

QVÆSTIO VI.

CAP. Si res aliena. I.

DE materia huius text. dixi latè ad *reg. peccatum, de regulis iuris lib.* 6. *& ibi* citatis addo nouissimè Aluarez de Valasco *de priuilegiis pauper. quæst.* 27. 1

SVMMARIVM.

1 *Fur non solùm in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur, cùm non id quod furto ablatum est, sed mens furantis attendatur.*
2 *Minima qui furatur, animo tamen furandi, & nocendi grauiter, & notabiliter, peccat mortaliter.*
3 *Furtum an & quando in re minima committatur, sitque peccatum, & pro ea furti actio competat, remissiuè.*
4 *Furtum minimum sæpius iteratum an & quando inducat peccatum mortale? remissiuè.*
5 *Simonia non committitur in modico sicut in magno.*
6 *Peccatum maius an committat ille, qui peccat cum muliere formosa, quàm qui cum deformi muliere fornicatur? remissiuè.*

CAP. Fur autem, vlt. *Hieron.*

HIeronymus *in epist. ad Titum cap.* 2. (quam nonnullis omissis, & mutatis refert Gratianus *in præsenti*) docet quòd fur non solùm in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur, eùm non id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attendatur; vnde D. Thomas 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 6. *ad* 3. ait, quòd qui aufert, seu furatur minima; animo tamen furandi, & nocendi grauiter, & notabiliter, peccat mortaliter, ratione enim affectus, vel voluntatis furandi plura, vel maiora si posset, peccatum mortale committi resoluunt, ita sententiam D. Thomæ explicantes, Syluest. *in summa verbo furtum quæst.* 2. Vasq. *in opusculis moral. lib. tit. de restit. cap.* 5. §. 1. *dub.* 6. De quo tamen, an scilicet & quando in re minima committatur furtum, sitque peccatum, & pro ea furti actio competat? vide §. *gallinarum*, & *ibi* Doctores, *Instit. de rerum diuis.* Gerard. *sing.* 19. Sot. *lib.* 1. *de iustit. quæst.* 3. *art.* 3. *versic. ad tertium argum.* Clar. §. *furtum num.* 23. Sebast. Medic. *in sum. peccat. part.* 1. *tit.* 6. *quæst.* 126. *vers.* 1 2 3

potest tamen esse veniale. Ludouic. Lopez *in instructorio conscientiæ, part. 1. cap. 92.* Tiraq. *in tract. de indic. in rebus exig. num. 114.* Couar. *lib. 1. var. cap. 3. num. 12. & in cap. alma mater, part. 1. §. 9. num. 2. in fine,* Nau. *in man. cap. 17. num. 3.* Mexi. *in tract. tassa panis concl. 3. num. 9. cum seq.* Perez *l. 1. in gloss. gallinas, tit. 23. l. 2. Ordinam.* Petr. à Nauar. *de restitut. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 26. cum sequentibus,* Salaz. *de vsu, & consuetud. cap. 5. §. num. 14.* Matiens. *l. 16. gloss. 2. num. 2. tit. 11. lib. 5. noua recopil.* Sayr. *in claui Regia lib. 9. cap. 15. num. 3. cum sequentib.* Molin. *de iustit. tom. 3. tract. 2. disp. 685. per tot.* Less. *in simili tract. lib. 2. cap. 12. dub. 6. num. 39.* Rebell. *de obligat. iustitia, p. 1. l. 3. q. 15. sect. 1. vers. secunda conclusio.*

4 An autem furtum minimum sæpius iteratum inducat peccatum mortale? vide Martin. de Ledesma *2. 4. p. 18. art. 8. fol. 273. fol. 2.* Couar. *lib. 1. var. c. 3. n. 11.* Nauar. *d. cap. 17. num. 140.* Sayr. *in claui Regia lib. 2. cap. 13. num. 19. cum seq. & lib. 9. c. 15. num. 16. cum seq.* Molin. *d. tom. 3. tract. 2. disp. 678. cum seq.*

5 In gloss. *Quod furto.* ibi, *non committitur simonia in modico, sicut in magno,* &c. De quo vide Tiraquel. *de indic. in rebus exig. vers. 30. fol. 32.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 166.* Soarez *de Religione tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 3. num. 5. cum seq.*

6 In gloss. *Fornicatione.* An magis peccet qui cum formosa, quàm qui cum deformi muliere fornicatur, disputat gloss. *in præsenti*, pro cuius quæstionis solutione vide Abb. *in cap. cùm quidam num. 2. & ibi* Felin. *num. 7. in fine. de iureiuran.* Ias. *in §. ex maleficijs n. 13. Instit. de actionib.* Mich. Gribald. *in tract. de homicid. in princip. pag. 5. num. 4. in fine,* Tiraq. *l. 2. connub. num. 12.* Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, verbo cuidam Petro trad. num. 28. de testam.* Quæ autem consideranda sunt, vt mulier possit dici pulchra, tradunt Neuizan. *in sylua nupt. lib. 2. num. 93.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi considerat. 22. part. 2.*

CAVSA XV.

QVÆSTIO I.

CAP. Meritò. I. *August.*

1 AVGVSTINVS *libr. 4. quæst. 24. ad cap. 15. Numerorum*, relatus *in hoc text.* ait sine voluntate peccatum actuale committi non posse, vide Cardin. Bellarm. *in controuers. Christianæ fidei tom. 3. controu. 2. generali cap. 5. col. 3. vers. vnum,* Cardin. Toler. *in summa lib. 9. cap. 84. post princ.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccl. existent. l. 4. c. 69. numer. 14.* Mari. Giurb. *in consuetud. Messanen. c. 6. gloss. 7. n. 7.* Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 19. n. 67. vers. non obstat.*

2 Ex hoc text. vulgò colligitur delicta sine voluntate non committi, nec puniri commissa, quia à voluntate delicta pendent, vt per Cels. Burgal. *de dolo lib. 4. cap. 8. num. 13. fol. mihi 528.* Mari. Giurb. *cons. crimin. 32. num. 13. cum seqq.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 9. c. 2. n. 32. & seqq.* Ioan. Baptista Nauar. *quæst. forens. lib. 1. q. 59. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Bestia interficitur sicut & ipsa fœmina, quæ se ei commiscuit.*

2 *Bestialitatis propter crimen quando animal alicuius interficitur, quis illius pretium soluere debeat, ostenditur.*

3 *Doctores referũtur de bestialitatis crimine agentes.*

4 *Conatus solus in delicto bestialitatis, an puniatur? remissiuè.*

CAP. Mulier, quæ accesserit. IV.

COllige ex text. quòd licèt pecus ratione careat, 1
& à culpis immunis sit, nihilominus interficitur sicut & ipsa fœmina, quæ se ei commiscuit in detestationem tanti criminis, & ne tali flagitio contraminata indignam refricet facti memoriam, de quo vide Ias. *in l. furiosum num. 10. C. qui testam. facere pos.* Alex. *in l. ex facto num. 35. ff. de vulgari,* Carrer. *in praxi tit. de homicid. § circa igitur num. 29. pag. 349.* Guid. Papæ *decis. 238.* Alphons. de Castro *lib. 4. aduersùs hæreses verbo coitus vers. coitus cum iumento,* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 2.* Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, de testam. verbo mortuo itaque il. 1. n. 138.* Mantua *sing. 15. num. 3.* Hoied. *de incompatib. benefic. part. 1. cap. 23. num. 105.* Idem Mantua *dial. 123.* Clar. *§. fornicatio num. 27. & § fin q. 99. n. 8. vers. nisi in vno casu,* Cou. *lib. 2. var cap. 8. num. 1.* Ant. Gom. *l. 1. Tauri num. 11. post. med. & l. 80. Tauri n. 35.* Roland. *cons. 7. à princip. vol. 1.* Rojas *singul. 102. incip. vbi animal brutum,* Tiraq. *de pœnis temper causa 49. num. 39.* Menoch. *illustr. cap. 96. num. 11.* Auil. *ad cap. 1. Prætor. in gloss. derechamente num. 19.* Ioan. Matien. *in dial. relatoris part. 3. cap. 64. num. 6. vers. facit etiam,* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 77. num. 9.*

Quando propter crimen bestialitatis animal alicu- 2
ius interficitur, pretium animalis soluendum est domino de bonis delinquentis, si soluendo est defunctus, secus si non est soluendo, quia tunc solui debet ex pecunia fiscali, sicuti tradit Ignat. del Villar. *in sylua respons. lib. 1. resp. 4. num. 11. cum seqq.* eam refert parens meus *in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 5. tit. 13. §. 2.*

De bestialitatis crimine vide vltra citatos Menoch. 3
de arbitrar. casu 286. num. 7. Farinac. *in praxi crimin. quæst. 148. num. 46.* Sayr. *in claui Regia lib. 8. cap. 5. à num. 18.* Azor. *institut moral. part. 3. lib. 4. c. 22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 22. num. 51.*

Vtrùm autem in hoc delicto solus conatus cum 4
bruto puniatur? vide Boër. *decis. 316.* Cou. *in Clem. si furiosus p. 2. in initio ad fin. vers. hac quidem obiter,* Marant. *de ordine indic. part. 4. num. 70. pag. 83.* Roland. *d. cons. 7. n. 4. volum. 1.* Menoch. *dict. casu 286. num. 7. & casu 360. num. 61.* Et quid in aliis atrocissimis delictis, vide Anton. Gom. *de delictis c. 3. num. 11.* Mutam. *decis. 30. num. 25.* Mart. *voto 230. num. 14.* Thesaur. *decis. 243. num. 2. & 3.* Thesaur. iun. *lib. 2. quæst. forens. q. 24.* Giurb. *cons. 46. num. 37. & cons. 97. num. 16.* Sebast. Guazin. *de defens. reor. defens. 33. c. 24. num. 2.*

CAP. Sanè discimus. VII. *Ambros.*

DE ebrietate, & an, & quando excuset à delicto, 1
irregularitate, aut peccato, vide Castr. *de potestate legis pœnalis lib. 2. cap. 14. vers. de ebrio autem,* Bonacos. *commun. crimin. verbo ebrietas excusat.* Petr. Plaça *de delict. c. 30. per tot.* Pedraza *in 6. præcepto Decalogi in fin. vers. de la embriaguez,* Cou. *in Clem. si furiosus p. 3. in initio num. 3. cum seqq.* Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 1. num. 73.* Sebast. Medic. *in sum. peccatorum p. 1. tit. 1. ex quæst. 13. cum seqq. & tit. 7. quæst. 26.* Petr. à Nau. *de restit. tom. 1. lib. [illegible] cap. 1. num. 75.* Tiraquel. *de pœnis temper. causa 6.* [illegible] Menoch. *illustr. cap. 96. num. 31.*

Perez

Perez *in rub. tit.* 8. *lib.* 8. *Ordinam.pag* 204. Mascard. *de probat. concl.* 579. Anton. Scap. *de iure non scripto lib.* 1. *cap.* 63. Menoch. *de arbitr. casu* 326. Pined *in monarchia Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 3. §. 4. *& in vita S. Iannis Baptistæ lib.* 3 *art.* 2. *c.* 1. *pag.* 141. Azor. *instit. moral part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 33 Sayr. *in claui Regia lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. *& de censur. lib.* 6. *cap.* 17. *n.* 34. Lessi *de instit. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 3. *n.* 25. *cum seqq.* Paul. Comitol *respons. moral lib.* 5. *quest.* 5. *n.* 8. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 20. *n.* 51. *& part.* 3. *quæst.* 93. *per tot. & fragm. crimin. p.* 2. *lit. I. numer.* 422. *& seqq.* Soarez *tom.* 5. *de censur. disput.* 46. *sect.* 1. *num.* 12. *verf. nam communis*, Auila *in simili tractatu p.* 7. *rub. de homicidio directè volunt, sect.* 1. *dub.* 15.

Cap. Inebriauerunt. IX. *August.*

1 De materia huius cap. latè, & eleganter agit Merol. *tom.* 1. *disput. in vniuersam Theolog. moralem, disput.* 1. *cap.* 2. *n.* 1 30. & vide Castr. *lib.* 2. *de lege pœnali lib.* 2. *cap.* 14. *pag.* 580.

Cap. Si quis insaniens. XII.

1 Probat hic text. clericum in furore occidentem non peccare, sed officium exercere non posse. At videtur corrigi per *Clem. si furiosus*, *de homicid.* quæ habet irregularitatem non incurri ex homieidio patrato à furioso, vide Tiraq el. *de pœnis temper. causa* 2. *a n.* 5. & 8. Ludou. Beja *responsor. casuum conscientiæ part.* 1. *casu* 40. *pag. mihi* 66. Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. *num* 11. Auil. *de censur. part.* 7. *rub. de homicid. casuali disp.* 6. *sect.* 1. *dub.* 12. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 94. *num.* 26. *& fragm. crimin. part.* 2. *lit. l. n.* 417. vbi *n.* 418. subdit procedere etiam quòd occisor sua culpa in furorem inciderit, aduertens *ibi in fine* vix dari posse casum, in quo quis velit culpa sua furiosum euadere, & *num.* 421. intelligit procedere in eo, qui occidit durante furore, vnde secus si habeat dilucida interualla occidat tempore sanæ mentis.

Cap. Si quis non iratus. XII.

Hieronymus.

1 De magistro moderatè discipulum corrigente, & verberante, quòd non incurrat irregularitatem etiam quòd inde mors sequatur, resoluunt Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 235. *verf.* 22. Couar. *in Clem. si furiosus p.* 2. §. 4. *sub num.* 5. Soar. *de censur. disput.* 46. *sect.* 2. *rub. de irregul. ex homicid. casuali num.* 4. Auil. *de censur. p.* 7. *rub. de homid. casuali disputat.* 4. *sect.* 1. *dub.* 3. Farin. *fragment. crimin. part.* 2. *lit. l. num.* 508. Si ergo magister nimis modum excedendo percusserit in capite aut alio periculoso loco, ex quo percussus obiit, aut deformatus est, irregularitatem incurret, per text. *in cap. Presbyterum* 7. *de homicid.* vbi *num.* 2. plures citaui Doctores.

Qvæstio III.

Cap. De crimine. I.

1 Probat hic text. mulieri in publico iudicio non permitti quemquam accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, & nisi in criminibus, in quibus est ei specialiter côcessum accusare sine inscriptione, de quo vide Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 31. *cum seqq.* Clar. §. *fin. q.* 14. *n.* 8. Decian. *in tract. crim. lib.* 3. *cap.* 7. *à num.* 1. Soat. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. *n.* 14. Caldas. *controuers. iuris lib.* 1 *de vsufruct. c.* 40. *n.* 10. *cum seqq.* vbi *num.* 18. subdit vxorem esse præferendam filiis in accusatione mortis patris.

Cap. Sanè quisquis. IV.

De sumitur ex *l. si quemquam* 29. *C. de Episcop. & cler.* de cuius materia vide Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 34. *num.* 41. Cardin. Baron. *tom.* 6. *annal. Eccles. anno Christi* 469. *pag.* 19. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 3. *n.* 2. Marr. *de iurisdict. part.* 2. *cap.* 37. *n.* 8. Thom. Valasc. *alleg. iuris tom.* 1. *alleg.* 13. *num.* 145. vbi ait simoniæ crimen de iure ciuili prohibitum esse per *d. l. si quemquam.* 1

2 *Cum enim generaliter legibus*, &c.] Vide de intellectu Decian. *in tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2.

Qvæstio IV.

Cap. Alius. III. *Gregor.*

1 De materia huius text. vide Victor. *de potestate Ecclesiæ part.* 1. *n.* 19. Clar. §. *fin. q.* 35. *n.* 8. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 19. *propè fin in verf. Samuel. cum seqq.* & quæ latè dixi *in collect. ad c. grandi, de suppl. neglig. Prel.* vbi *num.* 5. peculiariter egi de materia huius text. & *ibi* citatis adde nouissimè Ioan. de Valt oa *in annuis Academicis prælectionib. Salmanticensib. ad c.* 13. *de indic. num.* 46. *cum multis seqq.*

Cap. Nos Sanctorum. IV.

Gregor. VII.

1 Gregorius VII. Romanæ Synodo præsidens, testatus *in hoc text.* ait quòd subditi absoluuntur à fidelitate, & debito obsequendi dominis excommunicatis, & modis omnibus prohibet ne eis fidelitatem obseruent quousque excommunicati ad satisfactionem veniant, referunt Couar. *in reg. peccatum p.* 1. *in fine n.* 8. *verf. illud*, Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 7. Anton. Riec. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *cap.* 52. *num.* 1. Vgolin. *de censur. tab.* 2. *cap.* 23. §. 9. Soar. *tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* 6. *n.* 2.

Qvæstio VIII.

Svmmarivm.

1 *Filius natus ex coitu clerici, & fœmina libera, sub specie tamen matrimonij scienter contracti, seruus efficitur Ecclesiæ.*

2 *Text. in præsenti non est contraria consuetudine abrogatus.*

4 *Filius non succedit matri, vbi ex parte matris coitus non fuerit reprobatus, & punibilis.*

4 *Coitus damnatus dicitur ille, qui aliqua pœna temporali per legem, aut constitutionem iuris imponitur.*

5 *Mulier commiscens se cum clerico secularisacris Ordinibus insignito non committit ex parte sua incestum, sed simplicem tantum fornicationem.*

6 *Filius clerici in Sacris constituti succedit matri, sed num.* 7. *referuntur plures contrarium tenentes, ac num.* 8. *concordantur.*

9 *Natus ex coningato, & soluto an matri succedat, ostenditur.*

Y 4 Cap.

Cap. Cùm multæ. III.

Ex Concil. Tolet. IX.

1 COncilio Toletano IX. *cap.* 10. statutum est fi-
lium natum ex coitu clerici, & fœminæ liberæ,
sub specie tamen matrimonij scienter contracti, ser-
uum effici Ecclesiæ, vt refertur *in hoc text.* & ex eo
colliguot Gregor. per text. *ibi, in l.* 3. *tit.* 21. *p.* 4. Guillel.
Bened. *in c. Raynutius, de testam. verbo Raynutius, n.* 21.
Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 5. *num.* 17. vbi aduertit
Romaoum *sing.* 526. incip. *Dic quod filij*, oimis largè
ex hoc text. desumere filios clericorum esse seruos Ec-
clesiarum, cùm tamen constet illum de natis ex cleri-
corum coniugio loqui, Ioan. Fab. *in* §. *seruitus num.* 5.
vers. item alius modus, Instit. de iure person. vbi subdit,
quòd hodie multi essent serui Ecclesiæ, si iste text. ser-
uaretur, Nauar. *in c ita quarumdam, de Iudeis notab.* 11.
in gloss. pen. num. 27. vbi intelligit text. de filio consti-
tuto in Sacris, qui cum eius rei conscia contraxit ma-
trimonium, resoluens è contrario non esse seruum, sed
liberum filium Sacerdotis, qui contraxit matrimo-
nium cum aliqua eius ignara, Rojas *de success. cap.* 17.
à num. 17. Perez *l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 150. *in fin. &*
pag. 151. Paul. Comit. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 56.
Axor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 5.

2 In gloss. *Connubio.* ibi, *quicquid tamen hîc dicatur,*
&c. Ergo statutum Concilij Toletaoi, de quo *in hoc*
text. abrogatum est, ac per desuetudinem euanuit, sed
contrarium rectiùs tenent Abb. *in cap.* 1. *col. fin. de treu-*
ga, & pace, & in cap. cùm sit, de foro compet. n. 15. Cou.
d. num. 17. Duen. *reg.* 345. *vers.* 12. Clar. §. *fin. q.* 30. *in*
princ. Cosm. *in pragm. sanct. tit. de concub. verbo coha-*
bitare §. *qui etiam*, Nauar. *vbi sup. num.* 16.

3 In gloss. *Hæreditatem.* ibi, *nam matri etiam succedit*
spurius filius, &c. Intellige vbi ex parte matris coitua
non fuerit reprobatus, & punibilis, quia tunc filius non
succedit matri, vt resoluit Negreir. *in introduct. vlt. vo-*
4 *lum. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 5. Coitus autem damnatus dicitur il-
le, cui aliqua pœna temporalis per legem, aut constitu-
tionem iuris imponitur, secundùm Bermon. *de publicis*
concubin. prope fin. in verbo, qui etiam filios n. 73. Bossi.
de coitu damnato n. 38. Clar. §. *fornicatio num.* 5. Cald.
Pereira *de nomin. emphyt. quæst.* 21. *num.* 16. Stephan.
Gratian. *discept. forens. cap.* 33. *num.* 20. Molin. *de inst.*
tract. 2 *disp.* 167. *vers. licet in conclusione.*

5 Vnde quia mulier commiscens se cum clerico se-
culari sacris Ordinibus insignito, non committit ex
parte sua incestum, sed simplicem tantùm, fornicatio-
nem, ex resolutis per Menoch. *in addit. ad cas.* 289. *n.* 6.
6 *vers. tertia opinio*, Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæst.* 7. *n.* 44.
Stephan Gratian. *d. cap.* 35. *num.* 24. ideò filium clerici
in Sacris constituti succedere matri tradunt Perez *ad*
tit. 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 69. *& ad tit.* 8. *vers. vtrùm autem*
lib. 8. *Ordin pag.* 279. Auendan. *ad l.* 9. *Tauri gloss.* 5.
num. 5. *cum seq.*

7 Contrarium verò, immò matri non succedere, te-
nuerunt Anton. Gom. *l.* 9. *Tauri n.* 15. *in fine*, & Tello
Fernaodez *n.* 34. Menoch. *de success. creat.* §. 10. *n.* 497.
Matien. *l.* 6. *gloss.* 4. *n.* 6. 7. & 8. *tit.* 8. *lib.* 6. *noua recopil.*
Gam. *Lusit. dec.* 136. Pereg. *de iure fisci lib.* 3 *tit.* 8. *n.* 37.
in med. Spin. *in speculo testam. gloss.* 16. *princ. num.* 18.
19. 89. & 90. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 197. *num.* 8.
vers. licet, Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 102. Bernard. Græuæ *ad*
pract. Camera Imper. lib. 2. *concl.* 115. *consid.* 1. *num.* 2.
Lessi. *de instit. lib.* 2 *cap.* 19. *dub.* 6. *num.* 65.

8 Ego tamen has contrarias opioiones ad concordiam
reducendas esse probabilius duco cum D. meo Petro
Barbosa *in priuatis scholys ad l. ex facto* §. *si quis roga-*
tus il. 1. *vers. ad Ordin. lib.* 4. *ff. ad Trebel.* vt scilicet
prima opinio habeat locum in clerico, qui suscepit fi-
lium ex muliere soluta, quam pro concubina non ha-
bebat, cùm in his terminis verum sit mulierem non
puniri; secunda verò vt procedat in clerico, qui su-
scepit filium ex concubina, cùm in nostris præci-
puè Hispaniarum patribus concubina clerici acriter
puniatur.

Ex qua distinctione iam infertur resolutio ad illam 9
quæstionem vtrùm oatus ex coniugato, & soluta ma-
tri succedat, in qua licèt non pauci negatioam teneant
partem, ex quorum numero sunt Azor. *dict. p.* 2. *lib.* 2.
cap. 6. *quæst.* 9. Surd. *decis.* 249. *numer.* 16. *& cons.* 456.
num. 14. Molin. *d. disput.* 167. *num.* 8. & alij pro affirma-
tiua pugnent vt per Spin. *d. gloss.* 1. *in princ. numer.* 90.
Castr. Angel. Dec. Nicas. Aym. & Fulgos. citati à Ste-
phano Gratiano *d. cap.* 35. *num.* 26. tamen distinctione
supradicta opus est, vt scilicet negantium sententia lo-
cum habeat, cùm ex ea nascitur, quam in domo pro
concubina habebat, cùm factum huiusmodi secun-
dùm bonos mores magis detestabile sit, & per legem
punibile; at verò alia negantium opinio procedat
cùm spurius nascitur ex soluta per coniugatum acci-
dentaliter cognita; ita D. Barbosa *vbi suprà* Pereg. *d.*
tit. 8. *num.* 36. *vers. concordando*, Stephan. Gratian. *d.*
cap. 35. *à numer.* 27.

CAVSA XVI.

QVÆSTIO I.

Cap. Placuit. I.

X hoc text. & aliis seqoentibus vulgò 1
colligitur Monachos omnes olim Epi-
scoporum iurisdictioni subiectos fuisse,
vt per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2.
quæst. 63. *art.* 1. Ascan. Tambur. *in tract.*
de iure Abbat. tom. 1. *disp.* 15. *quæst* 1. *in princ.* & alios,
quos refero, ergo ipse *de officio, & potest. Episc. p.* 3. *alleg.*
101. *à princ.* vbi refero quo tempore Regulares exem-
ptiones obtinuerunt. Et ideò plura antiqua iura indi-
stinctè potestatem corrigendi Monachos etiam extra
regulam delinquentes Episcopo tribuunt. *cap. de perso-*
na 11. *quæst.* 1. *cap. Abbas*, *cap. Monasteria il* 1. *cap.*
cognouimus 18. *quæst.* 1. & ex Ægid. & Marian. obseruat
Rot. *decis.* 17. *n.* 1. apud Farin. *part.* 1. *recent.*

In gloss. *Sepeliat.* ibi. *sed quid si Parochianus alicuius*
deliquit in alterius Episcopatu? Vide Azeued. *l.* 1. *n.* 39. 2
tit. 16. *lib.* 8. *noua recopil.* Zerol. *in praxi Episc. p.* 1.
verbo Vicarius, pag. mihi 338. D. Barbos. *in l. heredes*
absens §. *proinde, in art. de foro delicti n.* 65. *de iudic.*

Cap. De Monachis. III. cum seqq.

Innocentius.

PRo varietate temporum diuersæ leges, & cano- 1
nes sunt de Monachis constituti, vt videre est per
totam hanc *quæst.* t. qui prima facie videntur inter se
pugnare, sed tamen secundùm temporum diuersita-
tem facilè componuntur. Primò namqoe Monachi
omnes etiam Abbates laici erant, & ideò clericis in-
feriores habebantur, ac proinde cum solitudini,
quieti, silentio, pœnitentiæ, & contemplationi es-
sent penitus dicati, extra monasteria commorari pro-
hibebantur, ac ab Ecclesiasticis Ordinibus arcebau-
tur, & fuerunt in hoc laicali statu, vsque ad tempora
Eusebij, Zozimi, & Syricij, & vt ex sententia historiæ
Eccle

Ecclesiast. testatur Gratian. *in cap. hinc est, circa fin. hac ead. causa, & quæst.* Postea procedente tempore cœperunt eorum aliqui in suis Monasteriis Presbyteri creari, vt ibi rem diuinam facerent, & deinde Episcoporum concessu, vel consuetudine introductum est, vt etiam Sacramenta cæteris Monachis ministrarent in suis tantùm monasteriis, ac proinde prohibebatur extra monasteria clericorum munera obire, & exequi, secundùm quæ intelligendi sunt plures text. *hac ead. causa, & quæst.* & præcipuè *cap. placuit, il* 1. vbi præcipitur ne Monachi pœnitentiam alicui tribuant, nisi sibi inuicem, & ne mortuum sepeliant, nisi Monachum in monasterio secum commorantem, *& cap. interdicimus*, vbi prohibentur Abbates, & Monachi publicas pœnitentias dare, infirmos visitare, & vnctiones facere, & Missas publicas cantare, *& cap. peruenit*, vbi reprehenduntur Monachi, & Abbates qui in parœciis Episcoporum, ac Presbyterorum munera præstabant. *cap. qui verè*, vbi statutum est ne Monachi, qui per ciuitates singulas, seu possessiones in monasteriis morantur, communicare audeant Ecclesiasticas, aut seculares aliquas attrectare actiones, nisi fortè iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis Episcopo, *& in cap. Agapitus*, vbi increpat Gregorius quemdam Episcopum, qui in certo monasterio prohibebat Missarum sacrificia fieri. Denique ij Monachi, qui erant ad Sacerdotium prouecti, cœperunt quoque Episcopi auctoritate, & Abbatis consensu extra monasterium officia Presbyterorum obire, & ideò *in cap. sunt nonnulli*, Bonifacius reprehendit quosdam asserentes Monachos, qui mundo mortui sunt, & Deo viuunt, sacerdotalis officij dignitate indignos, neque pœnitentiam dare, neque Christianitatem largiri, neque absoluere posse per sacerdotalis officij diuinitus sibi iniunctam potestatem, sed omninò, inquit, labuntur. Colliges hæc ex Azor. *institut. moral. pag. 1. lib. 2. cap. 19. quæs. 11.* & ex iis, quæ dixi ad *cap. Subdiacono 93. distinct.*

SVMMARIVM.

1 *Abbates, & Monachi prohibentur suscipere in Baptismo, vel Confirmatione.*
2 *Religiosi licèt peccent si in Baptismo, aut Confirmatione susceptores sint, veri tamen susceptores erunt.*
3 *Monachus inhabilis est ad beneficium seculare.*
4 *Monachi etymologia quot remissiuè.*
5 *Donatio causa mortis an confirmetur morte ciuili, & professione in Religione.*

Cap. Placuit. ij. VIII. *Eugen.*

NEque filium de Baptismo accipere.*] Notatur ad hoc quòd Abbates, & Monachi prohibentur suscipere in Baptismo, vel Confirmatione, vt docent plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput. 60. numer. 21.* quibus addo Posseuin. *de offic. Curati, c. 6. numer. 27. versic. secundò*, Galet. *in margarita casuum conscientia, verbo Religiosus. pag. 225. in fine*, Rebell. *de obligat. instit. part. 2. lib. 3. qua. 6. num. 10.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. l. 31. num. 157. vers. quartò*, Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 43. art. 1. in concl. propè med.* Bonacin. *de matrim. q. 3. puncto 5. §. 2. num. 23.* Basil Pont. *de impediment. matrimon. c. 24. §. 1. vers. exclusi.* metipsum *de officio, & potest.*
2 *Episcopi p. 2. alleg. 30. n. 36.* quorum plores id benè intelligunt, dummodò qui confirmantur non sint etiam Religiosi, & addunt quòd licèt Religiosi peccent, si in Baptismo, aut Confirmatione susceptores fiot, veri tamen susceptores erunt, ac proinde contrahent spiritualem cognationem, cùm in hoc textu, & similibus nullum sit verbum irritans factum.

Neque ad Ecclesiam sæcularem.] Notatur ad hoc quòd Monachus inhabilis est ad beneficium seculare, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 4. quæst. 5. num. 1.* & citatos ad me *in collect. ad cap. quod Dei num. 3. de statu Monach.* 3

Agnoscat nomen suum, &c.] De hac etymologia nominis Monachi, vide Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. disput. 27. quæst. 3.* 4

In gloss. *Mortuus.* Collige ex gloss. Monachum non haberi pro mortuo nisi in casibus à iure expressis, vt per Alexand. *cons. 239. num. 4. lib. 2.* Oldrad. *cons. 284 num 4.* Fusar. *de substitut. quæst. 430. num. 15.* Rot. *decis. 543. num. 1. part. 2. recent.* quos refert & sequitur nouissimè Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs disp. 13. dub. 9. à princip.* vbi *num. 3.* hinc notat Monachum dici mortuum ciuiliter quoad possessionem propriæ voluntatis, & bonorum temporalium; secùs verò quoad perdenda naturalia, licet ea contemnere debeat.

In ead. gloss. ibi, *& sic vt donatio causa mortis, confirmatur morte naturali, ita similiter confirmatur morte ciuili.* Vide Gregor. *l. 4. verbo en su vida, tit. 11. p. 4.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo libertis num. 122. C. de reuoc. donat.* Cardin Mantic. *de coniect. vltim. volunt. l. 5. tit. 13. & de tacitis, & ambig. conuention. l. 21. tit. 7. numer. 9.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 258. vers. donatio causa mortis*, Stephan. Gratian. *disccept. forens. cap. 172. num. 16.* Sanch. *de matrimon. lib. 6. disp. 17. num. 3.* Benedict. Pinel. *select. interpret. lib. 2. cap. 2.* Et an confirmetur professione; vide Cou. *in 3. part. rub. de testam. num. 4.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum num. 35. C. de in integr restit. min.* Matiens. *l. 7. gloss. 3. num. 7. tit. 10. lib. 5. nona recop.* Sanch. *d. disp. 17. num. 7.* Card. Mant. *d. lib. 21. tit. 7. num. 13.* 5

Cap. Qui verè. XII.

Ex Concil. Calced.

GLoss. *verbo verè, in præsenti text.* ait Eremitas priuilegium Clericorum habere, quod verum credo si in communi sint certo viuendi modo ab Ecclesia approbato; nam si illum non habeant, nec vllam profiteantur Religionem, nullóque clericali Ordine insigniti sint, exempti à potestate seculari non erunt, ac proinde priuilegio fori minimè gaudebunt, ad not. per Duen *reg. 100. limit. fin.* Boër. *in tract. de statu, & vita Eremitarum num. 13. & 14.* Cou. *practic. c. 34. n. 4. vers. secundò intellige*, Curi. Philip. *p. 3. §. 1. n. 15.* Armed. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1.* F. Emman *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 62. art. 2.* Camill. de Curte *in diuersor. seu comprehens. iuris feudal. p. 2. c. 2. n. 93.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 2. in prelud. n. 141.* Molin. *de instit. tractat. 2. disp. 141. vers. Eremita. & tract. 3. disp. 50. num. 4. in fine*, Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. quæst. 196. num. 585. cum seqq.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verbo Eremita*, Flores de Mena *rar. quæst. quæst. 21. à num. 194* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 1. num. 102. cum seqq.* F. Paulin. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regul tit. 1. cap. 3. num. 4.* Sanchez *in præcepta Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 16. num. 10.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 2. num. 25.* & ideò in Collectis non esse immunes sustinent Auandan. *de exequend. mand. l. 2. c. 54. num. 24.* Gutier. *de gabell. quæst. 95. n. 7.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 74. art. 11.* Flores de Mena *d. q. 21. a num. 195.* nec proinde priuilegio *can. si quis suadente 17. quæst. 4.* 1

gaudere

gaudere resoluunt Iacob. de Graff. *in aureis decis. pag. 1. lib. 2. cap. 18. num. 27.* Soar. *tom. 5. de ceasar. disp. 23. sect. 1. num. 11.* Molin. *d. disput. 50. num. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 214.*

SVMMARIVM.

a *Monachus an possit esse Aduocatus, arbiter, & index, remissiuè.*

2 *Monachus potest ab Episcopo, cum consensu tamen Abbatis Vicarius creari, dummodo non sit illegitimus, vt num. 3.*

CAP. De præsentium. XX. *Pelag.*

1 GLoss. *verbo defensor, in præsenti text.* agit an Monachus possit esse Aduocatus, arbiter, & iudex, de quo commodiùs dicam *infrà ad cap. Monachi il 2. hac eadem causa, & quæstione.*

Vulgò notari solet ad hoc, quòd Monachus potest ab Episcopo, cum consensu tamen Abbatis, Vicarius creari, vt per Nauar. *commento 2. de Regularib. num. 68. & commento 4. num. 15. vers. 9. & cons. 65. num. 3. in antiq. aliàs consil. 74. num. 3. in nouis sub tit. de Regularib.* Anton. Cuch. *lib. 2. instit. maior. tit. 8. num. 58* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 76. art. vlt.* Flamin. Paris. *de resignation. benefic. lib. 9. quæst. 4. num. 5.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 38.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 43. quæst. 10.* vbi subdit debere Monachum socium habere ex eodem cœnobio ascitum, Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 13. num 88.* Campan. *in diuersor. iuris Canonici rub. 11. cap. 13. num. 118.* vbi cum Maiolo *de irregul. lib. 1. cap. 10. sub num. 3. vers. ideóque*, subiicit huiusmodi Monachum, si illegitimus
3 sit, quamuis professione legitimatus fiat, Vicatij officium propter præeminentiam, & iurisdictionem, quam habet, exercere non posse, refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 54. num. 12. & seq.* qui omnes hoc ipsum extendunt ad quemlibet Religiosum, excepto Mendicante, licèt in eo limitationem non admittat Sanch. *d. num. 88.*

SVMMARIVM

1 *Procuratoris munus an, & quando Religiosus obire possit, remissiuè.*

2 *Monachus de licentia sui Abbatis eo casu Aduocatus, vel Procurator esse poterit, cùm id munus suscipit pro miserabilibus personis tuendis.*

3 *Arbiter non potest esse Monachus, siue quiuis alius Religiosus, nisi concurrent licentia Superioris, & vtilitas Monasterij.*

4 *Arbitrator potest esse Religiosus sine licentia Superioris.*

5 *Religiosus factus Episcopus potest esse arbiter.*

6 *Religionis Superior nullius indiget licentia, vt arbiter sit.*

7 *Arbitri sine licentia Abbatis possunt esse Monachi simplices habentes aliquam administrationem, seu Prioratum.*

8 *Tutor an, & quando possit esse Monachus, ostenditur.*

9 *Vtilitatis Monasterij nomine quid venias ad hoc, vt Monachus procuratoris officium agere possit, ostenditur.*

10 *Licentia Abbatis saltem tacita obtenta requiritur, vt Monachus possit procurare, seu aduocare.*

11 *Abbas sicut potest dare subditis licentiam obeundi munus procuratoris, ita & ille potest ipsum obire.*

CAP. Monachi. XXXIII.

Ex Concil. Agathen.

DE materia huius text. & an, & quando Religio- 1
sus munus procuratoris obire possit, dixi latè *in collectaneis ad Clem. Religiosus, de procurator.* Illud verò
addendum duxi quòd eo casu poterit Monachus de li- 2
centia sui Abbatis Aduocatus, vel Procurator esse cùm id munus suscipit pro miserabilibus personis tuendis, vt per gloss. *verbo defensor in cap. de præsentium suprà hac eadem quæst.* Sayr. *in claui Regia lib. 12. cap. 22. num. 5.* Pacian. *cons. 162. num. 194. lib. 1.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 23.*

Forensis negotij susceptor, &c.] Ergo Monachus siue 3
alius quiuis Religiosus non potest esse arbiter, nisi concurrant licentia Superioris, & vtilitas Monasterij; nam cùm hîc prohibeatur ne Monachus sit susceptor, & executor absque licentia Abbatis, & vtilitate Monasterij, nomine autem susceptorum, & executorum intelligantur omnia officia iudicilia, secundùm Anchar. *in cap. 2. numer. 1. de postulando.* vbi Host. *in fine*; Abb. *numer. 3.* & Butr. *numer. 8.* ac Ioan. Andr. *num. 2.* & officium arbitri iudiciale sit, ad notat per me *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verbo iudex*, iam sequitur non licere Religiosis arbitri officio fungi, nisi ea duplici conditione concurrente. Quare ita tenent Æmil. Verall. *decis. 174. numer. 3. part. 1.* Camill. Borrell. *de compromiss. §. 2. gloss. 4. à numer. 65. & in summ. omnium decis. tit. 63. numer. 196* Fulu. Pacian. *cons. 162 num. 188.* S. c. han. Gratian. *discept. forens. cap. 123. à princip.* plures, quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 13. à numer. 55.* vbi *num. 60.* addit nullam licentiam Superioris requiri, vt
Religiosus arbitrator sit. 4

Religiosus tamen factus Episcopus potest esse arbi-
ter, eo quòd à Religionis regulis eximatur, nec ea om- 5
nia sibi interdicantur, quæ Religiosis intra claustrum degentibus interdicta sunt. Ita Bertrand. *cons. 1. numer. vlt. vol. 1. in 1. part.* Lanfranc. de Oriano *de arbitr. part. 2. in princip. num. 4.* Anton. Blanc. *de compromiss. in 4. quæst. princ. quæst. 2. num. 6.* Sanch. *dict. cap. 13. num. 57.* Camill. Borrell. *dict. tit. 63. num. 203.* Flamin. *de resignat. lib. 9. quæst. 4. num. 15.*

Eodem modo Superior Religionis nullius indiget 6
licentia, vt arbiter sit, quia cùm ipse suis subditis eam licentiam dare possit, potest quoque ea vti, ita per gloss. *verbo defensor in cap. de præsentiam, suprà hac eadem causa, & quæst.* resoluunt Fulu. Pacian. *cons. 162. ex num. 175. vsque ad numer. 180. tom. 1.* Sanchez *dict. cap. 13. num. 58.*

. Immò & Monachi simplices habentes aliquam ad-
ministrationem, aut aliquem Prioratum, poterunt ar- 7
bitri, & arbitratores absque Abbatis licentia esse, quia tunc sunt quasi emancipati à suo Abbate, ita ex Fulu. Pacian. tenet Sanch. *d. cap. 13. num 57. in fine.*

An Monachus possit esse tutor de licentia Prælati, 8
solet ab aliquibus dubitari? de testamentariis, & datiuis nullum dubium esse potest, cùm id eis expressè interdicatur *in cap. vlt. 86. dist. & in authent. de sanctiss. Episcopis, §. Deo autem amabiles, collat. 9.* De tutela verò legitima tota est difficultas, quidam enim existimant Monachos nullo modo posse cogi ad eam suscipiendam, ac si velint eam suscipere, id eis integrum esse, ex quorum numero sunt gloss. *in verbo tutelas numer. 2. solut. in d. cap. vlt.* Angel. *verbo tutela numer. 1.* Syluest. *eodem verbo quæst. 3.* Azor. *institut. moral. part. 1. l. 12. cap. 11. quæst. 3.* Sed alij meliùs sentiunt nec legitimam tutelam intrum esse Monachis suscipere, vt expressè habetur *in dict. §. Deo amabiles*, & tenent Gregor.

Lop.

Lop.*per text.ibi in l.14.verbo non puede, tit. 16. part. 6.* Molin. *de inſtit. tract. 2. diſp.221.col.3. verſ. Religioſus tutor*, Coſta *de remed ſubſid.remed.72. num. 7.* quos refert,& ſequitur Sauch *d.lib.6.cap.14.num.24.*

9 *Niſi quod Monaſterij expoſcit vtilitas.*] Vrilitatis Monaſterij nomine io præſcnti materia quidam intelligunt eam vtiliratem debere eſſe directam , vtpote ſi rtactetur de rebus Monaſterij conſeruandis , aut in iudicio petendis , aut defendendis , & ideò dicunt non cenſeri vtilitatem Monaſterij , vt propter eam licitum fiat Religioſis patrocinari , aut procutate ſi velint , & circa alienas cauſas id munus in iudicio obire , ſi inde lucrum obueniat Monaſterio quantumuis pauperi , ac ære alieno grauato , ex quorum numero ſunt Butr. Cardin. Anchar. Imol. & Bellam.*in d.c. 2.de poſtulando*, Syluest. *verbo Aduocatus quaſt. 7.* Chriſtophor. de Pace *ad leges ſſ; li l. 6.ſchol. vnico num.* 8. Alij verò rectiùs ſentiunt ſufficere vtilitatem eam indirectam Monaſterij indigentis ad magnam paupertatem ſubleuandam , & æs alienum ſoluendum , vt Religioſus id munus obeat, ita Nauar. *commento 2.de Regular. num.* 6. Guillelm. Redoan. *de ſpol. Eccleſiaſt. quaſt. 2. num.* 27. Gonzal.*ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ. 2. num.* 33. Sayrus *in claui Regia lib. 12.cap. 22. num.* 5.

10 *Abbate ſibi nihilominus imperante* ,] Ergo requiritur licentia obtenta , quia non dicitur Abbas imperare ex eo ſolùm , quòd ab illo licentia petatur , niſi illam concedat, vt per Sanchez *dict.lib.6.cap.13.num.5.& 6.* reſoluit quòd ante licentiam poteſt inſtitui Religioſus procurator , at ipſe acceptare non poteſt, donec licentiam obtineat , & *num.* 7. ſubdit ſufficere tacitam licentiam , & *num.* 8. addit quòd poteſt hanc licentiam concedere Superior immediatus Religionis.

11 Abbas tamen ipſe ſicut poteſt dare ſubditis licentiam huius muneris obeundi , ita & ipſe poteſt illud obire, vt tradunt gloſſ. *verbo defenſor in d. cap. praſentium*, Nau.*commento 2.de Regularib.num.* 64. Azor. *inſtit.moral.part.1.lib.12.c.11.quaſ.9.* & alij plures, quos refert,& ſequitur Sanch. *d. cap. 13. num.* 18.

Cap. Legi. XXXVI. *Auguſt.*

1 GLoſſ.*verbo inſtructio,in praſenti text.* quamuis inſinuare videatur in Monacho bonitatem , & non ſcientiam eſſe neceſſariam , nihilominus hodie & Monachi, & clerici debent eſſe ſcientia ornari , ſed minor requiritur in Monachis , hos enim benè legentes, & cantantes , etſi in lingua Latina aliquatenus deficiant, tuta , & ſecura conſcientia poteſt Epiſcopus ordinare, regulariter enim loquendo non ordinatur ad curam animarum habendam , ſed ſolummodò ad aſſiſtendum choro, diuiniſque officiis , & ad miniſtrandum Altari, faciendámque rem ſacram, remanétque in illis ſpes de comparanda tali ſcientia , & cognitione neceſſaria ad ſuum munus , & officium peragendum propter continuam inſtructionem , quæ hiſce de rebus habetur in cunctis Religionibus; quare ita tenet Maiol. *de irregul. lib.1.cap.31.num.5.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 3. cap. 2. num.* 24. Henriquez *in ſumma lib.10.de ſacram. Ordinis c. 16 in fine*, Carol. de Graſſis *de effect. clericalib.in pralud.num.* 64. Portel.*in dub. Regular. verbo Ordines ſacri num.*6. Fr. Ludou. Miranda *in man. Pralat.tom.2.q.8.art.7.concluſ.* 1.

Cap. Si quis laicus: *ij.* XLII.

Ex Moguntin. Concil.

1 IN Concilio Moguntinenſi relato *in hoc text.* ſtatutum inuenitur , quòd delegans alicui res ſuas, decimationum prouentum priori Eccleſiæ auferre non poterit, refert Soar.*de Relig.tom.1.tract.2.lib.1. cap. 17. num.22.& cap.21.num.4.*

Vnde ex hoc text. vulgò colligitur quòd penſio eſt onus reale , & cohærens beneficio , vt per Gig. *de penſion.quaſt.39.num.5.& 6.& quaſt.40.num.*1. Decian.*conſ. 37. num. 14. vol.* 2. Rot.*deciſ.176.num.*3. apud Farinac. *part.2.recent.& deciſ.352.numer.1.eadem part.2.* metipſum *de officio,& poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 120. num.1.ſecundùm Lugdunen.impreſſ.* 2

Cap. Eccleſiæ, & ſeq. XLIII.

Ex Cabilon. Concil.

EX Concilio Cabilonenſi, & VVormacienſi , collegit Gratian. antiquiores Eccleſias propter nouas nun eſſe decimis priuandas, refert Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap.17.numer.*28. Verùm quando Eccleſia Baptiſmalis conſentit aſſignationi limitum , & fundationi nouæ Parochiæ , tunc cenſetur remiſiſſe ius decimandi , & alia iura parochialia quoad illam portionem limitum, qui nouæ Eccleſiæ aſſignati ſunt, Rebuff.*de decimis quaſt.6.numer.* 20. & ex Tiod. & Cardin. reſoluit Monet. *in ſimili tract.cap.7.numer.* 30. ita vt Eccleſia Parochialis denuò erecta fundatam habeat intentionem ſuper decimis contra Eccleſiam antiquiorem cui priùs decimæ debebantur , vt ſæpè cenſuit Rot.& ſignanter *in Mediolanen. decimarum. S. Iuliani 16. Ianuarij* 1613. coram Reuerendiſſ. D. Patriarcha Pamphilio, vbi ſubdit hoc procedere quando diſmembratio eſt facta ſimpliciter , non autem quando eſt facta cum clauſula , *ſine praiudicio alicuius.* Verùm de illa concluſione , an ſcilicet decimæ abſque alia aſſignatione , & diſmembratione, facta per Epiſcopum tranſirent ipſo iure in Eccleſiam Parochialem nouiter erectam , dubitauit eadem Rota *in Mediolanen. decimarum de Carlatio 18. Martij* 1616. coram bonæ mem. Andrea, propter Concil. Trident. *ſeſſ. 21. de reformat. cap.* 4. ibi , *aſſignetur competens portio arbitrio Epiſcopi* , &c. & ideò cauſam remiſit ad Illuſtriſſimos Sacræ Congreg. Concilij Trident. interpretes , qui partibus auditis de anno 1617. cenſuerunt decimas ad Eccleſiam Matricem pertinentes non tranſire ipſo iure in Parochialem Eccleſiam nouiter erectam, ſed remanere apud Eccleſiam Matricem, niſi eas Epiſcopus nouo Parocho ad præſcriptum Concilij aſſignauerit. 1

Cap. De decimis. XLV.

PRobat hic text. decimas Baptiſmali Eccleſiæ deberi, vt per Rebuff. *de decim. quaſt.6.a n.9.* Monet. *in ſimili tract. cap.7. n.27. cum ſeqq.* vbi *à num.* 4. declarat quæ dicatur Eccleſia Baptiſmalis. 1

Cap. Quæſti ſunt. XLVI.

Ex Moguntin Concil.

IN Concilio Moguntinenſi ſtatutum fuiſſe ne Epiſcopi, & Abbates de propiis prædiis decimas perſoluant, refert Gratian.*in praſenti*, de quo vide Rebuff. *de decim. quaſt.5.num.16.& 17. & quaſt.14 n.39.* Monet. *in ſimili tract. cap.5.n.6.cum ſeqq.* Soar.*de Relig. tom.1.tract 2. lib. 1.cap.17.num. 13. cum ſeqq. & num. 30. & cap. 21. à princ.* 1

In gloſſ. *Coloni*, ibi, *Partiarij*, *qui partem fructuum percipiunt, tales enim pro ea portione , quam ipſi percipiunt , tenentur dare decimas , & domini eorum pro ea, quam* 2

quam ipsi percipiunt. Ita Rebuff. *d. quæst.* 5. *num.* 16. Azot. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 35. *quæst...* Monet. *d. tract. cap.* 5. *num.* 2.

Cap. Decimas. XLVII.

Paschal. II.

1 PAschalis II. relatus *in hoc text.* statuit vt de propriis laboribus Monachi, & Canonici decimas soluere cogantur; quales autem Canonici hodie, & alij Religiosi sint per Summorum Pontif. priuilegia à decimarum solutione exempti, latè ostendit Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 15. *q.* 8 *n.* 8. *cum multis seq.* & post illum ego ipse *de officio, & potest. Parochi cap.* 28. §. 3. *ex num.* 21. Cætera circa materiam huius text. vide apud Rebuff. *de decim. q.* 7. *à num.* 1. Soar. *de Relig. tom.* 1 *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 3.

Cap. Et temporis. XLVIII.

Gregorius.

1 GLoss. notabilis *verbo vnire, in præsenti text.* declarat tres vniendi modos, de quibus latè Mil. *in repert. verbo vnio Ecclesiarum fit tribus modis*, Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 7. *n.* 26. *cum seq.* Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 18. *quæst.* 2. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *c.* 2. *num.* 7. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 146. Filliuc. *tract.* 41. *de benef. cap.* 3. *à n.* 121. & alij per me citati *de officio, & potestate Episcopi part.* 3. *alleg.* 66. *n.* 2. & nouissimè *in tract. de iure Ecclesiastico lib.* 3. *cap.* 16. *de vnionibus benef. paulò post princ. in vers. tribus potissimum.* Aluare de Valasco *de priuileg. pauperum part.* 1. *q.* 12.

2 In ead. gloss. ibi, *Tertio modo potest*, &c. Refertur hic tertius modus vniendi duas diœceses, vel Ecclesias quoad caput, & gubernatorem, vt vtraque remaneat cum suis propriis bonis, & iuribus distinctis, & separatis, & non communicatis, vt priùs, ac habeat vnum dumtaxat Episcopum, & Rectorem, & quælibet retinet sua priuilegia, iura, & statu a, vt per Mandos. *in reg.* 12. *de vnionibus quæst.* 1. *num.* 4. *& cons.* 27. *num.* 3. Gonzal. *dict. gloss.* 5. §. 7. *numer.* 30. vbi exemplificat in Episcopatu Viterbi, & Tuscanen. quia licèt sint duæ diœceses, vnus tamen solus Episcopus est, & cùm ille rescribit super concernentibus iurisdictionem, & administrationem Episcopatus Viterbien. se nominat Episcopatum Viterbien. & Tuscanen. si verò super concernentibus Episcopatum Tuscanen. se inscribit Episcopum Tuscanen. & Viterbien. semper anteponendo nomen illius diœcesis, in qua consistit res de qua agitur, de quo etiam S. Congreg. Concil. *in causa ciuit. Castellana, & Hortana*, 8. *Iuny* 1614. quam transcripsi *d. cap.* 16. *ante* §. 1. Quæstio autem fuit an pro his Episcopatibus Viterbien. & Tuscanen. sic æquè principaliter vnitis, vnus tantùm, vbi Episcopus sedem habet, sit constituendus Vicarius generalis, de qua ex professo agit Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 655. *per tot.* & aliqua dixi ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 131. De his omnibus vide quæ dixi *in collectan. Bullarij, verbo...*

3 Vnde infero ad vnionem Regnorum, vt si aliquæ prouinciæ de nouo quæsitæ, & alicui Regno accessoriè vnitæ sint, vnum & idem Regnum censentur, iisdemque legibus, iuribus, & priuilegiis gubernantur, & gaudere debent, Gregorio Lopez *l.* 4. *tit.* 12. *& l.* 27. *tit.* 7. *part.* 1. *& l.* 7. *tit.* 20. *part.* 3. Auiles *ad c. Prætor. in proœmio, verbo Istas, ex numer.* 1. *ad* 14. *& cap.* 6. *verbo y su tierra, numer.* 5. Lauat. *cons.* 79. *numer.* 13. Vincent. de Franchis *decis.* 506. *num.* 11. Mieres *de maioratu part.* 2. *quæst.* 5. *à num.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 7. *num.* 119. *cum seqq* Ioan. Baptista Valençuela *cons.* 82. *num.* 70. *& cons.* 79. *num.* 39. Lazarte *de decim. vendit. in præfat. num.* 20. vbi agit de prouinciis noui orbis. Verùm quando plura Regna æquè principaliter vniuntur, vnumquodque retinet, & conseruat iura, & priuilegia sua, vt de nostro Regno Portugaliæ agentes aduertunt Aguirre *in apologia p.* 4. *num.* 55. Dicac. de Britto *in causa maioratus Regiæ Coronæ q.* 1. *num.* 13. *&* an. Gabri. Pereira *Lusitan. decis.* 2. *num.* 2. *cum seqq.* Et de Regno Aragoniæ, Ioseph. Sesse *decis.* 113. *num.* 10. *part.* 2. Et Regno Valentiæ. Leo *decis.* 2. *num.* 34. *part.* 1. Et de Neapolitano, & Siculo Franc. Milanen. *decis.* 2. Camill. Borrel. *in sum. omnium decis. tom.* 1. *tit.* 43. *num.* 158. Guizzarel. *Neapol. decis.* 43. *num.* 23. *&* 29. Et de Ducatu Mediolani Lancell. Gallia *ad consuetud. Alexand. in præfat. num.* 94.

Cap. Postquam. XLIX.

VVlgò allegari solet hic text. ad hoc quòd duos Episcopatus in vnum sola Sedes Apost. valet redigere, vt tenent citati per me *de officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 50. *num.* 5. *secundùm Lugdunen. impr.* Et quomodo in vtroque Episcopus se gerere debeat, & in quo sit celebranda Synodus, ac conficere Chrisma, & causas vtriusque cognoscere, & decidere, ac residere possit, & valeat, magistraliter docet S. Congreg. Concil. *in causa ciuitatis Castellana, & Hortana*, 8. *Iuny* 1624. quam transcripsi *in tract. de iure Ecclesiastico, lib.* 3. *cap.* 16. *de vnionibus benefic. ante* §. 1. 1

Cap. Præcipimus. LIII. *Gregor. ium.*

ALlegatur hic text. ad hoc quòd solus Papa Ecclesiam erigit, & constituit in Cathedralem, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de erect. in Ecclesiam Cathedralem num.* 1. *&* 5. Azor. *institut. moral. part.* 2. *l.* 5. *c.* 29. *quæst.* 15. *in princip. & l.* 6. *c.* 30. *quæst.* 2. *&* 4. Gambar. *de officio, & potest. Legati de Latere, tit. de varjis Ordinariorum nominibus num.* 60. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 5. *num.* 1. Moret. *de commut. vltim. volunt. c.* 11. *num.* 251. vbi *num.* 252. idem dicit de erectione Ecclesiæ Cathedralis in Metropolitanam, latè Lotter. *de re benefic. l.* 1. *q.* 11. *à princ.* vbi *num.* 23. ex hoc text. colligit causam erectionis ea quantitate, & loco æstimandam esse, nimirum ex quantitate animarum, quæ talia sit vt vnus Pastor ei non sufficiat. 1

Cap. Plures Baptismales. LIV.

Ex Concil. Tolet.

IN Toletano Concilio relato *in hoc text.* legitur in vna terminatione plures Baptismales Ecclesias esse non posse, de quo Rebuff. *de decimis q.* 6. *num.* 8. Monet. *in simili tract. c.* 7. *sub num.* 4. vbi etiam declarat quæ dicatur Ecclesia Baptismalis, quod ego tradidi *de iure Ecclesiastico lib.* 2. *cap.* 1. *in vers. Ecclesia alia.* 1

Cap. Statuimus. LV. *Anastas.*

ANastasius Papa relatus *in hoc text.* ait Communione priuandum, qui decimas, vel oblationes extra Episcopi conscientiam tenere voluerit, de quo vide Rebuff. *de decim. quæst.* 6. *num.* 3. 9. *& seq. & quæst.* 7. *num.* 4. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 5. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 37. 1

In gloss. *Oblationes.* Hæc gloss. quærit verùm detur 2
præceptum

præceptum de soluendis oblationibus, in quo dubio securè tenendum oblationes non deberi ex præcepto cùm id in sacris Canonibus nusquam appareat, vt docent Azor. *institut. moral. part.* 1.*lib*.7.*cap*.7. *quæst.* 11. Lessi.*de instit.lib*.2.*cap*.39.*dub*.6.*num*.34.Soat.*d.cap*.5.*num*.2. limitatur tamen hæc opinio in qoatuor casibus enumeratis à S. Thom. 2.2. *quæst*.86. *art.* 1. Primus est cùm debentur per modum census, pensionis, aut conuentionis, antea factæ cum Ecclesia; secundus cùm debentur ex testamento, legato, donatione, voto, &c. tertius quando ministri Ecclesiæ non habent congruam sustentationem: quartus cùm alicubi oblationes consuetudine sunt introductæ, sequuntur Azor. & Soat. *citatis locis*, subdens ipse Soat. *numer*. 7. circa tertium casum esse aduertendum obligationem de qua *ibi*, verificari quando necessitas ministrorum orietur ex eo, quòd Parochiani non soluerent decimas sufficientes ad sustentationem, nam si soluerent, non daretur talis obligatio, additque *numer*. 8. non currere hanc obligationem Parochianis, quando adeò pauperes & tenues sunt, vt non possint conferre ad congruam Parochi sustentationem. Circa verò vltimum casum aduertendum hanc consuetudinem, licèt à principio voluntariam, & minimè obligatoriam, sensim posse habere vim legis, & obligare, quia accepta est, & præscripta vt obligatoria, ita Gutier. *canon.lib*. 1. *cap*. 21. *numer*. 140. Azor. *dict.lib*. 7. *cap*. 30. *quæst.* 12. Lessi *dict. lib*. 2. *cap*. 39. *dub*. 6. *numer*. 34. Soat. *dist. cap*. 5. *numer* 12. vbi *numer*. 21. & Less. *numer*.39.*citato loco*, addunt ad huiusmodi præscriptionem sufficere decennij tempus.

Cap. In Canonibus. LVII.

Symmachus Epis.

1 EX hoc text. *in vers.iniquum enim*,&c. Colligit Couar. *in reg.peccatum pare*. 1. *in initio num*. 6. teneri Prælatos bona, & patrimonium Ecclesiæ repetere ab iniquis possessoribus,& ea illæsa seruare, alioquin mortaliter peccare.

SVMMARIVM.

1 *Decima prædiales solui debent statim ac fructus collecti sunt.*
2 *Consuetudo valet quòd decima prædiales non soluantur statim, sed certo tempore.*
3 *Decima personales regulariter debentur solùm in fine anni.*
4 *Decimas in horrea Ecclesia an deferre debeant rustici, ostenditur.*

Cap. Reuertimini. LXV. *Hieron.*

1 DE primitiis quòd sunt de necessitate soluendæ, tradunt Hieron. Catat. *in opusculo de iuribus Paroch. tit*.4. *cap*. 3. nouissimè Ioan. Honor. *in sum. iuris canon. ad tit. de decimis num.* 40. Ego ipse *de officio, & potest. Parochi, cap*.17.*à num*. 4.

In gloss. *Annus expletus*. ibi, *Non tamen finis anni spectandus est, vt tunc decima præstentur*, &c. Notatur ad hoc quòd decimæ prædiales solui debent statim ac fructus collecti sunt, vt per Zanchin. *de priuileg. Eccles. priuil*. 120.*num*.11, Rebuff. *de decimis quæst*.12. *num*. 2. Monet. *in simili tract.cap*.6.*num*.8. Azot. *institut. moral. part*.2.*lib*.7.*cap*.35.*quæst* 16. latè metipsum *de officio, & potestate Parochi, cap*. 28. §.1. *numer*.21. & Nouissimè Ioan. Honor. *in sum. iuris canon.ad rub.de decimis num.*

10. Valebit tamen consuetudo quòd decimæ prædiales non soluantur statim, sed certo tempore, Rebuff *d. q.* 12.*num*.3.*& quæst*.13 *num*.52. Monet *d.cap* 6.*num*.15. 2

In ead. gloss. ibi, *In personalibus tamen*, &c. Notatur ad hoc quòd decimæ personales regulariter debentur solùm in fine anni, vt per Rebuff *d.quæst*.21.*num*. 4. vbi ait quòd si intra annum soluantur, non possunt à Parocho recusari, Franc. Viui. *Neapol. decis*. 4. *num*. 15. Azor. *d.quæst*.16. Monet. *d.cap*. 6.*num*.11. *cum seqq*. vbi *numer*. 15. *in fine*, ait consuetudinem esse apud Venetos de soluendis decimis personalibus in articulo mortis. 3

In gloss. *in horrea*. ibi, *Arg. quòd ipsi rustici debent deferre in horrea decimas ad ipsas Ecclesias*. Ita Couar. *lib*.1.*var.cap*.17.*num* 8.*vers.octauò*, Perez *l*. 3.*tit*.5. *l*. 1. *Ordinam.pag*.133. Vincent. de Franch. *decis*.124. *num*.1. Franc. Viui. *decis*. 4. *num*. 33. Cened. *ad Decretum collect*.66.*num*.4 vbi ait seruandam esse in hoc consuetudinem diœcesis in qua decimæ colliguntur, quo casu hanc sententiam procedere posse dixi *d. tract. de officio, & potestate Parochi, c*. 28.§.2.*numer*.24. latè Monet. *de decim. cap*. 6. *à num*. 1. vbi *numer*. 1. subdit quòd non possunt laici decimas soluentes fruges asportare donec clerici, quibus soluendæ sunt decimæ, certiores fiant de collatione, & *num*. 5. dicit quòd si horrea sunt ad hoc deputata, debent decimæ in illa horrea, vel vbi de hoc adsit consuetudo, debent in horrea clericorum portari, alias secus. 4

In gloss. *Suas* ibi, *Si ergo suæ sunt, rei vendicatio intentabitur pro eis*. Vide Rebuff. *de decimis q*.9.*num*.6.*&* 7.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ Sacerdotibus sunt tradendæ.*
2 *Decima prædiales soluenda sunt de illicitè acquisitis.*
3 *Iudæi non tenentur ad decimas personales.*
4 *Decimo usu soluitur ex legato, vel hæreditate siue ab intestato, siue in extraneum, siue in legitimum hæredem perueniat.*

Cap. Decimæ tributa. LXVI.

Augustinus.

AVgustinus *serm*. 119. *de tempore*, relatus *in hoc text*. ait quòd decimæ Sacerdotibus sunt tradendæ, de quo Rebuff. *de decim.quæst*.15.*num*.19. Tiraquel. *de pœnis temper.causa* 44.*num*.11. Soat. *de Relig. tomo* 1. *tract* 2. *lib*.1.*cap*.31. *num*.2. latè ego ipse *de officio, & potestate Parochi, cap*.28. §.2. 1

In gloss. *Negotio*. ibi, *Sed numquid de furto*,&c. Notatur ad hoc quòd de illicitè acquisitis decimæ prædiales soluendæ sunt, vt per Rebuff. *de decimis q*. 5. *numer*. 11. Monet. *in simili tract.cap*.4. *à numer*. 39. Azor. *institut. moral. part*. 1 *lib*.7. *cap*.35.*quæst*.13. Soar. *dicto cap*. 31. *numer*. 5. vide quæ latè dixi *dict. cap*. 28. §. 1. *à numer*. 29. 2

In ead. gloss. ibi, *Item numquid Iudæi personales decimas debent*, &c. Vult hæc gloss. Iudæos teneri ad decimas personales, sequuntur Anchar. *in cap.de terris sub num*. 1. *de decim*. vbi Abb. *sub num*. 6. Rebuff. *de decim. quæst*. 5. *sub num*. 11. Verùm contrarium tuentur gloss. & Butr. *sub num*.2. *vers.sed oppono in d.cap. de terris*, Sot. *de iustit.lib*.6. *quæst*.4.*art* 4. Soar. *d. lib*. 1.*c*. 16. *num*.4. *vers.in qua*, latè Anton. Riccciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.l*.1.*c*. 9. *per tot*. Fagund. *in præcepta Decalogi, præc*.5.*lib*. 2.*c*.1.*ex num*. 4. ego ipse *d.cap*.28.§.3.*num*. 3. 3

In ead. gloss. ibi, *Item ex omnibus, quæ ex lucratiua* 4

causa habentur dabuntur decima, vt de donatione ex legato, vel si extraneus instituitur in testamento, &c. Sequuntur hanc gloss. Sylvest. *in summa verbo decima q.* 6. & Azor. *d. cap.* 36. *quaest.* 8. Sed quòd decima non soluatur ex legato, vel hæreditate, siue ab intestato, & siue in extraneum, siue in legitimum hæredem perueniat, meritò tenent Rebuff. *dicto tract. quaest.* 8. *num.* 31. & Monet. *eod. tract. quaest.* 4. *num.* 37. vide quæ latè dixi *d. cap.* 28. §. 1. *ex num.* 18.

CAP. Apostolicis. LXVII. *Hieron.*

Hieronymus *in commento ad cap.* 3. *epistolæ ad Titum in fine*, relatus *in hoc text.* ait se ipsum condemnare qui euangelizantibus necessaria subtrahit, refert Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis* §. *impubes num.* 29. *ff. de liber. agnosc.*

CAP. Quoniam quicquid. LXVIII. & vltim.

1 GLoss. *verbo non licere, in præsenti text.* ait quòd ius decimandi tanquam spirituale non potest laicis competere, vt per Couar. *lib.* 1. *variar. c.* 17. *num.* 5. & 6. Rebuff. *de decim. q.* 10. *num.* 17. & 14. & *q.* 13. *à num.* 37. Azor. *instit. moral. p.* 1. *l.* 7. *c.* 34. *quaest.* 7. Boët. *decis.* 224. *num.* 1. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 25. Monet *de distribut. quotid. c.* 5. *num.* 57. Episcopis an & quando possit ius percipiendi decimas laicis concedere dixi latè *de officio, & potest. Parochi, cap.* 28. §. 3. *num.* 55. *cum seqq.*

QVÆSTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio triennalis contra Ecclesias olim admittebatur, hodie verò quadragenaria requiritur.*

2 *Declarantur multa iura hac de re loquentia.*

3 *Præscriptio quadragenaria in rebus Ecclesiæ inuenta fuit à Iustiniano, quæ tamen cum tunc esset Canonibus contraria, non fuit recepta.*

4 *Declaratur cap. Sanctorum* 3. *de præscript.* & *num.* 5.

CAP. Per singulas. I. cum seqq.

1 OLIM contra Ecclesias triennalis præscriptio admittebatur, vt *in hoc text.* & *in cap.* 1. & *in cap. sicut, cum seq.* & *in cap. si Sacerdotes, hac eadem causa,* & *quaest.* & *in cap.* 1. 12. *q.* 2. Sed iam hodie huiusmodi Canones abrogantur iure nouiori, quo attento sola quadragenaria præscriptio admittitur, vt *in cap.* 3. & *in cap. illud,* & *in c. de quarta,* & passim alibi, *de præscript.* obseruant gloss. & communis *in præsenti*, Couar. *in reg. possessor. part.* 2. § 2. *num.* 1. vbi *num.* 2. reponit veram litteram, & intelligentiam *d. c. sicut, cum seq.* quæ in vulgatis Codicibus corruptè legebatur.

2 Verùm obstat maximè quòd licèt hæc explicatio conueniat text. *in præsenti,* & *in cap.* 2. & *in cap. placuit* 2. *hac eadem quaest.* & *in d. cap.* 1. & 3. *quaest.* 2. quæ olim antiquissimis temporibus emanarunt à Concil. Chalcedonensi celebrato propè annum Domini 460. & à Gelasio I. qui vixit propè annum 500. vt constat ex historiis, & colligitur ex *cap. post quingentos, hac eadem quaest.* nihilominus tamen non conuenit textui *in dict. cap. sicut,* & *c. seq.* editis in Concil. Toletano IV. nec etiam *dict. cap. si Sacerdotes* in Toletano IX. constat enim ex Chronicis, & historiis Toletanum IV. fuisse celebratum sub Honorio I. circa annum Domini 630. & Toletanum IX. sub Martino I. circa annum 650. quo tempore iam erat cognita, & sola contra Ecclesiam recepta præscriptio quadraginta annorum, quam *in auth. hac constitutio,* & *in auth. de Ecclesiast. tit.* §. *pro temporalibus,* nouè induxerat Iustinianus, qui imperabat propè annum 530. & tandem receperat D. Greg. I. qui præfuit Ecclesiæ circa annum 590. *in cap. volumus* 16. *quaest.* 4. quod desumitur ex eod. D. Gregorio *lib.* 1. *epist.* 9. & *in cap. quia indicante, de præscript.* quod falsò tribuitur Alex. III. cùm verè sit eiusdem Gregorij I. vt refertur *tom.* 2. *Concil. pag.* 913. *cap.* 6. constat ex D. Gregor. *lib.* 6. *epist.* 36. vbi verba illius *cap.* originaliter referuntur.

Retenta tamen communi explicatione difficultas supradicta resolui potest fatendo huiusmodi præscriptionem quadragenariam in rebus Ecclesiarum multò ante prædicta Concilia Toletana inuentam à Iustiniano *in dictis Authenticis*, sed quia huiusmodi constitutiones solam quadragenariam admittentes non repetiebantur receptæ iure Canonico, immò repugnabant Concilij Chalcedonensis antiquissimi, & notissimi, & insuper plerisque Gelasij I. decretis, quibus tricennalis præscriptio contra Ecclesiam indistinctè admittebatur, meritò Patres in vtroque Toletano Concil. congregatos illis decretis adhærentes tricennalem præscriptionem contra Ecclesiam præceperunt, quadragenariam verò à Iustiniano inuentam, sed Canonibus contrariam reiecerunt. Nec ad rem facit quod iam tempore illorum Conciliorum D. Gregorius quadragenariam admiserat, vt pater ex præcitatis Capitulis, siquidem cum epistolæ ex quibus illa desumuntur, ad certa quædam loca, & illorum Episcopos directæ fuerint, & in volumen iuris redactæ non essent, vel probabiliter ignorabantur, vel dubium erat an per illas Gregorius absolutè, & generaliter voluerit recedere à Sanctissimis decretis Concilij Chalcedonensis, Gelasij, quem intellectum satis insinuat *cap. illud, de præscript.* ibi, *volumus te scire,* & *tenere,* &c. quasi antea id satis scitum, & cognitum non esset, nec indistinctè teneretur, & nulla inter Canones antiquos esset certa, & expressa lex Canonica, quæ abrogaris Chalcedonensis, & Gelasij decretis solam quadragenariam præscriptionem admitteret. His consequens est quòd licèt Iustinianus olim in aliquibus casibus contra Ecclesiam centum annorum præscriptionem concesserit *in lib. vltim. Cod. de sacrosanct. Eccles.* quam postea generaliter, & indistinctè in omnibus seruari voluit *in Authentic. vt Ecclesia Romana*, & tandem vtramque constitutionem reuocauit *in Authentic.* hæc constitutio innouat, nihilominus tamen quamuis ille non reuocasset, neutra in rebus Ecclesiæ erat obseruanda, quia vtraque aduersabatur sacris Canonibus tam antiquis Concilij Chalcedonensis, & Gelasij, qui tricennalem, quàm aliis, qui postea iure nouiori quadragenariam præscriptionem contra Ecclesias indistinctè præceperunt. 3

Non obstat textus *in cap. Sanctorum* 3. *de præscript.* ibi, *per triginta annos*, quia responderi potest cum *gloss. in cap.* 1. 16. *quaest.* 4. illum textum non agere de rebus Ecclesiarum, sed de rebus Episcoporum, vel clericorum patrimonialibus præscribendis, quam glossæ sententiam sequuntur Doctores communiter, vt per Abbas & Felio. *ibi,* Roman. *singul.* 457. Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *numer.* 3. Perez *ad l.* 8. *gloss.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordin.* Tiraquel. *de præscript.* §. 1. *gloss.* 10. *in fine.* Sed non placet is intellectus, tum quia repugnat verba illius text. ibi, *ad singulas prouincias nostrorum fratrum*, &c. constat enim huiusmodi res patrimoniales 4

non

non pertinere ad prouincias, sed ad personas, tum quia aduersantur verba illa, *Sanctorum Patrum*, &c. & alia, quæ habentur *tom. 2. Concil inter decreta Alexandri III. sub hoc tit. pag. 912. cap. 7.* vbi refertur ille text. & in principio dicitur præscriptionem tricennalem, de qua *hîc*, non tantùm sacris Canonibus, verùm etiam legibus humanis irrefragabiliter comprobari, & tamen nullibi reperitur Canonis, aut legis auctoritas, quæ triginta annorum præscriptionem exigat in rebus patrimonialibus Episcoporum, vel clericorum præscribendis.

5 Quare reiectis hoc intellectu, & aliis, quos præstant *gloss. 2. & 3. in d. cap. Sanctorum, & gloss. 3. in d. c. illud & gloss. verbo triginta, in d. cap. 1. 13. quæst. 2.* communiter intelligitur *dictum cap. Sanctorum*, vt procedat, attento tempore antiquorum Canonum, de quibus in principio huius text. ac subinde iam hodie non teneat, sed iure nouiori abrogetur, ita *gloss. 2. in d. cap. illud*, Couar. *d. part. 2. §. 2. num. 2.* Et confirmatur, quia probabilius videtur text. *in d. cap. Sanctorum*, non esse Gregorij, sed Gelasij, quia verba quæ habentur *in d. cap. 7.* (vbi ille text. refertur absque nomine Pontificis) apertè dicunt eam constitutionem in Concilio editam fuisse, & per illam confirmati leges humanas, quæ contra Ecclesiam tricennalem præscriptionem statuerunt, id quod nullatenus potest accommodari Gregorio, tum quia in Conciliis sub illo celebratis, quæ habentur *lib. 4. epistol. cap.* 88. iterum *lib. 12. in fine*, non refertur hęc constitutio, immò nec verbum vllum ea de re habetur, qui constat tempore Gregorij leges humanas, quales erant leges Iustiniani Imperatoris, non tricennalem, sed quadragenariam præscriptionem agnouisse, & tamen tempore Gelasij non tantùm sacri Canones ex Concilio Calcedonensi, sed etiam leges humanæ, quæ hodie non habentur in Codice Iustiniani, tricennalem præscriptionem admittebant contra Ecclesiam *cap. Præsulum, vers. illud, hac eadem quæst. d. cap. 1. 13. quæst. 2.* Nec dicas quòd illa Decretalis iuxta hunc intellectum iam correcta superfluit, nec debeat à Gregorio IX. redigi in volumen Decretalium vbi reperitur, immò resecari iuxta *proœmium earumdem Decretalium*, ibi, *resecatis superfluis*, quia licet fateamur text. illum respectu triginta annorum hodie esse correctum; nihilominus tamen vim habet, & non superfluit quatenus in fine probat necessariam esse possessionem quietam, & sinceram, hoc est, bona fide, & continuam absque interruptione; & rursus dum probat præscriptionem longissimi temporis, qualis est triginta, seu quadraginta annorum, interrumpi per proclamationem synodalem sicut per citationem, iuxta *l. sicut. C. de præscript. 30.* aduertunt Imol. Panorm. *num.* 4. & Doctores communiter *in d. cap. Sanctorum, gloss.* 4. & omnes *in d. cap. illud*, & ad hunc effectum retulit Gregorius IX. illam Decretalem *in dicto cap. Sanctorum.*

6 Non obstat *cap. si de terra, de priuileg.* quia respondetur prout latè dixi *in collectan. ad eundem textum.*

Cap. Si Sacerdotes. X.

Ex Tolet. Concil. IX.

1 VVlgò allegari solet hic text. ad hoc quòd præscriptio dormit dum viuit Prælatus ille, qui rem Ecclesiæ temerè alienauit, vel aliquid aliud contra sacros Canones, & in Ecclesiæ præiudicium fecit, quia scilicet dum is viuit perinde est (quoad hoc) ac si Ecclesia non haberet Prælatum, cùm habeat ad hoc inutilem, quem lex verosimiliter non credit venturum contra id, quod temerè fecit, & ita hunc text. notant gloss. *verbo causa in cap. 1. de in integ. restitut. in 6.* Roman. *sing.* 167. Rebuff. *in compend. alienat. num.* 37. Balb. *de præscript. 1. part. 5. numer.* 8. Cald. Pereira *in lib. si curatorem, verbo intra legitimum numer. 5. C. de in integ. restitut. minor.* Ioan. de Valboa *in annuis prælectionibus Salmanticens. ad cap. 1. de præscript. numer. 32.*

Cap. Porrò. XIV. *Ioan. VIII.*

GLoss. *verbo in causa, in præsenti text.* resoluit posse Iudæum præscribere rem Christiani, vt per Ias. *in rub. ff. de instit. & iure num.* 10. Rip. *in l. si insulam num. 10. vers. facit secundum Felin. de verb. oblig.* Balb. *de præscript. 1. part. 5. princip. in fine*, Tiraquel *de iure primog. quæst. 66. num.* 6. Natt. *cons. 620. num.* 7. Marquard. *de Iudæis part. 2. cap. 2. num* 3. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. c. 14. num. 13. & cap. 20. num.* 13. Declaratur autem hæc resolutio, vt non procedat in re Ecclesiæ, nam eam Iudæus, vel alter infidelis præscribere non potest, vt tradit hęc gloss. Rŏman. *cons. 489. num.* 3. Ricciul. *d. cap. 20. num.* 14. 1

Cap. Placuit. ij. XV.

Ex Concil. Africano.

DE materia, & intellectu huius text. dixi *in collect. ad cap. 1. num. 2. de præscript.* & latiùs in addit. *vers. ad tertium*, & ibi adductis addo nouissimè D. Barbos. ad *l. competit 6. C. de præscript. 30.* & Ioan. de Valboa *in annuis prælect. Salmantic. ad c. 1. de præscript.* 1

Qvæstio IV.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio centenaria requiritur in rebus pertinentibus ad Romanam Ecclesiam.*

2 *Declaratur text. in præsenti, & num. 3. 4. & 5.*

Cap. Volumus. II. *Gregor.*

GRegor. *lib. 1. epist. 9.* relatus *in hoc text.* videtur decidere in rebus pertinentibus ad Romanam Ecclesiam admitti præscriptionem quadragenariam, in illis verbis, ibi, *quadraginta annis possedisse repereris, nullam deinceps (etiamsi cui Sancta Romana Ecclesia competere potuit) patiaris sustinere calumniam*, in quo difficilis reputatur, cùm in his in quibus contra Ecclesias inferiores procedit quadraginta annorum præscriptio, requiratur centenaria contra Romanam Ecclesiam, vt probat text. *in cap. vlt. 16. quæst. 3. & in cap. ad audientiam, & in c. si diligenti. de præscript.* tradunt Balb. *in tract. illius tit. 2. p. 5. in princ. a num.* 16. Couar. *in reg. possessor. part. 1. §. 2. num.* 6. Pinel. *in auth. nisi num. 57. C. de bonis matern.* 1

Quare ad hunc text. varij solent præstari intellectus, & in primis non satisfacit primus intellectus gloss. *verbo Ecclesia, in præsenti*, quia non constat in proposito tractari de præscriptione emphyteusis concessæ per Romanam Ecclesiam, præsertim quia verba originalis apertè probant controuersiam de qua hîc extitisse inter Abbatem, & inter homines fundi Saloniaci, qui erat Ecclesiæ Romanæ, ac subinde si homines illi erant laici, vt littera sonat, quantumcumque essent emphyteutæ Ecclesiæ Romanæ, potuit ius emphyteuticum ad eosdem spectans præscribi tem- 2

pore ordinario, nec fuit necessaria quadragenatia præscriptio, quæ contra Ecclesias, non verò contra priuatos requiritur.

3 Sic similiter non satisfacit communis intellectus, scilicet quòd hic text. procedat in præscriptione rerum Ecclesiæ inferioris exemptæ, & subiectæ immediatè Romanæ Ecclesiæ, in qua specie sufficit quadragenatia præscriptio iuxta reg. *capit. illud, de præscription.* nec centenaria opus est, quamuis per consequentiam videatur aliquid pertinere ad Romanam Ecclesiam, id quod intendunt *d. gloss. hic verbo Ecclesia*, & alij antiquiores, vt per Archid. *hic*, gloss. *verbo principaliter in cap. ad audientiam, de præscript.* vbi Abb. *à numer.* 12. Felin. 17. *gloss. verbo generaliter in c. 2. de Capell. Monach.* Dec. *numer. 6. in cap. cùm dilecta, de confirm. vtili*, post alios Couar. *in d. reg. possessor. part. 2. cap. 2. num. 6. ante princip.* siquidem & is intellectus licèt in se verus sit, non conuenit huic text. in quo (vt apertè constat ex dicto originali) non agitur de præscriptione contra Ecclesiam, sed contra homines fundi ad Romanam Ecclesiam pertinentis, qui homines in hoc text. dicuntur actores Ecclesiæ, & in originali actores Sanctæ Ecclesiæ, id est, agentes causam, & partes Ecclesiæ Romanæ, cuius erat fundus, quem obtinebant. Accedit quia ex rebus Ecclesiæ exemptæ nihil pertinet ad Romanam, cui per illarum præscriptionem nullum infertur, nec inferri potest præiudicium, secundùm communem *in d. cap. ad audientiam*, vbi Panor. *numer.* 13. per text. *in cap. cùm tempore, de arbitr.* ac subinde verba illa, *etiamsi cui Sancta Romana Ecclesia*, intelliguntur ratione fungi ad illam pertinentis, non verò ratione exemptionis, de qua *in text. verbo nullam.*

4 Omissis agitur aliis intellectibus, de quibus per d. gloss. *verbo Ecclesia, in præsenti*, probabiliter dici potest cum Vgone, & aliis antiquioribus, textum hunc continere aliquid gratiæ, quam Gregorius voluit facere Abbati, & Conuentui, remittens aliquid de iure suo in fauorem illorum, itaut licèt contra homines prędictos quatenus fundus ad eos pertinebat, sufficeret ordinaria præscriptio decem, vel viginti annorum, & quatenus ad Romanam Ecclesiam spectabat centenaria iure requireretur, nihilominus tamen Pontifex *hic* quadragenariam admisit contra vtrosque volens recedere à iure communi, tam in hoc articulo, quàm in alio, de quo per *gloss. vlt. hic* idque significant verba illa, *volumus, &c. quæstionem ipsam tali ratione discutere*, quæ ostendunt voluisse Pontificem ius speciale, non verò generale inducere, quamuis Gratianus aliud existimauerit, dum hoc cap. in suum volomen redegit, circa iuris auctoritatem, quam is text. habuisset, si in volumen Decretalium, Sexti, & Clementinarum à Pontificibus referretur, in simili *cap. 2. ibi, etsi ad Romanam, de præscrips. lib. 6.*

5 In gloss. *Inconcussam*. De materia huius gloss. vide Rebuff. *de pacificis possess. num.* 269. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 66.* Mascard. *de probat. concl.* 1195. *num.* 26.

Qvæstio VI.

Cap. Consuetudo. I.

1 Gloss. *verbo Ecclesia, in præsenti text.* ait quòd vbi Princeps litigat cum subdito, causam de honestate decidere debet, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 4. num.* 25.

Cap. Si Episcopum. III.

Allegatur hic text. ad hoc quòd decima non potest retineri Sacerdotibus ex eo quòd sint malæ vitæ, vt per Syluest. *in sum. verbo decima num.* 14. Rebuff. *de decim. quæst. 7. num.* 15. Monet. *in simili tract. cap. 7. num. 3.* Delictum enim personæ in damnum Ecclesiæ conuerti non potest, Xuar. *alleg. 26. num. 4.* Duen. *reg. 13. limit.* 12. 1

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Ecclesiæ præiudicare potest in quærendis, non in quæsitis.*
2 *Prælatus an possit repudiare legatum relictum suæ Ecclesiæ, remissiuè.*
3 *Caducitatem emphyteutæ Ecclesiæ an possit Prælatus, vel beneficiarius solus remittere.*
4 *Statutum laicorum an valeat in quærendis in præiudicium Ecclesiæ.*

Cap. Illud. VIII. & vlt. *Gelasius.*

Gloss. *verbo meliorem in præsenti text.* ait Prælatum Ecclesiæ præiudicare posse in quærendis, & non in quæsitis, vt per Dec. *cons.* 588. *Viso puncto, numer.* 15. *& cons.* 624. *Copiosè, numer.* 9. Angel. *verbo emphytheusis num.* 21. Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum, & vxor.* §. 47. *num.* 5. Ripa *resp.* 62. *In causa num.* 8. *& in l. legatum num. 9. ff. de legat.* 1. Pure. *decis.* 519. *in antiq. aliàs decis.* 507. *in correctis lib.* 1. Molin. *de instit. tract. 2. disput.* 465. Quarant. *in sum. Bullarij, verbo alienatio rerum Ecclesiæ num. 23. vers. octauò amplia*, vbi secus sentit de acquirendis, quæ transeunt in Ecclesiam ipso iure Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo restitutio differ. 25. num.* 1. nouissimè Ioan. Honor. *in sum. iuris canon. ad tit. de rebus Ecclesiæ non alienan. num. 27. in fine.* 1

Vnde per hanc gloss. dicit Abb. *in cap. tua, num. 9. de his, quæ fiunt à Prælat.* solum Prælatum posse repudiare legatum relictum suæ Ecclesiæ, ad quod plures citaui Doctores *in collect. ad Extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienan. inter communes sub num. 5. vers. vtrum verò.* 2 3

An Prælatus, seu beneficiarius possit remittere per se solùm caducitatem emphyteutæ Ecclesiæ, Vide quæ dixi *in collect. ad cap. potuit, de locato num.* 151. 4

Vtrùm autem in quærendis valeat statutum laicorum in præiudicium Ecclesiæ? Vide Dec. *in auth. cassa C. de sacrosanct. Eccles. num.* 17. Curt. sen. *cons. 27. num.* 8. Couar. *in reg. possessor. part. 2. §. 4. num. 9. vers. tertium.* Mench. *vsufreq. cap.* 9. Menoch. *cons. 305. num.* 6. Cald. Pereira *de empt. cap. 8. num. 33. & 37. & con. 47. num. 2.* latè Cened. *practic. & canon quæst. lib. 1. quæst. 35. num. 5. 6. 19. & 20.*

Qvæstio VII.

Cap. Decimas. j. I. *Greg. VII.*

Gregorius VII. in Concilio Lateranensi *cap. 7. lib. 6. Regesti*, relatus *in hoc text.* ait decimas à laicis possideri non posse, vt per Couar. *lib. 1. var. c. 17. num. 5. & 6.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 1. consid.* 41. Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 7. cons. 34. quæs. 7. & cap. 36. quæs. 2.* Rebuff. *de decim. quæst. 10. numer. 17. & quæst. 13. numer. 38. 39. & 73.* Monet. *in simili tractat. cap. 5. num.* 57. 1

num.57. Soar. de Relig.tomo 1. tract.2. lib.1.c.25.n.1. cum aliis per me adductis in tract.de officio & poteſtate Parochi, cap.28. §.2.num.50. nouiſſimè Ioan. de Valboa in annuis Academ.prælect.Salmanticenſ.ad c.7. de præſcript.à princ.

Cap. Quicumque recognouerit. IV.

Ambroſius.

1 S. Ambroſius in ſerm. Quadrageſimæ, relatus in hoc text. ex quibus rebus decimæ perſoluendæ ſint, oſtendit, quod ego latè tradidi de officio & poteſtate Parochi, cap. 28.§.1.per tot.

2 In gloſſ. Quod minus. ibi, ſic nec in quantitate decimarum, &c. Vide S. Thom. 2.2.quæſt.87. art.1.diſtinguentem inter liberationem à decima ſoluenda quoad quotam, & inter liberationem totalem, itaut prima præſcribi poſſit, non autem ſecunda hanc diſtinctionem communiter eſſe approbatam aſſerunt Pariſ.conſ. 25.num.21. lib.4.Meneh.illuſtr.quæſt.cap.89. num. 10. quos refert D. Barboſ. ad l. competit.6. num.78. C. de præſcript.30. vbi num. ſeq. dicit eſſe verum quòd decima quatenus eſt neceſſaria ad ſuſtentationem Eccleſiæ, & miniſtrorum, præſcriptione non tollitur, quia iure naturali & diuino ei debetur.

Cap. Omnes decimæ. V.

Ex Concil.Rothomagenſi.

1 PRobat hic text. non ſoluentem decimas cùm teneatur, excommunicari poſſe, ac debere, vt per Monet.de decimis cap.8.quæſ. 6.num.64. Molin. de iuſtit. tractat.2. diſput.756.num.4.Rot.in Dertuſen.decimarum 11. Maij 1609. coram Cardin. Marquemont. impreſſa per Marcheſ.de commiſſion. part.1. pag. 675. & in Motulen. decimarum 31. Ianuarij .614. coram Card.Sacrato,metipſum de officio,& poteſtate Parochi, cap.28.§.4. num.15. Concil.Trident.ſeſſ.25. de reform. cap. 12.ibi,excommunicetur.

2 Intellige monitione præmiſſa, vt inſinuat text. in præſenti, & reſoluunt Perez ad tit.5.lib.1.Ordin. pag. 130. Rebuff. de decim.quæſt.12.num. 8. & 15. Monet. d. cap.8. num.69. Azor.inſtitut.moral.part.1.l.7. c. 24. quæſ.17. Soar. de Relig.tomo 1. tract. 2. lib. 1. cap.37. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. part.4. deciſ.195.num.6. ego ipſe vbi ſup.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi non poſſunt decimas à ſuis ſubditis redimere, etiamſi ab eis earum ſolutione iniuſtè vexentur, nec aliter eas ſoluere velint, & declaratur num.6. & 7. cum ſeqq.*

2 *Ius ſuum in temporalibus ſibi iniuſtè negatum poteſt quis redimere quolibet munere temporali.*

4 *Vtilitas vel neceſſitas petentis opus de ſe licitum, aut ſaltem indifferens à parare illud improbè facere, præbet regulariter iuſtam petendi cauſam ad effectum, vt hoc modo poſſit petens redimere vexationem abſque peccato, concurrentibus cæteris conditionibus ad hanc vexationem requiſitis.*

5 *Lex humana quam poteſtatem habeat ad impediendas vtilitates ſubditorum neceſſarias, & ad vtendum eorum etiam inuitorum bonis ex iuſta ratione boni publici, remiſſiuè.*

Cap. Decimas. iij. VII.

Ex Concil. Mogunt.

COllige ex text. Epiſcopos non poſſe decimas à ſuis ſubditis redimere, etiamſi ab eis in earum ſolutione iniuſtè vexentur, ne aliter eas ſoluere velint, ita ſecundùm vnum intellectum Archid.hic poſt princ. & in addit. ad gloſſ.vlt. in cap. altare 1.quæſt.3. gloſſ. verbo accepit, poſt med. in cap. dilectus il 1. de ſimon. Soar. de Relig.tom.1.tract.3.lib.4.c.50.ſub n.33. 1

Verùm obſtat maximè, quia vel in hac iniuſta vexatione ſubditi negabant Epiſcopo ius ſpirituale percipiendi decimas ſub prætextu quòd propter eiuſdem iuris defectum ex aliquo peculiari vitio contingentem, non tenerentur ad earum ſolutionem eidem Epiſcopo faciendam, vel rurſus ius illud ſpirituale non diffitebantur, ſed eorum contradictio verſatur ſolùm circa fructus earum decimarum temporales; atqui videtur quòd in vno, & altero poterat Epiſcopus ſic iniuſtè a ſubditis vexatus eas redimere, quolibet munere temporali. Igitur Concil. Moguntinum, de quo hic, non videtur benè oppoſitum conſtituere. Maior conſtat ex ſufficienti partium enumeratione. Minor verò quoad primam partem probatur ex eo, quia generale videtur vt quilibet ius ſuum etiam ſpirituale, veluti circa beneficium Eccleſiaſticum poſſit iniuſtè vexatus redimere licitè quolibet munere temporali, iuxta text. in d.c.dilectus, vbi gloſſ. verbo accepit, & Doctores in c. Matthæus, de ſimon. vbi plures ei aui in collect. quoad ſecundam verò partem probatur, quia extra omnem ferè controuerſiam eſt poſſe quemlibet ius ſuum in temporalibus ſibi iniuſtè negatum redimere quolibet munere temporali, iuxta text. in l.ſerui, C. ad leg.Iuliam de adulter.& l.1. & in l. & generaliter. ff. de calumniat. & in l.in ſumma verſ. ſin autem, ff. de condict.indeb.l.2 ff.de condict.ob turpem cauſam iunctis traditis per Rebuff. in praxi benefic.tit. de ſimon.in reſign.n.17. conſtituentem non eſſe contra bonos mores redimere vexationem, Iacob. de Graff. in aureis deciſ. part.1. lib.2.cap.96.n.51. cum aliis adductis per me ad cap. monet 22.quæſt.1. Conſequentia benè colligit. 2

Quare nonnulli ſupradicta difficultate oppreſſi fatentur potuiſſe licitè Epiſcopos in hoc text. iniuſtam decimarum negationem, & ſolutionis vexationem redimere quolibet munere temporali, nec id in hoc text. prohiberi, ſed illud ſolùm ne ſubditi laici, faciant hanc earum decimarum extorſionem, eamque per Epiſcopos prohibendam eſſe ne fiat ſcilicet ab eiſdem laicis, atque ita eſſe intelligenda vltima verba huius text. ex aliorum intellectu, maximè Hugon. refert Turrecr.in præſenti ſub num.1.Archid.in princip. Bellam. ſub num.6. Soar. d.cap.50. num 23. Verùm hic intellectus licèt videatur ſatis accommodatus ad hunc text. vt iudicat Soar. loco proximè citato, tamen non eſt frequentior, vt conſtat ex relatione Archid. Bellam. & Turrecr. vbi proximè. 3

Pro vera igitur huius text. intelligentia aduertendum eſt quòd licèt vtilitas, vel neceſſitas petentis opus de ſe licitum, aut ſaltem indifferens à parato illud improbè facere, præbeant regulariter iuſtam petendi cauſam ad effectum vt hoc modo poſſit petens redimere vexationem abſque peccato, concurrentibus cæteris conditionibus ad hanc redemptionem requiſitis, per ea, quæ reſoluunt Sanch. de matrimon l.7. diſp.95 n.7. cum ſeq.& in præcepta Decalogi tom.1. lib.2.c.41.num.5.cum ſeq. Soar de Relig.tom.2 tract.5. lib.3. c.13. à n.3. Martin. Delr.diſquiſit. magic. lib.6.cap.2.ſect.1.q.2.col pen. tamen ſecus erit quando 4

5 eadem necessitas, vel vtilitas per aliquam legem fuerit ad eundem effectum improbata, tunc etenim illa non sufficiet, nec erit censenda causa iusto ad petitionem de qua loquimur licitè faciendam, vt concluditur ex iis, quæ de potestate legis etiam humanæ ad impediendas vtilitates subditorum temporales, & ad vtendum eorum etiam inuitorum bonis ex iusta ratione boni publici scribunt Doctores *in l. item si verberatum*, §. 1. *ff. de rei vend.* per text. *ibi*, & *in l. Lucius ff. de euictiou*, post alios Cou. *lib. 3. var. cap. 6. n. 6.* Pinel. *ad rub. C. de resc. ind. vendit. part. 1. c. 2. num.* 14 Anton. Gom. *l. 1. Tauri à num.* 11. Mench. *illustr. lib. 2. c.* 5. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quest.* 65. *n.* 3. tum etiam ex text. in specie *in cap. 1. de vsuris in 6.* dum *in verf. & quia*, prohibet ne vsurariis alienigenis locentur domus, quibus fœnebrem pecuniam valeant exercere, & ita quòd earum domini etiam ex causa vtilitatis, quam alioquin poterant ex illarum conductione percipere, non petant hanc conductionem ab huiusmodi vsurariis, quamuis alias possent ab illis eam postulare ex causa dictæ vtilitatis, vtpote de se insta ad perendum opus de se licitum, nempe dictam conductionem, iuxta ea, quæ resoluunt Molin. *de iustit. tract. 2. disput.* 335 *num.* 5. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 12. c.* 18. *in princip.* Iacob. de Graff. *d. lib. 2. cap.* 108. *num.* 3. & 4. nisi hæc locandi, & conducendi vtilitas respectu alienigenorum esset specialiter improbata per legem Canonicam *in d. cap.* 1.

Secundò aduertendum est quòd inter casus, in quibus dicta necessitas, vel moralis vtilitas improbatur à lege, itaut non præbeant iustam causam petendi sine peccato opus de se etiam licitum, vel indifferens à patrato illud inique gerere, potissimum locum habet casus, in quo subditi Episcoporum iniustè negarent debitam decimarum solutionem, hæc etenim vtilitas recipiendarum decimarum improbata est specialiter à lege Canonica *in Concil. Moguntino*, de quo *in hoc text.* ad effectum ne Episcopi valeant eiusdem vtilitatis prætextu decimas sic iniustè negatas redimere pro aliquo munere temporali, vnde peccabunt si eas nihilominus redemerint, vt quia in eo infringunt iustum legis præceptum, & prohibitionem, vt arg. *c. qui resistit.* 11. *q.* 3. & *cap. omnis anima, de censib.* in specie agentes de prohibitione huius text. tradunt Archid. *hic*, & Turrecr. *num.* 2. Soar. *d. cap.* 0. *num.* 33. Ratio autem huius prohibitionis solet multipliciter assignari, alia est vt mediante hac prohibitione possit habere locum repetitio muneris dati ab Episcopo pro redemptione decimarum, vt arbitrantur Archid. Bellam. & Turrecr. *vbi proximè*; altera verò, quæ magis placet, & post gloss. *verbo accepit col. 2. post princ. in cap. dilectus il 1. de simon.* assignatur à Soar. *d. c.* 50. *sub num.* 33. videlicet ne ex hoc pernicioso exemplo laici sumant occasionem faciendi Ecclesiæ, & eius Prælatis similes iniurias spe lucri prouenturi ex dicto munere temporali sibi dati pro redemptione decimarum, néve rustici inde credant se ius earum habere dum sibi aliquid datur, vt eas diu retentas persoluant; tandem ne mali sentiant aliquam dictæ suæ contumaciæ fructum contra rationem desumptam, ex reg. text. *in l. itaque fullo ff. de furtis*, & *in cap. intelleximus, de iudic.*

7 Ex quibus iam patet intellectus ad nostrum text. vt scilicet dum iuxta communem explicationem probat Episcopos non posse pro munere temporali redimere decimas à subditis eas sibi iniustè negantibus, intelligendus sit quòd procedat non quidem ex capite simoniæ; nam hæc redemptio simoniaca non est, supposito quòd ex parte subditorum dabatur promptitudo, & proteruia ad huiusmodi negationem iniustam, & ex parte Episcoporum dabatur causa necessitatis, aut saltem moralis vtilitatis, ita quidem secundùm se, nisi specialiter à lege Canonica improbaretur ad hunc effectum redemptionis. Rursus & supposito quòd opus per Episcopos petitum, nempe solutio ipsa decimarum, erat de se licitum, neque ad illud, tanquam ad aliquid spirituale, referebatur datio illa temporalis, sed ad summum referebatur ad fructus decimarum temporales, immò nec ad illos, sed solùm ad iniustam illorum negationem, & ad impedimenta subditorum, vt ipsa per huiusmodi dationem remouerentur, vnde facilè posset alioquin esse locus dictæ dationi, & redemptioni decimarum. Est ergo intelligendus text. *in præsenti*, vt procedat ex prohibitione speciali fundata in rationibus suasoriis, de quibus *suprà*, propter quas Concil. Moguntinum satiùs iudicauit hanc iniustam decimarum negationem cohibere per remedia iuris ordinaria, & per recursum ad Superiorem, quàm eam relinquere priuatæ redemptioni Episcoporum, cum tanto ipsorum, & Ecclesiarum, ac ipsiusmet boni publici detrimento, quale in dictis rationibus designatur, vt in effectu aduertunt gloss. Archid. Bellam. Turrecr. & *proximè citatis locis.*

8 Amplia primò text. *in præsenti*, vt *suprà*, intellectum, vt procedat non solùm in Episcopis, sed etiam in cæteris Prælatis, & clericis inferioribus, quibus decimæ debeantur, nam dictæ rationes magis habent locum in his vtpote minus potentibus, & consequenter magis expositis ad hanc subditorum iniustam decimarum extorsionem, & negationem, cui lex Canonica de qua *in hoc text.* obseruare intendit hac via in fauorem publicum Ecclesiæ, vnde nil mirum si eadem lex quantumuis quoad verba loquatur de solis Episcopis, tamen quoad mentem extendatur ad Prælatos, & clericos inferiores; & ideò hanc ampliationem tenent Archid. & Turrecr. *in præsenti*, Bellam. *ad hanc causam* 16. *q.* 7. *sub n.* 6. quicquid dicat Soar. *dict. cap.* 50. *num.* 33. *in fine.*

9 Amplia secundò dictam prohibitionem huius text. vt nec etiam de consensu, & auctoritate Episcoi possint Parochi, & cæteri Prælati inferiores ius ad decimarum exactionem habentes redimere illas à subditis laicis pro aliquo munere temporali, nam cùm ipsemet Episcopus *in eodem text.* prohibeatur per se facere huiusmodi redemptionem, consequitur quòd nec etiam poterit in aliis authorizare, quia supposita ea prohibitione non habet ad hunc effectum auctoritatem legitimam quam aliis præstet, vnde succedit reg. text. *in cap. Daybertum* 1. *q.* 7. & *in l. nemo plus iuris ff. de reg. iuris*, cum concordantiis.

Cap. Omnes Basilicæ. X.

Ex Aurelianensi Concil.

MVltum allegabilis est hic text. ad hoc quòd omnes Basilicæ præsumuntur illius Episcopi, in cuius diœcesi sitæ sunt, & ad hoc quod eo ipso quòd quis est Episcopus, est etiam ordinarius collator, vt per Roman. *consil.* 180. *num.* 2. *vers. habet enim Episcopus*, Feder. de Senis *consil.* 145. *n.* 6. *ante fin. vers. vnde si aliquis*, Rot. Bonon. *decis.* 23. *num* 2. Mascard. *de probation. conclus.* 167. & 173. Plamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 7. *q.* 14. *n.* 2. Zerol *in praxi Episcop. part.* 2. *verbo beneficia*, §. 2. *pag.* 38. Rot. *decis.* 447. *n.* 1. & *decis.* 15. *n.* 2. apud Farin. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 30. *num.* 6. apud eundem *part.* 2. *recent.* nouissimè Io. de Valbea *in ann. Acad. prælect. Salmant. ad c.* 3. *de indic. num.* 18. Quicquid enim est intra fines Episcopatus, censetur

censetur etiam diœcesi, Rot. *decis.*683.*num*1..*d.p.*1.*recent.* & ideò Episcopus de iure communi habet fundatam intentionem super iurisdictione in omnibus Ecclesiis totius suæ diœcesis, Rot. *decis.*171.*num.* 2. *& decis.*491.*num.*1.*d.part.*1.*recent.*

Cap. Nullus omninò. X I.

Calixtus.

1 Vlgò allegatur ad hoc quòd omnes Episcopi de iure communi habent fundatam intentionem in iure conferendi omnia beneficia Ecclesiastica in suis diœcesibus existentia, consonant *c.regenda* 10. *quæst.* 1. *cap.nemo de consec. dist.*11.*c.conquerente, de offic. Ordin. cap.ex frequentibus, de instit.cap.* 2. *de relig. domib. cap. cum persona, de privil. in* 6. & pro regula ponit eum duabus ampliationibus, & quinque limitationibus Felin. *in cap.cum venerabilis num.* 31. *cum multis seqq. de except.* Selu. *de benef.part.*2.*quæst.*16. *num.* 28. *cum seq.* Mendos. *in reg. Cancel.* 14.*quæst.* 2.*num.*2. Franc. Marc. *decis.* 392.*num.* 3. *& quæst.*670.*num.*2.*lib.*2. Rot. *decis.* 78.*num.*1.*& per tot.part.* 1. *divers.* Ordinariorum enim collatio est fauorabilis, vt ex hoc text. colligit Patis. *de resignat. benef. lib.* 12. *quæst.* 10.*num.*17.

Cap. Si quis deinceps. X II.

Gregor. VII.

1 NOtatur ad hoc quòd beneficium conferri non potest nisi ab Ecclesiastica persona, Episcopo, Prælato non verò a laico, vt per Anchar. *in reg. beneficium sub num.* 3. *de reg.iuris lib.*6. Tamberin. *de iurepatron. lib.* 1. *quæst.* 9.*art.*3.*num.*10.*post princip.* Rebuff. *in tract. nominat. quæst.*21 *num.*58. *& de pacific. possess. num.* 287. *in princip.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.*5. *num.*10. Aloys. Ricc. *in collect. decis.part.*4. *collect.*1042. *vers. quartum,* Flamin. Patis. *de confident. quæst.*7.*num.* 5. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.*1.*lit. A. conclus.* 52. *num.*5. Nicol. Garc. *de benef part.*1.*cap.*1.*num.*32. Paul. Comitol. *respons. moral. libr.* 1. *quæst.* 78. quem vide *ad cap.si quis Episcopus,& ad cap.si quis cleric. inf. ead.*

S V M M A R I V M.

1. *Episcopus in aliena diœcesi non potest Ecclesiam consecrare absque proprij Episcopi permissione.*
2. *Episcopus prouidere debet, vt consecrandæ Ecclesiæ facta sit competentis dotis assignatio si hoc prius in eius constructione factum non sit.*
3. *Iuspatronatus Ecclesiasticum tribus potissimum modis acquiritur, fundatione scilicet, constructione, & dotatione.*

Cap. Piæ mentis. X X V I.

Gelasius.

1 VVlgò allegari solet text. *in præsenti,& in cap.seq.* ad hoc quòd in aliena diœcesi non potest Episcopus Ecclesiam consecrare absque proprij Episcopi permissione, vt per Azot. *institut. moral. part.* 1.*lib.*10.*c.* 26.*quæst.*10.*& part.*2.*lib.*9 *cap.* 4. *quæst.*1. Bonacin. de *Sacrament. disput.* 4. *quæst. vlt. puncto* 9. *num.*8. Piasec. *in praxi Episcop. part.*1.*c.*5.*n.*2. *vers. ædificata,* Fr. Ludou. Miranda *in manual. Prælat. tom.*2.*quæst.*39.*art.*1. *concl.*3. Vgolin. *de potestate Episcopi cap.* 28. *à num.* quos refero ego ipse *in simili tractat.part.*2.*allegat.* 27.*num.*1. vbi etiam aduerto per hunc text. Episcopum prouidere debere, vt consecrandæ Ecclesiæ facta sit dotis 2
competentis assignatio, si hoc prius in eius constructione factum non sit.

In gloss. 1. Vulgò notatur hæc gloss. ad hoc quòd 3
iuspatronatus Ecclesiasticum tribus potissimum modis acquiritur, fundatione scilicet, constructione, & dotatione, vt per Lambertin. *de iurepatron. part.*1.*lib.*1 *q.*2. *art.*2. *n.*1 Paul. de Citadin. *eodem tract. part.*3. Roch. etiam *eodem tract. verbo Ecclesiam fundauit, & verbo construxit.* præcipuè *quæst.*4. *num.* 3. *& verbo dotauit,* Fusch. *de visitat. lib.*2. *acq.*10. Spin. *in Speculo testam. gloss.*4.*princ.* Petez. 1 *gloss.*1.*tit.*6.*lib.*1 *Ordin.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic.lib.*4.*quæst.*4. *num.*40.*cum seq.* Zerol. *in praxi Episcop.p.*1.*verbo Iuspatronatus,* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.*2. *c.*6 *n.* 25. Nicol. Garc. *de benefic.part.*5.*c.*9. *à n.*36. Vgolin. *de potest. ute Episcopi cap.*51.*in princip num.*6. Cardos. *in praxi iudicum,& aduocat.verbo Iuspatronatus n.*2.*cum seqq* Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 32. *a num.* 1. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*8. *n.* 33. *cum seqq* Ioh. Viuian. *in praxi iurispatron.part.*1.*l.*2. *cap.*1.*cum seq.in vlt.impress.* Filliuc. *part.* 3.*tract* 4.*de benefic.c.*1. *n.* 55. Massob. *in praxi habendi concursum prælud.*7. *dub.*6 *secundum Romanam impress.* metipsum *de officio,& potestate Episcopi part.*3. *allegat.*70. *a princip.* & nouissimè *de iure Ecclesiast.*3.*c.*11.*de iure patron.vers.non solum.* Rot. *decis.*511.*num.* 1. apud Farinac. *part.*2.*recent.*

S V M M A R I V M.

1. *Patronum si ad inopiam perueniat qualiter Ecclesia alere debeat, remissiuè.*
2. *Ecclesia patronum alere debet quando ille in summam egestatem deductus est, & quando Ecclesia super est.*
3. *Ecclesia non tenetur alere patronum, qui aliàs habet vnde possit viuere.*

Cap. Quicumque fidelium. X X X.

Ex Tolet. Concil. IV.

QValiter autem Ecclesia alere debeat patronum si 1
ad inopiam perueniat, dixi *in collect. ad cap. nobis* 25.*num.*7.*cum seqq.de iurepatron.* & optimè declarant Seraphin. *decis.* 668. *num.*5. Rot. *in Neapolitana alimentorum* 31. *Maij* 1613. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo, impressa per Farin. *decis.*454.*part.*2. *recent. & decis.* 594. *num.*5. *part.*4.*divers.* Gr. lenzon. *cons.*141.*à num.*22. Campan. *in diuersis iuris can. rub.*11. *cap.*27.*sub num.* 21.

In gloss. *Ad inopiam.* ibi, *Istud autem intelligas quādo patronus in summam egestatem deductus est,& quando Ecclesia superest.* Ita Lambertin. *de iure patron.lib.*3. *art.*1.3.*quæst.princip.num.*2. Paul. de Cittad. *eodem tractat. part. art.*4.*num.*3. *& cum seq.* Roch. *in simili tract.verbo, & vtile,num.*1. *&* . Roland. *cons.*2. *n.*33. *lib.*3. Cassad. *decis.n.*3. 2. *de iurepatron.* Surd *de alim. tit.*7.*q.*41. *à num.* 1. quos refert, & sequitur Rot. *d. decis.*454. *num.* Ego verò *in tract. de iure Ecclesiastico, lib.*3.*cap.*1 2 *de iurepatron.in vers.patronum ad inopiam,* existimo non esse necessarium quòd patronus in summa egestate positus sit, sed sufficere quòd iam iam ad paupertatem deuenerit, itaut verum sit dicere quòd iam secundùm qualitatem suæ personæ sustentati nequit. Vnde Ecclesiam non teneri alere patronum, 2
qui aliàs habet vnde possit viuere, tradunt Paul. de Cittadin. *vbi suprà num.*3. Lambertin. *d. lib.* 3. *art.* 3.

tertia quæst.princip.num.1.cum seqq. Surd.*d. tract. tit.1. quæst.54.a num.15.*Cordub.de Lara *in l.si quis à liberis, § solent num.20.ff.de lib. agnosc.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredes eius, qui Ecclesiam construxit, debent solertiam habere ne quicquam detrahatur Ecclesiæ, ex collatis scilicet per patronum, aut eius maiores, secus respectu collatorum ab alijs, vt num. 2.*

3 *Patronus semper potest se opponere ne res Ecclesiæ dissipentur, aut sine causa distrahantur.*

4 *Patronus Ecclesiasticus potest videre, & se informare quomodo expendantur prouentus Ecclesiæ, & administrentur, in quo præstat laico, non potest tamen minutatim rationes exigere.*

5 *Patronus non potest custodem, vel œconomum apponere nisi habeat ex particulari priuilegio Papæ.*

Cap. Filiis, vel nepotibus. XXXI.

Ex Tolet. Concil. IX.

1 IN Concilio Toletano IX.*cap.*1.quod refertur *in hoc*
text. habetur quòd hæredes eius, qui Ecclesiam
construxit, debent solertiam habere ne quicquam de-
trahatur Ecclesiæ, ex collatis scilicet per patronum, aut
eius maiores, vt per D. Melch. Lotter. *de re benefic.*
lib.1 quæst.11 à num. 63.vbi *num.*70. subdit quòd cùm
2 hic text. sit restrictus ad collata per patronos, vel suos,
respectu collatorum ab aliis, cessat omne interesse, &
citat Imol. *in cap. mancipia sub num.4. vers. & sic esset*
*dicendum, de rerum permut.*Soar. *de immun. Eccles.lib.*
4. cap. 14. numer. 21. vers. quod autem. Deinde idem
3 D.Lotter. *vbi suprà numer. 66. cum seqq.* sic ait. Tamen
negari non potest quòd possit semper patronus se op-
ponere ne res Ecclesiæ dissipentur, aut sine causa di-
strahantur, in huc enim præcipua debet esse eius solli-
citudo. Innoc. *in rub. numer. 1. de iurepatron.* & benè
declarat Anch. *cons.122.sub numer.5. vers.item ius pa-*
troni, & censuit Rota *in vna Calagnritana erectionis*
Capellæ 15. *Nouembris* 1624. *coram bona mem Archi-*
episcopo Seleucien. adeò vt sequuta distractione valeat
semper patronus vrgere illius retractionem si minus
iusta sit. Roch. *de iure patron. in verbo honorificum sub*
4 *num.10.ad med.vers.verum est quod vbi alienatio.*Simi-
liter licet patronus Ecclesiasticus possit videre, & se in-
formare quomodo expendantur prouentus Ecclesiæ,
& administrentur, in quo præstat laico, non potest ta-
men minutatim rationes exigere Roch. *de iurepatron.*
verbo honorificum ex num. 100. Rebuff. *in tract. de con-*
5 *grua num.* 41. neque custodem, vel œconomum appo-
nere nisi id habeat ex particulari priuilegio Papæ.
Abb.*in cap.cùm nos num.4.de offic. Ordin.* Azeued. *cons.*
10. *num.* 22. *&* 25. cùm ad ipsum non spectet cura de
temporalibus Ecclesiæ, Roch. *d. verbo honorificum sub*
num.10. vers. facit etiam quia. Patronus autem capiens
aliquid de bonis Ecclesiæ sui iurispatronatus, siue per
se, siue per interpositas personas, iurepatronatu priua-
tum esse ipso iure, & incurrere excommunicationem
cum reseruatione, dixi *in collectan.ad cap.præterea num.*
3. de iurepatronat.

6 *Regis hæc auribus intimare non differat.*] Aliqua circa intellectum horum verborum dixi *in collect. ad cap. Ecclesia S. Mariæ num.6. cum seqq.* & præcipuè *num.15.de constitut.* Multa tamen circa intellectum huius text. cumulant Doctores aliter atque aliter interpretantes. In primis Mart. *de iurisd.part. 4. cent. 2. casu 43. numer. 4.* existimat text. istum intelligendum esse in casibus, in quibus iurispatronatus collatio, atque institutio ex priuilegio Summi Pontif. spectat ad Regem, idem ait Duard. *in Bull. Cœnæ lib. 4. can.14.q. 8. num.8.*qui adducit alias duas interpretationes, nempe vigore huius text. tunc esse recurrendum ad Regem pro reparatione Ecclesiæ iurispatronatus, cùm per Ecclesiasticum iudicem ipsius Rector cogi non potest, vt *in cap. petimus 11. quæst. & in cap. non licuit distinct.* 17. vel cùm iudex Ecclesiasticus deest, ne propter distantiam ab Vrbe Roma Ecclesia ruat, pendente prouisione facienda per Rom. Pontif. Alij verò, ex quorum numero sunt Pesant. *in tract. de immun. Eccles. disput. 2.num.1.*Mari. Alter.*de censur. tom.1. disput. 16. lib. 5. cap.2. pag. 686. col.2.*Christoph.de Anguiano *in tract. de legib. tom. 1. lib. 2. contron. 17.num.93.*dicunt text. *in præsenti*, esse intelligendum quòd in defectum Ecclesiasticorum Princips secularis possit causas Ecclesiasticas ad se aduocare, sed vt moneat superiorem Ecclesiasticum de neglecta, vel iniquè administrata iustitia, vel vt faciat instantiam alteri superiori pro illius correctione. Demum cætera Theologorum recentiorum scholo sustioet ius, de quo *in hoc text.* fuisse sublatum, & abrogatum ab Innoc. III. *in cap. qualiter, & quando, de iudic.* ita Pesant. *de immunit. Eccles. disp.* 16. Azor.*part.1.lib. 5.c.14. quæs.2.ad fin.* Filliuc. *tom.1. tract. 16.c. 10. num. 263.* Bonacin. *de legib. disp. 10. quæst.2.puncto 1.§.1. num.12.*Salas *eodem tract.quæst.96. tract.14.disput.14. cap.19.num.109.* Duard.*in Bull. Cœnæ lib. 2. can. 14. q. 8. num.8.*Ioan.de Valboa *in annuis Academ.prælectionib.Salmanticensib.ad cap.2.de iudic. num.* 130,

Cap. Decernimus. XXXII.

Ex Concil. Toletano.

GLoss.*verbo idoneum, in hoc text.* ait ordinem cha- 1
ritatis in distributione facienda inter pauperes omnino seruandum esse, vt scilicet primò inter testatoris consanguineos, in Parochianos deinde, tertiò in pauperes de testatoris loco, vltimò inter foreoses pauperiores, vel magis meritos fiat distributio, vide Gregor.Lop.*l.10.verbo de aquel luga,tit. 3.part.* 6. Couar. *in cap. cum tibi num. 14. de testament.* Tiraq. *de priuil. piæ causæ, priuil.* 50. Nauar. *in man.cap. 25. num. 123.* Læl. Zechi. *de priuil. Eccles. priuil.75. num. 20.& seq.* Mich.Grass. *recept.sentent.§.legatum quæst.64.num.4.& 5.* Tiber. Decian. *cons. 1. num.51.lib.3.*Menoch.*de præsumpt. lib. 4. præs.125.*Cardin.Mantic. *de coniect. vltim. volunt.lib.8.tit.5.num.16.*Suid. *de aliment. tit. 1. quæst. 93.per tot.* Anton.Petra *de fideicom. quæst.11.num.521.* Cornel. Benincas. *de paupert. spec.5. in iudicio num.24.* Caualcan. *decis.26.num.22.part.3.* Non tenetur autem nominatus ad distribuendum inter pauperes, eligere pauperiores, sed est locus gratificationi, & absque peccato pauperes eligere sufficit, vt per Bened. Capra. *cons.54. num. 15. & in tract. de execut. memb.6.numer.* 160. Card. Mantic. *d. lib. 8.tit.5.num.6.*Camill. Borrel. *in sum. decis. tit. 18. de oblation. & eleemosyn. num.28. part.1.* Alex.Raudens. *Pisana decision.37.num. 290.* Lessius *de iustit. lib.2. cap. 14. dub. 6. num. 41.*

* * *

CAVSA

CAVSA XVII.

QVÆSTIO I.

CAP. Qui bona. IV. *Gregor.*

1 N votom solo animi proposito perfici queat, & alia de materia huius text. vide per Axor, *instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 13. quæst. 5.* Soar. *de religione tomo 2. tract. de voto lib. 1. cap. 2. num. 3. & 5.*

2 In gloss. *Deliberant.* ibi, *firmiter proponendo, & tunc secundùm Hugen. peccant mortaliter, secundùm alios venialiter.* Vide Sayr. *in claui Regia lib. 6. cap. 1. n. 6.*

QVÆSTIO II.

CAP. Gonsaldus. I. *Alexand.*

1 Loss. *verbo vnius anni, in præsenti text.* ait tempus ad nouitiorum probationem esse arbitrarium, cum aliquando fuerit eis tempus vnius anni præfixum, vt *in hoc text. & in cap. ad Apostolicam, de Regularib. & in c. 1. 2. & 3. eodem titul. in 6.* nonnunquam duorum annorum, vt *in cap. monasterijs, 19. quæst. 2.* interdum verò trium annorum, vt *in cap. si quis incognitus, hac eadem causa, & quæst.* ita obseruant Azor. *institut. moral. pars. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 6.* Sayr. *in claui Regia li. 6. cap. 4. n. 11.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disput. 11. dub. 1.* Verùm attenta noua dispositione Concilij Trident. *sess. 25. de Regularib. c. 15.* ille, qui minore tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admitti non potest, & si ante hoc tempus admittatur, determinat professionem esse nullam, nullámque inducere obligationem, de cuius decreti materia latè tractaui *de officio, & potestate Episcopi part 3. alleg. 101. num. 16. cum sequentibus.*

CAP. Nos nouimus. II. *August.*

1 Loss. *verbo nauigasti, in præsenti text.* dicit, quòd sicut nauigans subiicit se variis periculis, nec proprio motu regitur, sed ventis, sic habens vxorem, vt per Tiraquel. *in l. boues §. hoc sermone num. 158. ff. de verborum significat.*

2 In gloss. *Sciens.* ibi, *ergo sciuisset, quòd votum simplex fecerat, peccasset ipsa mortaliter,* &c. Notatur ad hoc quòd scienter contrahens cum habente votum castitatis peccat mortaliter, vt per Nauar. *in man. cap. 22. num. 73.* Matiens. *in rub. tit. 1. gloss. 1. n. 151. lib. 5. noua recopil.* Sanchez *de matrimon. l. 7. disp. 11. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Nemo probus nisi diutiùs illius mores probati fuerint.*

2 *Seruus si Religionem ingrediatur absque sui domini licentia, & ab eodem domino repetatur intra trienium, ei tradendus est cum omnibus, quæ ad Monasterium attulit, fide tamen accepta de impunitate, & quid si intra id triennium dominus non repetierit.*

3 *Triennium numeratur à tempore, quo dominus conscius fuit admissionis serui in Religione.*

4 *Seruum dominus repetere non potest absque sua licentia in Religione admissum, elapso triennio, quamuis nondum sit professus.*

5 *Seruus si professionem emittat intra triennium, casu quo à domino reuocari potest, inualidè profitetur.*

CAP. Si quis incognitus. III.

IN suprascrip. text. ibi, *ex decreto Bonifacij,* dicendum est *Burchardi*, vt obseruat Ribadeneira *in lib. pro defensione Societatis Iesu cap. 8.* vbi latè de materia huius text. Et notari solet ad hoc. quòd nemo probus, nisi diutiùs illius mores probati fuerint, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa 51. num. 158.* 1

Probat hic text. quòd si seruus Religionem ingrediatur absque sui domini licentia, & ab eodem domino repetatur intra triennium, ei tradendus est cum omnibus, quæ ad Monasterium attulit, fide tamen accepta de impunitate, & si intra triennium dominus non repetierit, non poterit eum vltrà repetere, nisi tam longè seruus distet, vt intra id triennium dominus repetere nequeat, ita Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs, disput. 2. dub. 2. num. 3.* quod quidem triennium numerandum esse à die probationis inceptæ existimant Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 1. quæst. 3.* & Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 3. num. 31.* Sed veriùs est numerandum esse à tempore, quo dominus conscius fuit admissionis serui in Religionem secundùm Campan. *in diuers. iuris canon. rub. 11. cap. 8. num. 12.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 17. art. 2. concl. 4. in fine,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. num. 63.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 46.* 2 3

Vnde infertur dominum repetere non posse seruum absque sua licentia in Religionem admissum elapso præfato triennio, quamuis nondum sit professus, vt expressè tenet Sanchez *d. cap. 4. num 44.* 4

Quæstio est dubia verùm si seruus professionem emittat intra triennium illud casu, quo à domino reuocari potest, validè profiteatur, quidam censent eam professionem esse validam, ex quorum numero sunt Archid. *n. 1.* Bellam. *etiam num. 1.* & Turrecr. *num. 3. in præsenti,* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 3. num. 31.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. q. 17. art. 2. conclus. 3.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 6. num. 3.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 2. numer. 6.* At multò veriùs alij tenent eam professionis coniugis absque alterius coniugis licentia, sicut benè resoluunt Azor. *dict. part. 1. lib. 12. c. 1. q. 3.* Sanch. *dict. c. 4. num. 49.* vbi alios refert. 5

In gloss. *Intra triennium.* ibi, *posset tamen dici quòd Ecclesia debet compensare damnum domino.* Sequitur Azor. *d. quæst. 3.* Sed contrarium verius est, vt clarè probat hic text. *in vers. si autem intra triennium,* & tenent Sanch. *dict. cap. 4. num. 45.* & Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 2. num. 4.* 6

QVÆSTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Contractus iracundiæ calore celebrati, sunt nulli, & inualidi, nisi sint ad pias causas, declarando vt ibi.*

2 *Votum per importunitatem, & impulsum aliorum emissum non tenet, secus si proprio quodam animi impulsu.*

3 *Parua sunt aliquid violenter, & metu fieri, ac precibus importunis.*

4 *Votum calore iracundiæ emissum non valet.*
5 *Iuramentum calore iracundiæ emissum non valet.*
6 *Electio facta ad aliorum impulsum, non valet.*

Cap. Sunt qui opes. III. *Ambros.*

1 QVamuis contractus iracundiæ calore celebrati, sint nulli, & inualidi, vt per text. *in l. licitatio, in princ. ff. de publ.* resoluunt *gloss.* 1. *cap. si quis iratus 2. quæst.* 3. Roman. *sing.* 514. *Volo, n.* 1. *vers. circa primum,* Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 1. *num* 24. *vers. ideóque contractus,* Duen. *reg* 292. *in* 6. *ampl.* tamen secus est in contractu ad pias causas, vt per textum *in præsenti* tradunt Roman. *d. sing.* 114. *num.* 1. *vers. fallit nisi fiat, & sing.* 508. Tiraq. *d. causa* 1. *num.* 24 *in fine, & num.* 21. *in fin. & de priuileg. piæ causæ, priuil.* 108. Duen. *dict. reg.* 292. *in* 2. *limit.* nisi ira fuerit talis, quæ donantem à mente alienauerit, quia tunc nec etiam valet contractus in fauorem piæ causæ, iuxta ea, quæ notant Duen. *d. reg* 292 *limit.* 1. Dec. *in l quicquid num.* 4. *in fin. ff. de regul. iuris,* vbi Cagnol. *num.* 17. Sed obstat reg. *l. quicquid calore* 38. *ff. de regul. iuris,* cui prædicti Doctores non satisfaciunt, expendit difficultatem Abb. sed non soluit, *in cap. dudum num.* 8 *de conuers. coniug.* & tamen receptior videtur sententia quòd hic text. generaliter procedat in quibuscumque actibus gestis calore iracundiæ, dummodo calor iracundiæ non inducat mentis alienationem; contrà verò text. *in d. l. quicquid*, procedat in gestis calore inducente supradictam mentis alienationem, ita Ioan. Andr. *in d. cap. dudum*, intendunt gloss. 1. Archid. & Doctores *hic,* Dec. *in d. l. quicquid num.* 5. Sot. *lib.* 7. *de iustit. quæst.* 7. *art.* 2. *col.* 5. Sed profectò hæc concordia inter hunc text. & *dict. l. quicquid*, omnino est explodenda, tum quia text. hic de eodem iracundiæ calore agere videtur, de quo *in d. l. quicquid,* vt patet ibi, *nec iudicium habuit*, tum quoque quia communis illa resolutio ad *d. l. quicquid* defendi nequit. Rectiùs itaque resoluemus dicendo quòd donatio de qua *hic*, à principio non valuit, vtpote calore iracundiæ facta, sed nihilominus ex perseuerantia donatoris vires percipit, ex quo enim donator illo calore sedato statim non pœnituit, nec donationem reuocauit, planè ostendit se donaturum, etiamsi calor ille iracundiæ non subesset, ac subinde obligatur, iuxta text. *in d. l. quicquid,* ibi, *nisi perseuerantia*; idque satis intendit hic text. ibi, *postea,* quem sic interpretari videtur gloss. *in d. c. dudum, verbo calore, in fine*, quicquid Abb. *ibidem* non aduertat. Vnde consequitur quòd licèt votum calore iracundiæ factum non valeat, vt Doctores resoluunt citati *num.* 4. data tamen ipsius vouentis perseuerantia, vt quia statim post sedatum animum non pœnituit, tenetur voto ex dictis.

2 In gloss. *Non iudicio perpetuo.* Notatur ad hoc quòd votum per importunitatem, & impulsum aliorum emissum non tenet, secus si proprio quodam impulsu animi, vide Peralt. *in l. si quis, in princ. n.* 93. *ff. de legat.* 1. Farinac. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 91. *n.* 22. Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *disp.* 7. *n.* 4. *vers. vltimo, in med.* Soar. *tom.* 2. *de Relig. tract. de voto lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6.

3 Paria enim sunt aliquid violenter, & metu fieri, ac precibus importunis, vt per Boët. *decis.* 101. *num.* 10. Aym. *cons.* 192. *num.* 12. *vol.* 1. Padil. *in l. interpositas num.* 32. *C. de transact.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 395. *n.* 41. *& de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 11. *in fin.* Matiens. *l.* 17. *gloss.* 6. *num. vnico, tit.* 10. *lib.* 5. *noua recopil.* Gutier. *canon quæst. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 20.

4 Notatur etiam hæc gloss. ad hoc quòd votum iracundiæ calore emissum non valet, vt per Roman. *sing.* 514. *Volo, n.* 2. Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 1. *num.* 27. Duen. *reg.* 292. *in* 2. *ampliat.* Sicut nec valet iuramentum ex Tiraquel. *de causa* 1. *num.* 26. Ioan. Selu. *in tractat. de iureiur. in* 3. *part. num.* 26. Duen. *reg.* 292. *ampl.* 2. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 178. 5

In eadem gloss. ibi, *nam electio facta ad aliorum impulsum non valet.* Ita Ioan. Lop. *in rep. rub. de donat. inter virum, & vxor.* § 81. *num.* 3. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ tit. de rescript. art.* 2. *gloss.* 3. *vers. item non valet electio.* 6

Cap. Omnes Ecclesiæ. V.

Lucius Episcop.

PRobat hic text. inuasores rerum siue mobilium, siue immobilium, quæ in domino sunt Ecclesiæ, sacrilegium committere, consonat text. *in cap. sacrilegium, & in cap. attendendum, hac eadem causa, & quæstione,* tradunt Boss. *in praxi crimin. tit. de sacrileg. n.* 7. Fusch. *de visit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 28. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 36. *à princ.* Soar. de Pace *in pract. tit.* 2. *præl.* 2. *num.* 19. Cardin. Tusch. *tom.* 4. *lit.* 1. *conclus.* 445. *num.* 19. *& conclus.* 446. *num.* 10. 1

SVMMARIVM.

1 *Confines Ecclesiæ ad quos confugiens gaudet immunitate, sunt intra triginta passus, si Ecclesia non fuerit Cathedralis si verè fuerit maior, & Cathedralis, intra quadraginta passus.*
2 *Bona confugientis ad Ecclesiam inde extrahi non possunt.*
3 *Latro publicus non gaudet immunitate Ecclesiæ.*
4 *Excommunicationis pœnam incurrit extrahens ad Ecclesiam confugientes, & ab illa absolui non potest, nisi exactum restituat.*
5 *Passus habet quinque pedes, pes autem quindecim digitos.*

Cap. Sicut antiquitus. VI. *Nicol.*

NIcolaus Papa relatus *in hoc text.* omnibus Episcopis scribens ait, quòd confines Ecclesiæ, ad quos confugiens gaudet immunitate, sunt intra triginta passus si Ecclesia non fuerit Cathedralis; si verò fuerit maior, & Cathedralis, inter quadraginta passus, vt per Syluest. *in summ. verbo immunitas* 3. *num.* 1. *vers. & similiter spatium,* Angel. *de malefic. verbo in scalis S. Petronij num.* 3. Nauar. *in man. cap.* 25. *num.* 18 *vers. spatium item,* Villagut. *de excus. legum cap. fin. num.* 30. Anastas. Gemon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 38. *cum seqq.* Alexan. Ambrosin. *de immunit. & libert. ecclesiast. cap.* 10. *num.* 4. Card. Tusch. *verbo Ecclesia conclus.* 9. *num.* 1. *& conclus.* 10. *num.* 4. *&* 5. *& verbo immunitas, conclus.* 59. *num.* 2. 23. *&* 27. Farin. *in praxi crim. q.* 28 *num.* 12. *& de immunit. eccles. num.* 184. vbi *num.* 294. subdit hanc immunitatem triginta, seu quadraginta passuum circa Ecclesiam, de consuetudine non seruari. 1

Aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit.] Ergo non solùm persona confugientis ad Ecclesiam, ab ea extrahi non potest, sed nec etiam eius bona inde subtrahi possunt, vt per Angel. *in summ. verbo immunitas num.* 10. S. Antonin. *in summ. p.* 3. *tit.* 12. *cap.* 3. *in princip. vers. item ea. quæ,* Farinac. *de immunit. eccles. num.* 55. 2

Nisi publicus latro fuerit.] Vide quæ dixi *in collect. ad cap. inter alia num.* 38. *de immunit. eccles.* & ibi citatis addo Ludou. Corream *in repet. cap. inter alia, de immun.* 3

immun.eccleſ.part.3.*à num*.26.Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta.prac*. 2.*lib*.4.*cap*.4. *num*.45.

4 *Quouſque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.*] Notatur ad hoc quòd extrahentes confugientes ad Eccleſiam, incurrunt excommunicationis pœnam à qua abſolui non poſſunt, niſi exactum reſtituant, vt per Decian. *in tract. crim. lib*. 6. *cap*.18. *il* 2.*num*.1. Ludou. Peguet. *in pract. crimin. cap*.26.*ſub num*. 5.*verſ.præterea text.* Suar. *de Relig. tom*.1.*lib*. 3. *c*.3.*num*.7. *verſ.ſed quæret aliquis*, Alexand. Ambroſin. *de immunit.eccleſ.cap*.15.*num*.4.Gambacurt.*de immunit.lib*.8. *cap*.1.*num*.11. Eraſm.à Cochier *de iuriſdict. ordin. in exemptos,part* 4.*quæſt*.65.*ad fin.* Farin.*in ſimili tract.n*.311. vbi *num*.312. dicit de iure communi hanc excommunicationem non incurri ipſo iure, & *num*.313. ſecus ait vigore conſtitutionis Gregorij XIV. de quo etiam Gambacurt. *d.lib*.4.*cap*.4.*num*.1. *&* 6. Ludou. Correa *in repet.d.cap.inter alia,part*.4.*n*. 8. *in fine*, & S.Congr. Concil. de anno 1617. cenſuit abſolutionem à cenſuris ob violatam immunitatem eccleſiaſticam, iuxta dictum conſtit. Gregorij XIV. eſſe Sedi Apoſt.reſeruatam.

5 In gloſſ. *Paſſus*. ibi, *eſt menſura quinque pedum*,&c. Notatur ad hoc quòd paſſus prædicti triginta, aut quadraginta ſunt quinque pedum pro quolibet, & pes eſt ſpatium quindecim digitorum, vt per S. Antonin. *in ſumma part*.3.*tit*.12.*cap*.3.§.1.*verſ.item nota*, Decian. *in tract.crimin. lib*.6.*cap*.25.*num*.9.*verſ.paſſus autem ſunt quinque pedum*. Anaſtaſ.Germon.*de ſacrorum immunit.lib*.3.*cap*.16.*numer*.41.*cum ſeqq.* Cardin. Tuſch. *verbo Eccleſia, concluſ*.9.*num*.2.Villagut.*de extenſ. legum cap fin. num*. 31. Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici part*.1. *cap*.13. *rub. de immunit. eccleſ n*.4. *&* 6. Alcaand. Ambroſin. *de immunit. & libert. eccleſ. cap*.10. *num*.4.*verſ.paſſus verò*, Mar. Ital. *de immunit. eccleſ.cap*.4.§.6.*num*.24.

6 In gloſſ. *Niſi publicus*. ibi, *& nocturnus depopulator agrorum*, &c. Dixi *in collect. ad d.cap.inter alia n*. 43. *de immun.eccl.*& *ibi* citatis addo Ludou.Correa *in repet.cap. inter alia, de immun. eccleſ part* 3.*n*.26. Fagundez *in præcepta Decalegi.prac*. 2. *lib*.4.*c*.4.*num*.45. *verſ*. 2. Bonacin. *de cenſur. extra Bullam.diſput*.2.*q*.3. *puncto* 16. § 6.*num*.5.

7 In ead. gloſſ.ibi, *Inter leges enim*, &c. Notatur ad hoc quòd quæuis quæſtio in materia immunitatis eccleſiaſticæ ſuperueniens potius Summorum Pont.decretis, quàm Imperatorum legibus decidi deber, vt per Sylueſt.*in ſum.verbo immunitas* 1. *num* 9.Ludou.Correa *in repet.d.cap.inter alia,part*.4.*num*.1.

Cap. Miror. VIII. *Auguſt.*

1 VVlgò allegatur hic text. ad hoc quod extractus per vim ab Eccleſia eidem Eccleſiæ reſtituendus eſt, per Archid. *num*.2. Bellam, *poſt n*.1.& Turrec. *col*.1.*verſ. in ſecunda, in præſenti text*. Sylueſt. *in ſum. verbo immunitas,col*.3.*num*.11.Decian.*tract.crimin.l*.2. *cap*.18. *il*.2.*num*.7. Fajard.*ad Clar*.§.*fin.quæſt*.30.*n*.26. Azor.*inſtit.moral. part*.2.*l*.9.*c*.9.*quæſ*.15.Soar.*de Relig. tom*.1.*tract*.1.*lib*.3. *cap*.13. *num*.6.*&* 12.*in fin.* Ludou. Correa *in repet.cap.inter alia,de immunit.eccleſ.part*.4. *ex num*. 11. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c*.22. *n*. 7. *verſ anno ſequenti in antiq.impreſſ.* aliàs *cap*.17. *num*.5. *in vlt. impreſſ.* vbi quòd iſto caſu ſufficit extractum reſtitui Epiſcopo, vel eius Vicario, Mar.Ital. *de immun. eccleſ.lib*.1.*c*.6.§.2.*num*.23.*& ſeq.* vbi *à num*.41. reprobato Gam. *deciſ*. 52. ſubdit, adeò verum eſſe, vt per vim extractus ab Eccleſia illi reſtituendus ſit, vt nec etiam interim poſſit pro aliis delictis à iudice ſeculari detineri, latè Farinac. *de immun. Eccleſ.n*.48.*cum multis ſeqq*. vbi *num*.53. ampliat non ſolùm ſi extractus fuerit per vim expulſiuam, ſed etiam ſi per vim compulſiuam, ſubditque inde inferri, quòd ſi ad Eccleſiam confugiens ex ea non per vim expulſus fuerit, ſed inde aufugerit timens capi à Curia ſeculari, & extra Eccleſiam capiatur, Eccleſiæ reſtituendus eſt non ſolùm ſi timor in fugiente ab Eccleſia fuerit iuſtus, & cadens in virum conſtantem, ſed etiam ſi fuerit timor in conſtantem virum non cadens.

Sed ſi de poteſtate, &c.]Vide Pined. *in Monarchia Eccleſiaſtica,part*.1.*cap*.20.§.1.*pag*.270. 2

Cap. Reum ad Eccleſiam. IX.

Ex libro Capitularium.

NEque inde donare ad pœnam, &c.] Notatur ad hoc quòd confugiens ad Eccleſiam ſeculari iudici, etiam in quibuſcumque caſibus exceptis, non conſignabatur, niſi ab eo recepto iuramento, & etiam cautione, ſi iudici Eccleſiaſtico viſum fuerit, de non puniendo ipſum corporaliter, ſimilis text. *in cap. conſtituimus, hac eadem cauſa, & quæſt.* tradunt Decian. *in tract. crimin. lib*.6. *cap*.29. *ſub num*.6.*& conſ*.80.*num*.9. *lib*. 3.Alexand.Ambroſin.*de immun. & libert. eccleſiaſt.c*. 1.*num*.5. *verſ.ſed conſtituto, & num*.6. Farinac.*de immunit. eccleſ. num*.341. ſubdens hodie ſtante conſtitut. Gregorij XIV. de conſuetudine contrarium ſeruari, quia quando ſic ad Eccleſiam confugiens, & ab ea extractus in caſibus exceptis iudici ſeculari traditur, poteſt tunc idem iudex eum ſibi traditum etiam corporaliter punire, nec tenetur ſeruare promiſſionem de non puniẽdo corporaliter ſi promiſſionem, ſeu cautionem præſtiterit, & amplius iudex Eccleſiaſticus abſque alia receptione promiſſionis, & cautionis de non puniendo corporaliter, & abſque irregularitatis periculo, à qua abſoluitur in d.conſtitut. Gregor. XIV. conſignare debet extractum. 1

Tamen legitimè componat, qui iniquè fecit.]Notatur ad hoc quòd confugiens ad Eccleſiam, licèt inde extrahi non poſſit, poterit tamen pecuniaria pœna puniri, ponderando verbum, *componat*, quod ad pecuniariam pœnam referri videtur, vt *hic* adnotauit gloſſ. *in verbo reum, & in verbo ad mortem, in fine*, Archid. *num*. 2. *&* 3. Bellam. *num*.1.*in fine*, plures, quos refert, & ſequitur Farinac.*de immunit.eccleſ.n*.330. 2

Cap. Ad Epiſcopos. XI. *Gelaſ.*

GElaſius Epiphanio Epiſcopo reſcribens ait Eccleſiarum violatores per Epiſcopos iudicari, & colligunt Fr. Emman. *quæſt. Regul.tom*.2. *quæſt*.51.*art*. 3. *poſt.med.* Gambac. *de immunit. eccleſ.lib*.6.*cap*.2.*n*.1. *cum ſeqq.* Gabr.Pereira *de manu Regia,part*.2.*cap*.50. *num*. 12. *cum ſeqq.* Ludou. Correa *in repet. cap. inter alia, de immun.eccleſ. part*.4.*n*.2. hinc inferens quòd quando fugiens ab Eccleſia extrahitur ſub dubio, an gaudeat immunitate, in carcere Eccleſiaſtico eſt pro interim ſeruandus, & ſemper cum Epiſcopi, vel eius Vicarij licentia ab Eccleſia erit tollendus. Et in hac cauſa immunitatis ita ſolus Epiſcopus, vel ab eo deputatus iudex eſt competens, vt nulli alij Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælati aliquam cognitionem ſuper ea ſibi vſurpare valeant, ſicut benè reſoluunt Gambac. *d. lib*.6. *cap*.9. *à num*. 1. & Ludou. Correa *d. part*.4. *num*. 3. idque ex aperta diſpoſitione Gregorij XIV. *in* §.8.*propè fin.* 1

Cap.

Cap. Attendendum. XIII. *Vrban.*

1 ALlegatur hic text. ad hoc, quòd potest iudex Ecclesiasticus, qui alioquin iure de crimine cognitionem haber, laicum reum capere, & in carcerem mittere, vt per Roman. *sing.* 66. & citatos à Couar. *pract. cap.* 10. *num.* 2.

Cap. Nullus clericorum. XIX.

Ex Concil. Ilerden.

1 COllige ex text. quòd seruum ad Ecclesiam confugientem non potest dominus propria auctoritate ab ea inuitum extrahere, vt per Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quaest.* 9. *vers. quid dicendum de seruo*, Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 1. *c.* 13. *n.*
1 11. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 3. *c.* 10. *num.* 2. Farin. *de immunit. eccles. num.* 67. *cum seqq.* vbi subdunt procedere in seruo confugiente ad Ecclesiam timente se puniri, & castigari à domino, seu causa vitandi saeuitiam domini, aut se monachandi, limitántque in seruo confugiente ad Ecclesiam armato, vel vbi receptum fuerit à domino iuramentum, aut securitas, si iudici videbitur, de illo non offendendo.

Cap. Si quis contumax. XX.

Ex Concil. Triburien.

1 NOtatur ad hoc quòd confugiens ad Ecclesiae atrium, seu porticum, immunitate gaudet, ac si ad Ecclesiam confugerit, vt per Mantu. *cons.* 211. *n.* 25. Menoch. *de arbitr. casu* 95. *n.* 11. Farinac. *de immunitate ecclesiast. n.* 268. Ludou. Correa *in repet. cap. inter alia, de immun. eccles. part.* 2. *à n.* 4. vbi *num.* 6. dicit hunc text. procedere in porticu Ecclesiae priuato.

In gloss. *Componat.* ibi, *sed dic quòd poenae sunt arbitrariae.* Notatur ad hoc quòd extrahentes ab Ecclesia confugins ad eam, possunt arbitraria poena puniri, vt per Ludou. Peguer. *in sua practic. criminal. cap.* 26. *num.* 5. *in fin.* Gutier. *pract. lib.* 3. *quaest.* 4. *post num.* 11. Alexan. Ambrosin. *de immunit. & libertate ecclesiast. cap.* 15. *n.* 7. Farin. *d. tract. de immunit. eccles. num.* 320. Item pecuniaria, scilicet nongentorum solidorum, Ludou. Correa *d. part.* 2. *post num.* 7. *vers.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium est rei sacrae violatio.*
2 *Sacrilegium ratione rerum inuasarum non committitur, nisi vbi iniuria rebus sacris infertur, vel quia aufertur sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro, & num.* 3.
4 *Declaratur l. Diui* 5. *C. ad l. Iuliam peculatus, & num.* 5.
7 *Ecclesiae immunitas non se extendit intra triginta, vel quadraginta passus in Ecclesiis, quae sunt intra ambitum castellorum.*
8 *Clericorum domus an & quando gaudere debeant Ecclesiae immunitate, ostenditur.*

Cap. Quisquis inuentus. XXI.

Ioannes.

1 SAcrilegium, quod definitur vt sit rei sacrae violatio, secundùm Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 9. *c.* 27. *quaest.* 1. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 45. *de sacrileg. à num.* 6. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de sacrileg. lib.* 3. *c.* 1. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 87. Ratione rerum inuasarum 2
non committitur, nisi vbi iniuria rebus sacris infertur, vel quia aufertur sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro, vt probat text. hîc *in vers. similiter*, & tradunt Clar. *in § sacrilegium num.* 1. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48. *n.* 4. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 30. *à num.* 16. Soar. *dict. lib.* 3. *cap.* 1. *& cap.* 5. *num.* 3.

Vel non sacrum de sacro.] Notatur ad hoc quòd sa- 3
crilegium committitur, si quis de loco sacro aliquid non sacrum abstulerit, vt vltra *suprà citatos*, resoluunt Nau. *in man. cap.* 6. *num.* 4. Lessi. *d. c.* 45. *& n.* 45. & Cardin. Tusch. *tom.* 7. *lit. S. conclus.* 6. *in princ.*

Obstat tamen maximè text. *in l. Diui* 5. *C. ad legem* 4
Iuliam pecul. dum dicit, si res priuatorum in aedem sacram depositae sint surreptae, furti actionem esse, non sacrilegij. Sed communis solutio tenent faciendam esse differentiam inter ius Canonicum, & Ciuile, vt scilicet illo attento sufficiat disiunctiuè alterum ex tribus, vel sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro, & procedit text. *in praesenti*; hoc verò scilicet iure Ciuili inspecta requiratur copolatiuè, quòd sacrum de sacro auferatur, & procedat *d. l. Diui*; ita Bald. *in l. nondum num.* 5. *C. de furtis*, Zoaner. *de different. vtriusque iuris differ.* 70. & post Griland. communem testantur, & sequuntur Boër. *decis.* 254. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 389. *num.* 14. Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 15. *num* 6. *& cap.* 30. *num.* 16. Soar. *d. cap.* 5. *num.* 4. Contra quam tamen vtriusque iuris differantiam vrget text. *in l. aut facta §. locus, ff de poenis*, vbi ait, locus facit vt idem vel factum sit, vel sacrilegium; ergo ratione loci fit sacrilegium, quamuis quod aufertur sacrum non sit; nam si cum gloss. *in eadem l. Diui* dicamus textum *in d. §. locus*, intelligi de re sacra, obstat quia nunquam assignatur adaequata ratio, quare sacrilegium fit, si res sacra de sacro auferatur, & tamen illud non sit si sacrum auferatur de loco profano, cùm ibi formaliter reperiatur irreuerentia, & iniuriosa violatio rei, sacrae, in quo solummodò consistit tota ratio sacrilegij, vnde sufficeret quòd locus, à quo res profana aufertur, sacer sit, vt colligitur ex verbis duodecim tabularum, dum ait, sacrum, sacróve commendatum crepserit, repsetitque, parricida esto, & clariùs ex Cicerone, vbi eam legem refert 1. *de legibus*, dum ait, *sacrilego poena est, neque ei soli, qui è sacro abstulerit, sed etiam, qui sacro commendatum*; quibus fundamentis etiam iure Ciuili sacrilegium esse non sacrum auferre de sacro constanter tuetur Petrus Gregor. *syntagm. iuris lib.* 33. *cap.* 14. *n.* 8. quod etiam tenuisse antiquos glossatores constat ex gloss. *in eadem l. Diui*, & aliis ibi respondentibus ad eum textum, quòd debent subaudiri dictiones, *etiam & tantum*, vt sit sensus non sacrilegij sed furti, hoc est, non solùm sacrilegij, sed etiam furti, quemadmodum in multis iuribus, quae *ibi* refert gloss. subaudiuntur. Alium intellectum affert idem Petr. Gregor. scilicet solum textum illum agere de actione danda priuato pro repetitione rerum surreptarum, quas in templo deposuerat, quae furti est, non verò negare pro vindicta publica ad poenam imponendam dari actionem sacrilegij, iuxta *dictum §. locus*, ex quibus haec sententia contra communem probabilis est, nec difficile erit eam in rigore disputationis defendere.

Verum si communis magis placuerit, duo circa 5
eam obseruanda sunt, primum à plerisque limitari per Lessi. *d. cap.* 45. *num.* 14. vt procedat solummodo quando res ablata loco sacro est commendata, vel deposita securitatis loco, tunc enim sacrilegium esse ea ratione fatentur, quia irreuerentia committitur

erga

erga locum, cui res commendata erat, non ita quando res ibi erat per accidens, & casualiter. Sed ex dictis verius est indistinctè sacrilegium esse rem quamlibet etiam sacram de facto auferre vtroque iure, secundum nostram sententiam, de iure verò Canonico secundum omnes; quare meritò à Lessio recedit Soar. *d.c.5. à n.3.* vbi *n.9.* frequens adducit exemplum de latronibus suffurantibus, seu abscindentibus crumenas in ecclesia, quos dubium non est grauissimum committere sacrilegium. Secundò aduerte quòd etsi differentia inter vtrumque ius vera esset, semper tamen decisioni Iuris Canonici vtroque foro standum erat, cum materia sit peccati, ex notatis *in c.vlt.de præscript.* & in propriis terminis post Roman. notat Zoanet. & Boër. *dictis locis*, Decian. *dict.c.30.n.16.* aduertens sic Carolum V. Imperatorem noua constitutione declarasse.

6 *Si quis domum, &c.*] Vide Azor. *instit. moral. par.1. lib.9.c.27.quæst.13.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2.cap.41.num.24.*

7 *Quæ sunt intra ambitum murorum, c..stellorum, &c.* Notatur ad hoc quod Ecclesiæ immunitas non se extendit ad triginta, vel quadraginta passus in Ecclesiis, quæ sunt intra ambitum castellorum, & hoc propter angustiam loci, vt per Alex. *cons. 145. n.12. vers.& licèt dictus circuitus, & n.13. vers. si autem essent intra castella lib.7.* Vulpet *cons.230. n.10.* Dec. *in tr.crimin.lib.6.c.25. n.9.* Anast. Germon. *de sacrorum immunit.lib.3. c.16. n.40.* vbi declarat, Villag. *de extens. leg.c. fin.n.31.* Card. Tusch. *practicarum conclus. verbo Ecclesia concl.9.n.5.& 6.* Alex. Ambros. *de immunit. Eccles. c.10. n.4.* Farinac. *in praxi crimin.q.28. sub n.12.& de immunit. Eccles.num.290.*

In gl. *Vel domos.* ibi. *scilicet clericorum.* Notatur ad hoc quod domus clericorum existentium intra triginta, aut quadraginta passus Ecclesiæ, cui seruiunt gaudere debent immunitate Ecclesiastica, vt per Alex. *cons.145.n.11.lib.7.* Decian. *tr.crim. lib.6.c.25.n.12.* vbi *n.16.* subdit quod non solum domus clericorum, sed etiam laicorum, constructæ tamen intra quadraginta passus, gaudere debeant immunitate ecclesiastica, præsertim si illi laici inseruirent ipsi Ecclesiæ, vt purà pulsando campanas, mundam Ecclesiam tenendo, & similia, & *n.15.* pariter firmat quòd domus Canonicorum, vel Clericorum existentes intra septa, atrium, vel porticum Ecclesiæ, vel etiam intra dictos passus gaudent hac immunitate, secus si sint extra septa, atrium, porticum, vel dictos passus quadraginta, Nauar. *in man.c.25. n.18. vers. domus etiam,* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.1.c.13.n.6 in fine,* Alex. Ambrosin. *de immun.& libert. Ecclesiast.c.10.n.8* Mar. Italia *de immun. Eccl.lib.1.c.4 §.6. in discursu,* vbi declarat domus intra hos passus triginta, aut quadraginta prope Ecclesiam existentes gaudere immunitate si in illis habitent Religiosi, secus si alij.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de materia huius textus agentes*

2 *Prælati Ecclesiastici si clericos sibi non subditos, vel subditos per personas, quibus id non competit, percutiant, hanc excommunicationis censuram incurrunt.*

3 *Viri, & fœminæ clericos percutientes in hanc excommunicationem incidunt.*

4 *Pueri, & alij, qui non sunt capaces malitiæ, seu doli, & non habent iudicium ad peccandum, non incurrunt excommunicationem huius text.*

5 *Iudæus clericum percutiens non incidit in excommunicationem huius text.*

6 *Iniuria grauis requiritur, adeoquè mortale peccatum etiam in ratione sacrilegij ad incurrendam huius text. censuram.*

7 *Clerici sub nomine quoad hanc materiam intelliguntur quicunque saltem prima Tonsura initiati.*

8 *Clericus Tonsuratus, seu in minoribus Ordinibus constitutus ad hoc, vt huius text. priuilegio gaudeat, an debeat obtinere requisita ad priuilegium fori necessaria, ostenditur, & num. 9.*

10 *Clericum irregularem, suspensum, interdictum, seu excommunicatum percutiens subiacet excommunicationi huius text.*

11 *Degradatum verbaliter clericum percutiens afficitur excommunicatione huius text. secus si percuteret degradatum realiter.*

12 *Hæreticum clericum percutiens non est excommunicatus.*

13 *Bigami vere qui cum duabus, vel cum vna vidua, aut ab altero corrupta matrimonium contraxerunt, & consummarunt, omni priuilegio clericali nudati sunt, non ita illi, qui in Sacris constituti inualidè contrahere, aut contractum consummare præsumpserunt.*

14 *Clericus coniugatus cum vnica, & virgine incedens in habitu clericali, & Tonsura, priuilegio huius text. gaudet.*

15 *Vxor clerici an gaudeat priuilegio huius textus, remissiuè.*

16 *Clericus enormitatibus se commiscens non tantum perdit priuilegium fori, sed etiam Canonis.*

17 *Clericus dicitur se immiscere enormitatibus, quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo.*

18 *Clerici etiam in minoribus constituti, qui dimisso habitu, & Tonsura negotiis secularibus se immiscent si tertio ab Episcopo suo moniti emendare contempserint, amittunt priuilegium huius text.*

19 *Artem ignominiosam mimi, histrionis, seu ioculatoris, aut buffonis per an. exercens ipso iure perdit omnia priuilegia clericalia, quin etiam ante annū, si post trinam Episcopi admonitionē non resipiscat.*

20 *Lanionis aut cauponis officium publicè exercentes, an & quando clericalia priuilegia amittant, ostenditur.*

21 *Monachi appellatione in præsenti materia comprehenduntur omnes vtriusque sexus Religiosi.*

22 *Mulieres percutiens intrantes canonicè monasteria, in quibus religio non est approbata, neque ipsæ mulieres profitentur, nullam excom. incurrunt.*

23 *Conuersi, seu conuersæ Religiosorum,*
24 *Nouitij,*
25 *Tertiarij collegialiter viuentes,*
26 *Eremitæ in cōgregatione viuētes,*
27 *Equites sancti Ioannis Hierosolymitani,*
priuilegio huius Canonis gaudent.

28 *Manus violenta dicitur desumpta denominatione à manu, quæ est instrumentū consuetum, per quod alteri solet inferri vis iniuriosa, & ita hic verbis significatur in præsenti quæuis iniuriosa, seu contumeliosa actio contra Ecclesiasticam personam immediatè consistens in facto, & in opere.*

29 *Attentans percutere clericum non incurrit excommunicationem, quando re ipsa illum non percutit.*

30 *Clericum detinens in custodia publica, vel in loco priuato, vt in domo propria, seu aliena, ex qua non possit exire, excommunicationem non incurrit.*

31 *Iudex secularis detinendo, vel curando clericū de*

tineri in custodia, vel in domo, aut ponẽdo custodes ad domum, qui clericum exeuntem capiant, ita ut clericus non possit liberè exire, excommunicationem incurrit.

32 Aquam, aut aliquid super clericum effundens, seu in illum spuens, excommunicationem incurrit.

33 Eripiens aliquid per vim, & iniuriam de manibus clerici, aut scindens eius vestem, excommunicationem incurrit.

34 Marsupium clerico prescindens an, & quando incurrat excommunicationem, ostenditur.

35 Clericum per cibum, vel potum veneno infectum occidens excommunicationem huius text. incurrit.

36 Clericum volentem, & consentientem percutiens incurrit excommunicationem huius text.

37 Clericus seipsum iniuriosè percutiens excommun. huius text. incurrit, declarando vt n. 38. & 39.

40 Mandans, vel consulens verberari clericum incidit in excommunicationem huius text. secus si reuocarit mandatum, cuius reuocatio fuit deducta ad notitiam mandatarij re integra, vt n. 41.

42 Mandatum reuocatur non solum expressè, sed etiam tacitè.

43 Mandans percuti clericum si moriatur ante manuum iniectionem non erit excommunicatus, quamuis deinceps post eius mortem mandatarius clericum percusserit.

44 Ratam habens percussionem clerici etiam sine suo mandato, nomine tamen suo factam, in excommunicationem huius text. incidit.

45 Percussionem clerici qui potuit prohibere, & non prohibuit, afficitur huius text. excommunicatione, modo ex officio impedire deberet, vt n. 46.

47 Mortuum clericum percutiens est excommunicatus

48 Auxilium, & consilium dans percutienti clericum incidit in excommunicationem huius text.

49 Limita vbi quis praestaret auxilium postquam delinquens manum iniecit in clericum, nisi praecesserit tractatus ante.

50 Clericum percutiens ignorans probabiliter ipsum esse clericum, excommunicationem non incurrit.

51 Clericum Ioannem si quis existimet se percutere cum sit clericus Iacobus, censuram excommunicationis non effugit.

52 Clericum certè si quis volens percutere, ab eo aberret, & casu, siue praeter intentionem percutiat alterum clericum proximè astantem, talis excommunicationem non incurrit.

53 Excommunicationem omninò effugiet, qui percusserit Titium clericũ volens percutere Seium laicũ.

54 Consanguineum clerici vulnerans non est excommunicatus, declarando vt ibi.

55 Percussio clerici ex ioco, & non ex odio, vel inimicitia, siue indignatione, non facit quem incidere in excommunicationem.

56 Actus imperfectio non pertingentis ad culpam mortalem non facit incurrere excommunicationem huius text.

57 Clericum percutiens in necessariam defensionem sui, vel alieni corporis excommunicationem non incurrit.

58 Mulier si clericum pudicitiam suam ipso facto tentantem percutiat, excommunicationem huius textus non incurrit, nisi solis verbis eam clericus aggrediatur.

59 Clericum cum vxore, matre, sorore, vel propria filia turpiter inuentum percutiens non incidit in excommunicationem huius text.

60 Turpiter inuentus cum vxore, matre, &c. quis dicatur, ostenditur.

61 Matris, sororis, vel filiae nomine in praesenti materia venit propria mater, soror, & filia quamuis illegitima, non tamẽ adoptiua, nec aua, neptis, &c.

62 Vxoris nomine in praesenti materia comprehenditur etiam sponsa de praesenti, non tamen sponsa de futuro.

63 Maritus si adulterum clericum percutiat non mox, vt in crimine deprehensus est, sed interiecto temporis interuallo, vel data opera, excommunicationem incurrit.

64 Praelatus regularis disciplinae causa Monachum percutiens excommunicationem non incurrit.

65 Episcopus clericos delinquentes per alium clericum non laicum corrigere debet, nisi aliter habeat consuetudo.

66 Praeceptor, siue magister percutiens discipulos clericos intuitu disciplinae, vel correctionis, non incurrit excommunicationem, modo non percutiat principaliter ex odio, vel ira.

67 Pater an filium in Sacris constitutum sine nota excommunicationis castigare possit, ostenditur, & num. 68.

69 Iudex laicus, seu etiam priuata persona; quando videt clericum praeparatum ad iniuriam alterius, & non adest suus Praelatus, si ipsum clericum aliàs compescere non potest, tunc sine metu excommunicationis eum ligare valet, & capere, vt consignet Episcopo suo superiori.

70 Iudex laicus, vel eius familia quando reperit clericum in fragranti delicto, potest illum capere ad effectum transmittendi ad suum iudicem, si de fuga sit suspectus.

71 Monachus si repertus fuerit in fragranti delicto, poterit à iudice saeculari capi, vt ad suum superiorem remittatur.

72 Permissio clerici, vel Monachi à iudice seculari ad Ecclesiasticum, seu superiorem fieri debet sine ignominia.

73 Fuga clerici debitoris ex causa ciuili, vbi timetur, potest creditor, vel iudex talem debitorem capere absque metu excommunicationis, dummodo eum quantò citius remittat ad suum superiorem.

74 Violentia vbi facta fuerit clerico propter recuperationem rei ablatae, seu defensionem rerum, nulla incurritur excommunicatio.

75 Officialis laicus si turbam arcendo iniicit manum in clericum, non incidit in excommunicationem, nisi id faceret animo maligno.

76 Absolui non potest, nisi à Summo Pontifice, in clericum impias manus inferens.

77 Percussio clerici vbi est leuis, potest Episcopus absoluere.

78 Percussio medica, siue leuis, quae dicatur in hac materia, ostenditur.

79 Percussus in platea, vel in Ecclesia etiam leuiter dicitur atrox iniuriatus, & sic percutiens non potest absolui nisi à Papa.

80 Clerici in communi societate viuentes, si se mutuo percutiant, ab Episcopo suo absolui possunt, nisi facti atrocitas aliud exigat.

81 Regularis regularem eiusdem claustri percutiens non enormiter, à Praelato suo absolui potest, si verò Abbatis discretio ad delinquentis correctionem non sufficiat, adhibendus est Episcopus.

82 Regularis si percutiat Regularem sub alio Praelato constitutum absolui potest à proprio Praelato (si percussio enormis non fuit) praesente tamen Praelato percussi, vt iniuriam condonet.

83 Superior quando percusserit suum subditum potest ipse secundum priuilegia absolui ab alio sacerdote

subdi

subdito suo electo ab ipso in Confessorem, & si subditus, & Prælatus se ad inuicem percusserunt, & in ipso Conuentu non sit alius, qui eos valeat absoluere, possunt adinuicem se absoluere.

84 *Nouitius, qui ante Religionis ingressum excommunicationem huius Can. incurrit, ab Abbate absolui non potest.*

85 *Religiosus aliquis si manus violentas in clericum iniecerit ab Episcopo absolui potest, eo in casu, quo sæcularis clericus posset, si alium clericum percussisset.*

86 *Monialis si monialem, vel conuersam, aut clericum percusserit, per Episcopum, in cuius diœcesi monasteria fuerint, absolui potest.*

87 *Filij impuberes ab Episcopo absolui possunt non solum ab excommunicatione leuis, sed etiam mediocris, & enormis percussionis.*

88 *Ianitor, seu officialis, si turbam arcendo clericum percusserit animo maligno, potest ab Episcopo absolui, nisi grauiter vulnerauerit.*

89 *Impedimentum legitimum habens, propter quod excommunicatus non potest Summum Pontificem adire sine graui periculo vitæ, ab Episcopo potest absolui, & quis dicatur quoad hoc impedimentum legitimum habere, ostenditur num. 90.*

91 *Inops si clericum percusserit ab Episcopo absolui potest.*

92 *Æger, seu valetudinarius ab Episcopo suo absolui potest ab excommunicatione incursa ob violentam manuum iniectionem in clericum.*

93 *Senex potest ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos ab Episcopo absolui.*

94 *Seruus, & filiusfamilias, seu quiuis alius existens in potestate alterius, potest ab Episcopo absolui ab excommunicatione, ob violentam manuum iniectionem in clericum.*

95 *Mulieres cuiuscunque sint ætatis, & conditionis possunt per Episcopum absolui ab excommunicatione, de qua in hoc text.*

96 *Sacerdos quilibet simplex potest constitutos in mortis articulo, quamuis sint excommunicati, denunciati etiam ob hæresim, absoluere.*

97 *Articulus mortis quis dicatur, ostenditur.*

98 *Sacrilegium est de potestate Papæ, seu alterius Principis dubitare.*

Cap. Si quis suadente. XXIX.

Innocentius II.

1 *SI quis suadente diabolo in clericum, vel Monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat; & nullus Episcoporum præsumat illum absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostoli conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.*] Hæc sunt formalia verba huius text. quem latè explicant Duen. *reg.* 99. Ioan. de Lignano *in tr. de censuris Ecclesiasticis* § 6. Nicol. Plot. *in tr. de excom. in princ. n.* 23 *cum seq.* Mantu. *dial.* 125. Nauar. *in man. c.* 27 *n.* 73. *cum seqq.* Molin. *de iustit. tr.* 3. *disp.* 50. & 51. Sayr. *de cens. lib.* 3. *c.* 16 & 27. Soarez *in simili tr. tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. Auila *in eod. tr. part.* 2. *c.* 3. *disp.* 3. *dub.* 12. Bonac. *eod. tr. disp.* 2. *q.* 4 *punct.* 1. Rayn. *in catalogo censurarum & irregul. tit. de excom. extra Bullam, c* 9. *pag.* 128. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis*, Carol. de Graffis *de effectibus cleric. effectu* 9. *per tot.* Paul. Laymann *in Theologia morali lib.* 1. *tr.* 5. *part.* 2. *c* 3. Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ig-*

nor. cent. 2. *dist.* 13. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. P. concl.* 274. *per tot.* Portel. *in dubiis Regular. verbo manus violenta*, nouissimè Ioan. Honor. *in sum. iuris Canon. ad tit. de immunitate Eccl. ex n.* 14. & alij plures citati per Cened. *ad Decretum collect.* 24.

Si quis. Hæc particula vniuersalis comprehendit omnes vtriusque sexus, ac dignitatis personas, quæ excommunicationis capaces sunt, adeo vt etiam ipsi Prælati Ecclesiastici si clericos sibi non subditos, vel subditos per personas, quibus id non competit, percutiant, hanc excommunicationis censuram incurrant, ita sentiunt Molin. *d. tr.* 3. *disp.* 51. Laymann. *d. c.* 5. *n.* 3. *vers. vocula*, & demùm quòd comprehendat hic tam viros, quàm fœminas, resoluunt gl. *in præsenti* communiter approbata, Nauar. *d. c.* 27 *n.* 76. Sebast. Medic. *in summa peccatorum part.* 2. *tit.* 9. *q.* 78. *n.* 39. Auiles *ad c.* 1. Prætor. *in gl. de ninguna persona n.* 8. Ioan. Garc. *reg.* 209. *n.* 4. Gabr. *commun. lib.* 6. *tit. de verborum signific. concl.* 6. *num.* 5. Tiraquel. *de retract. lig* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 177 Bellet. *d. tit de fauore cleric. Canon.* §. 1. *n.* 23. & 24. Carol. de Graff. *d. effect.* 9. *n.* 2. cum aliis citatis à Cened. *ad collect.* 24 *n.* 2. 2

Excipiuntur tamen pueri, & alij, qui non sunt capaces malitiæ, seu nec habent iudicium ad peccandum, sicuti aduertunt Nauar. *d. n.* 76. & Rayner. *d. c.* 9 *notab.* 1. Bonac. *de censur. disp.* 1. *quæst.* 1 *punct.* 3. *à princ.* Henriquez *in sum. lib.* 13. *cap.* 11. §. 3. Farin. *fragm. crim. part.* 1. *lit. E. n.* 12. Carol. de Graff. *d. effectu* 9 *n.* 13. & citati per me *in collect. ad cap.* 1. *n. vlt. de sentent. excom.* 3

Excipiuntur etiam qui non sunt baptizati, & ideo in Iudæis non habere locum huius text. dispositionem probat expressè *cap postulasti* 14 *de Iudæis*, & resoluunt *Socin. in c. peruenit n.* 28. *cum seqq. vers. septimò principaliter, de sent. excom.* Brunus *in tract. stantibus masculis art.* 6. *num.* 58 Marquard. *de Iudæis part.* 2. *tit.* 5. *sub n.* 5. *lib.* 1. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *num.* 290. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseru. part.* 1. *cap* 9. *sub n.* 2. *vers. hinc Iudæus.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 2. *cap* 4. *num.* 4. 5

Suadente Diabolo.) Hæc verba significant ad incurrendam huius Canonis censuram requiri grauem iniuriam, adeóque mortale peccatum etiam in ratione sacrilegij, cum hoc sit proprium obiectum ecclesiasticæ huius pœnæ, ita Caiet. *verbo excommunicatio c.* 10. *notando* 6. *dict.* 4 Nauar. *d. c.* 27. *n.* 76. *vers. secunda*, subdens non sufficere, vt iniectio sit mortalis, nisi fiat suadente diabolo, licèt id rarò contingat, Laymann. *dict. cap.* 5. *num.* 5. adiiciens vtrumque requiri ad excommunicationem huius Canonis contrahendam, vt animi effectus, seu internum lædendi peccatum mortale sit, & vt externa iniusta violentia grauis sit, vel in corpore, vel saltem in honoris læsione. 6

In clericum. Sub nomine clerici in præsenti materia intelliguntur quicunque saltem prima tonsura initiati, sicuti docent Duen. *rc.* 99. *amplias.* 2. Nauar. *dict. cap* 27. *num.* 79. Angl. *in floribus theologic. in q. de excom. pag.* 54. *vers. omnes, & vers. clerici*, Paris. *cons.* 40. *n.* 21. *vol.* 4. Bellug *in speculo Princip. rub.* 11. §. *videndum n.* 3. *vers & certè*, & *ibi.* Camillus Borrel. *in addit. lit. C.* Rayner. *dict. cap.* 9. *notab.* 2. Bonacin. *dicta quæst.* 4 *punct.* 1. *n.* 1. Portel. *dict. verbo manus violenta, num.* 3. Paulus Laymann. *dict.* 3. *num* 4. Carolus de Graffis *d. effectu* 9. *à num.* 68. Card. Tusch. *dict. lit. P. conclus.* 274. *num.* 3. 7

Virum autem huiusmodi clericus tonsuratus, seu in minoribus Ordinibus constitutus ad hoc, vt huius Canonis priuilegio gaudeat, ecclesiasticū bene- 8

ficium habere, aut clericalem habitum, & tonsuram deferre solitus alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi deseruire, aut in aliqua schola, vel vniuersitate cum licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines versari debeat, prout ad priuilegium fori acquirendum requiri definiuit Conc. Trident. *sess.23. reform. cap. 6.* quæstio est controuersa; in qua Felician. *de censibus lib.2. cap. vlt. num.14.* Bañes 2.2. *quæst.* 12. *art.* 1. *circa finem*, Suarez *dict. tom.5. de censuris disp.* 22. *sect.1. n.51.* Ægidius de Conink *de censuris disp.* 14. *dub.* 15. *num.* 163. existimant supradicta requisita ad priuilegium fori necessaria, requiri quoque in volente huius Canonis priuilegio gaudere, quia licet Concil. Trident. solum loqui videatur de priuilegio fori, inde tamen necessariò colligitur idem sensisse de priuilegio Canonis, quia illud primum maiori difficultate amittitur, quàm hoc secundum, ex Abb. *in cap.1. num.6. de apostat.* Suarez *lib.4. defensionis fidei Catholicæ cap.27. num.24.* Socin. *consil.* 12. *num.* 20. *vol.1.* Roland. *consil.4. num.30. vol.1.* Bellet. *dict. tit. de fauore clericorum Canon.* §.2. *n.44.* qui rationem huius resolutionis eam esse dicunt, quia priuilegium Canonis ex humano iure prouenit, priuilegium verò fori ex diuino.

9 Contrarium nihilominus, immo quòd clericus tonsuratus, vel in minoribus Ordinibus constitutus gaudere debeat priuilegio huius Canonis, quamuis non seruet requisita necessaria ad priuilegium fori, verius est, quia quoad hoc Conc. Tridentinum nihil innouauit, nec iuri communi derogauit, & ideo sic declarasse sacram Congregationem Concilij Tridentini referunt Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum personali*, §.8. *n.19.* Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloss.5* §.5. *num.7. cum seqq.* Nauar. *consil.* 14. *de priuileg. in nouis*, Molin. *d. tract.* 3. *disp.54. n.9.* Clar § *fin. quæst.* 36. *n.* 19. vbi tamen testatur diuersas esse in hac re consuetudines, Auil. *de censur. part.2. c.1. disp.2. dub.9. concl.3.* Molfes. *in summa Theologiæ moralis tract.2. cap.3. n.18.* Aloys. Rice. *in praxi rerum fori Ecclesiastici dec.* 607. *in 1. edit.* aliàs *resolut.* 531. *n.7. in 2. edit.* Nicol. Garc. *de benefic. part.2. n.20.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.2. alleg.12. n 32.*

Ex quibus infertur eum subiacere huic excommunicationi, qui percutit clericum irregularem, suspensum, interdictum, seu excommunicatum, adhuc enim dicitur percutere clericum, quia iste talis per irregularitatem, suspensionem, interdictum, siue excommunicationem non amisit nomen clerici, aut priuilegium Canonis, *cap. dictum, & ibi gloss. fin.* 81. *distinct.* Abb. *in cap. Ecclesiæ num.8. de immunitate Eccles.* Clar. § *fin. quæst.77. vers. sed numquid*, Molin. *dict. tract.3. disp.56. num.12.* Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.28. num* 40. Bellet, *d. tit. de fauore clericorum Canon.* §.1. *num.41.* Bonac. *d. punct.1. num.4.* Cotiolan. *de casibus reseruatis, part.2. casu 10. de indic. Regular.* §.10. *num.26.* vbi reddit rationem, quia excommunicatus retinet Ordinem, ratione cuius inducta est immunitas, Carol. de Grass. *d. effectu 9. n.120.* Tusch. *d. concl.274. num.15.*

11 Deinde infertur eum affici excommunicatione, qui percutit clericum degradatum verbaliter tantum, hic enim gaudet priuilegio Canonis, quamuis secus sit in percutiente degradatum realiter, *cap. degradatio, de pœnis lib.6.* Hippol. *singul.* 107. *num.1. & sing.179. num.4.* Clar. § *fin. quæst.77. num.10.* Plac. *de delictis cap.6. num.6.* Henriquez *in summa lib.13. cap.55.* §.3. Nauar. *in man. cap.27. n.81.* Valent. *tom.4. d. 7. quæst.19. punct.4.* Menoch. *de arbitr. casu 415. num.5. & 9.* Galot. *in margarita casuum conscient. verbo degradatio*, Carol. de Grass. *de effectibus clericalibus effectu 1. n 817.* Bonacin. *d. punct.1. num.3.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.3. alleg.110. num.3.* Portel. *vbi sup. num 3.*

12 At de percutiente clericum hæreticum videtur quòd non sit excommunicatus, cùm hæreticus perdat priuilegium huius text, secundùm Carter. *in tr. de haret. num.* 148. Decian. *tractat. crimin. lib.5. c.41. num.12. ante finem, vers. duodecimo, & cap.42. num.2. in prin.* quos refert, & sequitur Farinac *de heresi, q.189. num.33.*

13 Aliqui tamen clerici priuilegio huius Canonis priuati sunt, & primò bigami, qui omni priuilegio clericali nudati esse dicuntur *in cap.1. de bigam. lib.6.* vbi latè dixi, quod tamen *ibi* gloss. *verbo bigamus*, de iis solùm intelligendum esse ait, qui prima tonsura, vel minoribus tantum initiati cum duabus, vel cum vna vidua, aut ab altero corrupta matrimonium contraxerunt, & consummarunt, non item de iis clericis, qui in sacris Ordinibus constituti inualidè contrahere, aut contractum consummare præsumpserunt, quia tales verè bigami esse non possunt, sicut habetur *in c. nuper, & in c. a nobis, de bigam.* Sayr. *dict. c.27. n.31.* Bonac. *d. puncto 1. n.5.* Laymann. *d. c.5. n.4.* Ægid. de Coninck *d. disp.14 dub.15. n 157.*

14 Et à fortiori clericum coniugatum cum vnica, & virgine incedentem in habitu clericali, & tonsura, priuilegio Canonis gaudere cùm bigamus non sit, resoluunt Sayr. *d lib.3. c.26. n.4.* Bellet. *d. tit. de fauore clericorum Canon.* §.1. *n.36* Bonacin. *d punct.1. num.5.* nam clericus coniugatus vt gaudeat priuilegio Canonis, deferre debet habitum, & tonsuram clericalem copulatiuè secundùm Cou. *pract. c.31. n.7. vers. aut incedit*, Guid. Pap. *dec.138.* Car. § *fin. q.36. num.7.* Bellet. *d. part.1. tit. de fauore clericorum personali*, § 8. *num.8.* 15 Et an hoc casu vxor illius gaudeat priuilegio huius Canon. vide Tiraq. *de legib. connub gloss. a num.* 61. Perez *l.1. vers. est & aliud clericis tit.3. lib.1. Ord. pag.58.* Auil. *in proœm.* Prætor. *num.28.*

16 Secundò, qui se enormitatibus immiscet, non tantum perdit priuilegium fori, sed etiam priuilegium Canonis, Alex. de Neuo *cons.59. n.14. cum seqq.* Molin. *tract.3. disp.54 n.6.* Bonac. *d. q.4. punct.4 n.8.* Bellet. *d. tit. de fauore cleric. person.* §.7. *n.2.* Laymann. *d. cap.5. num.4. vers.4. in fine.*

17 Dicitur autem clericus se immiscere enormitatibus, quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo, *c. perpendimus*, & *ibi* Abb. *n.3. & 6. de senten. excomm* Bellet. *tit. de fauore cleric. Canon.* §.2. *num.42.*

18 Tertiò, clerici etiam in minoribus constituti, qui dimisso habitu, & tonsura negotiis secularibus se immiscent, si tertiò ab Episcopo suo moniti emendare se contempserint, amittunt priuilegium Canonis, iuxta *c. in aduentu, cap. contingit 2. de sentent. excom.* vbi dixi, Laymann. *loco proximè citato*, Auil. *d. part.2. c.5. d.3. dub.13. casu 4.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.9. 8. n.126.* Bonac. *d.2. q.4. punct.4. n.6*, vbi subdit talem clericum non amittere priuilegium Canonis per solam dimissionem habitus clericalis, nisi ter fuerit ab Episcopo suo monitus.

19 Quartò clericus, qui per annum exercet artem ignominiosam mimi, histrionis, seu ioculatoris, aut buffonis, ipso iure perdit omnia priuilegia clericalia, quin etiam ante annum si post trinam Episcopi admonitionem non resipiscat, *c. vnic. de vita, & honestate clericorum l.6.* Bellet. *d. part.1. tit. de disciplina clericali*, §.23. *num.1.* Laymann. *d. cap.5. num.4. vers.6.* Carol. de Grass. *d. effectu 9. n.208.*

20 Quintò, clerici exercentes publicè officium lanionis,

nis, aut cauponis si coniugati sint, vel habitum clericalem dimiserint; aut iam moniti ab Episcopo suo non destiterint, vel postquam destiterunt, idem officium reassumant, priuantur omni clericali priuilegio: si autem coniugati non sint, & habitum clericalem retineant, amittunt priuilegia quoad res tantum, itaut instar laicorum tributa, & vectigalia soluere cogantur, non item quoad personas, circa quas gaudent priuilegio fori, & Canonis, ita habetur in *Clement. 1. de vita, & honestate clericorum*, Laymann. *d. c. 5. n. 4. vers. 5.* Molin. *d. tract. 3. d. 54. n. 7.* Bonacin. *d. quæst. 4. punct. 4. n. 9.*

21 *Vel Monachum.*] Nomine Monachi *in præsenti*, comprehenduntur omnes vtriusque sexus Religiosi approbatam à Sede Apostolica Religionem profitentes, sicuti docent Bonacin. *d. punct. 1. num. 6. cum sequentibus*, Carol. de Graff. *d. effect. 9. à n. 68. & 73.* Laymann. *d. cap. 4. n. 4. vers. nomine Monachi*, Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 1. n. 35. cum sequentibus*, & plures per me plena manu citati *in tractatu de appellatiua verborum*

22 *vtriusque iuris significat. verbo Religiosus.* Vnde percutientes mulieres intrantes canonicè monasteria, in quibus Religio non est approbata, neque ipsæ mulieres profitentur, nullam excommunicationem incurrunt, Rot. *decis. .. in antiq.* aliàs 167. Aufrer. *de potestate secul. regul. 3. num. 3.* Bellet. *vbi supra §. 2. num. 35.*

23 Vnde primò infertur conuersos, siue conuersas Religiosorum quia veri Religiosi sunt, gaudere priuilegio huius Canonis, resoluunt Nauar. *in man. c. 27. num. 79* Soar. *dict. tom. 5. disput. 12. sect. 1. à num. 19.* Paulin Berti Lucens. *à praxi crimin. Regul. tit. 1. c. 3. num. 2* Bonacin. *d. puncto 1. num. 6.* Fr. Ludouic Miranda *in manual Prælat. tom. 1. quæst. 29. art. 3.* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 2. allegat. 12 n. 38.* addo Carol. de Graff. *d. effect. 9. n. 70.* Laymann. *loco proximè citato.*

24 Secundò infertur nouitios cùm sint in via ad Religionis susceptionem, gaudere priuilegio huius Canon. *cap Religioso, de sentent. excommun. in 6.* vbi dixi, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxor. §. 38. vers. quamuis autem*, Plac. *de delictis cap. 42. num. 24.* Mandos. *in tractat. de priuileg. ad instar gloss. 7. n. 36.* Bellug. *in speculo Princip. rub. 11. §. videndum, vers. & simili modo*, Decian. *lib. 6. cap. 17. num. 9.* Laymann. *vbi proximè*, Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 11. dub. 10. sub n. 1.* Carolus de Graff. *d. effectu 9. n. 72.* Portel. *vbi suprà num. 5.*

25 Tertiò infertur Tertiarios collegialiter viuentes sub habitu, & voto aliquo expresso, gaudere priuilegio Canonis, & aliis omnibus, quibus Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum gestant, potiuntur, & gaudent; secus autem si in propriis domibus habitent, vt per Fr. Emman. *tō. 2. quæst. Regular. quæst. 65. art. 5.* Laymann. *d. cap. 5 num. 4. vers. dubitatur autem primò de Tertiariis*, & plures alios per me citatos *d. allegat. 12. num. 41.* Bonacin. *d. puncto 1. num. 8.* Portel. *vbi suprà num. 8.*

26 Quartò infertur Eremitas, qui in Communitate, seu Congregatione sub aliquo Prælato edito voto paupertatis, vel alia suscepta obligatione ex tacita, vel expressa Summi Pontificis voluntate viuunt, priuilegio huius Canonis gaudere; vide Nauar. *d. c. 27. num. 70.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 63. art. 4.* Iacob. de Graff *in aureis decisionibus part. 1. lib. 2. c. 18. n. 27.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 1. lib. 1 num. 214* Molin. *dicto tractatu 3. disput. 51. num. 4.* Soarez *d. disput. 22. sect. 1 n. 22.* Ægidius de Coninx *dicta disput. 14. dub. 15. num. 164.* Bonacin. *dict. puncto. 1. n. 10.* Laymann. *dict. num. 4. ver. secundo dubitatur.*

Quintò infertur equites, qui veri sunt Religiosi, prout equites Sancti Ioannis, qui in communi viuunt, & votum solemne castitatis, paupertatis, & obedientiæ emittunt, gaudere priuilegio Canonis, vt sustinent Molin. *dict. disput. 50. num. 5.* Sanchez *in præcepta Decalogi tomo 1. lib. 4. cap. 16 num. 11* & plures alij per me citati *dicto tractatu de appellatiua verborum vtriusque iuris significatione, verbo Religiosus*, Bellet. *disquisit. clerical. parte 1 tit. de fauore clericorum Canonis, §. 1. num. 37.* Carolus de Graff. *d. effectu 9. num. 131.* immo & alios equites S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ priuilegio Canonis gaudere resoluunt Nauar. *cons. 11. de Regularib.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 112. casu 63.* Bonacin. *de censur. disput 4. quæst. 4 puncto 1. num. 7.* Fillinc. *tom. 1. tractat. 15. cap. 1. quæst. 4. num. 14.* Carol. de Graffis *dicto effectu 9. num. 131.* Barthol. Gipt. *de casibus reseruat. cap. 3. num. 15.* 27

Sextò infertur Religiosum conuersum, & omnino Ordine sacro carentem expulsum & eiectum ab Ordine gaudere adhuc priuilegio huius Canonis, maximè si portet habitum & tonsuram clericalem, quia adhuc est verè Religiosus in substantia, vt per Fr. Emman. *in addit. ad sum. tom. 3. cap. 99. conclus. 5.* Laurent. de Portel *in dubiis Regularib. verbo manus violenta n. 3. vers. quid si Religiosus.* 28

Manus violentas iniecerit.] Significatur his verbis quæuis iniuriosa, seu contumeliosa actio contra ecclesiasticam personam immediatè consistens in facto, & in opere, siue actio manibus, siue pedibus; dicitur autem manus violenta desumpta denominatione à manu, quæ est instrumentum consuetum, per quod alteri solet inferri vis iniuriosa, vide Nauar. *d. cap. 27. num. 77.* Pedraza *in summa tit. excommunicationes Papales, vers. contra los que ponen, fol. 135.* Ludou. Beja *resp. casuum conscientiæ, part. 1. casu 46.* Soar *dicta disput. 22 sect. 1.* Auil. *part. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 12.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 26. n. 11* Bonacin. *in simili tract. disput. 2. quæst. 4. puncto 1. n. 11* Bellet. *d. tit. de fauore clericorum Canonis, § 1. num. 3. vers. quod non solum*, Paul. Laymann. *in Theolog. moral. lib. 1. tractat. 5 de excommunic. part. 2. c. 5. sub. num. 5. vers. manus.* 29

Vnde aliqui ex supradictis, & præcipuè Bonacin. *citato loco.* inferunt actionem, per quam incurritur hæc excommunicatio, debere ipsam personam ecclesiasticam aliquo modo contingere, ac proinde excommunicationem non incurri ab eo, qui attentat percutere clericum quando re ipsa illum non percutit, & ab eo, qui tantummodo verbis contumeliosis afficit clericum absque percussione, de quo vltimo vide Couar. *var. lib. 1. cap. 11. à n. 5.* Sebast. Medic. *in sum. peccator. part. 2. tit. 9. q. 78. n. 39.* Petr. Plaz *de delictis cap. 1. à n. 28.* 30

Hinc primò fit consequens detinentem clericum in custodia publica, vel in loco priuato, vt in domo propria, siue aliena, ex qua non possit exire, excommunicationem huius Can. incurrere, *c. nuper, & ibi gloss. 1.* Abb. *n. 1. & 2.* & Felin. *n. 1. de sentent. excommunic.* Bellet *d. tit. de fauore clericorum Canon. §. 1. n. 4.* Paul. Laymann. *loco proximè citato*, Sicuti etiam incurrit iudex secularis detinendo, vel curando clericum detineri in custodia, vel in domo, aut ponendo custodes ad domum, qui clericum exeuntem capiant, itaut clericus non possit liberè exire, ita Sayr. *d. l. 3. c. 26. n. 13.* Bonacin. .. *n. 16.* qui tamē subdunt illum non esse ... nicarū, qui per metū absque vlla vi, vel tactu cogit clericū exire è fundo, 31

non enim dicitur manus violentas in clericum iniicere,cum solis verbis illum terreat, & similiter qui obsidet castrum, aut domum non vt faciat iniuriā clerico illi existenti, sed vt iustè obtineat illam. Vtrùm autem verbis tantum detinens clericum contra eius voluntatem incurrat excommunicationem, de qua in canone? Duos casus in hac qui est distinguere oportet, primum,quando clericus verbis tantum detinetur, v. g. quando aliquis dicendo verba contumeliosa,ipsis verbis ei metum infert, vt dum detineat; secundum, quando ipsa verba comitatur aliqua actio violenta eius personæ;v.g.quando quis vltra verba contumeliosa detinet clericum obsidendo eum in domo, vel in castro, non permittendo exitum, vel quando eum detinet vt vestibus spoliet sine aliquo corporis nocomento. In primo casu non incurritur excommunicatio, Tolet.*in sum. l.1.c.31. n.5.*Soar.*de censur.disput.22.sect.1.n.23.30.& 31.* Ægid.de Coninck *de sacram. disp.14.dub.15.num.165. vers. tunc non sufficit.* In secundo casu incurretur excommunicatio,Soar.*d.num.30.ad fin. & num.31. ad med.*Nauar.*in man.cap.27.num.77.* quatenus inquis incorrere excommunicationem,qui vi includūt clericos aliquo loco,vnde egredi sine pudore non possint,& ita requiritur vis,quæ verbis solis non fit. Ægid.de Conink *d.n.165.vers.idem dicendum.*

32 Secundò fit consequens spuentem in clericum, seu aquam, aut aliud super eum effundentem incidere in excommunicationem huius Can. gloss. *hic verbo manus,gloss.1.in c. si quis pulsatus,de pœnit.dist.1.* Innoc.& Card.quos refert, & sequitur Bellet. *d. tit.de fauore clericorū Canon.§.1.n.4.vers.& in spuente.*

33 Tertiò fit consequens eripientem aliquid per vim, & iniuriam de manibus clerici, vel corpore eius,putà librum,pileum,aut vestem,& similia, aut illam scindentem,siue frangentem, aut detinentem clericum per vestem, & non permittatur abire, seu capientem frænum equi, in quo clericus insidet,incurrere excommunicationem huius Can. ita Nau. *d.c.27.n.77.*Honded.*cons.103.n.1.cum seqq. & n.24. vol.1.*Hippol.*sing.188.* Bernard. Diaz *reg.95.* Ioan. Garc.*reg.175.n.3.*Menoch.*de arbitr.casu 389. n. 17.* Bonacin.*d.puncto 1. num. 12.* Bellet.*d.§.num.5.*Carol.de Grass.*d.effectu 9.n.88.& 95.*Paul.Laymā *citato loco.*
34 Secus verò est si nulla vi adhibita clam, & per fraudem marsupium clerico præscindatur, aut vestes in lecto iacentes, sine directa eum loco concludendi intentione auferantur, quia tunc excommunicatio hæc minimè incurritur,sicuti docent docent Soar *d.disp.22.sect.1.n.32.*Molin.*d.tract.3.d.51.* Ægid. de Coninck *d. disput.14.dub.15.n.166.* Contrà Antonin.*part.3.tit.24.c.1.§.1.*

35 Quartò fit consequens illum in excommunicationem huius Canon.incidere,qui occidit clericum per cibum,vel potum veneno infectum;nam huiusmodi actio ita est violenta,vt dissoluat compositum, & est magis violenta,& iniuriosa, quàm sit iniectio alapæ,aut pulueris,vel saliuæ,ita Soar.*tom.5.de censur. disput.5.sect.1.n.15.vers.addo quæstionem*, Sayr. *eod.tractat.3.lib.3.cap.26. n. 11.12.& 17.* expressè Portel.*in dubiis Regular.verbo manus violenta num.1.* ex Ludou.Beja,& Molin resoluit Bonacin.*d.punct.1. num.13.*contra Fr.Emman. *in sum.p.1.c.81.concl.13.* Auil.*part.2.cap.5.disput.3.dub.12.* Secus verò dicendum videtur de Moniali grauida, quæ sibi propinat potionem mortiferam fœtui; nam ista actio censetur violenta fœtui,non ipsi Moniali;nec videtur iniuriosa statui ecclesiastico,secùndum Molin. *d.d.51. n.4.*Sayr *d.lib.3.cap.23.* Auil. *d.dub.12.* eodem modo procurans abortum Monialis,eique potum propinans ea consentiente non incurrit excommunicationem,secundum Sayr.*lib.5.cap.19.num.4.*Portel.*d. verbo manus violenta n.2.*

Quintò fit consequens excommunicationem hu- 36
ius Canon.incurrere illum, qui clericum volentem, & consentientem percutit,quia clericus ad hoc consentire nequit,cum iniuria fiat toti Ordini clericali, vt Doctores communiter deducunt ex *cap. contingit 36.de senten.excommun.*& explicant Mantua *dialog.35.*Iacob.de Graff.*in aureis decision.part.1. lib.2. cap 49.num.6.*Gutier.*de iuram.confirm.part.1.cap.16. à num.52.*Soar.*d.disput.22.sect.1.à n.57.* Sayr. *d. lib.3.cap.26.n.18.*Bellet.*d.tit.de priuileg.clericor. canon. §.1.n.10.*Auil.*d.dub.12.* Bonacin. *d. disput.2.quæst.4. puncto 2.num.1.*Paul Laymann. *d. c. 5.num.5.in fine, vers.his adde,*Carol.de Grass.*d.effectu 9.n.77.cū seqq.*

Hinc etiam prouenit clericum,qui se ipsum iniu- 37
riosè percutit, scilicet irato animo,vel vitæ tædio, aut ex alia irrationabili causa, excommunicationem huius Can.incurrere, vt post Panor.scribunt Nauar. *d.cap.27.num.88. in fine,*Ias.*in l.1.num.8.C. de seruis fugit.*Ciar.*§.fin.quæst.77.num.3.* Mantu.*sing.1.n.4.* Grammat.*decis.44.num.2.cum seqq.* Menoch. *d.casu 284.num.37.*Gutier.*d.cap.16.num.54.* Soar. *d. sect.1. num.56.*Sayr *d.cap.16.num.20.* Auil.*d.dub.12. circa med.*Bellet.*d.§.n.11.*Laymann.*vbi proximè.*Carol.de Grass.*dict.effectu 9.n.72.& seqq.*

Contra hanc tamen resolutionem non leuiter ob- 38
stat,quòd hic Canon expressè requirit ad hoc,vt excommunicatio ipso iure incurratur, quòd iniectio manuum sit violenta, vt patet ex verbis huius text. & meliùs ex *cap.1.de sentent. excomm.* ibi, *non potest in ipsis iniectio manuum violenta notari*,quæ particula non conuenit percutienti clericum volentem, & consentientem,iuxta *reg.scienti,de regulis iuris lib.6.* cum similibus, & fatetur ipse Pontifex in eodem *c. contingit,*ibi, *huiusmodi manuum iniectio, etiamsi non violenta, &c.* & magis in decisione,quæ habetur *in vers.ideò,*quatenus solum prohibet, vt de cætero illud fiat, vt clerici se percutiendos laicis subiiciant, minimè autem percutientibus volentem clericum excommunicatio præscribitur,sed clericos sic se percussioni subiicientes post tempora illius cap.excommunicandos esse constituit, atque ita ex his fundamentis non defuerunt plures, qui contra communem sententiam scripserint, negantes percutientes clericum volentem excommunicationem huius Canonis incurrere,quod aliqui ex meis præceptoribus Conimbricensis Academiæ probabilem censent ante *d.c.contingit,*non ita post illud,quia putant ibi expressè probari istos eam excommunicationem incurrere,de qua in nostro Can.quasi inepta esset eius allegatio, nisi pontifex intelligeret ad hanc censurā pertinere percussionem clerici iniuriosam,licèt violenta non sit;tum quia magis fauet ordini clericali, in cuius fauorem dicit tex.*in eod.c.contingit,* canonē illum fuisse promulgatum, tum denique quia constantissimo scribentium consensu recepta est huiusmodi traditio. Veruntamen minimè hæc distinctio defendi potest,si enim rationes,quas pro ea considerant,veræ sunt: concludunt nihil de nouo Pontificem *ibi* statuere,sed potius secundùm ius antiquum respondisse,nam si propterea excommunicationem incurrit percutiens clericum volentem, quia priuilegium huius Canon.toti Ordini concessum est, nō verò in singulorum priuatum fauorem, rectè sequitur secundum ius antiquum, & ordinarias regulas nihil prodesse consensum priuatorum,vt percutiens excommunicationem euadat, iuxta reg.*l.ius publicū ff.de pact.*& reg.*c.si diligenti, de foro comp.* cum similibus

libus: deinde si Pontifex interpretatur hunc Can. statuere excommunicationem non solùm ob percussionem violentam, sed etiam ob iniuriosam, frustra inter nouum ius, & antiquum sit distinctio; sic denique auctoritas Doctorum, & receptissima sententia persuadere debet, nemo enim ea tempora distinxerat, vt illi volunt.

39 Quare licet tatò, & difficulter à receptis Doctorum sententiis recedere consueuerim, nunquam tamen huic, de qua agimus potui acquiescere, sed semper constanter existimaui, & existimo neque ante, neque post *d. cap. contingit*, probari iure nostro quòd percutiens clericum volentem excommunicationē hanc ipso iure incurrat, ex prædictis rationibus. Nec obstat quòd priuilegiis concessis ratione honestatis, & reuerentiæ personarum ipsi renuntiare non possunt, vt sentiunt Couar. *in cap. quamuis pactum part.* 2. *initio num.* 8. Ioan. Garc. *reg.* 333. *num.* 8. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 49. Baeça *de inope debitore cap.* 15. *num.* 14. Respondetur enim omissis variis solutionibus, de quibus D. Barbos. *in l. alia, § eleganter num.* 11. *ff. soluto matrimon.* concedendum esse antecedens, negamus tamen priuilegium aliquod dari clericis quādo volentes percutiuntur, cùm potiùs contra solos iniicientes manus violentas concessum fuerit. Ad illud quod Pontifex aliàs ineptè consideraret verba huius Can. applicando ad casum percussionis clerici volentis, quasi Canon hic non solùm puniat percussionem violentam, sed etiam iniuriosam, frustráque considerare Canonem editum in fauorem totius Ordinis si casus ipse non pertinet ad censuram hoc Canone statutam, respondetur hæc omnia satis conueniri, & adaptari probationi, de qua *in vers. ideo*, nā si percussio violenta non esset, neque etiam iniuriosa, nulla prohibitione opus erat, sed potiùs actus licitus censeri debebat, queadmodum Doctores resoluunt de illis, qui causa disciplinæ percutiuntur, vt *in d. c.* 1. *de sentent. excommun.* aut causa deuotionis se percutiunt, eo quòd pertinet alia ratio, vt hic Canon latus sit in fauorem totius Ordinis, nam si solos respiceret fauorem priuatorum eadem percussio non redundaret in opprobrium totius Ordinis, quia supponimus ipsum non tangere; ergo benè Pontifex ad effectum, vt illicita, & prohibita censeatur talis percussio, considerat iniuriam toti Ordini illatam, quā singuli suo consensu remittere non possunt, minimè inde sequitur excommunicationem huius Can. ipso iure incurrere.

40 Sextò fit consequens mandantem, vel consulentem verberari clericum, si sequatur percussio, incidere in excommunicationem, vt probat text. *in c. mulieres* 6. *§. vlt. de sentent. excommun.* & resoluunt Soar. *d. disput.* 22. *sect.* 1. *n.* 55. Auil. *part.* 2. *cap.* 5. *disput.* 5. *dub.* 6. Sayr. *d. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 10. Bonacin. *d. quæst.* 4. *puncto* 5. *n.* 1. Ægid. de Coninx *de sacram. & censur. tom.* 2. *disput.* 15. *n.* 27. *cum seq.* Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 129. *n.* 57. Molin. *dict. tract.* 5 *disput.* 51. *n.* 2. Bellet. *d. tit. de fauore clericorum Canonis* § 1. *n.* 6. Paulus Laymann *d. cap.* 5. *n.* 6. Carol. de Graff. *dict. effectu.* 9. *à n.* 16.

41 Quod verum est, quamuis mandans pœnitentia ductus reuocauerit mandatum, quæ tamen renocatio non fuit manifestata mandatario, quia etiam tunc sequuto mandati effectu huiusmodi mandans prædictam excommunicationem incurreret, licèt curauerit reuocationem mandati innotescere mandatario, cui te ipsa non innotuit, sicuti docent gloss. *verbo autoritate, vers. sed pone, in d. c. mulieres*, Molin. *d. disp.* 52. *num.* 3. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 3. *num.* 17. Ægid. de Coninx *d. dub.* 15. *num.* 185. Auil. *part.* 2. *cap.* 5. *disp.* 5. *dub.* 7. *concl.* 1. Bonacin. *d. punct.* 5. *n.* 2. Carol. de Graff. *de effectibus clericalib. effectu* 9. *num.* 30 Laymann *dict. cap.* 5. *num.* 7. *vers. sed quæstio.* Secus verò si reuocatio mandati fuerit deducta ad notitiam mandatarij re integra, vt sentiunt gloss. *verbo iurare, vers. sed quid si Dominus, in c. sibi Domino* 63. *d. & verbo mandato, in c. cum quis, de sent. excom. lib.* 6. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 40. Menoch. *d. casu* 352. *n.* 7. Decian. *in tract. criminal. lib.* 9. *c.* 56. *num.* 32. Iacob. Ayter. *in tract. de homicid. part.* 2. *c.* 48. Bellet. *d.* § 1. *n.* 6. *vers. quod autem*, latè Farin. *d. part.* 5. *quæst.* 135. *n.* 174. *cum seqq.* & *num.* 175. subdit man- 42
datum reuocari non solùm expressè, sed etiam tacitè, veluti quando mandans contraxit parentelam, vel fecit pacem cum suo inimico, & *n.* 178. subiicit quòd mandato reuocato, & reuocatione intimata mandatario, mandans ampliùs non tenetur, etiam quòd talis reuocatio non fuerit intimata occidendo.
Vnde fit quòd si mandans moriatur ante manuum 43
iniectionem, tunc non erit excommunicatus, quamuis deinceps post eius mortem mandatarius clericum percusserit, prout obseruant Sayr. *l.* 1. *de censur. c.* 8. *n.* 12. Axor, *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 26. *quæst.* 2. *vers. sed dubia quæstio est*, Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *num.* 40. Bellet. *d.* § 1. *num.* 6. *vers. qui tamen*, vbi intelligit si constiterit eum ante mortem pœnituisse, morte enim mandantis tacitè censetur reuocatum mandatum, *l. inter causas*, § 1. *ff. mandati, cap. relatum. cap. licet, de officio deleg.* Farin. *d. quæst.* 135. *num.* 180. 44

Septimò fit consequens eandem excommunicationis sententiam incurrere, qui ratam habet percussionem clerici etiam sine suo mandato, nomine tamen suo factam, vt probat *c. cùm quis, & ibi gloss. verbo suo nomine, de sentent. excom. lib.* 6. Decian. *l.* 6. *cap.* 18. *num.* 5. Bellet. *d. tit. de fauore cleric. Canon.* § 1. *n.* 7. vbi subdit quòd cùm per exteriora signa apparere non possit quòd ratam habuerit huiusmodi percussionem, sed illam habet ratam tantùm in corde, tunc talis ligatus est solùm quoad Deum, non tamen quoad Ecclesiā militantem, Soar. *d. disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 55. Sayr. *d. lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 52. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 52. *num.* 14. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *num.* 55. *cum seqq.* quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato compatatur, *cap. ratihabitionem, de regul. iuris lib.* 6. cum concordantiis *ibi* adductis.

Octauò fit consequens in eandem excommunica- 45
tionem incidere, qui potuit prohibere percussionem clerici, & non prohibuit, *cap. quanta, & ibi gloss. verbo interpretans, de sentent. excommun.* Soar. *dicta disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 56. Ludou Beja *respons. casuum conscient. p.* 1. *casu* 60. Sayr. *in claui Regia lib.* 10. *tract.* 2. *c.* 14. *num.* 1. *& de censur. lib.* 5. *cap.* 26. *num.* 24. Couar. *in Clem. si furiosus, part.* 1. § 2 *num.* 7. Bellet. *dicto* § 1. *n.* 8. Iuan. Baptista Costa *de retrotract. c.* 2. *n.* 8. Carol. de Graff. *d. effect.* 9. *n.* 61. *cum seq.*

Quod licèt communis sententia intelligeret mo- 46
dò ex officio impedire deberet, secundùm Nauar. *d. cap.* 27. *n.* 78. Auil. *d. part.* 2. *cap.* 5. *disput.* 3. *dub.* 8. Ægid. de Coninx *d. disp.* 14. *dub.* 15. *n.* 174. Laymann *d c.* 5. *num.* 6. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. *d. quæst.* 4. *puncto* 5 *num.* 5. tamen hoc idem verum esse credo non solùm in eo, qui habet potestatem, & iurisdictionem in verberante, vt sunt iudices, potestates, & Præfecti, sed etiam in eo, qui licèt non habeat ex officio talem potestatem, dolosè non prohibet, Hostiens. *in dict. cap. quanta num.* 5. Abb. *num.* 7. & Felin. *num.* 5. Beller. *dict* § 1. *num.* 8. *vers. quod intelligitur*, vbi subdit cum Abb. *citato loco*. quòd si talia non dolosè, sed ex negligentia, vel quia non vult se immiscere rumoribus aliorum, non prohibeat cle-

sici percussinnem, tunc nnn incidet in excommunicationem.

47 Nonò fit consequens percutientem clericum mortuum esse excommunicatū, vt per Felin. *in cap. à nobis el 2. num. 4. vers. nunquid percutiens, de sentent. excommun.* Boër. *decis. 316. n. 12.* Duen. *reg. 99. ampl. 6.* Dec *in cap. hac num. 24. de priuileg.* mortuo enim iniuria fieri potest Sebast. Medic. *in tractat. mors omnia soluit, part. 3. n. 61.* Bejard. *ad Clar. §. fin. quæst. 77. n. 36.* Decian. *lib. 6. c. 17. n. 19.* Carol. de Grass. *d. effectu 9. num. 14n. cum sequentib.*

48 Decimò fit consequens in hanc excnmmunicatinnem incidere illum, qui auxilium, & consilium dat percutienti clericum, *d. cap. quanta,* & *ibi* Host. *n. 1.* Abb. *num. 3.* & Felin. *num. 1.* Bellet. *d. §. 1. num. 19.* item & illū, qui clericum insequutus eum impellit vt cadat, & lædatur per gloss. *verbo insecutione in cap. felicis, de pœnis lib. 6.* vide latè Manru. *sing. 515.* Bellet *vbi proxime num. 21.* Catul. de Grass. *d. effectu. 9. n. 86.*

49 Limitatur tamen hæc decima illatio vbi quis præstaret auxilium postquam delinquens manum iniecit in clericum, quia is nnn erit excnmmunicatus ex tali auxilio postea præstitn, sicut nec potest puniri aliqua pœna temporali de auxilin præstito post delictum, nisi præcesserit tractatus antè, quia talis nnn dicitur proprie dedisse opem delicto, vt per Boër. *decis. 167. num. 4. in fine,* Menoch. *de arbitr. casu 349. num. 24.* & alios, quos refert, & sequitur Carol. de Grass. *d. effectu 9. num. 48.* vbi *n. 50.* limitat etiam vt non procedat in dantibus fauorem, vel auxilium de tute, veluti Aduocando, vel procurando, & *num. 52.* limitat quoque in eo, qui delicto assistit, vel dat auxilium, vel fauorem, qui tamen nescit verberandum esse clericum.

50 Porrò ab huius Cannnis censura aliquæ excusationes in iure reperiuntur. Prima est propter ignorantiam, quia percutiens clericum ignorans probabiliter eum esse clericum, excnmmunicationem non incurrit, vt prnbat *cap. si verò 4. de senten. excomm.* & sentiunt Couar. *in cap. alma mater, part. 1. § 11. n. 15.* Soar. *d. disput. 22 sect. 1. num. 54.* Mascard. *de probat. conclus. 848. n. 4 cum seqq.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 5. quæst. 3.* Ægid. de Conink *d. disp. 14 num. 197.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 27.* Mar. Alter. *in simili tract. tom. 1. vbi de excommun. lib. 2. cap. 3. vers. qua in re,* Bnnacin *eod. tract. disput. 1. quæst. 2. puncto 1. n. 16. cum seqq.* Carolus de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. n. 189.* Bellet. *d. tit. de fauore clericor. Canon. §. 2. n. 14.* Paul. Laymann *d. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 8.* Sanch. *de matrimon. lib. 10. disput. 32. num. 41.* vbi subdit huiusmodi percussorem clerici non excusari ex lata culpa, & crassa ignorantia, de qua etiam latè Merol. *tom. 1. disputat. disput. 1. cap. 2. num. 243.*

51 Cæterùm si quis existimet esse Ioannem clericum quem percutit, cum sit clericus Iacobus, censuram excommunicationis non effugiet. Ratio est, quia iam intentio, quam opus externum est iniuriosum statui clericali, propter cuius reuerentiam imposita fuit excommunicatio; tum quia nulla ignorantia excusat in hoc casu, cùm habeat intentionem percutiendi clericum, & re ipsa percutiat hunc clericum, quāuis credat esse alium clericum, ita Couar. *d. §. 10. n. 15.* Veg. *tom. 1. sum. cap. 85. casu 107.* Sanch. *d. disp. 32. n. 27.* Bonacin. *d. disput. 2. quæst. 2 puncto 1. num. 20.* Farinac. *in praxi crimin. p. 5. quæst. 125. n. 264.* Laymann. *vbi proximè.*

52 Contrà verò dicendum si quis volens percutere hunc clericum ab eo aberret, & casu, siue præter intentionem percutiat alterum clericum proximè adstantem, talis enim excommunicationem non incurrit, sicuti rectè docent Soar. *d. disput. 22. sect. 1. n. 54.* Ægid. de Conink *d. dub. 15. n. 197.* Ratio discriminis est, quia in priori casu voluntariè percutit hominem, quem scit clericum, in quo tota ratio consistit ob quam huius Canonis excommunicatio lata est: In posteriore autem casu voluntariè non percutit hominem, quem scit esse clericum, si quidem, vt ponimus à clerici intenta percussione aberrauit, alium autem hominem, qui fortè distabat, & clericus erat, præter intentionem, ac inuoluntariè percussit.

53 Vnde fit excommunicationem omninò effugere, qui percusserit Titium clericum volens percutere Seium laicum, secundùm Couar. *d. num. 15. vers. 12.* Iacob. de Graff. *in decision. aureis, part. 1. l. 4. c. 9. n. 43.* Sanch. *d. disp. 32. num. 28.* Farin. *d. quæst. 125. num. 164.*

54 Et per hoc constat non esse veram doctrinam Romam *in rub. de receptis arbitr. col. 24. vers. quid autē si compromissum,* dicentis vulnerantem consanguineum clerici esse excommunicatum, sicut si immediate vulnerasset clericum, nam licèt metus illatus consanguineis clerici censeatur illatus clerico. *c. sciant. cuncti, de elect. l. 6.* gloss. *verbo quomodolibet, in Clē. 2. de sentent. excōmun.* tamen huiusmodi iniurias inferentes ipso facto excommunicationis sententia innodati non sunt, nisi quando in contemptum, & iniuriam libertatis Ecclesiasticæ, & Prælatorum, seu iudicum ecclesiasticorum, consanguinei eorundem, vel aliorum clericorum carcerantur, percutiuntur, eorum bonis, gradibus, & dignitatibus spoliantur, siue alias iniustè contra illos fit persecutio, & grauamen, vt probant, *d. cap. sciant, & ibi* gloss. *verbo consanguineos, in d. Clem. 2.* & vide Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 99. ad med. de constitut.* Hippol. *sing. 204. n. 1.* Tiraquel. *de pœnis temper. causa 51. n. 74. apostol. ad Decan l. in omnibus num. 18. lit. B. ff. de regul. iuris.*

II. Percussio cum ioco, & non ex odio, vel inimicitia, siue indignatione, *cap. 1 & ibi* Abb. *n. 4. de sentent. excomm.* gloss. *verbo de familia, in cap. cum voluntate §. fin.* vbi Host. *n. 12. eod. tit.* Bellet. *d. tit. de fauore clericorum Canonis §. 2. n. 1.* Coriolan. *de casibus resern. part. 2. casu 10. de iudic. Regul. §. 10. n. 23.* Carol. de Grass. *d. effectu 9. n. 306. cum seqq.*

56 III. Imperfectio actus non pertingentis ad culpam mortalem, putà ob subitam passionem iræ, animo non plenè aduertente ad id, quod agitur, vel ob circunstantias personarum, &c. minuentes culpam, vt explicat Laymann *d. c. 5. n 8. vers. altera.*

57 IV. Qui in defensionem sui, vel alieni corporis clericum aggressorem detinet, vel percutit, excommunicationem non incurrit, dum modò modus defensionis notabiliter non excedatur, & ea in continenti aggressionem subsequatur, ita probat text. *in cap. si vero el 1.* vbi Abb. *n. 14. de sentent. excommun.* & sentiunt Couar. *in Clem. si furiosus, part. 3. § vnic. n. 5. in princip* Anton Gom. *tom. 3. var. c. 3. num. 20. ad med.* Clar. *in §. homicid. n. 23. vers. præterea,* Vgolin. *de censur. par. 2. c. 11. § proposuimus n. 1. & 2.* Iacob. Ayer. *de homicid. necessario, par. 1. n. 63.* Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 125. n. 32.* Carol. de Grass. *de effectib. clerical. effectu 9. n. 196. cum seqq.* Bellet. *d. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 2. n. 2.* Laymann. *proxime n 8. vers. tertia.*

58 V. Mulier si clericum pudicitiam suam ipso facto tentantē percutiat, excommunicationem huius Canonis non incurrit, secus tamen si eam clericus solis verbis aggrediatur, tunc enim sufficit etiam verbis repellere, nisi valdè molestus sit, vt mulier se aliter ab eo liberari non possit, quàm fuste, aut verbere, sicuti docent Soar. *d. disp. 22. sect. 1. num. 43.* Ægid. de Conink *d. dub. 15. n. 194.* Auil. *part. 2. c. 5. disp. 3. dub. 1. 3.*

dub. 13 casu 18 Beller. d. tit. de fauore cleric. Canonis, §. 2. n. 13. Eodem modo puer, qui in clericum se de sodomiæ vitio tentantem violentas manus iniecit, ab excommunicatione huius Canonis excusatur, vt per Bajard. ad Clar. verbo sodomia, Homobon. de casibus reserv. p. 2. casu 4. & in resp. quæ. moral. p. 2. resp. 155.

59 V I. Qui in clericum cum vxore, matre, sorore, vel propria filia turpiter inuentum manus violentas incontinenti iniecerit, licèt peccet, huius tamen Canonis excommunicationem non incurrit, vt probat text. in d. c. si verò il 1. vbi gloss. verbo turpiter, reddit rationem, quia iustum talem dolorem compescere difficillimum est, & vnanimi voto sentiunt Couar. de sponsalib. part. 2. c. 7. §. 7. num. 12. Nauar. in man. c. 27. n. 84. Clar. §. homicidium num. 48. & lib. 5. §. fin. quæst. 77. n. 9. Perez l. 4. gloss. su hija, tit. 13. lib. 8. Ord. pag. 268. Anton. Gom. l. 8. Tauri, num. 55. Henriquez in sum. lib. 12. cap. 14. §. 1. lit. E. Ceuall. commun. contra commun. q. 833. num. 30. Farin. in praxi crimin. part. 5. quæst 121. n. 6. & num. 73. Molin. d. tract. 3. d. 7. num. 3. & disput. 55. n. 6. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 27. n. 23. Soar. d. sect. 1. n 33. intrigl. de casibus conscient. cent. 1. casu 9. n. 18. Carol. de Grass. de effectib. clerical. effectu 9. num. 186. Bonacin. de censur. disput. 2. quæst. 4. puncto 4. n. 5. Ægid. de Coninx d. disput. 15. n. 194. Beller. dict. tit. de fauore Clericorum Canon. §. 2. n. 9. Laymann. vbi proximè, vers. quarta, nouissimè Homobon. in resp. quæstion. moralium, part. 4. resp. 29.

60 Turpiter autem inuétus dicitur, qui actum quécumque impudicum cum huiusmodi persona exercet, veluti osculando, amplexando, vel si reperiatur solus cum sola in loco suspecto, & apto ad turpes actus exercendos, sicuti docent Couar. de sponsal. p. 2. §. 6. n. 3. Soar. d. sect. 1. num. 37. Bonac. d. num. 5. vers. rogabis secundò, vbi subdit sufficere vt maritus percutiat clericum loquentem cum sua vxore, absque alio turpi actu, quando illum prius ter admonuerat, & ipse noluit desistere, Beller. d. §. 2. n. 9. vers. item si clericus, vbi limitat si deoscularetur easdem mulieres in publico secundum consuetudinem patriæ, prout fit in Gallia, in Sabaudia, & in Polonia.

61 Matris verò, sororis, vel filiæ nomine in præsenti venit propria mater, soror, & filia, quamuis illegitima, non tamen adoptiua, nec auia, neptis, &c. quia verba d. cap. si verò propriè sunt accipienda, præsertim cùm simus in materia pœnali, & odiosa restringente priuilegia clericorum, vt resoluunt Molin. dicto tract. 3. disput. 55. ad fin. Ægid. de Coninck d. disp. 14. num. 196 Bonacin. d. num. 5. vers. rogabis primò.

62 Vxoris nomine in præsenti materia venit etiam sponsa de præsenti, secundùm Coua. part. 1. de sponsalibus, cap. 1. num. 8. Clar. § homicidium n. 49. Perez l. 5. gloss. 1. vers. hinc etiam, tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 5. Farin. in praxi crimin. part. 3. quæst. 121. n. 73. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 1. n. 6. Ægid. de Conin. d. disp. 14. num. 196. vers. per vxorem, Bonacin. d. n. 5. vers. respondeo nomine vxoris. Non tamen venit sponsa de futuro, prout obseruant Gutier. de matrimon. cap. 1. n. 13. cū duobus seqq. Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 228.

63 Porrò excusatio hæc ab excommunicationis censura locum non habet si maritus adulterum non mox, vt in crimine deprehensus est, sed interiecto temporis interuallo, quo dolor iustus sedari potuerit, occidat, item si data opera in loco occulto se absconderat, vt deprehensum occidere posset, sicut tradit Laymann. d. vers. quarta, propè fin. Beller. d. §. 2. n. 9. vers. non effugit, dum ait maritum non effugere excommunicationem, qui procuraset, quòd clericus vocaretur, vt eum verberare posset, cùm huiusmodi persuasio sit dolosa, & fraudulenta.

64 V I I. Prælatus, Præceptor, Pater si bono zelo ductus disciplinæ, & correctionis causa clericum percutiat, à censura huius Canon. immunis est. De Abbate Prælato loquitur text. in cap. vniuersitatis 24 de senten. excomm. vbi decernitur vt Abbas per se ipsum non per alium regularis disciplinæ causa Monachum percutiat, vel si necessitas postulet per aliquem clericum, vel Monachum (sub quo comprehenduntur omnes verè Religiosi, etiam quos vocant Conuersos, vt contra aliquos benè notat Soar. d. disp. 22. sect. 1. num. 42. (non per laicum) nisi fortè necessitas excuset, vt aduertit Soar. d. sect. 1. num. 43.) id fieri iubeat; alioquin tam qui tales verberari præcipit, quàm illi, qui verberant, quamuis ob delictum excommunicationis sententiam incurrunt, & ita obseruant Laymann. vbi suprà, vers. porrò, & alii citati per me ad d. cap. vniuersitatis num. 2. Alia ratio est de Episcopo à cuius dignitate alienum est aliquem propriis manibus verberare, cap. non licet 86. dist. & ideo clericos delinquentes per alium clericum corrigere debet, nisi per consuetudinem fuerit introductum, (vt in Galliis, & aliis locis) vt clerici, si ita commeriti sint, per laicos torqueantur, aut verberentur, prout testatur Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 64. n. 25. Sayr. d. lib. 3. c. 27. num. 26. Nauar. commento 3. de Regularib. circa fin. & cons. 28. de sentent. excommun. in nouis, Ægid. de Coninx d. disp. 14. n. 191. in fine, Auil. d. par. 2. c. 5. disp. 3. dub. 12 Laym. loco proximè citato; vbi post Auil. de censur. part. 4. disp. vnic. dub. 1. subdit ex simili ratione excusari præfectum nauis, aut illum, qui ab eo potestatem habet, si clericum verbaliter degradatum, & ad triremes damnatum perinde ac alios nauigantes percutiat.

65 De Præceptore, siue Magistro loquitur text. in dict. cap. 1. de sentent. excomm. dum probat illum percutientem discipulos clericos intuitu disciplinæ, vel correctionis non incurrere excommunicationem, modò non percutiat principaliter ex odio, vel ira, sicuti resoluunt Soar. dict. disp. 22. sect. 1. n. 49. Molin. d. tract. 3. disput. 56. num. 10. Auila de censur. part. 2. c. 5. disput. 3. dub. 13. Ægid. de Conin. d. disput. 14. n. 192. Bonacin. d. quæst. 4. puncto 4. n. 4 Beller. d. tit. de fauore clericorum Canon. §. 2. n. 4 Laymann. vbi suprà, vers. quinta, subdens magistrum ius habere castigandi clericos, etiam in maioribus Ordinibus constitutos, modò castigatio moderata sit habita ratione culpæ, & personæ tum percutientis, tum eius, quæ percutitur, alioquin si percussio valdè indecens sit, aut excessus notabilis, censura excommunicationis non euitabitur.

66 De patre solet dubitari an filium in Sacris constitutum sine nota excommunicationis castigare possit; vna sententia tenet affirmatiuam partem ex ea ratione, quia pater non minorem, sed potius maiorē in filium potestatem habet, quàm Magister in discipulum, atqui in d. c. 1. & in c. ex tenore, de sentent. excommun. absolutè, & sine restrictione significatur Magistrum ab excommunicatione immunem esse, si discipulum correctionis causa percutiat; ergo idem de patre sentiendum est erga filium, quare ita sentiūt S. Antonin. part. 3. tit. 24. c. 1. §. 2. casu 12. Syluest. verbo excommun. 6. casu 8. Nauar. d. c. 27. n. 84. Soar. d. sect. 1. n. 49. Auil. part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 13. & est probabilis.

67 Altera verò sententia negatiua probabilior est, quia sacer Ordo liberat à potestate patris saltem quoad percussionem, vt dicit Abb. in d. cap. cum voluntate num. 8. & Host. num. 11. & quoad spiritualia liberat à patria potestate, idem Host. in cap. in decorum num. 5. de ætate, & qualit. & ideò sic resoluunt

gloss.

gloss. verbo inferiorum, in d. cap. cùm voluntate, Bellet. d. tit. de fauore cleric. Canon. §. 2. num. 6. Molin. de iust. tract. 2. disp. 218. in 6. effectu, & tract. 3. disp. 59. Paul. Laymann vbi suprà vers. de patre, & respondet contrariis, me citato Homobon. in resp. quæst. moral. part. 4. resp. 31.

69 VIII. Iudex laicus, seu etiam priuata persona quando videt clericum præparatum ad iniuriam alterius, & non adest eius Prælatus, si ipsum clericum aliàs compescere non potest, tunc sine metu excommunicationis eum ligare valet, & capere vt consignet Episcopo suo Superiori, ita Innoc. in d. c. si verò il 2. & ibi Abb. num. 6. & Alciat. num. 58. de sent. excomm. Abb. in cap. cùm non ab homine, de iudic. n. 11. & 12. vbi Felin. num. 1. & Dec. num. 36. Bossi. in tit. de captura num. 39. Menoch. de arbitr. casu 180. n. 20. quos refert, & sequitur Bellet. dict. tit. de fauore cleric. Canon. §. 2. n. 24.

70 IX. Iudex laicus, vel eius familia quando reperit clericum in flagranti delicto, potest illum capere ad effectum transmittendi, vel ducendi eum ad suum iudicem si de fuga sit suspectus, ita gloss. in positione casus in c. si iudex, de sentent. excommunic. lib. 6. gloss. 1. in d. cap. cum non ab homine, vbi Abb. n. 11. & 12. Host. n. 4 Dec. num. 41. cum seqq. idem Abb. in cap. vt fama num. 6. de sentent. excommun. Angel. cons. 118. col. 1. in fin. Clar. in §. fin. quæst. 28. vers. si verò loquimur. Oliban de iure fisci cap. 14. n. 140. vbi subdit retentionem personæ clericorum in Aragonia esse limitatam ad 24 horas, Nauar. in man. c. 27. n. 83. Menoch. de arbitr. casu. 180. n. 13. Auendan. de exequend. mand. part. 1. cap. 12. num. 2. vers. item, Azeued. l. 9. num. 4. tit. 3. lib. 1. & l. 5. num. 9 & 11. tit. 3. lib. 4. nouæ recopil. Mart. de iurisd. part. 4. casu 42. Farin. in praxi crim. p. 1. quæst. 21. n. 141. cum multis seqq. Camil. Bottel. de præstantia Regis Catholici, c. 71. num. 185. & seq. & in sum. omnium decis. tit. 43. de foro comp. n. 126.

71 Idem in Monacho dicendum est, nam si ille repertus fuerit in flagranti delicto, poterit etiam à iudice seculari capi, vt ad suum superiorem remittatur, secundùm Nauar. in cap. non dicatis 12. quæst. 2. n. 96. cum seqq & plures citatos à Cened. ad Decretal. collect. 86. n 4.

72 Hæc remissio fieri debet sine ignominia clerici, vel Monachi, quia si remitteretur cum ignominia, esset iudex puniendus, & committeret vim publicam, l. lex Iulia, vbi Bart. & Alex. ff. ad leg. Iul. de vi publica, Carauit. super rit. M. curiæ rit. 235 Beller. tit. de fauore cleric. Canon. § 2. n. 29. vbi n. 28. quærit an huiusmodi remissio fieri debeat expensis eiusdem clerici, an iudicis laici capientis, an verò instigatoris.

73 X. Fuga clerici debitoris ex causa ciuili vbi timetur, potest creditor, vel iudex talem debitorem capere absque metu excommunicationis, dummodò eum quanto citiùs remittat ad suum Superiorem, ita Innoc. in cap. vt fama, vbi Abb. num. 6. de sentent. excommun. idem Abb. in d. cap. cùm non ab homine n. 11. in fine, & num. 17. & Felin. ibi num. 4 ac Dec. num. 48. Boss. in tit. de captura num. 27. Beller. d. §. 2. n. 30. vbi cum Bald. in dict. cap. cùm non ab homine num. 7. subdit hunc clericum non posse detineri vltra viginti horas quin consignetur iudici ecclesiastico, & excommunicationem eo casu non euitari si clericus offerat cautionem idoneam, & debitor illam acceptare nolit, sed eum ducere malit ad iudicem.

74 XI. Violentia vbi facta fuerit clerico propter recuperationem rei ablatæ, seu defensionem rerum, excommunicatio nulla incurritur, ex Innoc. in c. nuper. vbi Felin. num. 9. de sentent. excommun. vbi dicit quòd si clericus emphyteuta non vult soluere canonem, potest Dominus armata manu eum expellere absque metu excommunicationis, dummodò non tangat personam, refert Bellet. d. §. 2. n. 31. 75

XII. Officialis laicus si turbam arcendo iniicit manum in clericum, non incidit in excommunicationem, d. cap. si verò il 1. de sent. excommun. Sayr. d. lib. 3. c. 28. n. 27. Ægid. de Conink d. tom. 2. disp. 14. n. 193. Bonac. d. disp. 2. quæst. 4. num. 2. vers. secundus, Beller. dict. tit. de fauore cleric. Canon. § 2. n. 34. & § 31. n. 28. adiicientes quòd si talis officialis, puta ostiarius, id faceret animo maligno, ex proposito scilicet intendens clericum verberare sine sufficienti necessitate, incurret excommunicationem, sed soli Episcopo reseruatam, à quo absolui poterit nisi clericum grauiter vulnerasset.

Vt nullus Episcoporum ipsum absoluere præsumat.] 76
Ergo in clericos impias inferens manus, non potest absolui nisi à Summo Pontif. sicuti resoluunt citati à Carolo de Graff. d. effectu 9. à n. 148. Plures tamen enumerantur in iure casus, in quibus Episcopi ab excommunicatione contracta pro violenta manuum iniectione in clericum absoluere possunt, quos omnes in vnum redegi de officio, & potest. Episcop. part. 2. alleg. 41. per totam, & nunc breuiter eos recensere operæ pretium duxi.

Primus igitur casus, quo Episcopis absoluere per- 77
mittitur, est quando percussio fuerit leuis, vt probat c. peruenit, de sentent. excommun. & resoluunt Iacob. de Graff. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 40. num. 51. cum seqq. Bonacin de censur. disput. 4. quæst. 4. punct. 5. Beller disquisit. cleric. tit. de fauore cleric. Canon. §. 3. à n. 33. Carol. de Graff. de effectib. cleric. effectu 9. à n. 173. Paul. Laymann. in Theologia morali lib. 1. tract. 5.
part. 2. c. 5. n. 10. vbi leuem percussionem illam repu- 78
tat, quæ nullam maculam, aut lacerationem carnis, nec membri mutilationem, dentium euulsionem, multorum capillorum extractionem, nec sanguinis immodicam effusionem attulit, neque ex circumstantiis aggrauata est, & Portel d. verb. manus violenta, in addit. n. 6. vers. percussio. Denique quæ dicatur modica, siue leuis percussio, quæ autem grauis, siue enormis, viri prudentis, etiam Confessarij iudicio discerni debet, non ex sola percussione læsionéve, sed etiam ex circumstantiis personarum percutientis, ac percussi, loci, temporis, sequuti scandali, &c. vt per Nauarr. in man. cap. 27. n. 91. Couar. in cap. alma, p. 1. §. 9. n. 2. Molin. d. tract. 3. disp. 57. Sayr. d. l. 3. c. 28. n. 34. Bellet. d. §. 3. n. 34.

Vnde percussus in platea, vel in Ecclesia etiam 79
leuiter, dicitur atrox iniuriatus, propter quod sic percutiens non valet per Episcopum absolui, quia hæc percussio non potest dici leuis, ex quo est notoria, ita gloss. verb. mutilationem, in cap. cum illorum, de sent. excom. vbi Abb. n. 9. Iacob. de Graff. d. c 49. n. 56. Bellet. d. §. 3. à num. 36. Bonac. d. quæst. 4 punct. 1. num. 2. vers. mediocris.

Secundus casus est. Si clerici in communi socie- 80
tate viuentes se mutuò percutiant, ab Episcopo suo absolui possunt, nisi facti atrocitas aliud exigat, cap. quoniam, de vita & honest. cler. Layman d. cap. 5. n. 10. vers. 11. Bonac. d. punct. 5. n. 3. in princ. Nouar d. c. 27. num. 91. in princ. Beller. d. cap. 3. num. 5.

Tertius. Regularis Regularem eiusdem claustri 81
percutiens non enormiter, à Prælato suo absolui potest, sin verò Abbatis discretio ad delinquentis correctionem non sufficiat, adhibendus est Episcopus, cap. Monachi, cap. illorum, cap. canonica, de sent. excommun. Nouar. Bonac. & Beller proximè citatis locis, Laym. d. n. 10. vers. 11. Carol. de Graff. d. effect. 9. n. 171. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 20. art. 12.
vbi

vbi subdit quòd verba *d.c. Monachi*, ibi, *in claustro*, non ponuntur quasi innuant quòd si extra claustra se percusserint, ab Episcopo, & non à suo Prælato debeant absolui, sed quia hoc crebriùs in claustro contingit, & *art.* 19 notat quod si Prælatus Regularis non sit sacerdos, & nullus alius sit sacerdos Regularis in conuentu, vel si sit excommunicatus, aut aliter impeditus, potest eius subditus absolui ab Episcopo à minori clerici læsione.

82 Si autem tegularis percutiat regularem sub alio Prælato constitutum, absolui etiam potest à proprio Prælato (si percussio enormis non fuit) præsente tamen Prælato percussi, vt iniuriam condonet, ac pœnam in satisfactionem definiat, sicut colligitur ex *d.c. cum illorum*, § *si verò claustralis*, vbi Host. *n.* 14. & Abb. *num.* 13. Laym. *loco proximè citato.*

83 Quando verò Superior percusserit suum subditum, potest ipse secundùm priuilegia absolui ab alio sacerdote subdito suo electo ab ipso in confessorem, & si subditus, & Prælatus se inuicem percusserint, & in conoentu non sit aliquis, qui eos valeat absoluere, possunt adinuicem se absoluere, vt resolsoluunt Fr. Emman. *d. quæst.* 20. *a.* 12. Cortol. *de casib. reseruatis par.* 2. *casu* 10. *de iudic. Regul.* §. 10. *num.* 17. *vers. nam licet*, vbi aduertit quòd licèt de iure communi excommunicatus maiori excommunicatione non possit alium patiter excommunicatum absoluere, ex notatis *in c. audiuimus* 24. *q.* 2. in casu tamen necessitatis vbi non est alius Religiosus, qui possit eos absoluere, potest excommunicatus alium excommunicatum absoluere.

84 Nouitius, qui ante Religionis ingressum excommunicationem huius Canon. incurrit, ab Abbate absolui non potest, ex Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gl.* 8. *n.* 31. quicquid dicant Bonac. *dict. disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 1. *propè fin.* Laymann. *dict. cap.* 5. *in fine, vers cæterùm.*

85 Si religiosus aliquis manus violentas in clericum iniecerit, ab Episcopo absolui potest eo in casu, quo secularis clericus posset, si alium clericum percussisset, videlicet si percussio leuis fuit, iuxta *c. Religiosi, de sent. excom. lib.* 6. Fr. Emman. *d. to.* 1. *q.* 20. *art.* 12. Molin. *tract.* 3. *disp.* 60. *in fin.* Laym. *vbi proximè*, & tetigi *d. part.* 2. *alleg.* 41. *n.* 18.

86 Quartus. Monialis si monialē, vel conuersam, aut clericum percusserit per Episcopum, in cuius diœcesi Monasteria fuerint, absolui potest, *c. de monialibus*, vbi *gl. fin.* & Doct. *de sentent. excommun.* Syluest. *in summa verbo absolutio* 4 *n.* 3. *Bellet. d.* §. 3. *n.* 4. qui hoc procedere asserunt tam in exemptis, quàm non exemptis.

87 Quintus. Filij impuberes ab Episc. absolui possunt non solùm ab excommunicatione leuis, sed etiam mediocris, & enormis percussionis factæ tempore impubertatis, *c. vlt. de sentent. excom.* Bellet. *d.* §. 3. *n.* 20. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *n.* 172. Bonac. *d. n.* 3. *vers. quintus casus.*

88 Sextus. Ianitor, seu officialis si turbam arcendo clericum percusserit animo maligno, & ex proposito, scilicet intendens clericum verberare sine sufficienti necessitate, potest ab Episcopo absolui, nisi fortè grauiter vulnerauerit. *c. si verò il* 1. §. *officialis, de sentent. excommun.* Sayr. *d. lib* 3. *cap.* 28. *n.* 27. Ægid. Conink *d. disp.* 14. *num.* 193. Bonacin. *d. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 5. *n.* 3. *vers. secundus*, Bellet. *d. tit. de fauore cleric. Canon.* § 3. *num.* 22.

98 Septimus. Impedimentum legitimum habens, propter quod excommunicatus non potest Summum Pontificem adire sine graui periculo vitæ, ab Episcopo absolui poterit, *c. de cætero, de senten. excom.* Henriquez *in summa lib* 6. *de pœnit. cap.* 11 *n.* 5. Soari *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. *n.* 4. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 63. *n.* 2. Sayr. *lib.* 3. *c.* 28. *n.* 39 Hieron. de Monte *q.* 15. *n.* 29. & 30. Zamban. *de casibus in articulo mortis. cap.* 4. *dub.* 4. *n.* 14. Bellet. *d. tit. de fauore cleric. Canon.* §. 3. *num.* 12. Bonac. *d. punct.* 5. *num.* 3. *vers. tertius*, Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *à n.* 181. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 13. *n.* 9.

Impedimentum iustum habet is, qui ire non potest, licèt mittere valeat pro absolutione, secundum Henriquez *d. lib.* 6. *c.* 9. §. 7. & *l.* 13. *de excom. c.* 29. §. 3. Vgolin. *de cens. Pontifici reseruat. p.* 3. *c.* 2. *verbo nisi in mortis articulo*, §. 4. *n.* 4. *vers. item habet locum*, & *de censur. tab.* 1. *c.* 4. *n.* 13 *in fine.* Sanchez *d. c.* 13. *num.* 41. Exemplificando in habente curam animarum si timet eas ob suam absentiam damnum notabile accepturas, nisi tamen idoneum Vicarium constituere possit: & in habente vxorem, & filios, quos in extrema necessitate relictos esse agnoscat, illos enim ab Episcopo absolui posse resoluit Sayr. *d cap.* 28. *n.* 38. Idem dicendum esse de eo, qui propter capitales inimicitias non possit Romam adire, etiam si eas ex culpa contraxerit, *d. cap. de cætero*, ibi, *capitales inimicitias*, vbi ego ipse *in collect. num.* 2. Sayr. *d. cap.* 28. *n.* 16. Zambran. *de casibus in articulo mortis*, *c.* 4. *dub.* 4. *n.* 14. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *n.* 158. Bellet. *d* §. 3. *n.* 11. & 18. Bonac. *d. n.* 3. *vers. tertius*, Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9 Quæ autem dicantur capitales inimicitiæ vide quæ dixi *de officio*, & *potest. Episcopi, part.* 2. *alleg.* 41. *num.* 10. *cum seqq.* 90

Octauus. Inops, id est, tanta paupertate grauatus, 91
quod Romam pro absolutione accedere non valet, si clericum percusserit, ab Episcopo absolui potest, *c. quod de his*, *c. quamuis, de sentent. excom.* Hieron. de Monte *d. q.* 15. *à num.* 6. Carol. de Grassis *de effectu* 9. *num.* 164. Aluarez de Velasco *de priuileg. pauperum, part.* 2. *q.* 65. §. 1. *n.* 177. *pag.* 42. Beller *d.* §. 3. *num.* 24. vbi cum Host *in d. cap. quod de his n:* 1. & Abb. *in cap. ea noscitur, n.* 5. *de sentent. excomm.* resoluit hoc habere locum in eo paupere non mendicante, sed viuente ex suo artificio, de quo etiam Azeued. *l.* 2. *n.* 46. *tit.* 18. *lib:* 4 *noua recopil.*

Nonus. Æger, siue valetudinarius, aut quacunque 92
corporis impotentia impeditus, & fortiori membrorum destitutus, ab Episcopo suo absolui potest ab excommunicatione incursa ob violentem manuum iniectionem in clericos, etiamsi infirmitas temporalis sit, puta in febre tertiana, quartana, vel podagra, ita Abb. & Innoc per text. *ibi in d. c. quod de his*, Carol. de Grass. *d. effectu* 9. *n.* 162. Sayr. *d. c.* 28. *n.* 24 Bellet. *d.* § 3. *n.* 25. Infirmi autem, & valetudinarij dicuntur ex consilio medicorum, Roland. *cons.* 22. *n.* 20. *ad fin. lib.* 3. Menoch. *de arbitrar. casu* 60 Farin. *in praxi crimin part.* 2. *quæst.* 76. *num.* 90.

Decimus. Senex potest ab hac excommunicatio- 93
ne per Episcopum absolui, quamuis fortis sit ad ambulandum, *c. ea noscitur* 12. *de sentent. excom.* vbi ego ipse *n.* 3. Carol. de Grass. *d. effectu* 9. *à n.* 160. Sayr. *d. c.* 28. *n.* 25. Bellet. *d* § 3. *n.* 26. Qui autem senes dicantur, arbitrio iudicis relinquitur, ex Menoch. *de arbitr. casu* 59. & *de præsumpt. l.* 6 *præs.* 46. *n.* 25. Flamin. *de resig. benef. lib.* 5. *q.* 6. *à n.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 92. *n.* 22. vbi refert senem dici de anno 50. perfecto vsque ad annum 70.

Vndecimus. Seruus, & filius familias, seu quiuis 94
alius existens in potestate alterius, potest ab Episcopo ab excommunicatione de qua *hic*, modò dominus graue damnum inde patiatur, absque sua culpa ex serui absentia, *cap. mulieres* 6. *de sentent. excommunic.* Carol. de Grassis *dict. effectu* 9. *num.* 167.

Bonac.

Bonacin. d. quæst. 4. puncto 5. n. 3. vers. septimus, Bellet. d. §. 3. n. 29.

95 Duodecimus. Molieres cuiuscunque sint ætatis, & conditionis, possunt ab Episcopo absolui ab excommunicatione, de qua hic, cùm illis periculosum sit peregrè proficisci, & se virorum cœtibus immiscere, d. c. mulieres, d. c. ea noscitur, Nauar. d. c. 27. n. 88. Tiraquel. l. 13. connub. gloss. 1. p. 10. n. 33. Sayr. d. lib. 3. cap. 28. n. 18 vers. tertius casus, Hieronym. de Monte q. 15. num. 6. Carol de Grass. de effectu 9. n. 159. Bellet. d. §. 3. n. 17. Bonacin. d. n. 3. vers. sextus.

96 *Nisi mortis vrgente periculo.*] Eo enim casu nullus est casus reseruatus, immo quilibet simplex Sacerdos poterit constitutos in articulo mortis, etiamsi sint excommunicati, & denunciati etiam ob hæresim, vel aliud quodcunque delictum, & habentes peccata etiam enormia & reseruata absoluere, per Concil. Trident. sess. 14. de sacrā. pœnit. cap. 7. vers. vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, per quod ita resoluunt Sot. in 4. dist. 18. q. 4 art. 4. Gerad. sing. 12. Couar. in c. alma mater, p. 1. §. 11. n. 8. vers. quod si mortuus, Cordub. in tract. casuum conscientia q. 18. vers. el segundo punto es, Nauar. in princ. de pœnit. dist. 6. n. 7 Gut. canon. lib. 1. c. 1. n. 58 & 59. Auil. de censur. part. 2. c. 6. dub. 5. disput. 3. conclus. 4. Sayr. in simili tract. lib. 2. c. 18 Bonacin. eodem tract. disp. 1. q. 3. puncto 3. n. 3. & disp. 2. puncto 2 §. 4. n. 3. vers. secunda, Valent. tom. 4. disp. 7. q. 10. puncto 2. Viuald. in candel. aureo tit. de absol. n. 59. Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 26. sect. 4. & tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 14. Anton. Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 2. cap. 9. §. 18. & part. 3. c. 6. §. 9. à n. 19. Paul. Comitol. respons. mor. lib. 2. q. 21. n. 1. & q. 22. num. 2. & lib. 5. q. 14. n. 3. Valer. Regiual. in praxi fori pœnit. lib. 1. à n. 58. Coriol de casibus resern. part. 1. sect. 2. art. 26 Homob. de Bonis de humanæ vitæ statib part. 1. c. 16. vers. porrò. Ledesma in sum part. 1. de sacra. vbi. de pœnit. cap. 14. Ægid. de Conink de sacrā. & censur. tom. 1. disput. 8. n. 90. cum seqq. Sanch. in precep. Decal. tom. 1. lib. 2. c. 13. Campan. in diuersitate Canon. rub. 1. num. 110. Aloys. Ric. in decis. Curiæ. Archiep. Neapol. decis. 20. p 4. Sanch. in precepta Decal. tom. 1. l. 2. c. 13. Ioan. Valer. de diff. inter vtrumque forum, verbo excommunicatio differ. 23. & verbo pœnitentia differ. 9. Fagundez in quinque Ecclesiæ precepta part. 2. lib. 5. cap. 1. à num. 716.

97 Articulus mortis in præsenti materia dicitur non solum periculum mortis proueniens ex infirmitate, sed quodlibet probabile periculum mortis quod contigit quando adest probabile periculum de morte, quæ vt plurimum soleat in illo euentu contingere, colliges hæc ex resolutis per Vioald. in candel. aureo tit. de absolut. n. 60. Zerol. in praxi de pœnit. cap. 15. q. 7. Vasq. de pœnit. q. 93. art. 1. dub. 5. num. 2. Fr. Emman. in explic. Bullæ Cruc § 9. dub. 3. Molfes. in sum. Theol. moral. tract. 7. cap. 15. n. 77. Coriol. de casib. reseru. p 1. sect. 2 art. 16. à n. 2. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1, compar. 18. n. 18. Ioan. Valer. dict. verbo Pœnitentia differ. 23.

98 *Aut qui de principali iudicio, &c.*] Sacrilegium enim est de potestare Papæ, seu alterius Principis dubitare, gloss. verbo iudicare in c. patet 9. quæs. 3. Ias. in l. Barbarius ff. de officio Prætor. n. 35. & in l. 1. ff. de constit. Princip. num. 3. Dec. cons. 602. n. 1. & cons. 603. n. 1. & cons. 588. n. 2. cum seqq. Cran. cons. 296. num. 3. vers. venio nunc, vol. 2. Ioan. de Roias in epitome success. cap. 23. v. 67. cum seq. Afflict. decis. 265. n. 61. cum seqq. Lambert. de iurepatr. in 4. art. 8. q. princ. 1. p. lib. 1. n. 2. Ferdinac. de Mendoç. disp. iur. Ciuil. lib. 1. c. 5. num. 2. Hieron de Monte var. iuris q. 6. n. 48. cū seqq. Lancel. Conrad. in templo omnium iudicum l. 1. c. 1. §. 1. quæs. 2. 9. fol. 3. & §. 4. tit. de præst. & potent. Imper. vero Imperator habet dominium vniuers. num. 4 fol. 64. Burg. de Pace in proœm. legum Tauri, num. 347. Sebast. Medic. de legib. & statut. p. 1. q. 8. in princ. Matien. l. 6 gloss. 2. n. 4. tit. 10. lib. 5. nouæ recop. Menoch. cons. 103. vol. 1. Dionys. Paul. Lopys. in tract. de vera quatuor Patriachal. Sedium erect. cap. 10. num. 83.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæi, aut hi, qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetere possunt.*

2 *Iudæus an possit esse arbiter, Aduocatus, vel Procurator inter Christianos, remissiuè.*

3 *Infidelis de nouo factus Christianus contra fidelem testimonium dicere non potest, sed contrarium verius, vt num. 4.*

5 *Neophyti ad publica officia promoueri non possunt.*

Cap. Constituit. XXXI.

Ex Toletano Concil.

IVdæi, aut hi, qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetere possunt, nec ea exercere permitti debent, quod si quis fieri permiserit, veluti sacrilegus anathematizetur, & Iudæus publicis cædibus deputetur, vt per Bobadil. in sua politica lib. 1. c. 4. n. 29. Sanch in precepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 28. n. 15. de intellectu latè agit Anton. de Fuctes. Canon. lect. lib. 1. c. 4. vbi dicit textum in præsenti agere & tractare de Iudæis, qui in obseruatione legis Iudaicæ perseuerant, itaut illa verba text. vt Iudæi, intelligantur de Iudæis, & filiis Iudæorum, & de his, qui Iudæi origine sunt: illa verò, aut hi, qui ex Iudæis sunt, de Iudæis, qui ritu, & obseruatione sunt Iudæi, nempe de iis, qui cum Gentiles essent, ad Iudaismum transierunt. 1

De materia huius text. latè agit D. Anton. Ricciul. suo tract. de iure personarum extra gremium Eccl. existent. lib. 2. c. 22. per tot. & c. 23. tractat an Iudæus possit esse arbiter inter Christianos, & c. 24. an possit exercere officium Aduocati, & c. 25. an possit adipisci gradus Doctoratus, & c. 26. an possit esse procurator, & c. 27. an possit esse Notarius. 2

Aut hi qui, &c.] Per hunc text. tenent DD. infidelem etiam de nouo factum Christianum contra fidelem testimonium dicere non posse, vt in specie tenent Roman. sing. 669. Hippol. sing. 107. idem in effectu sequitur Felin. in c. eam te, verbo infidelitas n. 12. Dec. n. 6. Rip. n. 30. de rescrip. Ias. in rub. à princ. ff. de iustit. & iure. Pro quibus etiam facit quia Baptismus sicut criminis præcedentis accusationem non tollit, secundùm gl. vlt. communiter receptam in c. gaudemus, de diuers. ita similiter non tollit maculam, quæ ab extrinseco, non verò à peccato proueniens contracta est, arg. text. in c. acutius 28. q. 3. & in cap. si quis viduam. 34. dist. ac subinde cùm prohibitio testificandi respectu infidelis fundetur in macula personæ cohærenti, & aliunde proueniente, vtique videtur per Baptismum non extingui talem effectum, sed stante illo nouiter conuersum ad testimonium, non admitti. 3

Verùm contraria sententia nobis verior videtur, & tenenda quoad habilitatem personæ, licet de testimonio illius aliquid in fide diminui possit, in qua specie videtur posse procedere sententiam de qua suprà. Ratio huius opinionis fundamentalis illa esse videtur, quia licèt labij defectus, & maculæ ab 4

extrin

extrinſeco prouenientes in baptizato retineantur,vt ſupradicti DD.probare intendunt,nihilominus negandum non eſt per illum ceſſare infidelitatem hominis facti Chriſtiani, qua ceſſante apertè ceſſat fundamentum, in quo legis prohibitio fundatur,ac proinde cum eiuſdem legis ratio tantum infidelem reſpiciat, imo de illo apertè loquatur, nihil mirum ſi ceſſare videatur in baptizato, & nouiter conuerſo, qui per Baptiſmum non iam infidelis, ſed fidelis exiſtit. Accedit,quia infidelis per ſuum Baptiſmum, non ille,qui antea erat,ſed alius nouus homo reputatur,iuxta illud Domini, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu ſancto*,habetur *in cap.debitum,de Baptiſmo*;facit illud *Ezech.c.36.* ibi, *effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini*, &c. quæ verba de Baptiſmo intelliguntur, prout interpretatur Sot.*in 4.diſt.6.q.1.art.1.*Qua retenta opinione non obſtant fundamenta in contrarium, & in primis ad hunc text. reſpondetur nihil probare in fauorem contrariæ ſententiæ, ſiquidem tantummodo dicit ad officia publica tales non eſſe admittendos,quod longè diuerſum eſt,& in alia longè diuerſa ratione fundatur,prout conſiderat Iaſ. & Felin. *d.locis.* Ad poſterius fundamentum ſatisfit ſi dicas quòd licet fateamur plures maculas in baptizato remanere, purà infamiam, & alias, quæ non ex peccato, ſed aliunde proueniunt,nihilominus negandum non eſt ceſſare infidelitatem, & conſequenter maculam illam,quæ ex eadem infidelitate reſultat, & ſic cum legis prohibitio reſpiciat tantum infideles,& in eadem infidelitate fundetur,non habebit locum in illo,qui talis non eſt per Sacramentum Baptiſmi.

5 In gl. *Qui ex Iudæis.* ibi,*vel loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuerſis.* Notatur ad hoc quòd neophyti ad publica officia promoueri non poſſunt, vt per Roman.*ſing.679.* incip. *Nunc veniamus*,Felin.*in c.eam te,de reſcript.ſub n.12. verſ. limita ſecundò* vbi Dec.*n.33.*Ripa *n.30.& 31.*Lambert.*de iure patronat. lib.1.part.1.q.7.art.3.n.31.*Tiraquel.*in tr.ceſſante cauſa limit. 12. num. 11. & de pœnis temper. cauſa 91. num.19.* Mandoſ.*de ſignatura gratiæ, tit. diſpenſatio cum neophytis*,Cooat.*in Clement.ſi furioſus par.1.§.2. n.8.verſ.quarta concluſio*,Caſtald.*de Imper.q.75. n.5.* Rouit.*in Rub.de Iudæis n.4.*Perez *l.9.tit.1. lib.1.Ordinam.pag.34* & diſtinguit Ant.Ricciul.*in tr.de neophytis c.5.à princ.* Et quid ad eccleſiaſtica beneficia, vide quæ dixi *de offic.& poteſt.Epiſc. part.1. tit.2. gl. 17. à n.22.*

Cap. Vxor. XXXIII. *Gelaſius.*

2 Collige ex text.obligatum ad reddendas rationes gaudere immunitate Eccleſiæ,vt per Nau. *in man.c.24.n.19.in fine*,Decian. *in tract.crimin.lib.6. cap.19. n.28.* vbi loquitur de obligatis ad ratiocinia publica,concluditque eos gaudere debere immunitate eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 *Bona conſicientis ad Eccleſiam non poſſunt exinde extrahi,nec ei aliud quodcunque nocumentum inferendum eſt ad hoc vt ab Eccleſia egrediatur.*

2 *Confugiens ad Eccleſiam poteſt extra illam tutus exire ad exonerandum corpus, modò ſtatim redeat.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus an teneatur conſignare iudici ſeculari confugientem ad ſuam Eccleſiam etiam ob caſus non exceptos recepta ab eo iurata promiſſione, vel cautione de non puniendo delinquentem corporaliter,oſtenditur.*

4 *Confugientibus ad Eccleſiam de expenſis quis prouidere debeat,remiſſiuè.*

Cap. Diffiniuit. XXXV.

Ex Concil. Tolet. XII.

1 A*Vt quodcunque nobilitatis*,&c.]Notatur ad hoc quòd ad Eccleſiam confugienti nec bona auferri poſſunt, nec aliud quodcunque nocumentum ſibi inferri ad hoc vt ab Eccleſia egrediatur, vt per Archid.*poſt num.1.in verbo damni,& in verbo ſpolij*,& Turrecr.*in ſummario*,vbi generaliter dicit quod perſonis, aut rebus fugientium ad Eccleſiam nulla debet iniuria inferri,Soar.*de Relig.tom.1.lib.3. cap.12 num.3.*

2 *Qualiter ad requiſita naturæ vſum*, &c.] Ex hoc text. vulgo colligitur quod extra Eccleſiam, & Eccleſiæ immunitatem poteſt quis exire ad exonerandum corpus modò ſtatim redeat, vt per Mantu. *conſ. 60.poſt n.17* Decian.*in tr.criminal.lib.6.cap.27.n.6.in fine*,Mari.Ital.*de immun.Eccl.lib.1.c.4.§.7.n.12. verſ. ratio autem,& c.7.§.2.n.26.*vbi tamen declarat ſi infra fines Eccleſiæ non fuerit alius locus opportunus ad id perficiendum.

3 *Ipſos autem,qui ad Eccleſiam*,&c.]Notatur ad hoc quod iudex eccleſiaſticus tenetur conſignare iudici ſeculari confugientem ad ſuam Eccleſiam etiam ob caſus non exceptos recepta prius ab eo iurata promiſſione,vel cautione de non puniendo delinquentem corporaliter,nam relato decreto Conc. Toletani de quo *in præſenti*, quo prohibetur confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes in ea inde extrahi (& ſic loqui videtur in caſibus non exceptis)ſubditur poſtea quod ſi Eccleſiæ Sacerdos ſæculari iudici petenti,& inſtanti confugientem præſtito iuramento de impunitate non conſignauerit, & ab Eccleſia non abſtraxerit, ſi delinquens, qui ad Eccleſiam confugit,forrè aufugerit,tenetur idem Sacerdos ad damna, & ſic *in hoc text.* videtur probari Eccleſiæ Rectorem teneri reddere ad eam confugientem iudici illum petenti præſtito iuramento prædicto, vt per gl.*verbo diffiniuit in verſ.ſi verò dato Sacramento*, Archid.*n.4 in verbo Sacerdos*, Turrecrem.*n.4.eodem verbo,in præſenti*,Alexand. *conſ.145. n.3. verſ.etiamſi ſit delictum graue lib.7.*Villag.*de extenſ.leg.c.fin.ex n. 8.vſque ad n.14.* vbi pluribus nititur probare quando iudex ſæcularis promittit reum non punire corporaliter, & ſi opus fuerit cautionem præſtiterit, tunc iudex eccleſiaſticus tenetur confugientem ad eccleſiam illi conſignare, non diſtinguendo inter caſus exceptos,& non exceptos, Soar.*de Relig. tom. 1.lib.3.c.13 poſt n.3.*vbi dicit quod ſi iudex eccleſiaſticus habet à iudice ſeculari ſecuritatem prædictam poteſt dare licentiam extrahendi, & Azor. *inſt. moral.p.2.lib.9.c.9.q.10.* quæ omnia hodie non procedunt ſtante conſtitutione Gregorij XIV.

4 In gl. *defendatur.*ibi,*Sed quis prouidebit illis interim in expenſis? reſpondeo Eccleſia.*Vide Corduba de Lara *in l ſi quis à liberis §.ſolent.n. 46. ff. de liber.agnoſc.*Sord.*de alim.tit.2.q.73.*

SVMMARIVM.

1 *Palatium Epiſcopi gaudet eccleſiaſtica immunitate etiam Epiſcopo mortuo,vel abſente, niſi fuiſſet alteri locatum.*

2 *Confugiens ad Ecclesiam puniri potest ad damna, & interesse passa per eum in quem deliquit.*
3 *Palatium Episcopi gaudet ecclesiastica immunitate, qua gaudet Ecclesia, etiam quòd non sit intra confines, sed ab Ecclesia distet.*

Cap. Id constituimus. XXXVI.

Ex Concil. Aurel. I.

1 VEl *domo Episcopi*, &c.] Notatur ad hoc quòd confugiens ad domum, seu palatium Episcopi, inde inuitus extrahi non potest, non aliter ac si ad Ecclesiam confugisset, vt per Anast. Germ. *de sacrorum immunit. lib. 3. c. 16. n. 45. cum seqq.* Villag *de extens. legum, cap. fin. num. 37.* Mar. Anton. Genuens. *in pract. Archiepisc. Neapol. c. 22. num. 10. in 1. edit.* aliàs *cap. 17. num. 10. in vltim. correcta impress.* Ambrosin. *de immunit. & libertate Eccles. cap. 10. num. 7. in princip.* Mari. Ital. *de immunit. Ecclesia lib. 1. cap. 4 § 9. n. 1.* vbi *n. 4.* ampliat etiam Episcopo mortuo, vel absente, & *n. 13.* ampliat quoque in palatio Episcopi, quando per suam diœcesim moratur in visitatione, & *n. 5.* limitat quando Sedes Episcopalis aliò translata fuerit, & *num. 8.* etiam limitat quando Episcopo mortuo, vel absente, palatium Episcopi fuisset alteri locatum.

2 In gloss. 1. in figuratione casus, ibi, *componi, id est, damnum resarciri, vel debitum reddi.* Notatur ad hoc quòd confugiens ad Ecclesiam puniri potest ad damna, & interesse passa per eum, in quem deliquit, ciuili tantùm pœna pœcuniaria ad satisfactionem partis, vt per Archid. *n. 1. ad med. in verbo compono,* Bellam. *n. 4. ad finem,* & Turrecrem. *n. 1. ante finem in præsenti.* Mari. Ital. *dict. lib. 1. cap. 6. §. 3. in discursu,* ebi voluit quòd confugiens ad Ecclesiam, nec etiam pœna exilij puniri possit, sed tantùm ad damna, & interesse.

3 In gloss. *Vel domo.* vbi, *idem tamen priuilegium habet, si est extra illos passus.* Notatur ad hoc quòd Episcopi palatium gaudet eadem immunitate, qua gaudet Ecclesia, etiã quòd non sit intra confines triginta, & quadraginta passus, sed ab Ecclesia distet, vt per Archid. *num. 3.* & Bellam. *n. 5. in fine vers. in prima gloss. & num. 6. in præsenti,* Nauar. *in man. cap. 25. n. 18.* Bajard. *ad Clar. § fin. q. 30. num. 10.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 45. cum seqq.* Card. Tusch. *practic, conclus. verbo Ecclesia conclus. 9. n. 11. & concl. 10. n. 8. & verbo immunitas concl. 59. n. 24.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 9. c. 8. quæst. 5.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. c. 13. n. 14.* Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 10. sub num. 9.* Mar. Ital. *d. l. 1. cap. 4. § 9. num. 1. cum seqq.* vbi respondet ad fundamenta Deciani *d. lib. 6. cap. 25. num. 14.* contrarium tenentis. Gambacurt. *de immun. Eccles. lib. 4. cap. 3. n. 5. & 7.* Ludou. Correa *in repet. cap. inter alia p. 2. num. 19. de immunit. Eccles.*

Cap. Si quis Seruum. XXXIII.

Ex Concil. Martini.

1 EX hoc text. tam in 1. quàm in 2. colligit Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 16. q. 8.* non licere seruis aliquid Deo polliceri, quod debitum domino obsequium vel ea toto, vel ea parte perturbet. Vide quæ dixi ad *cap. si quis incognitus 17. q. 2.*

Cap. In venditionibus. XL.

Ex Concil. Agathensi.

EX Concilio Agathensi *cap. 56.* relato *in hoc text.* colligitur quod sine licentia Episcopi quicquid Abbas vendiderit in irritum deducitur. Vide Menoch. *cons. 73. n. 2.* Rot. *dec. 59. n. 1.* apud Farin. *in 1. collect. nouiss.* alias *part. 4. diuers.* 1

Cap. Quicunque vult. XLIII. & vlt.

Augustin.

AVgustinus *in serm. 2. de vita clericorum,* relatus *in hoc text.* ait non esse exhæredandum filium, vt Ecclesia instituatur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 4 præs. 189. n. 21.* vbi addit fortiorem esse præsumptionem pietatis paternæ erga filios, quàm erga causam piam, Tiraqoel. *de pia causa in præfat. versic. quis etiam;* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 8. dub. 2. n. 1.* Vnde huic solet deduci, quòd fauor filiorum præponderat piæ causæ, vt per Surd. *de alim. tit. 9. q. 9. n. 15.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 32. n. 31.* Spin. *in speculo testam. gl. 20. princ. n. 42. ad fin.* 1

In gl. *Non reddere.* ibi, *nam si aliquis liberto suo, &c.* Notatur ad hoc quod *l. si vnquam, C. de reuocand. donat.* habet locum in donatione, quam facit patronus liberto, vt per Tiraquel. *in eadem l. si vnquam, verbo libertis n. 40. & num. 82.* per hanc gloss. tenet illam legem pariter locum habere in donatione facta Ecclesiæ, de quo etiam Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. voluntatum, lib. 10. tit. 7. num. 7.* 2

CAVSA XVIII.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Regulares obseruantias an & quando teneatur obseruare Religiosus factus Episcopus, ostenditur.*
2 *Religiosus ad dignitatem Episcopalem euectus, omninò absoluitur etiam quoad culpam ab iis Religionis obseruantiis, quæ officio Episcopali obstant, ab aliis verò obseruantiis, quæ per se nec promouent perfectionem, nec impediunt, potest talis Episcopus secum dispensare pro ratione loci, temporis, & personarum.*
3 *Religiosus factus Episcopus sub peccato minimè obligatur, sed tantum ex quadam honestate, ad obseruantias Regulares, quæ Pontificium munus non impediunt, nec dignitatem dedecent.*
4 *Compaternitatem contrahere licitum est Religioso facto Episcopo.*
5 *Religiosus creatus Episcopus nullatenus peccat, sed potest licitè carnibus vesci feria sexta, in qua Natale Domini incidit.*
6 *Religiosus ex Fratribus Minimis ad dignitatem Episcopalem euectus potest carnibus vesci.*
7 *Religiosus creatus Episcopus non tenetur diuinum officium iuxta suæ Religionis ritum persoluere.*
8 *Priuilegiis Religionis non gaudet Religiosus factus Episcopus.*
9 *Voto castitatis tenetur Religiosus Episcopus, sicut antea tenebatur.*
10 *Obedientia votum per assumptionem Religiosi ad Epis*

Episcopalem dignitatem non relaxatur, sed limitatur, quodammodo, cum assumpta illa dignitate à sui Prælati subiectione eximatur, solique Romano Pontifici subdatur.

11 *Religiosus ad dignitatem Episcopalem promotus manet obstrictus obtemperare Pontifici non solum generali obedientia, sed etiam peculiari eius voto.*

12 *Religiosus ad Episcopalem dignitatem euectus non absoluitur à paupertatis voto, nec efficitur dominus redditnum Ecclesiasticorum, sed solum administrator, & n. 13.*

14 *Religiosus Episcopus creatus quicquid acquirit, etiam ex donatione, propria industria, aut labore, sua Ecclesia, non autem monasterio acquirit.*

15 *Religiosus ex familia Fratrum Minorum factus Episcopus ius succedendi parentibus, & agnatis administrandique bona vndecunque acquisita recuperat, & ipsi mortuo sua succedit Ecclesia.*

16 *Religiosus Episcopus titularis acquirit Pontifici.*

17 *Religiosus factus Episcopus incipit acquirere sua Ecclesia à tempore confirmationis, possessioneque sua Ecclesia accepta, licet nondum sit consecratus.*

18 *Religiosus factus Episcopus eximitur ab obedientia Prælatorum Regularium à die confirmationis.*

Cap. Statutum. Vnic.

1 QVEM *Canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit.*) Intellige quoad obseruantias Regulares ex regulæ præcepto debitas, & pœnas transgredientibus impositas, hoc enim minime conuenit magistris perfectionis, quales sunt Episcopi, sed discipulis solis Prælato subiectis. Sicut enim discipulum cum iam præceptor effectus est, decet quoque studere, ac meditari instar discipulorum, & non ita, vt si id non præstet, sit more ipsorum vapulaturus; sic Episcopũ Religiosum, qui ratione status ex discipulo in magistratum transiit, decet quoque obseruationes Regulares seruare, non tamen ita vt instar aliorum Religiosorum puniendus sit pœnis, quæ in illarum transgressores indicuntur: quare ita resoluunt Caiet. 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. *dub.* 2. Couar. *in c.* 1. *de test. n.* 18. Valent. 2. 2. *disp.* 10. *q.* 3. *puncto* 8. *col.* 2. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 10. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 7. *q.* 4. Sanchez *in præcepta Decalogi l.* 6. *c.* 6. *n.* 17. Barthol. à S. Fausto *in thesaur. Relig. lib.* 6. *q.* 192. Et procedere in quocunque Religioso Episcopo etiam titulari, vel munus Pontificium deponente multis comprobat Sanchez *d. c.* 7. *n.* 17. *&* 28.

2 Quod adeo verum est, vt Religiosus ad dignitatem Episcopalem euectus omninò absoluatur, etiam quoad culpam ab iis Religionis obseruantiis, quæ officio Episcopali obstant, aut eius dignitati non congruunt, qualia sunt solitudo, clausura, silentium, & alia huiusmodi; ab aliis verò obseruantiis, quæ per se nec promouent perfectionem, nec impediunt, sed in casu solum iuxta varias circumstantias, potest talis Episcopus secum dispensare pro ratione loci, temporis, & personarum, cum quibus agit, sicut potuisset Prælatus dispensare cum illo, si adhuc subditus maneret, vt per D. Th. 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2 *q.* 58. *art.* 3. Fulu. Pecian. *consf.* 132. *n.* 31. *vol.* 1. Sanch. *d. c.* 6. *n.* 18. Bart. à S. Fausto *d. lib.* 6. *q.* 193.

3 Quoad cæteras denique obseruantias, quæ Pontificium munus non impediunt, nec dignitatem dedecent, sed per se, vel in casu magis iuuant ad perfectionem vitæ, dicendum est ipsum sub peccato minimè obligari, sed tantum ex quadam honestate, ac decentiæ debito. Ratio est, quia vt obseruantia Regularis obliget aliquem sub peccato, necesse est talem subiectum esse regulæ, & Prælatis, lex enim obligat tantùm subditum: at Religiosus factus Episcopus liberatur à iugo regulæ, vt probat text. *in præsenti*; ergo transgrediens in nullam incidit culpam: quare ita tenent Nauar. *cons.* 15. *n.* 11. *de Regularibus in antiq. alias cons.* 6. *n.* 11. *de donat. in nou.* Valent. *d. q.* 3. *p.* 9. Azor. *d. c.* 7. *q.* 4. Less. *de Iustit. lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 24. *n.* 113. Sanch. *d. c.* 6. *n.* 19. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 6. *q.* 194.

Ex quibus primò infertur Religioso facto Epis- 4
copo licitum esse tenere in Baptismo, & sic cum
compaternitatem contrahere, licet monachis id esset interdictum *in c. non licet lib* 1. *& in c. monachi, de consecrat. dist.* 4. ita resoluunt gl. *verbo absoluit, in præsenti text.* vbi Turrecrem. *n.* 6. Greg. Lop. *l.* 65. *verbo maioral. tit.* 5. *part.* Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 58. *art.* 3 Sanch. *d. c.* 6. *n.* 14. qui omnes afferunt exemplũ Gregorij, qui ex religione promotus in Cardinalem, factus est Mauritij Imperatoris compater.

Secundò infertur nullatenus peccare, sed posse li- 5
citè carnibus vesci feria sexta, in qua Natale Domini incidit, Religiosum creatum Episcopum, cui iuxta suæ Regulæ constitutiones is esus interdictus erat, per ea, quæ dixi *in collect. ad c. vlt. n.* 4. *de obseru. ieiun.*

Tertiò infertur Religiosum ex Fratribus Mini- 6
mis ad dignitatem Episcopalem euectum posse carnibus vesci, vt dixi *in collect. ad d. c. vlt. n.* 4.

Quartò infertur non teneri Religiosum creatum 7.
Episcopum diuinum Officium iuxta suæ Religionis ritum persoluere, quia ea obligatio ex regulæ præscripto insurgit, è quo liber est Episcopus, tum etiam quia debet suæ Ecclesiæ ritum sequi, & ideo ita tenent Azor. *d. c.* 7. *q.* 4. Sanch. *d. c.* 6. *n.* 25. Barthol. à S. Fausto. *d. lib.* 6. *q.* 194. *n.* 3. *in fin.*

Quintò infertur Episcopum Religiosum priuile- 8
giis suæ Religionis non gaudere cùm liber sit ab omnibus regulæ obseruantiis, iugóque monasticæ disciplinæ, vt per Mandos. *de priuileg. ad instar. gl.* 3. 11. Fr. Emman. *tom.* 2. *q. Regul. q.* 58. *art.* 4. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 33. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 6. *q.* 197.

Verum autem Religiosus factus Episcopus à tri- 9
bus Religionis votis sit liber, non erit abs re inue-
stigare, & in primis tenendum est illum non absol- 10
ui à voto castitatis, sed eo teneri, sicut antea tenebatur. Quoad votum vero obedientiæ minimè ab illo absolui dicendum est, sed quodammodo limitari, cum assumpto eo statu à sui Prælati subiectione eximatur, solique Romano Pontifici subdatur, vt optimè resoluunt Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *c.* 10. *n.* 4. Henriq. *lib.* 10. *de Sacr. Ordinis c.* 42. § 5. *& c.* 33. *in fin.* Vasq. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *disp.* 165. *c.* 8. *n.* 93. *in fine*, Azor. *d. c.* 7. *q.* 1. Less. *de Iustit. lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 14. *n.* 113. Fului. Pacian. *cons.* 132. *n.* 56. *vol.* 1 Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 6. *num.* 2.
Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 6. *q.* 189. Vnde infertur Re- 11
ligiosum ad dignitatem Episcopalem promotum manere adstrictum obtemperare Pontifici non solum generali obedientia, qua omnes Christi fideles tenentur ei obedire, & alia peculiari debita ratione iuramenti obediendi ipsi, quod omnes Episcopi præstant, sed etiam peculiari voto obedientiæ, quod omnes Religiosi in solemni professione emittunt, vt post Henriq. *d. c.* 33. *in fine*, & Suarez *de Relig. tom.* 2. *tr. de voto, lib.* 6. *c.* 7. *n.* 10. tradunt Sanch. *d. cap.* 6. *num.* 3. Bartholom. à S. Fausto *d. lib.* 6. *q.* 189. *num.* 6. *& num.* 7. subdit hinc posse Pontificem virtute illius voti præcipere Religioso ad Episcopatum promo-

to ea omnia, quæ sunt secundùm Religionis illius regulam, sicut ea potuissent præcipere superiores Religionis antequam ad dignitatem Episcopalem ascenderet, possetque illum ad Religionem reducere.

12 Quoad votum paupertatis totum est controuersiæ dissidium, quidam enim tenent Religiosum ad Pastoralem dignitatem euectum eximi à paupertatis voto, efficique verum dominum reddituum ecclesiasticorum instar Episcoporum secularium, ex quorum numero sunt Sot. *lib. 7. de Iustit. q. 4. art. 2. ad vlt. & l. vlt. q. vlt. col. 4.* Mich. à Metina *de sacrorum hom. continent. lib. 5. cap. 26. col. 2.* Vasq. *1. 2. q. 96. art. 4. disp. 165. c. 8. n. 91. ad fin. & num. 104.* nouissimè R.P. Dominicus pueto *tom. 2. institutionum de Regularia aristocratia, cap. 9. num. 51.*

13 Cæterùm alij melius tenent eum non absolui à paupertatis voto, nec effici dominum reddituum ecclesiasticorum, sed solum administratorem, quia huius voti obligatio est de intrinseca natura Religionis vt probat text. *in c. cum ad monasterium, de statu monach.* à qua non absoluitur Religiosus per Episcopatum, nec desinit esse Religiosus: tum quia vota, quæ talis in Religione emisit, non laxantur, neque limitantur, nisi quatenus eorum obseruantia officio Episcopali obstat tanquam maiori bono, cui minimè obstat abdicatio omnis dominij, dummodo talis Episcopus habeat plenam administrationem omnium bonorum ecclesiasticorum, qualem iura illi permittunt, tum ad suam sustentationem, tum ad causas pias: quare sic resoluunt Fr. Emman *q. Regul. tom. 2. q. 58. art. 3.* Iacob. de Graff. *in aureis dec. p. 2. lib. 3. cap. 19. n. 87.* Tapia *in authent. ingressi, verbo sua c. 6. num. 85. C. de sacrosanct. Eccles.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 79. n. 96.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 12. cap. 7. quæst. 2. vers. profectò hæc quamuis,* Less. *de Iustit. lib. 2. c. 40. dub. 54. n. 113.* Sanchez *d. lib. 6. c. 6. n. 8.* Barbol. à S. Fausto *d. lib. 6. q. 190.*

14 *Sed quicquid acquisierat,* &c. Notatur ad hoc quòd quicquid acquirit Religiosus Episcopus creatus, acquirit suæ Ecclesiæ, cui præest, non autem monasterio, vt per D. Thom. *2. 2. q. 178. art. 8. ad 3.* & Sot. *lib. 10. de Iust. quæst. vlt. art. vlt.* quod est verissimum, etsi fuerit hæreditario ea bona post Episcopatum acquisita sint, quòd satis apertis verbis indicat text. *in præsenti* & resoluunt Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 58. art. 7.* Molin. *de instit. tract. 2. d. 140. in fin.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 7. cap. 32. num. 63.* atque idem dicendum est de acquisitis donatione, propria industria, aut labore, Cou. *ad c. 1. n. 19 de testam.* Azor. *d. lib. 12. c. 10. q. 6.* Less. *d. lib. 2. cap. 41. dub. 11.*

15 Quod quidem procedit, licèt Religiosus ille ad Episcopatum promotus sit ex familia fratrum Minorum, quia is factus Episcopus ius succedendi parentibus & agnatis, administrandique bona vndecunque acquisita, dum viderit, recuperat, quare ipsi mortuo succedit sua Ecclesia, sicut de aliis Episcopis Religiosis diximus, ita Tapia *in authent. ingressi, verbo sua c. 6. n. 87. C. de sacrosanctis Eccles.* Azor. *d. lib. 12. c. 10. q. 6. & c. 15. q. 3.* Molin. *d. disp. 140. versic. quando Religiosus minor,* Sanch. *d. tom. 2. l. 7. cap. 32. num. 64.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum, lib. 8. q. 52.*

16 De Religioso Episcopo titulari facto, cuinam acquirat, solet ab aliqualibus in dubium reuocari; quidam existimant eum acquirere monasterio, vt sunt Sot. *lib. 10. de Iustit. quæst. vlt. ad 3.* Emman. Sà *in summa verbo Religio n. 52.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 69. art. 4. in fin.* Alij verò meliùs sentiunt eum acquirere Pontifici, quia solutus est omninò à Religionis obedientia, subestque immediatè Pontifici, ex quorum numero sunt Azor. *instit. moral. p. 1. l. 12. cap. 7. quæst. 7.* Sanch. *in præcept. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 32. num. 68.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. l. 8. quæst. 53.*

Duo remanent dubia, primum à quo tempore Religiosus factus Episcopus desinat acquirere monasterio, incipiatque Ecclesiæ acquirere; secundum à quo tempore eximatur ab obedientia Prælatorum Regularium, & à debito legali obseruantiarum Religionis; ad primum respondeo quod licet nonnulli existimarent à tempore consecrationis incipere acquirere Ecclesiæ, & vsque tunc acquirere monasterio, tamen alij multò meliùs sustinent eum incipere acquirere suæ Ecclesiæ à tempore confirmationis possessionèque suæ Ecclesiæ accepta, licet nondum sit consecratus, ita gl. *in summa huius causæ, verbo prima quæst.* Bero. *in suis quæstionibus 83. num. 1.* Tabia *in authent. ingressi Cod. de sacros. Eccles. verbo sua, cap. 6. num. 83.* Sanch. *dict. lib. 7. cap. 32. num. 66.* Barthol. à S. Fausto *dicto lib. 8. quæst. 54.* 17

Ad secundum respondeo eximi à die confirmationis, nam licet text. *in præsenti* dicat eum per electionem canonicam liberari à iugo regulæ, debet intelligi confirmatam à Papa, vt optimè ait Leonard. Less. *lib. 2. de instit. cap. 40. dubitat. 14. num. 113.* quem refert, & sequitur Sanchez *d. lib. 6 c. 6. n. 32.* 28

QVÆSTIO II.

CAP. Abbatem. j. III. & seq.

VVlgò allegantur hi text. ad hoc quòd electio Abbatis actiuè, & passiuè pertinet ad monachos, seu congregationem illius monasterij de cuius Prælati electione agitur, vt per Nauar. *commento 3. de Regularibus, num. 2. & cons. 3. num. 3. de elect. in nouis,* Rota *dec. 65. num. 4. & 5. part. 1. recent.* & inter decisiones impressas Reuerendissimi Domini Coccini *decis. 296. num. 5,* Soarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 6 num. 59.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. disput. 5. quæsit. 1. à princip.* vbi *num. 3.* obseruat quod licet de iure communi verum sit Abbatum tam generalium, quàm localium electionem spectare ad Religionem, siue Conuentum, de cuius Prælati electione agitur, nihilominus hodie Abbates locales apud monasticas, & etiam Canonicorum Regularium Congregationes ferè omnes non amplius à Religiosis illius Conuentus, cui præficiendus est Prælatus, sed per suffragia Generalium, vel Prouincialium, & suorum Diffinitorum eliguntur, vt patet ex vsu, & videre est ex specialibus ipsarum Congregationum constitutionibus. 1

SVMMARIVM.

1 *Monasteria Regularia non fuerunt exempta à potestate Ordinariorum per Gregorium I. sed multò post per eius successores.*

2 *Religiosi superior si non iusta causa ductus, deneget illi licentiam, vt sua electioni consentiat, est cogendus per suum superiorem ad prædictam licentiam dandam.*

3 *Abbatis licentia exigitur, vt Religiosus consentire possit promotioni de se ad summum Pontificatum factæ, sed contrarium verius, vt n. 4.*

CAP.

Cap. Quàm si necessarium. V.

1 Ex hoc text. aliqui colligunt Regularia monaste- ria à Gregorio 1. fuisse exempta à potestate Episcoporum, cùm eius superscriptio concipiatur à Gratiano, *Item Gregorius omnibus Episcopis de libertate Monachorum*. Sed falluntur, quia multò post per eius successores hæc exemptio illis fuit attributa, & auctoritas Gregorij mendosè in hoc textu refertur, originaliter enim reperitur apud Regestum D. Gregorij *lib. 7. epist. 1. & epist. 19.* sub longè diuersa subscriptione, nempè, *Gregorius Episcopo Reuennati, priuilegium dat monasterio Sanctorū Ioannis, & Stephani*. Vnde satis constat Gratianum in superscriptione huius text. in tribus errasse. Primò dum inquit epistolam Gregorij ad omnes Episcopos fuisse directam, cùm tamen ex originali constet ad solum Episcopum Rauennatem missam. Secundò dum subdit de libertate Monachorum generaliter, cùm tamen Gregorius *ibidem* libertatem seu priuilegium dederit vni tantùm monasterio Sanctorum Ioannis, & Stephani, vt constat ex verbis, quæ habentur in originali, & ex tenore ipsius epistolæ, ibi, *& ideò quia monasterium*, &c. & ibi, *prædicti monasterij*, &c. Tertiò, dum in plurali retulit in hoc textu verbum *monasteriorum*, quod tamen in originali reperitur tantùm in numero singulari. Ex quibus, & aliis satis constat text. *in præsenti* citari non posse in eum sensum, quòd Gregorius Magnus generaliter exemerit omnes Monachos à iurisdictione Episcoporum, cùm tamen vnicum solummodo monasterium per priuilegium in nonnullis liberauerit, ita tenui *de officio, & potestate Episcopi part. 3. allegat. 105. n. 11.* vbi sigillatim de omnibus ferè Religionum exemptionibus memini, *secundum Lugdunensem impressionem*.

2 In gloss. *Ad ordinandum*. ibi, *si tamen monachus sit necessarius, per superiorem cogitur*, &c. Notatur ad hoc quod si superior Religiosi non iusta causa ductus deneget licentiam illi, vt suæ electioni consentiat, est cogendus per suum superiorem ad prædictam licentiam dandam, vt per Hostiens. *n. 8.* Ioan. Andr. *n. 14.* Abb. *num. 12.* Henric. *n. 5. ad finem, in c. quod Dei timorem, de statu monach.* Anchar. *in c. si Religiosus n. 4. de elect.* & Domin. *in princ. n. 9.* Gambar. *de auctorit. Legati à latere lib. 8. c. vlt. n. 23.* Lambertin. *de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 19. n. 13.* Roch. *in simili tractatu verbo honorificum q. 4. n. 13.* Anton. Cuch. *lib. 13. instit. maior. tit. 1. n. 154.* Greg. Lop. *l. 25. verbo Iglesias tit. 7. part. 1.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 34. art. 5. in princ.* Lessi. *de iust. lib. 2. c. 41. dub. 12. n. 9.* Et quamuis hæc gloss. Anch. & Gamb. videantur dicere solam necessitatem Ecclesiæ sufficere ad hanc coactionem, tamen dicendū est sufficere necessitatē vel vtilitatem, vt benè docēt Abb. Greg. Lop. Roch. Fr. Emman. & Lessi. *citatis locis*.

3 In ead. gl. ibi, *sed quid si monachus sit factus Papa*, &c. Tenet hæc gloss. exigi licentiam Abbatis, vt Religiosus consentire possit promotioni de se ad Summum Pontificem factæ, vt per Abb. *in d. c. quod Dei timorem*, 1. Domin. *in c. 2. n. 2. dist. 38.* Bonif. *in Clem. fin. n. 30. & 31. de elect.* Bettachin. *in suo repert. verbo licentia, in fine*, Lambertin. *de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 19. n. 22.* Roch. *in simili tractatu verbo honorificū q. 4. n. 13.* Villadieg. *de origine, & dignitate Cardinal. q. 5. n. 33.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. lib. 3. c. 10. n. 1.* Ant. Faber *in suo Cod. tom. 1. lib. 1. tit. 3. de Episcopis, & cleric. de fin. 33.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 34. art. 5. in princ.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 15. n. 54.*

Verùm probabilius duco nulla illum indigere licentia, vt huic electioni consentiat; ratio est, quia, vt habetur *in c. licet, de elect.* contrà Pontificem à duabus Cardinalium partibus electum nulla exceptio præter heresim opponi valet: ergo nec defectus licentiæ superiorum. Nec obstat Religiosum non habere consensum, quia id est ex iuris fictione, consensum enim naturalem habet, qui ad hoc sufficiens est, eò quòd reliqua iuris impedimenta subdita sint, tum quia electio in Pontificem est ipsius confirmatio, & sic absoluit eum à iugo monastieæ professionis: quare ita tenent Card. *in dicto cap. licet, n. 12. q. 28. & in Clem. fin. q. 2. n. 6. eod. tit. de elect.* vbi Ancharan. *n. 2. notab. 2.* Barbat. *de præst. Cardin. q. 1. num. vlt.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 34. num. 112.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 7. c. 29. n. 58.* 4

Cap. Luminoso VI.

1 Nec audeat ibi cathedram collocare Episcopus.] Collige ex textu iuncta declaratione gloss. *verbo collocare*, dum addit, *vt ibi exerceat iudicia*, Episcopum in loco exempto pro tribunali sedere, aut iura reddere minimè posse, vt per Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisd. Ordin. num. 108.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. num. 180. cum seqq.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 113. num. 3. in addit.* Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 151. vers. limitatur.* Ratio est, quia iudex exigere nequit tribunal extra suam diœcesim, in qua haberetur vt priuatus, *cap. mouandum 2. q. 3. cap. Episcopum 9. q. 3.* Borgas. *in tract. de irregul. p. 6. q. 2. fol. 452.* Vant. *d. n. 108.* sed locus exemptus, & locus extra diœcesim iudicantur à pari, ferendùm Henriq. *in summa lib. 7. c. 15. § 4. iuncto commento litt. F.* Azeued. *l. 1. num. 104. tit. 16. lib. 8. nouæ recop.* Gonzal. *d. gl. 43. n. 182.* igitur, &c.

Cap. Nullam potestatem. IX.

Pelagius.

1 An & quando de iure communi monasteriorū Prælati deberent esse perpetui disputat Soar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 7. à num. 2.* vbi sæpiùs hunc text. ponderat.

2 Ex hoc text. colligitur ad solum Abbatem spectare administrationem bonorum Conuentus, præterquam in arduis Abb. per *tex. ibi in cap. edoceri n. 7. de rescript.* idem Abb. *cons. 44. num. 2. lib. 2.* Federic. de Senis *cons. 123. num. 2.* Rot *decis. 554. num. 7. p. 1. diuers. & in Gerunden. administrationis 13. May. 1630.* coram R. P. D. Verospio.

Ad quē potestas tota pertinere conuenit] Ergo probare videtur Abbates in monachos habuisse olim plenam potestatem, sed contrarium suadetur ex eo, quia constat attento iure communi omnes monachos propriis Episcopis fuisse subiectos, in quorum diœcesibus monasteria sita erant, ad not. per Sylucst. *in sum. verbo Religio 3. §. 4.* Nauar. *in c. non dicatis 12. q. 2. num. 63. vers. addo secundò* Cabed. *diuers. iuris argument. lib. 3. cap. 18. in princ.* Verùm Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 63. art. 1. ad fin.* benè respondet, text. hunc in præcitatis verbis solum probare monachos esse in potestate Abbatis cumulatiuè in iis, quæ concernunt suam professionem, & regulæ obseruantiam, vt satis deprehenditur ex verbis antecedētibus, ibi, *ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatē eiusdem monasterij*, & aduertit optimè Nauar. *in d. c. non dicatis num. 63. in princ.*

Cap. De Monachis. XII.

Ex Agathensi Concil.

1 IN Concilio Agathensi *c.27.* relato *in hoc text.* legitur, vt nullus sine permissione Episcopi monasterium præsumat incipere, aut fundare, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 2.* & latè dixi *de officio, & potest. Episc. p. 2. alleg. 26. per totam, & de iure Ecclef. lib. 2. c. 2. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Apostatas, & fugitiuos à Religione potest Abbas cum omnibus per ipsos acquisitis vendicare, licèt diu steterint in libertate.*

2 *Apostata Regularis secundùm Motum proprium Gregorij XIII. non acquirit Religioni, sed Cameræ Apostolicæ, quæ extra monasterium, & statum Regularem comparat.*

3 *Religiosus, qui mutando statum transiuit illegitimè ad illam Religionem, potest reuocari ab Abbate suo cum omnibus bonis per ipsum acquisitis.*

4 *Religiosus illegitimè ad aliam Religionem transiens posteriori bona fide possidenti acquirit eodem modo, quo seruus acquirit domino putatiuo.*

5 *Eiecti à Religione cui acquirant, remissiuè.*

Cap. Abbates. XVI.

Ex Concil. Aurel. I.

1 PRobat hic text. quòd apostatas, & fugitiuos à Religione potest Abbas cum omnibus per ipsos acquisitis vindicare, vt per Hostiens. *in cap. fin. n. 3. de Regular.* vbi Ioan. Andr. *num. 2.* Butr. *num. 6.* Card. *num. 2. q. 1.* Ancharan. *num. 10.* Anan. *n. 8.* & Henric. *num. 1.* Syluest. *in summa verbo Apostata q. 9. num. 12.* Tapia *in authent. ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesiis, verbo sua c. 7. n. 2.* Cabed. *Lusit. decis. p. 1. decis. 196. n. 1.* Nauar. *in cap. non dicatis num. 64. & in c. statuimus, num. 24.* Mench. *de success
ion. §. 18. num. 9.* Molin. *de instit. tract. 2. disput. 140. col. 12. vers. Religiosus etiam,* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 33. à princip.* vbi *n. 5.* id intelligit, etiam si huiusmodi Religiosi diu steterint in possessione libertatis, *num. 6.* ampliat procedere etiamsi Religiosi illi apostatæ interdicente monasterio acquirant, & *n. 9.* post Nauar. *concil. 17. n. vnic. de statu monach. in nouis*, subdit, attento Motu proprio Gregorij XIII. incip. *Officij
2 nostri*, regularem apostatam non acquirere Religioni, sed Cameræ Apostolicæ, quæ extra monasterium, & statum regularem comparat, de quo etiam Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib. 9. q. 566.* vbi quòd ille Motus proprius loquitur de bonis quomodocunque acquisitis, siue ex testamento, siue ab intestato, siue industria Religiosorum parta sint, siue quouis alio modo acquisita.

3 Amplia omnia supradicta non solùm procedere vbicunque Regularis apostata, aut fugitiuus relicto habitu, vel cum illo extra Religionem vagatur, sed etiam si mutando statum transiuit illegitimè ad aliã Religionem, quia etiam hoc casu reuocari poterit ab Abbate suo cum omnibus bonis per ipsum acquisitis, sic docent Nauar. *commento 4. de Regularibus num. 24 vers. vndecimo,* Azor. *institutionum moralium part. 1. lib. 12. cap. 15. q. 3.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 144. col. 13. vers. quando Religiosus post emissã professionem,* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 79. art. 2. & tom. 3. quæst. 52. art. 27.* Tapia *in authent. ingressi. C. de sacrosanctis Eccles. verbo sua, cap. 6. n. 20.* vbi limitat, nisi Religiosus contẽplatione posterioris monasterij aliquid acquisiuisset, & *n. 22. & 23.* meritò re- 4
soluit Religiosum hunc acquirere monasterio posteriori bona fide possidenti eodem modo, quo seruus acquirit domino putatiuo bona fide possidenti: sed ita distinguendum est, si Religiosus hic acquirat ex solis monasterij putatiui rebus, vel ex illis simul cum operis suis, acquirit monasterio putatiuo; quia in actu acquisitionis magis æquiparatur Religiosus seruo, quam filio; si verò acquirat aliunde, videlicet ex donatione, successione, &c. vero monasterio acquirit, ita Azor. *d. lib. 12. cap. 10. q. 1.* Sanch. *d. ca. 33. n. 14 cum sequentib.*

In gloss. *Quæ acquisierit*, ibi, *sed ponamus quòd aliquis sæpius deliquit*, &c. Cui autem acquirant eiecti à Religione, vide Azor. *d. l. 12. cap. 16. quæst. 9.* Molin. *de instit. tractat. 2. disp. 140. col. penult. vers. quoad votum,* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 112.* latè Sanchez *d. lib. 7. cap. 33. num. 22. cum sequentibus,* Bartholom. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib. 6. q. 245. cum seq.* 5

Cap. Monasteria. XVII.

Ex Arelatensi Concil.

EX Concilio Arelatensi refert Gratianus *in hoc textu*, quòd monasteria, vel monachorum disciplina ad eum pertinent Episcopum, in cuius sunt territorio constituta, colligunt Petr. Rebuff. *de congrua portione n. 121.* Quintil. Mandos. *de signatura gratiæ tit. exẽptiones ab Episcopis, vers. omnes Ecclesiæ,* Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. c. 8. n. 9.* quos refert Cened. *ad Decretal. collectan. 87. num. 4.* Quo autem tempore cœperunt Religiosi per Summos Pontifices eximi ab Episcoporum potestate, dixi latè *de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg. 105. sub n. 11. secundum Lugdunen. impress.* vbi de exemptionibus omnium ferè Religionum memini. 1

Cap. Peruenit. j. XX.

PRobat hic textus monachis interdictum esse compaternitatem contrahere, vt per Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 24.* secus si facti essent Episcopi. vt dixi *ad cap. vnic. 18. quæst. 1. num. 4.* 1

CAVSA XIX.

QVÆSTIO I.

Cap. Clerici. Vnic.

QVIA *meliorem vitam sequi cupiunt.*] Ergo status monachorum perfectior est statu clericorum, de quo tamen vide Azorium *institutionum moralium, part. 1. lib. 11. cap. 24. quæst. 4.* 1

Liberos eis ab Episcopis in monasteriis, &c.] Nota olim attento iure communi omnes monachos propriis Episcopis fuisse subiectos, in quorum diœcesibus monasteria sita erãt, ita vt Episcopi veluti generales monachorum quosdam ad professionẽ admittere, 2

tere, alios repellere potuissent, vt per Syluest. *verbo Religio* 3.§.4. Nauar. *in c.non dicatis* 12.*quæst.*1.*num.* 63.*vers.adde secundo.* Cabed. *diuers.iuris, argum.lib.*3. *c.*18.*in princ.* Fr.Emman.*quæst.Regul.tom.*2. *q.*63.*art.* 1. *&* 3. Hodie verò cùm Episcopus superior Religiosorum non sit (omnes enim illi priuilegium exemptionis habent) nullum poterit propria auctoritate ad professionem monasticam admittere, sicut docent Nauar.*consil.*6.*à n.*2. *de Regularibus in antiq. alias cons.*40. *à num.*2. *sub eodem tit.in nouis*, Anton. Cuch.*lib.*3.*instit.maior.tit.*1. *n.*62. Fr.Emman.*q.Regular.tom.*3.*quæst.*17.*art.*11. Azor. *institut.moral.p.*1. *lib.*12.*c.*5.*q.*4. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.* 5.*cap.*4.*num.*74.

Qvæstio II.

Cap. Duæ sunt. II.

Vrbanus II

1 DE vi, & effectu inspirationis, aut reuelationis cœlestis, vide S.August.*lib.*12. *de ciuitate Dei, c.*10. *de consensu Euangelist. cap.*28. *cum seqq.* Ioan. Marq.*in gubernat.Christiano c.*25.*pag.*129. *cum seqq.* Sim.Maiol.*in diebus Canicul. tom.*2. *colloq.*2. *pag.*89. *cum seqq.* Rutil.Benzon. *de anno iubil.lib.*6. *c.*19.*&* 25.Bened.Pereira *lib.*2.*de magia, lib.*5.*comment.super Daniel.q.*4.Franc.Picum Mirandul. *lib.*2. *prænot.c.*3. Martio.Delr.*disquisit.magic.lib.*4.*cap.*1. *&* 2. Torreblanc.*de magia diuinat.lib.*1.*cap.*1.*num.*30.*cum seqq.* Fr.Thom.à Iesu *de procur.omnium gentium salute lib.* 3.*c.*3.*pag.*131.latè Raphael de la Torre *in* 2.2.*tom.*2. *q.*95.*art.*3.*disp.*2.*per tot.pag.*177. *cum seqq.* Soar. *de Fide disp.*1.*sect.*1.*n.*3.*& disp.*3.*sect.*2. *&* 3. P.Rossignol.*de disciplin.Christ.Relig.lib.*3.*c.*13.*cum seqq.*

Qvæstio III.

Cap. Nullus Abbas, & seq.

Ex Concil. Educensi.

1 REGVLARES Canonicos non posse transire ad Ordinem Monachotum per hos text. tradunt Nauar. *commento* 4.*de regularibus, n.*2. Azor.*instit.moralium part.*1. *lib.*12. *c.*14. *quæst.*2. Ribadeneira *de Religione Societatis Iesu c.*2. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.*6.*cap.*7.*sub n.*20. Ratio est, quia licèt status Monachorum sit arctior, *c.quod Dei timorem, de statu Monachorum*, status tamen Canonicorum est altior, quatenus finis institutionis eorum, qui est actio mysteriorum Ecclesiæ publicorum, est sublimior, cùm illis clericatus essentialiter competat, S.Thom. 2.2.*q.*189.*art.*8. *in resp.ad* 2. *argumentum*, S. Antonin.*part.*3.*summa tit.*16.*c.*4.*ver. de transitu*, Vgo de S.Victore *lib.*2. *de Sacram.part.* 3.*c.*3. Monachis verò per accidens, quia ex eorum origine sunt laici, *c.generaliter* 16. *q.*1. cum aliis citatis *in alleg.* Scipionis Lancelotî, olim Sacræ Aulæ Consistorialis Aduocati, postea S.Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, pro Canonicis Regularibus Ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis, contra Monachos S. Benedicti Congregationis Cassinensis, impressa per Tambur. *de iure Abbatum tom.* 2.*disp.*25.*quæst.*1, *num.*69. *cum seqq.* faciunt plura adducta in relatione Illustrissimi, & Reuerendissimi D.Ioan.Baptistæ Cicadæ, S.R.E.Cardinalis, impressa per eundem Tamburin.*d.q.*1.*à n.*291.& præcipuè *in vers.Monachi verò.*

Cap. Quæ semel. IV.

GLoss.*verbo maneant, in præsenti text.* tenet quòd si monasterium destruatur, locus remanet sacer; sed an & quando in materia immunitatis hoc verum sit, vide Decian. *in tract. crimin.lib.*6. *cap.*24. *n.*27. vbi declarat, an illo casu, quo Ecclesia diruta reficitur, opus sit noua consecratione, *& c.* 25. *n.*22. vbi declarando dicit, quòd si Ecclesia est diruta, & destructa sine auctoritate superioris, vel etiam si subsit spes refectionis, & tunc ad eam confugiens erit tutus, secus si auctoritate superioris fuisset destructa, vel nulla adesset refectionis spes, Card. Tusch.*pract.concl.verbo Ecclesia, concl.*9.*num.*10. vbi quòd Ecclesia destructa gaudet immunitate, si adest spes eam reædificandi, Villag. *de extensione legum c. fin.n.*38. vbi quòd Ecclesia destructa sine auctoritate Episcopi, vel cum spe reædificationis, vel quando fuit vnita alteri Ecclesiæ gaudet immunitate, secus si destructa fuerit cum auctoritate Episcopi, vel si nulla absit spes reædificationis, vel alteri non fuerit vnita, Alexand. Ambrosin. *de immunitate Ecclesiæ, c.* 10. *n.* 3. vbi pariter dicit, quòd Ecclesia destructa gaudet immunitate, nisi fuerit destructa auctoritate Episcopi, & sine spe reædificandi, Mari. Itali.*de immunitate Eccles.lib.*1. *cap.*4. §.3.*n.*13. vbi facit eandem distinctionem. 5

SVMMARIVM.

1 *Nouitij non solùm quibuscunque sacris Ordinibus, sed nec etiam prima Tonsura initiari valent: at contrarium verius, vt n.*2.

3 *Declaratur text.in præsenti.*

4 *Nouitius à quo Episcopo initiari valeat, ostenditur & n.*5.

Cap. Monasteriis. VI.

GRegorius Fortunato Episcopo Neapolitano *lib.*8. *quæst.*23. scribit, vt monasteriis omnibus districtius interdicat ne eos, quos ad conuersionem susceperint priusquam biennium in conuersione compleant, tonsurare audeant, prout refertur *in hoc textu*, ex quo multi colligunt nouitios nec ad primam Tonsuram promoueri posse, vt per Syluest. *in summa verbo Religio* 5. *q.*10. Rosel. *verbo nouitius, n.* 31. Lambertin.*de iurepatronat. lib.*2. *part.*1. *q.*7.*art.* 14.*num.*14. Azor.*institut.moralium part.*1. *lib.*12.*c.*2. *quæst.*13. 1

Cæterùm verius existimo posse nouitium non solum prima Tonsura, sed etiam quibuscunque sacris Ordinibus initiari, prout melius resoluunt Henriq.*in summa lib.*7.*de Indulgent.cap.*21. §.*vlt.in commento lit.L, & lib.*10.*de Sacram. Ordinis c.*23. §.3.*& lib.*14 *de irregul.c.*9 §.2.*iuncto comment.lit.F*, Fr.Emman.*quæst.Regul.tom.*1.*quæst.*13. *art.*4. *in fine.* Soarez *tom.*5.*de censur.disp.*50.*sect.*5.*num.*13. *& tom.*3.*de Relig.lib.*5.*c.*16.*n.*17. Sanch.*in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*6.*cap.*10.*num.*19. Barthol.de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.* 11. *dub.*8. *n.*1. qui benè respondent text. *in præsenti* 4

nullatenus loqui de Ordinibus accipiendis, sed de receptione ad habitum professorum, & Tonsuram monachalem, vt ante eos explicauerat Turrecrem. *hic num.* 1.

Difficultas tamen est à quo Episcopo nouitius debeat ordinari. Vna sententia tenet id spectare ad Episcopum, in cuius diœcesi domicilium habebat quando ingressus est Religionem, ea ratione, quia per nouitiatum non censetur acquisitum domicilium in eo loco probationis, ac mutatum prius, cùm nouitius non habeat animum perpetuæ habitationis in loco Religionis, sed experiendæ regulæ, eaque experta statuendi an ibi permansurus sit, an potius ad pristinum domicilium reuersurus; & ideo hanc partem sustinent Henriquez *d.lib.*10. *de Sacr. c.*23.§.3.*in commento lit.F*, Soarez *de Religione tom.*2. *lib.*6.*cap.*12.*n.*9.*& tom.*3.*lib.*5.*c.*16.*n.*17.& est probabilis.

4 Altera verò sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, tenet posse nouitium Ordinibus initiari ab Episcopo, in cuius diœcesi est in probatione, quia nouitius ex parte sua animum perpetuò habitandi habet, quo quidem animo affecti omnes ingrediuntur, quamuis in nouitiatu sint ad experiendam Religionis austeritatem, & si forte non potuerint, liberum sit egredi, ideo non potest dici dubius circa perseuerantiam; tum quia dedicatio nouitij est pura, & non conditionalis, quamuis mutabilis, & resoluenda in euentum conditionis, si Religio non placuerit, ergo per hanc nouitij dedicationem acquiritur domicilium, & ideo ita meritò resoluunt Franch. *in c.cum nullus, in fine, de tempor.ordin.lib.*6. vbi Ancharanus *n.*4. Anton. Cuch. *instit.maior.tit.*1. *n.*94. Campan. *in diuers. iuris Canon.rub.*9.*c.*3. Aloysius Ricc. *in dec.Curia Archiepiscopalis Neapol.part.* 4.*dec.*118.*n.*6. Sanchez *d.c.*10. *n.*21. Bartholom. de Vecchis *d.dub.*8.*n.*2. Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.*2.*alleg.*4.*n.*63.

SVMMARIVM.

1 Cap. 1. de testament. *falsò tribuitur Gregorio IX. cùm desumptum sit ex Gregorio I.*
2 *Nouitiis liberè licet testamenta conficere etiam non petita Superioris Religionis licentia.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*

Cap. Quia ingredientibus. VII.

1 IN hoc textu refert Gratian. initium *c.*2.*de testam.* cuius pars est *hic*, de quo *in præsenti*, desumptum ex D. Gregorio I. *lib.*7.*indict.*2.*epist.*7. licèt *dictum c.* 2. *in vulgaribus Codicibus* falsò tribuatur Gregorio IX. vnde non potui non admirari, quòd cum plures ex antiquis, & nouioribus textum illum satis diligenter perlegerint, nullus tamen suprascriptionis falsitatem adnotarit.

De materia vide quæ latè dixi *in collectan. ad dictum cap.*2. Illud vero addendum duxi quod licèt ex hoc textu dum habet ingredientibus monasterium nullam esse testandi facultatem, colligi videatur nouitio vti Religionem ingresso integrum nõ esse de suis bonis testari, vt tenent Archidic. *in c.nunc autem.n.vnic.ad finem hac eadem causa, & quæstione*, & Xuar. *allegat.*20.*n.*29. tamen absque dubio tenendum licere nouitiis liberè testamenta conficere etiam nulla petita superioris Religionis licentia, ex eo quod ille simpliciter est adhuc sui iuris cum libera exeundi potestate, nullibique reperitur ipsi interdictum conficere testamentum, & ideo merito hanc partem sustinent gloss. *verbo in iudiciis, in c.*2.*de Regular.lib.*6. Tiraq. *de retractu lig.*§.1.*gloss.*8. *num.*29. Couar. *in d.c.*2.*n.*5. Nauar. *comment.*2.*de Regularibus n.*49. Crass. §.*testamentum q.*34.*n.*3.*in fine*, Menoch *de præsumpt.lib.*6.*præsumpt.*84 *num.*12. Molin. *de primogen.lib.*2.*cap.*9.*num.*53. alt. Molin. Theologus *de Iust.tract.*2.*disput.*139.*column.*5.*vers.his ita constitutis*, Gutier. *Canon.lib.*2.*cap.*1. *num.*25. Carol. de Tabia *in auth. ingressi C.de sacrosanctis Ecclesiis, verbo sua c.*2. *num.*14.*in fine, & verbo ideoque nec de his, c*1.*num.*15. Azor. *institutionum moralium part.*1. *lib.*12. *cap.*2. *in fin. & cap.*6.*quæst.*5. Thesaur. *lib.*2. *quæst. forens. q.*56. *num.*2. Giouagnon. *resp.*85.*n.*7.*lib.*1. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.*7.*cap.*3.*num.*3. Fr. Bartholomæus de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit.disp.*8.*dub.*10 *n.*1.

Non obstat text. *in præsenti*, vt *suprà* ponderatus, 3
quia intelligendus est secundùm *suprà* citatos; de ingressu irreuocabili, saltem ex parte ingredientis, & ita de professione, vel expressa, vel tacita, non autem de ingressu tempore Nouitiatus, cum tempus illud indulgeatur à iure, tum vt Nouitius asperitatem, & statuta Religionis experiatur, tum vt religio ipsa periculum subeat de nouitio, an expediat retinere, vel repellere, non verò indulgetur, vt ingrediens statim ante annum elapsum efficaciter obligetur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de materia huius text. agentes.*
2 *Nouitius non tenetur in testamento aliquid relinquere monasterio.*
3 *Auth. si qua mulier C. de sacrosanctis Ecclesiis, vim in foro Ecclesiastico sortitur, ex eo quod tacitè sit à Pontificibus approbata.*
4 *Filiis illegitimis, & legitimatis an, & quando locum habeat auth. si qua mulier, C. de sacrosanctis Ecclesiis, extenditur.*
5 *Ascendentes præferuntur monasterio in sua legitima descendente in eo profitente.*
6 *Monachus si acquisiuit bona monasterio ex hæreditate patris; aut alterius iure sanguinis sibi obuenientem, & postea moriatur viua auia, illa non potest priuari legitima, & monasterium tantum succedet in tertia.*
7 *Pater vbi inter filios diuidit statim à tempore, quo profitetur, eis debetur legitima, non spectata ipsius parentis morte naturali.*
8 *Professus quando decedit non facta diuisione inter filios, succedit monasterium capax succedendi in omnia illius bona, præterquam in filiorum legitimam.*
9 *Religio quando est succedẽdi incapax debetur statim à die professionis legitima parentis filiis, & è contra*
10 *Testamentum factum ante ingressum Religionis, in quo non est institutum monasterium, rumpitur sequuta professione in religione capace successionis, sed licet alij distinguant, vt n.*11. *contrarium est verius, vt n.*12.
13 *Vsusfructus paternus in aduentitia filij bona extinguitur professione patris, & ex tunc pertinet ad filium, sed melius tenent alij, quòd pertineat ad monasterium toto paterna vita tempore, vt n.*14.

Cap.

Cap. Si qua mulier. IX.

Ex authenticis.

1 DE materia huius text. qui desumptus est *ex auth. si qua mulier C. de sacrosanctis Ecclesiis*, vide Coltam *in c. si pater, part. 2. verbo testatorẽ, n. 7. cum seqq. de testam. lib. 6.* Auendan. *ad l. 44. Tauri glossa 7. num. 2. & 3.* Molin. *de Iustitia tract. 2. disp. 141. vers. in auth.* Nauar. *commento 2. de Regularibus, n. 45. cum seqq.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 9. n. 55. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 2. quæst. vlt.* nouissimè Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 89.*

Et intrauerit monasterium.] Intellige sequuta pro-
2 fessione, vt obseruat Ribadeneira *in lib. pro Societate Iesu cap. 25.* licèt de ingressu purè loqui hunc text. nimis benè asserat Mart. *de iurisdict. p. 4. casu 95. n. 9.* & ideò nouitius non tenetur in testamento aliquid relinquere monasterio, Beto, *in c. in præsentian. 2. 19. de probat.* Nauar. *commento 1. de Regularibus n. 49.* Tapia *in auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. verbo sua c. 2. n. 14. in fine, & verbo ideóque nec de his cap. 1. num. 15.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 3. n. 8.*

3 *Sed si persona liberos habens*, &c.] Disponitur in sequenti decisione qualiter professis habentibus descendentes testari, seu diuidere liceat inter eos. Circa quam diuisionem dubitari solet à Doctoribus an authentica illa potuerit hoc disponere, & omissa sententia Gutier. *canon. lib. 2. cap. 1. num. 89.* asserentis neminem sanæ mentis posse dubitare, quin lex ciuilis potuerit in hoc disponere, quòd successiones sint de iure Ciuili, cùm illa auth. vt pote de Religione specialiter disponens, non habeat vim, nec per Summum Pontificem sit approbata, ex Nauar. *cons. 2. n. 53. de Regularibus*; omissa item aliorum opinione existimantium eam vim habere non quatenus est dispositio iuris Ciuilis, sed quia est approbata de iure Canonico *in hoc textu*, ex quo numero sunt Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 9. n. 54. vers. in tertio casu*, Redoan. *de spoliat. Ecclesiast. q. 8. in princ. n. 72.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 6. q. 4.* quia leges Ciuiles in hoc Decreti volumine insertæ à Gratiano solam iuris Ciuilis vim retinent, vt obseruãt citati *in proœm. huius Decreti n. 10.* Dicendum igitur est illam authent. & ab ea textum *in præsenti* desumptum vim ex eo sortiri quòd tacitè sit à Pontificibus approbata, vt benè notant Molin. *de iustit. tractat. 2 disp. 143. column. 2. vers. hinc in Regno*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom 3. quæst. 69. art. 2.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 10. n. 82.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 9. n. 7.*

4 *Liberos.*] Idem dicendum si vnicum filium habeat, secundùm Nauar. *commento 2. de Regularib. num. 47.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 80. art. 2.* Sanchez *d. cap. 9. num. 12. & 15.* vbi etiam tenent quòd in locis, in quibus iuata eorum leges, & consuetudines filij illegitimi succedunt parentibus ex testamẽto, & ab intestato, deficiente prole legitima integrum erit parenti habenti solos tales filios illegitimos hanc diuisionem inter illos facere, secus quando non sunt illi hæredes necessarij. Imm eandem diuisionem permitti parenti professo habenti solos filios legitimatos tradunt Nauar. & Fr. Emman. *citatis locis*, Tapia *in auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. verbo ideóque nec de his cap. 1. n. 11.* Sanch. *d. cap. 9. n. 17.* vbi *num. 13.* idem dicendùm esse ait si nullum filium habeat, sed alios descendentes, vt nepotes, aut pronepotes, cùm liberorum appellatione omnes descendentes veniant.

Ea rationis paritate extenditur quoque ad ascendentes, vt illis debeatur sua legitima, in illáque præferantur monasterio, sicut resoluunt Nauarr. *dicto commento 2. num. 46.* Gregorius Lopez *lib. 17. verbo descendit sen. tit. 1. part. 6.* Ascan. *Clem. de patria potestate, cap. vlt. num. 76.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 9. num. 64. & 65.* Mench. *de success. creat. lib. 2. §. 20. num. 284.* Auendan. *lib. 6. Tauri, gloss. 8. num. vnico, & lib. 40. gloss. 4. num. 23.* Azeued. *lib. 1. num. 47. tit. 8. lib. 5. nouæ recopilationis*, Tapia *in dict. authent. ingressi, verb. ideóque nec de his, cap. 1.* Gutier. *canon. lib. 2 cap. 1. num. 95. & 96.* Valasc. *consil. 24. à num. 5. tom. 1.* Benedict. Ægid. *in l. Titia si non nupserit 100. part. 1. num. 50. in fin. ff. de condit. & demonstr.* Castill. *de vsufruct. lib. 1. cap. 65. num. 2.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 80. art. 2. & q. 128. art. 2.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 140. col. 5. vers. hæc tamen illorum*, Less. *in simili tract. lib. 2. cap. 41. dub. 10. num. 83.* Sanchez *d. lib. 7. cap 9. num. 19.* 5

Vnde si Monachus acquisiuit bona monasterio ex patris, aut alterius iure sanguinis sibi obueniente, & postea moriatur viua auia, illa non potest priuari legitima, & monasterium tantùm succedet in tertia, vt benè resoluunt Fr. Emman. *d. q. 128. art. 2.* Valasc. *d. consult. 24. ad finem*; Couall. *commun. contra communes q. 806. num. 36. cum seqq.* Sanch. *d. cap. 9. num. 21. & num. 22.* id benè intelligit non procedere in bonis acquisitis post professionem tanquam à Monacho, veluti si professus suis operibus aliquid compararet, aut hæres legatariúsve institutus esset in aliquo testamento ab extraneo etiam ante professionem, si post illam delata sit hæreditas, quia de his bonis nequit professus ille disponere, nec quicquam in illa habẽt ascendentes, vel descendentes, cùm ea non acquirantur vt à parente, aut à filio, sed tanquam à monacho. 6

Et quod eis non dedit monasterio cõpetet.] Ergo vbi parens inter filios diuidit, statim à tempore quo profitetur, eis debetur legitima, non spectata ipsius parentis morte naturali, ita Anton. Cuch. *in tractatu de legitima, in rub. legitima an augeatur aucto patris patrimonio n. 17. vers. verũtamen*, Angul. *de meliorat. l. 1. gloss. 3. num. 23. & 26.* Bened. Ægid. *in repet. l. 1. p. 4. §. 2. num. 8. C. de sacrosanct. Eccles.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 10. n. 7.* 7

Sed si post ingressum moriatur, &c. Notatur ad hoc quòd quando professus decedit non facta diuisione inter filios, succedit monasterium capax succedendi in omnia illius bona præterquam in filiorum legitimam, vt per Franch. *in rub. de testament. in 6. num. 65.* Nauar. *comment. 2. de Regular. num. 50* Sanch. *d. lib. 7. cap. 9. num. 39.* vbi subdit, quòd in Regno Castellæ succedet in solam quintam bonorum par- 8
tem, *cap. 10. num. 5.* resoluit quando Religio est 9
succedendi incapax, deberi statim à die professionis legitimam parenti filiis, & è contra.

Io. gloss. *Non extantibus.* ibi, *sed quid si primò facit testamentum*, &c. Notatur ad hoc quòd testamentum factum ante ingressum Religionis, in quo non est institutum monasterium, rumpitur sequuta professione in Religione capace successionis, quasi agnatione posthumi, nisi aliquid monasterio in eo testamento relictum sit iure institutionis, quamuis sit vnus denarius, vt per Cyn. Odofred. Abb. antiq. Hostiens. & alios quos refert, sed non sequitur Sanchez *d. lib. 7. c. 3. n. 24.* 10

Alij verò hoc ipsum admittunt, dum quis testatus est, non cogitabat de Religionis ingressu, secus verò resoluunt si cogitabat, ex ea ratione, qua in priori casu censetur mutare priorem voluntatem, & sic testamen- 11

testmaentũ illud eo ipso quòd se, suaque bona monasterio dedicat, in posteriori autem euentu nulla noua voluntas ex professione consurgit, cùm tempore testamenti facti adfuerit cogitatio professionis, & illæ non obstante testamentum prætetito monasterio in fauorem extranei conditum sit; quarn hanc partem sustinent Guillelm. Bened. *in c. Raynutius, de testam. verbo mortuo itaque testatore il. 1. n. 297.* Couar. *in c. 2. n. 5. de testam. & in cap. quamuis pactum p. 3. §. 2. n. 5.* Mench. *de success. creat. lib. 2. cap. 20. n. 29.* Spin. *in speculo testament. gl. 6. rub. num. 3.* Humad. *l. 7. gloss. 5. num. 3. tit. 7. p. 1.* Fr. Emmau. *quæst. Regularium tom. 3. q. 16. art. 2. & q. 69. art. 11.* Cræss. *de successiõ. ab intestato. §. testamentum q. 34. num. 3.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 1. à num. 9.* Ceuall. *commun. contra communes, quæst. 121. à num. 2.* Valasc. *de partit. cap. 16. num. 17.*

12 Ego tamen censeo testamentum illud firmum omninò manet, siue tempore testamenti cogitatum sit de ingressu, siue non, ex eo quia omnia iura concedunt liberam testandi facultatem ante Religionis ingressum, *auth. nunc autem, C. de Episc. & cleric. §. illud, in auth. de monach.* tum quia licèt ingrediens cẽseretur voluntatem contrariam priori testamento demonstrate, illa non sufficeret etiam expressa ad prioris testamenti reuocationem, sed opus est alia dispositione contraria; & ideò ita meritò tenent Nauar. *dict. comment. 2. num. 51.* Sarmien. *select. lib. 5. super § is, cui in tempus, n. vlt.* Clar. *§. testamentum, q. 28. n. 4. & 5.* Mathent. *de legat. lib. 2. c. 1. n. 15.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 9. n. 44.* Angul. *de melior. lib. 1. c. gl. 3. n. 20.* Boet. Epo *cap. 2. num. 14. de testam.* Tapia *in auth. ingressi, C. de sacrosanctis Eccles. verb. ideóq; nec de his, c. 1. num. 65.* Fachin. *controuers. lib. 6. cap. 14. versic. postrema igitur,* Chald. Pereira *de nomine mphyt. q. 6. n. 10. & 16.* Azor *instit. mor. p. 1. lib. 12. c. 2. q. vlt. & cap. 6. quæst. 5.* Molin. *de iustit. tractat. 2. d. 139. dub. vlt.*

13 In eadem gloss. ibi, *Sed quid si ingrediens monasterium habens vsumfructum bonorum, numquid monasterium pascit vti fructibus illo viuente,* &c. Quæstio hæc est multum difficilis si loquamur de vsufructu paterno in aduentitia filij bona, in qua vna sententia tenet eum vsum fructum extingui professione patris, & ea tunc pertinere ad filium, quam sustinent Bernard. *reg. 794. num. vnic.* Mieres *de maior. p. 2. q. 3. n. 14. in 1. edit.* Morquech. *de diuis. bonorum, lib. 4. c. 4. n. 32.* Fachin. *d. lib. 6. cap. 12. vers. ego puto,* Mendez à Castro Ceuall. *commun. contr. commun. q. 64. à num. 8.* Castill. *controuers. lib. 1. de vsufruct. cap. 64. à n. 8.* Benedictus Ægid. *in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 2. §. 2. num. 11. cum seqq.* & est probabilis.

14 Alij verò multò meliùs tenent vsum fructum nequaquam extingui, nec diminui, sed totum pertinere ad monasterium toto paternæ vitæ tempore, ex quorum numero sunt Nauar. *d. commento 2. n. 18.* Mench. *de success. progressu lib. 1. §. 1. num. 46.* Pinel. *in l. 1. p. 1. à num. 49. C. de bonis matern.* Spin. *de testament. gl. 4. rub. n. 16. & gloss. 12. princip. num. 11.* Matiens. *in lib. 9. gloss. 2. num. 2. lib. 6. nouæ recopil.* Card. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, à num. 140. C. de in integr. restit. minor.* Tapia *in auth. ingressi, C. de sacrosanctis Eccles. verb. sua, cap. 17. n. 7.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 240. column. 4. vers. an verò vsusfructus,* Lessius *in simili tract. lib. 2. cap. 41. dub. 10. num. 83.* Azor *institutionum moralium, part. 1. lib. 12. c. 8. q. 2. & par. 2. lib. 2. cap. 22 q. 4.* Sayr. *in claui regia, lib. 9. cap. 7. num 9.* Rebell. *de oblig. iustitia, p. 1. lib. 1. q. 7. sect. 2. num. 21. & p. 2. lib. 1. q. 8. sect. 6. n. 64.* apud quos videbis huius partis fundamenta.

In gloss. *Diuidere*, ibi, *sed qualiter testatur*, &c. 15
Ergo hæc diuisio inter liberos, & testamentum, vt per hanc gloss. tenent plures, quos refert, sed non sequitur Sanchez *d. lib. 7. cap. 9. num. 9.* vbi *num. 10.* ait verius testamentum non esse, sed diuisionem quandam, quam professus ille efficit, non vt dominus, sed vt administrator à iure constitutus ad hunc effectũ, & *n. 11.* subdit effectum magnum esse nosse an diuisio illa sit testamentum nuncupanda, an solùm distributio quædam, quia ex testamento oritur actio, ex diuisione autem non, *l. diuisionis placitum, ff. de pactis.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod ingrediens Religionem non succedat an valeat? remissiuè.*

2 *Filius monachus à patre exhæredari non potest ex causa ingratitudinis commissa ante professionem.*

3 *Retrahens malo animo à Religione sine fraude, aut vi ingressurum eam, vel iam ingressum, sed nondum professum, lethaliter peccat, sed non tenetur ad vllam restitutionem faciendam.*

4 *Religioni quod damnum resarcire teneatur ille, qui vi, metu, aut fraude, seu mendacio adduxit quẽpiã à proposito ingrediendi Religionẽ, vel emittendi in ea professionem? remissiue.*

5 *Excommunicationẽ incurrunt retrahentes mulieres ab ingressu Religionis.*

CAP. Non liceat. X. & vlt.

Ex Nouell. CXXIII.

AB *hereditate repellere monachos factos.*] An valeat statutũ, quòd ingrediens Religionem non succedat; vide Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm gloss. 5. num. 21.* Peregr. *var. lib. 6. num. 77.* Bernard. Grauæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 32. consid. 2.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 12. num. 18. & 19.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regular. resol. 72. num. 3.* 1

Quamuis dum laici fuerant, in causâ ingratitudinis inciderint.] Notatur ad hoc quòd non potest filius monachus à patre exhæredari ex causa ingratitudinis commissæ ante professionem, vt per Hippol. de Marsil. *sing. 413. n. 6. & in rubr. de fideiussoribus n. 216.* Roman. *sing. 485.* Guillem. Benedict. *in c. Raynutius, de testament. verbo in eodem testamento il 2. n. 37.* & *ibi* Conzr. *num. 20.* Ioan. Garc. *reg. 199. n. 25.* Spin. *in speculo testament. gloss. 20. princ. à num. 64.* Emmau. à Costa *in l. Gallus §. & quid si tantum p. 3. num. 195. cũ seqq.* Tiraq. *de priuileg. piæ causæ, priuileg. 20.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 1. n. 30. cum seq.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom 2. q. 77. art. 2.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 32.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resolut. 72. num. 2.* Et quamuis Vasq. *de success. creat. lib. 3. §. 10. num. 646.* allegatis multis Doctoribus dicat per monachum abstergi dumtaxat ingratitudinem respicientem filium, qui ingreditur monasterium, non verò eam, quæ principaliter lædit patrem, nihilominùs dicendum est per Religionis professionem deleri ingratitudinem præteritam, cuius causæ filius profitens exheredari poterat, vt meritò docent Panormit. *consil. 27. num. 2. volum. 2.* Siluest. *verbo Religio 6. c. 2. ad fin.* Tabien. *eodem verbo num. 43.* Laurent. de Palat. *in tract. de stat. exclusiue fœminarum num. 108.* Surd. *d. q. 1. num. 39.* 2

Mart.de iuriſdict.p.4.caſu 26. n. 18. & 19. Molin. de Iuſtit.tract. 2. diſput. 176. dub.vlt. Duard. in Bullam Cœnæ lib.1.canon.15.q. 17. n.7. Merlin.de legitima, lib.4.tit.1.q.7.num.3.

3 *Abſtrahere de monaſteriys.*] Nota quòd qui mala fide, vel animo malo retrahit à Religione ſine fraude aut vi ingreſſurum eam, vel iam ingreſſum, ſed nondum profeſſum, lethaliter peccat, ſed non tenetur ad vllam reſtitutionem faciendam diſſuaſo, aut Religioni, eo quòd contra iuſtitiam non deliquit, ſed quia contra charitatem peccat, tenetur conſulere damno illato eidem diſſuaſo, reducendo eum pro viribus ad primum propoſitum. Colliges hæc ex Soto de Iuſtit.lib.4.q.6.artic.3.in ſolut.2.argũ.Nauar. in man.c.12.n.44.Patr.Nauar.de reſt.lib.2. cap. 2.poſt princ.Stuoica de voto q.4.n.24.Vaſq.in opuſc.de reſtitut.c.8.dub.2.num.34.& 35.Molin.de Iuſtit.tractat.4. diſput.51.num.2. Azor. inſtit. moral. p.3.lib. 5. cap. 2. verſ.in hac re,& verſ. ad hac omnia.Sayr.in clauſi Regia l.11.c.1.n.28.& 29. Fr.Lodouic.Miranda in man. Prał.tom.1.q.16.art.3.concl. 2.

4 Quòd autem damnum teneatur Religioni reſarcire ille, qui vi, metu, aut fraude, ſeu mendacio abduxit quempiam à propoſito ingrediendi Religionem, vel emittendi in ea profeſſionem? vide Vaſq. num.38. Molin.num.10.concluſ. 6. Azor.,verſ.quarto que hactenus, citatis locis, Leſſi.de iuſtit.lib.2.cap.8. dub.3.n.15. Bonacin.de reſtit.diſp.2.q.1.puncto 1.n.3. Soar. tom.3.de Relig.lib.5.cap.9.n.10.Sayr.d.c.1.n.33.

5 Per Concil.Trident.ſeſſ. 25.de Regularib. cap.18. excommunicantur retrahentes mulieres ab ingreſſu Religionis, de quo vide Soar.de cenſuris tom.5.diſput. 23.ſect.7. à num.8. & tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 9. Soar.in praecepta Decalogi tom.1.lib. 4. c.4.per tot. F. Emman.quæſt.Regul.tom.3 q.14 art.3.& q.17.art.19. Filliuc.tract.14.c. 6. q. 5. num. 89. dixi de officio, & poteſtate Epiſcopi part.3.alleg.104.per tot. vbi num.6. aſſero parentes prohibentes filios ne Religionem ingrediantur, non incidere in illam excommunicationem.

CAVSA XX.

QVÆSTIO I.

1 GLos.in ſumma,verbo,quod intra annos, citat Diuum Gregorium referentem in dialog. de quodam puero nouem annorum, qui nutricem ſuam grauidauit qui id narrat lib.4.c.19.teſtatur etiam D. Hieron.in epiſt. ad Vitalem Presbyterum ſe audiſſe puerum quemdam in decimo anno grauidam feciſſe eius nutricem, vbi ſubdit Salomonem in decimo anno genuiſſe Roboam, Achaz etiam in anno ætatis vndecimo Ezechiam procreaſſe, de quo, & aliis exemplis puerorum, qui nono anno, decimo, & vndecimo generauere, vide Tiraq.l.6.connub.n.37. Corraſ.lib.6.miſcel.cap.23.num.4 Couar.de ſponſalib. part.2. cap.5.num.4. Sot.in 4. diſt. 35.q.vnica art. 5. verſ.quod ſi rurſus,Ioan.Franc.Fara in tractatu de eſſet. infantis cap.19.num.9.Boer.deciſ.318.num.4. Anton. Gom. tom. 3. variar. cap.1.num. 59. cum ſeqq. Petr. Mozz.de contract.tit. de nupt.§.qui poſſunt contrahere ſponſalia num. 4.poſt medium, Alphonſ. Mendoz. in quodlib. quæſit. 4. poſit. 4. §. 3. pag. 363. Menoch. de arbitr. caſu 57.num.33.Gregor. Lop.l.9.verbo que no podria,tit.1.part.7 Perez ad tit.15. lib.8. Ordinam pag 310.Farinac.in praxi crimin. p. 3. quæſt. 92.n. 80. Coſta in c.ſi pater,de teſtam.lib 6.part.2. verbo impuberes num.10.Ioſeph. Lodou. Lucenſ.deciſ. 17.n. 70. Sanch. de matrimon. lib. 7.diſput. 104. num. 29. vbi ſubdit Nauar.conſ.39. num. 13.de ſponſalib. in antiq. aliàs conſil.4.n.13.de deſponſ. impub.in nouis, atteſtari ſe audiuiſſe à viris magna fide dignis quandam puellam decem annorum ante paucos annos peperiſſe in Regno Neapolitano.

Cap. Addidiſtis.

VVlgò colligitur ex verbis huius text. ibi, *in infantia annis ſub regulari tradiderint diſciplina*, &c. puerũ in prima infantiæ ætate conſtitutum poſſe à parentibus Religioni offerri, & ipſam Religionem poſſe illum admittere, ſe recipere, vt per D. Antonin.2.part.tit.11.c.2.§ 8.notab.4.Palud in 4.diſt. 38.q.4.art.3 n.36 Sanch. in precepta Decalogi tom.1. lib.4.cap.18.num.8. Soarez tom.3.de Relig. lib. 1.c.1. n.10. Fr.Bartholom de Vecchis in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis d. 2. dub. 6. num. 2. vbi ſubdit, ſic Religioni oblatum, quatenus Religioſus fiat, non poſſe à memoratis, parentibus reuocari, vide infrà ad caput 1.hac cauſa quæſt.2. 1

SVMMARIVM.

1 *Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa officium habere non poſſunt quacunque virgines non ſunt, ſed contrarium verius, vt n.3.*
2 *Conſecratio, ſeu benedictio dupliciter Abbatiſſis olim dabatur, & quomodo.*
4 *Veli nigri quintuplicis mentio in iure inuenitur, & quibus locis declaratur.*
5 *Abbatiſſa in qua ætate deberet olim eſſe conſtituta ſecundùm temporum varietates oſtenditur.*
6 *Abbatiſſa nulla, vel Prioriſſa hodie eligitur minor annis quadraginta, & qua octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit, ſuper qua ætate Epiſcopus diſpenſare non poteſtate.*

Cap. Iuuenculas. XII.

EX hoc text. vulgò colligitur ab Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ officio excludi quaſcunque, quæ virgines non ſunt, vt per Mandoſ.de ſignatura gratia, tit. diſpenſatio pro corrupta, ſtatim in princ.& in addit.ad Lap.allegat.60. lit.N.Borgaſ.de irregul. part. 3.concl. 4. de caſibus in quibus ſolus Papa diſpenſat n. 40. in fine, Maior.de irregul.lib.1.c.29.n. 13. Selua de benef. part.4.q.7.num.7.Viuard.in candel. aureo p. 3.cap. 5. num.13. in 2.edit.Fr.Emman.qq.Regular.tom.2.q.54. art.3.& tom.1.q.64.art.4. 1

Verùm nullo iure hæc ſententia probatur, immo eo attento tenendum Monialem viduam, ſeu non virginem poſſe eligi in Abbatiſſam cum Fr. Emmã. tom.3.ſumm.cap.3.num.9. Portel.in dub.Regul. verbo Abbatiſſa n. 10. Soar.de Relig.tom.4.lib.2.c. 6. n. 16. Hieron.Roder.in compendio quæſt.Regul.reſol.2.n.26. & vt vera appareat, & genuinus huius text. ſenſus præſtari poſſit, ſciendum eſt quod conſecratio, ſeu benedictio dupliciter Abbatiſſis olim dabatur, primo modo cum velo profeſſionis omnibus monialibus communi, & hæc communes Abbatiſſarum benedictiones non exigebant virginitatem, vt bene docent Palud.in 4.d.21.q.3.art.3.n.60.& D.Antonin. p.3.tit.17.cap.22.§. 1. ad fin, prout nec hodie Abba- 2

tiſſæ

cissæ communes, quæ triennales sunt, solent aliqua benedictione consecrari. Nauat.*cons.4.num.3.de Regular.in antiq.aliàs cons.2. num. 3. de statu monach. in nouis* Fr.Emman.*quæst.Regul.tom.1. quæst.22.art.3. in fine.* Secundo modo dabatur Abbatissis benedictio specialis virginum propria, seu consecratio, qua nulla Monialis, quæ non fuerit virgo, seu quæ vllo modo fuerit corrupta etiam occulta, consecrari poterat, vt benè probat Fr.Ludou.Miranda *de sacris Monialibus q.7.art.8.conclus.1.*

3 Quibus præhabitis iam patet intellectus ad hunc text. interdicentem non virginem velari, vt non loquatur de quocumque Prælationis velo, seu de velo professionis omnibus Monialibus communi, sed de solito dati solis virginibus consecratione quadam, & benedictione propria characteris Episcopalis, atque ita explicant Archid.*hic n.2.* Bellam. *num. vnic.* Turrecrem,*in fine*, quos refert, & sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi tom.2.lib.5.n.22.*

4 Similiter ad huius text. & aliorum iurium intelligentiam ex Palud.*in 4.d.38.* & Syluest.*in sum. verbo consecratio n.1.* notat Miranda *d.art.8. in princ.* quintuplicis veli nigri mentionem haberi in iure. Primum dicitur velum professionis, quod fœminis dabatur olim in duodecimo suæ ætatis anno completo, quando faciebant professionem, iuxta *cap.puella 20.q.3.* & hoc velum in Religionibus portant hodie omnes Moniales professæ, siue virgines, siue viduæ, licèt iuxta Concil.Trident.*sess. 25. de Regular.c.16.* iam non profiteantur, nisi in 16. ætatis anno completo. Secundum velum est, quod dabatur olim 25. ætatis anno, iuxta *cap.placuit.hac ead.caus.& q.* quod est Concilij Carthaginen. III. *cap.4.* vbi sequentia verba habentur, *Placuit vt ante 25 annum ætatis neque Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.* Tertium velum est ordinationis, quod dabatur anno 40. iuxta *c. Diaconissam 27.q.1.* quod est Concilij Carthaginensis III. vbi statutum fuit, quòd sanctimoniales ante 40. annum non velentur, dabatur illis quædam benedictio; ex qua accipiebant beneficium inchoandi horas in choro, & legendi homilias, quod aliis facere non licebat. Quartum velum erat Prælationis, quod dabatur Abbatissis sexagesimo ætatis suæ anno, vt habetur *in hoc text.* Quintum, & vltimum velum dicebatur continentiæ, & obseruationis, quod erat viduarum, iuxta *c.vidua 27.q.1.* sed poterat etiam dari virginibus, licèt virginale non posset dari viduis, etiam ex dispensatione Episcopi, iuxta *c.deuotis, hac ead.causa, & quæst.* vbi sequentia verba habentur, *Viduas autem velare Pontificum nullus attentet,* quę quidem verba iuxta communem expositionem intelligenda sunt de velamine virginum quod est dicere, quòd quamuis virgines velari possint velo continentiæ, & obseruationis (quod erat viduarum) non tamen è contra viduæ velari poterant velamine virginum.

5 Ex quibus vltra varias veli species colligitur magna in annorum computatione varietas, pro quorũ cognitione aduertere oportet cũ gloss. *verbo tricesimum, in cap.indemnitatibus, de elect.lib. 6.* quòd olim Abbatissa esse debebat non minus quàm sexagenaria, vt constat ex hoc text. vbi gloss. *verbo sexagenariam*, esse dicit conforme doctrinæ Apostoli Pauli *ad Timoth.* & ea de re agens inquit, vt vidua non eligatur minor sexaginta annorum, quod & refertur *in cap. quomodo 31. quæst. 1.* At hoc postea moderatum fuit in Concilio Carthaginen. III. & in Concilio Agathen *cap.19.* & statutum, vt Abbatissæ essent saltem quadragenariæ, vt *in dict. c.sanctimoniales, hac ead.causa, & quæs.* Addit demum prędicta gloss. *verbo tricesim, in dict. cap. indemnitatibus,* quòd supradicta iura ablata sunt per *cap. cum in cunctis §. inferiora, de elect.* vbi ad omnia inferiora ministeria animarum curam habentia non exposcebatur, nisi tempus annorum 25.

Hodie *in Concil.Trident.sess 25.de Regular. cap.7.* 6
expresse habetur quòd nulla Abbatissa, vel Priorissa & quocumque alio nomine præfecta, vel præposita appelletur, eligatur minor annis 40. & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit super qua ætate Episcopum dispensare non posse tenent Armendar.*in addition.ad recopil.legum Nauarra lib.1.tit.18.l.7.de Episcopis num. 102.* Azor.*instit. moral.part.2.l.6.c.5.q. 9.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 62.n.6.* Nicol.Garc.*de benef.part. 5.cap.4.n. 71.* Aloys.Ricc.*in decisionibus Curiæ Archiepisc.Neapol. part.4.decis.309. n. 9.* Subiungit idem Concil. Trident quòd si id incommodum superiori, qui electioni præest, videatur, ex iis, quæ in eodem monasterio annum tricesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem rectè vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente eligatur.

Cap. Deuotis XI. *Gelasius.*

Gelasius Papa *in Epist.ad Episcopos per Lucaniã, cap. 15.* relatus *in hoc text.* admonet ne viduas 1
velare Pontificum vllus attentet, quod nec auctoritas diuina delegat, nec Canonum forma præstituit, eadem fermè refert Triburiense Concil *cap. 25.* & habetur *in cap. viduas 8. infrà 27.q.1.* Et licèt huius decreti occasione motus Loaysa *in notis ad Canonem in Concil.Tolet.IV.* existimauerit diuersitatem in Ecclesia fuisse pro temporum, aut etiam regnorum diuersitate, viduásque velari solitas apud aliquos, apud alios verò non, tamen dubitari non potest illas religiosa veste indutas, earúmque capita velari consueta fuisse, vt constat ex dicto Concilio Tolet. IV. *cap.56.* & *ex cap.vlt. hac eadem causa, & quæst. & ex cap.viduas, cap.omnes fœminæ, cap.vidua 27.q.1.* & expresse ex antiquissimo ordine Romano, tam in ordine Diaconæ faciendæ, quæ plerumque ex viduis assumebantur, quàm in consecratione viduæ castitatem professæ.

Quid autem velit Gelasius *in præsenti*, dum admonet ne viduas velare vllus Pontificum attentet, 2
nostri est muneris inuestigare, pro cuius decreti vero intellectu sciendum est, quòd velamen quandoque ipsæ sibi propria sponte imponebant etiam in priuatis domibus, vt apparet ex Concil.Parisiens.sub Gregor.IV.*lib.1.cap.44.* & Triburien.*cap.25.* & Toletano X.*cap.5.* quandoque autem sibi imponebant in Ecclesia, non tamen imponebatur ab Episcopo, sicut sacris Virginibus, sed ipsæ viduæ illud publicè accipientes ab Altari sibi imponebant, vt constat in primis ex ordine Romanorum in ordinatione faciendi Diaconissam hæc habentur: *Tunc ponat Episcopus coram omnibus in collo eius, dicens: Stola iucunditatis induat te Dominus, ipsa autem imponebat velamen capiti suo palam omnibus de Altari acceptum cum Antiphona,* &c. & postea in consecr. viduæ habetur etiã: *Tunc imponat ipsa velamen capiti suo.* Cùm tamen in consect. virginis hæc habetur: *Benedictione expleta, & ad interrogationem Episcopi de obseruatione sacri velaminis illa coram professa Episcopus mittat velamen super caput ipsius virginis, ita dicens: Accipe velum sacrum puella,* &c.

Quibus præhabitis iam patet in velandis viduis, 3
& virginibus differentiam magnam constitui, illæ enim velamen sibi ipsi imponebant, ab Episcopis non

non consecratum, imo id expresse Episcopis interdictum erat, vt bie text. insinuat, hæ verò noo ita,
1 sed ab Episcopis accipiebant, ooo alia, vt credo, ratione nisi vt maior virginibus sacris bonor deferretur, quo excellentior virginalis præ viduali statu ostenderetur; quod & optime probat Parisiense Conc. *can.* 40. sub Gregorio IV. *lib.* 1. cuius bæc sunt formalia verba. *Comperimus quod quidam Presbyterorum incautè, & extraordinariè velum viduarum inconsultis Episcopis suis consecrarent, & ob id eidem Religioni macula ingerebatur, quia eisdem velatis per diuersa vagandi occasio prebebatur. Vt autem nullus Episcopus viduas velare attentet, canonica auctoritas inhibet. Quod vero Presbyteri inconsultis Episcopis suis velum viduarum consecrare non præsumant, prorsus interdicimus. Quòd si quispiam Presbyterorum huius constitutionis contumaciter transgressor extiterit, canonica correptionis pœnas luot.*

QVÆSTIO II.

CAP. Si in qualibet. I.

1 NOta pro intelligentia hoius text. & ioriom similium puerum in iofantiæ, & pueritiæ ætate constitutum posse offerri à parentibus Religioni, secundum Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *n.* 8. Soar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *c.* 1. *n.* 10. & tunc ante annos pubertatis sua voluotate egredi non potest, quia in illa ætate noo tam sua, quàm patris voluotate cogendus est, nec à parentibus amplius reuocari valet, quia iam cesserunt iuri suo, & quantum in se erat, donationem filij fecerunt Religioni, vt tradunt Syluest. *in sum. verbo Religio* 2. *q.* 10. & 11. Soar. *d. c.* 13. *n.* 13. vbi subdit Religionem infrà præfatum pubertatis tempus posse memoratum puerum expellere, si ita sibi expedire censuerit, quia pro nullo tempore se obligauit ad illum retinendum. Præfata verò pubertatis ætate expleta liberum est ei, vel perseuerare in Religione donec professionem expressam, aut tacitam emittat, vel ad seculum redire, vt expresse habetur *in c. significatum, & in c. cum simus, de Regularib.* vbi dixi, prout etiam liberum est ei tunc Religionem adire inoitis etiam parentibus, aut curatoribus, qui iam potestatem reuocandi illum oon habebunt, sicoti ex hoc text. colligunt D. Antonin. 2. *p. tit.* 11. *c.* 2. §. 6. *col.* 1. Panor. *in c.* 2. *n.* 2. *d. Regul.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad religionis statum nouitiis, disp.* 2. *dub.* 6. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Puella, quæ ex se sponte absque oblatione parentum fuit ingressa religionem vsque ad annos* 12. *paternæ voluntatis subiacebit arbitrio.*
2 *Cap.* 2. *de regularib. suppletur per text. in præsenti.*
3 *Monasterium si adeo remotum sit vt intra anni, & diei tempus parentes filium absque eorum oblatione religionem ingressum reuocare nequeant, concedendum erit eis longius temporis spatium, prout loci distantia postulauerit.*
4 *Annus de quo in hoc text. computandus est à die scientiæ ingressus impuberis habita per parentes.*

CAP. Puella. II. *Ex Conc. Triburiensi.*

ALlegatur hic text. ad hoc quòd vsque ad annos xii. paternæ voluntatis subiacebit arbitrio puella illa, quæ ex se sponte absq; oblatione parentum fuit ingressa Religionem, si verò per annum & diem dissimolantes consenserint, eo tempore transacto illam reuocare non poterunt, de quo vide Fr. Emman. *q. regul. tom.* 3. *q.* 25. *art.* 4. Sayr. *in claui regia, lib.* 6. *c.* 1. *n.* 12. & *c.* 5. *n.* 3. & *c.* 10. *n.* 23. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad religionis statum nouit. disp.* 2. *dub.* 6. *n.* 5. *cum seqq.* 1

At si annum, & diem.] Quamuis *in c.* 2. *de Regularib.* dicatur, *si infra annum non reclamauerint,* supplenda est in eo text. dies, vt definitur in hoc, de quo *in præsenti,* sic notant Sanch. *in præc. Decalogi to.* 1. *li.* 4. *c.* 18. *n.* 10. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 6. *n.* 11. 2

In gl. *At si annum.* ibi, *nisi ita longè sit monasterium,* &c. Notatur ad hoc quòd si remotum sit monasterium, vt intra illud anni, & diei tempus, parentes filium absque eorum oblatione Religionem ingressum reuocare nequeant, coocedendum erit eis longius temporis spatium, prout loci distantia postulauerit, vt per Host. *in sum. tit. de Regularibus, num.* 9. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 6. *sub n.* 12. 3

In ead. gl. ibi, *Sed à quo tempore currit annus iste,* &c. Notatur ad boc quod hic annus computandus est à die scientiæ ingressus impuberis habitæ per parentes, aut tutores, vt per D. Anton. 2. *p. tit.* 11. *c.* 2. §. 6. *col.* 2. Rosel. *verbo nouitius, n.* 1. Syluest. *verbo religio* 2. *q.* 11. Fr. Barth. de Vecchis *d. dub.* 6. *sub n.* 12. vbi etiam post Soar. *de relig. tom.* 3. *lib.* 5. *c.* 1. *n.* 8. subdit hunc annum necessariò includi debere intra annos pubertatis, itaut si impubes prope pubertatem insciis parentibus, aut tutoribus statum suscipiat Religiosum, conceditur illis ad eum reuocandum id solum tempus, quod superest vsque ad pubertatem, quo expleto eum amplius reuocare nequeunt. 4

QVÆSTIO III.

CAP. Præsens IV. *Nicol.*

M*Onastico habitu violenter est indutus.*] De professione ob vim, metumve nulla, & an, quando, & quomodo de illo constare, & qualis esse debeat, vide per me citatos *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 104. *n.* 10. *cum seqq.* quibus addo Bonac. *de clausura, & pœnis eam violantibus impositis, q.* 2. *punct.* 10. Sanctarel. *var. resolut. q.* 48. *per tot.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad religionis statum nouit. disp.* 13. *dub.* 12. 1

In gl. *Patrem.* ibi, *Item habes hic quod timor patris impedit matrimonium spirituale,* &c. Tenet hæc gloss. metum reuerentialem solùm sufficere ad professionem Religionis annullandam, in hoc differentiam constituens inter matrimonium carnale, & spirituale, vt illud solus metus reuerentialis absque minis minime irritet, hoc autem bene irritet, sequuntur Hippol. *sing.* 347. *incip. Matrimonium,* Meneh. *illustr. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 17. *iuncto n.* 19. Campeg. *de dote, p.* 3. *q.* 88. *n.* 2. & 3. Natat. *in manual. c.* 12. *n.* 51. *vers. octauum, & commente* 2. *de regul. n.* 31. & *n.* 67. *vers. addodecimotertio, & cons.* 84. *n.* 2. *de regul. in antiq. aliàs cons.* 36. *n.* 2. *de sponsalib. in nouis, & cons.* 3. *n.* 2. *de conuers. coniug. aliàs cons.* 12. *n.* 6. *de his, quæ vi,* Iacob. de Graffis *in* 2

aureis decisionibus, p.1. lib.2. cap. 55 num.17. & 18. Bursat.*conf.72.num.21.vol.1.*

3 Verùm probabilior tenet sententia nil distare in hoc inter matrimonium,& professionem,& sic metum solum reuerentialem non annullare professionem, sicut nec annullat matrimonium, ita tenent Couar.*de sponsalibus,p.2.c.3.§.6.n.7. & 8.* Mantiens.*in dialogo relat.p.3. c.20, n.4.* Padil.*in l.interpositas,n.17.C.de transact.*Salzed.*ad Bernard.reg.353.ampl.1.* Hentiq.*in sum.lib.11. de matr.c.9. §.5.* Belttamin. *in annot.ad dec.385. Gregorij XV.* Sanch.*de matr.lib.4. disp.6.n.18.*Soar.*in claui Regia,lib.6. c.4. n.18.*Soar. *de Relig.tom.3.lib.6.c.4.n.16.*Fr.Barth.de Vecchis *in praxi seruanda in admit. ad Religionis statum nouit. disp.13.dub. 12.n.11.*vbi *n.12.*post Henri.Sayr.Soar. *n.17 citatis locis*, & Azor.*instit.moral.p.2.lib.17.c.5. q.9.*Sanch.*in precepta Decal.tom.1.lib.4.c.3.n.26.*subdit quòd quando præcesserunt minæ,vel verbera,& filius metu reuerentiali emisit professionem, tunc talis professio censetur inualida, eo quòd adest metus,seu timor cadens in constantem virum.Et ad iudicandum hoc attendenda est ætas , vt si senex, vel puer sit, cui metus incutitur, similiter eius fortitudo,& fragilitas, vt in metu reuerentiali firmarunt Marc.Ant.Cuch. *l.5. instit.maior.tit.12. n.133.* Menoch.*conf.1152.n.24.*& in alio quocunque coactiuo Bursat.*conf.60.num.4.*Socin.*conf.97.lib.3.*Menoch.*de præsumpt.lib 6.pres.50.n.31.*Sanch.*de matr.l.4.disp.3. n.4.& disp.17.n.2.*Gutier.*eod.tract.c.77. n.3.*Farin.*in fragm.crimin.p.2.verbo metus,n.74.*Soar.*de Relig.tom. 3.lib.6.c.4.n.11.*Gregor.XV.*dec.326.n.24.& 26.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi priuantur successione hereditatis illius professi,quem dolo ad professionem incitarunt.*

2 *Dolus debet dare causam ingressus, itaut eo cessante ille ingressus non sequeretur.*

3 *Religiosi comparandi bona intuitu alicuius dolosè ad professionem incitantes priuantur successione hereditatis illius professi, secus si intuitu familiaritatis.*

4 *Abbatis solius dolus sufficit, vt incurratur pœna amissionis successionis,de qua in hoc text.*

5 *Professio ex errore, vel dolo emissa non est irrita, quamuis deceptio,& error sit causa finalis.*

6 *Professio per errorem,vel dolum circa substantialia emissa est inualida.*

Cap. Constituit. V. & vlt.

Ex Moguntino Concil.

1 Concilium Moguntin. relatum *in præsenti text.* qui eisdem ferè verbis habetur etiam *in c.pen. 16. q. 7.* decidit propter professionem dolo Monachorum factam in pœnam doli,priuandos esse successione hæreditatis illius professi;cuius decisionis ea est ratio, quia bonorum oblatio ex professione consurgens sapit naturam contractus bonæ fidei, teste Bart.*in l.1. C. de plus petit.* & in his dolus dans causam contractui vitiat illum ipso iure, vt notant scribentes *in l. eleganter ff. de dolo*, quam rationem tradunt Archid. *hic num.1. & 2.*& Bellam,*statim in princ.*Bero.*in c.in præsentia,n.105.de probat.*Tapia *in auth.ingressi,verbo sua,c.11. n.16.C. de Sacrosf.Eccles.* latè,& eleganter Sanch.*in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7.c.34.per tot.*vbi *n.11.*subdit hunc text.quamuis sit ex Concilio Prouinciali desumptus,obligare eo quòd sit tacitè ab Ecclesia admissus.

Tres conditiones exiguntur, vt decisioni huius text. sit locus Prima est vt is dolus causam ingressui dederit, ita vt eo cessante ille ingressus non sequeretur,ita Archid. *hic n.1. in fine.* & Bellam. *statim in princ.*Beroi.*in d.c.in præsent.n.103.*Sanch.*d c.34.n.3.* 2

Secunda vt decipiens comparandi bona intuitu ductus fuerit , secus si intuitu familiaritatis quam cum ingressuro habebat,aut aliarum dotium,quibus prædictus erat,duceretur, vt colligitur ex hoc text. ibi, *sed in auaritiam ; & turpe lucrum inhiantes* , ita Nauar.*commento 2.de Regularibus, n.31.* Tapia *in d. authent.ingressi, verbo sua,c.11. in fine,* Azor. *institut moralium,p.1.lib.12.cap.20. q.1.in fine,*Sanch.*d.c.34. num.4.*

Tertia conditio,vt si is dolus non à solo Abbate processerit,sed ab ipso cum maioris partis Conuentus consensu , quia cùm non sit solius Abbatis ad professionem admittere,sed cum maiori parte Conuentus,dolus sui Abbatis non debet Conuentui in hac acquisitione obesse;ita Beroi.*conf.28.n.11.vol.1.* Læl.Zecht.*de Republ.ecclesiast. tit. de Regular.cap.3. n.14 limit.1.*Tapia*d.verbo sua,c.11.n.20.*Verùm hæc conditio non est admittenda,sed tenendum sufficere dolum solius Abbatis,quia text.*in præsenti* de solo Abbatis dolo loquitur, tum quia hîc non agitur de bonis monasterio quæsitis, vt quando expellitur professus à solo Abbate , sed agitur de bonis acquirendis , in quibus solus Prælatus potest Ecclesiæ præiudicare , & ideò meritò hanc partem sustinent *in d.c.in præsentia.*Dec.*n.33.in noua edit.*Beroi *n.110.* & Ferret.*n.22. & 23.* Nauar.*d.n.31.* Azor.*d.part.1. lib.12.c.10.quæst.1.in fine,*Sanch.*d.c.34 n.6.*

In gl.*Cogantur.*Nota professionem ex errore, vel dolo emissam non esse irritam,quamuis deceptio & error sit causa finalis, id est , quòd Religiosus non emitteret professionem si de errore , aut dolo habuisset notitiam,de quo vide plures citatos à Sanch. *de matr.lib.10. disp.9.n.20.*quibus addo Less.*de Iust. lib.2.c.40.dub 2.n.12.vers.ex his patet.* Soar.*de Relig. tom.3.lib 6.c.5.n.3* Bonacin.*de legibus, d.4.q.2 puncto 3.§.2 n.4.vers.dixi per errorem,& n.5.vers.dixi votum simplex,* Fr.Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.13. dub. 13.n.4.*qui etiam *n.seqq* resoluunt professionem per errorem, vel dolum circa substantialia emissam esse inualidam.At quando tantus esset dolus, vt consensum auferret,tunc matrimonium irritaret, Abb.*in c. cum dilectus,n.13.de iis quæ vi,*Curt.*in repet. l. interpositas,n.7.vers.fallit primò,C.de transact.*Siluest.*verbo matrimonium 8.q.1.*Perr.Franc.de Ranenoa *conf.64. n.14.*inter matrim. Ziletti, Petez *l.1.tit.1. lib.5.Ordin.*Gurier.*de matr.c.89.n.5* Card. Mantic.*de tacitis, & ambig.conuent.lib.1.tit.9.n.35.*

Qvæstio IV.

Cap. Virginis. I.

Vulgò colligi solet ex hoc text.moniales de vno monasterio ad aliud transferri , vt per Sylu. *in sum.verbo Religio.4.q.16.*Soc.*conf.27. l.2.* Greg.Lop. *l.9.verbo religiosus,tit.7.p.1.* Franc.Marc.*dec.963.n.4. p.1.*Tapia *in auth. ingressi, C. de sacrosf. Eccl.verbo ingressi c.9.n.37.*late Decian.*conf.20. num.13.lib.1.*latè etiam Anton. Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesi.existent. l.8. cap.5.per tot.* Quod locum habere etiam hodie stante noua dispositione Conc. Trident.*sess.25.de Regular.cap.5.* & constitut.Pij 5. quibus 1

quibus prohibetur monialibus egressus à septis monasterij, tradunt Nauar. *in c statuimus 19. q. 3. notab. 4. n. 48. & consi. n. 3. vers. secundò quod non pridem, & n. 6. de statu monach.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 3. q. 52. art. 6.* Sanch. *in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 7. sub n. 6.* quicquid scripserit Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 8. q. 8.*

2 Verùm licet strictò iure hæc translatio monialis fieri possit ex auctoritate Episcopi, & Superiores monasterij, vt notant Nauar. *consi. 5. de statu monach.* & Sanch. *sub d. n. 6* Sacra tamen congregatio super negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, non semel censuit ad eam in casu huiusmodi translationis esse recurrendum, & quando ad illam faciendam licentiam concedit, id non nisi sequentibus adiectis conditionibus statuit. Prima vt antequam à primo monasterio monialis egrediatur aliud sit paratum, in quo beneuolas habeat receptrices, quoque in eo capitulariter per secreta suffragia recipiatur. Secunda vt dotem à cæteris monialibus præstari solitam persoluat. Tertia vt spes illi auferatur ad pristinum monasterium redeundi. Quarta vt translatio fiat comitantibus matronis consanguineis grauibus ab vno ad aliud monasterium, recta via, absque diuerticulo, ac nullibi pernoctetur nisi causa hospitij idque nonnisi apud honestas personas, vt pluries obseruatum extitit ab eadem Congreg. & signanter *in vna Nannaten. 16. Ianuar. 1615. & in Redonen. 1. Ianuar. 1617.*

SVMMARIVM.

1 *Monacho non licet votum vouere sine consensu Abbatis sui, si autem vouerit frangendum erit.*

2 *Nouitiorum vota non possunt directè ab Abbatibus irritari, nisi opera Religionis, vel ordinem illarum impediant, quia tunc poterunt suspendi per superiorem quoad executionem pro illo probationis tempore.*

3 *Vota quæ vnà cum Religionis operibus à nouitio obseruari nequeunt, ipso iure suspensa, & quasi sopita pro eo probationis tempore erunt.*

Cap. Monacho. II.

1 *Monacho non licet votum vouere sine consensu Abbatis sui; si autem vouerit frangendum erit*] Hæc sunt formalia huius text. verba, pro cuius intellectu vide Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 16. q. 4.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 6. c. 5. n. 18.* Less. *de Iustit. lib. 2. c. 40. dub. 13 n. 73.* Soar. *de Relig. tom. 2. tract. de voto, lib. 3. cap. 5. num 4.*

2 At nouitiorum vota non posse directè ab Abbatibus irritari, tenent Nauar. *in manuali, c. 12. n. 65.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittend. ad Religionis statum nouit. disp. 10. dub 6. n. 1.* nisi opera Religionis, vel ordinem illarum impediant, aut nimium Religionis onus aggrauent, quia tunc si sint personalia, tam ante quàm post susceptum probationis habitum emissa, poterunt per Superiorem suspendi quod executionem pro illo probationis tempore, ita Soar. *tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto, c. 7. n. 12. & c. 11. n. 8* Less. *d. c. 40. dub. 13. n. 80. & dub. 16. n. 107.* Sanch. *in prac. Dec. tom. 1. l. 4 c. 33. n. 32.* Fr. Bart.

3 de Vecchis *d. disp. 10 dub. 4. n. 2.* Imo si vna cum Religionis operibus obseruari nequeant, ipso iure suspensa, & quasi sopita pro eo probationis tempore erunt, vt bene docent Fr. Emm. *in sum. tom. 2. c. 91. n. vlt. & q. Regul. tom. 1. q. 25. art. vlt.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 6. c. 14. n. 21.* Fr. Bart. de Vecch. *d. dub. 5. n. 5.*

CAVSA XXI.

Qvæstio I.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesias duas in perpetuum commendatas, vel vnam iure tituli collatam, alteram commendatam in perpetuum non potest quis habere de iure nouissimo Concilij Tridentini.*

2 *Beneficium ad tempus commendatum potest quis habere cum alio iure tituli sibi collato.*

3 *Parochialem habens, & monasterium in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alterum dimittere non tenetur.*

Cap. Qui plures. III. Leo IV.

Posse quemuis duas habere Ecclesias, vnam iure tituli collatam, alteram commendatam in perpetuum, scribit Leo IV. relatus *in hoc text.* sed dubitatur ab aliquibus, an hodie hoc verum sit stante noua dispositione Concilij Trid. *sess. 7. de reform. c. 4.* sic statuentis. *Quicunque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine, & titulo contra formam sacrorum Canonum, & præsertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit, De multa, recepta, insimul retinere præsumpserit, beneficiis ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure etiam præsentis Canonis vigore priuatus existat.* Et *sess. 24 de reform. c. 17.* statuitur vt qui plures Parochiales Ecclesias, aut vnam Cathedralem, & Parochialem obtineot, cogantur omninò quibuscunque dispensationibus, ac vnionibus ad vitam non obstantibus, vna tantum Parochiali, vel sola Cathedrali retenta, alias Parochiales infra spatium sex mensium dimittere. Sunt qui sentiant hisce Concilij decretis esse prohibitum ne quis plura simul beneficia incompatibilia habeat commendata, non tamen vetitum esse ne quis habeat vnum nomine, & iure tituli, alterum commendatum etiam in perpetuum, ita Alphons. Hoiedæ *de incompatib. benefic. part. 2. c. 4. n. 18.* vbi declarat dummodo illa concessio beneficij curati in commendam perpetuam simile habenti fiat à Papa, subditque sic esse intelligendum Nauar. *in man. c. 25. n. 126.* Verùm communis DD. sententia est in contrarium, qui asserunt nec duo beneficia commendata in perpetuum, nec vnum iure tituli, alterum commendatum in perpetuum posse simul haberi quando alioquin sunt ipso iure incompatibilia, ita Azor. *instit. moral. p. 2 lib. 6. c. 10. q. 11. vers. verùm dubia, & c. 13. quæst. 3.* Gonzal. *ad regul. 8 Cancel. gl. 5. § 8. n. 20.* Gom. *in reg. de infirm. signant. q. 13. in fine,* Prosper de Augnst. *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarij, verbo beneficiorum resignationes, nona causa, vers. secundò limita.*

Limita vt non procedat in beneficio ad tempus commendatum secundum Sayr. *in floribus dec. sub tit. de preb. dec. 32.* quem refert Aloys. Ricc. *in collect. dec. collect. 474. in med.* 2

Limita deinde in habente Parochialem, & Monasterium in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, illum enim alteram dimittere non 3

teneri resoluunt Gonzal.*ad reg* 8. *Cancel.gl*.5.§ 8.*n*. 65.Zerol.*in praxi Episc.p.a.verbo Parochia* 5.Nicol. Garc.*de benefic.p*.4. *c*.4. *n*.35. Armendar.*in addit. ad recop.legum Nauarra lib*.7.*tit*.7.*de benefic.incompatib. num*.78.

QVÆSTIO II.

CAP. Cyprianus. IV.

Ex Epistola Cypriani.

1 PRobat hic text.clericos totores testamentarios, aut datiuos etiam volentes esse non posse, vt per Montan.*de tutel. c*.35.*reg*.1. *n*.195. Anast.Germon.*de sacror.immunit.lib*.2. *cap*.15. *n*.13. Carol.de Grassis *de effectibus clericalibus, effectu* 16. *per totum*, & præcipuè *num*.3. id amplians *n*. 4 etiamsi clerico cum ista conditiooe vt filiorum testatoris tutelam suscipiat,legatom relictum sit, quia ea non obstaote & legatum conseqoi,& à totela se poterit excusare,eandem sententiam tenuerunt Vincent. Carot.*dec*.17.*num*.18.*&* 19. Borgnin.Caualcan.*dec*.19. *num*.15.*p*.3. Marta *voto* 129. *num*.1. Paul.Mootan.*d. reg*.1.*n*.193.*cum seq*.Molin. *de Iustit.tract*.2.*disp*.121. *num*.10.Gutier.*de tutel.p*.1.*cap*.1. *num*.28. *vers.neque esse*, *&* in Religiosis probant Sanchez *in præcepta Decalogi,tom*.2.*lib* 6.*cap*.24.*n*.22.Azor.*institut.moral. part*.1.*lib*.12.*cap*.11.*quæs*.3.legitimam verò totelam, vel curam potest clericus, si velit, oon tamen cogitur acceptare,*l. præsbyteros,l.generaliter,C.de Episc.& cler auth.de sanctissimis Episcopis*, §.*Deo autem amabiles,collat*.9.*c.generaliter* 16.*q*.1. Bertrand.*cons*.116. *num*.1.*lib*.2.Viuian.*decis*.151.*num*.7.Iacob de Graff. *in aureis,dec.p*.2.*lib* 3 .*c*.... *n*.13.Borgnin. Caoalcan. *de tutore,n*.288.*& d.decis*.19. *num*.15. Antoo.Piagg. *de tutore,& curat.q*.3.*num*.3. Ioan.Gutier.*d.cap.n*.26. Molin. *d. num*.10. Paul. Montan. *d.reg*.1.*num*.195. Paul.Gualter. *in praxi tutel.part*.1. *rub*.2. *c.vt personam suam inspicias*, *num*.13. Cardio. Tosch.*practic. conclus.litt. T. conclus* 415. *num*.1. Carol.de Grassis *d.effectu* 16. *num*.19. & hoc est singulare in clericis, & ideo oon extenditur ad Monachos & Episcopos propter generalitatem *d.auth.de sanctiss.Episcopis*,§. *Deo autem*,vt notant Greg.*l*. 14. per text.*ibi gloss*.1. *tit*.16.*part*.6.Gutier.*d.cap*.1.*num*.30.Carol.de Grassis *d.effectu* 16.*num*.6.

Pauperom autem miserabiliumque personarum faoote datinam,aot testamentariam tutelam,vel curam posse clericos in sacris constitutos gerere probat,*c.fin*.86.*dist*. *&* *c*.1. 88.*dist*. & ad id per iudicem ecclesiasticum compelli posse, si alius idoneus non repetiator,concludunt Rebuff. *ad constit. Gallia, tit. de sentent.prouis.art*.3.*gl.vlt.num*.24.Paul. Fusc.*in suis singul.litt. C*, *n*.113.Anton.Piagg *de tutore,& curat. q*.3.*n*.4.*&* 5.*cum seqq*.Iacob.de Graff.*d.p*.2.*lib*.3.*c*.2. *num*.12.Scradet. *in tract.de feudis*, *p*.10 *sect*.10.*n*.23. *vers.præterea*,Gutier. *d.c*.1. *n*.31.Paul.Gualter.*d.p*.1. *rub*.2.*num*.13. *col*.2.*vers.quod verò diximus*,Carol.de Grassis *dicto effectu* 16.*num*.17. Paul.Montan.*d.c*.35. *n*.197.vbi ait ita esse iotelligendum text. *in præsenti*.

Ac si quis hoc fecisset, &c.] Collige ex his verbis qoòd pro illis, qui filiis suis clericos tutores datioos, vel testamentarios relinquunt, vota precesve offerri non debent,vt per Antoo.Piagg.*d.q*.3.*n*.1.*&* 2.Gutier. *d.cap*.1. *num*.28. Carol.de Grassis *d.effectu* 16.*num*.1.

QVÆSTIO IV.

IN tota hac qoæst.Gratianus SS. Patrum aoctoritatibus adductis ostendit qoibus vestibus clerici vti debeaot,de qua materia egimus *in collect.ad cap. clerici* 15.*n*.12.*cum seqq.de vita,& honest.cleric.& de offic.& potest.Episc.p*.2.*alleg*.9.*per tot*. 1

In gl.summæ, *Quod verò*.ibi, *Possunt ergo clerici secundum consuetudinem*, &c. Notator ad hoc quòd valet consuetudo quòd clerici possint vti vestibus pretiosis,vt per Couat.*pract.c*.31.*n*.7.*vers*.4.Burg.de Pace *cons*.22.*n*.4.Pacian.*de probat.lib*.2.*c*.34.*n*.38.

CAVSA XXII

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum est aliàs per se licitum.*
2 *Intellige vbi concurrunt tres illi comites, nempe veritas,iudicium,& iustitia.*
3 *Declaratur cap.etsi Christus, de iureiur. ibi*, quod amplius est à malo est.
4 *Declaratur auctoritas Christi Matth*.5. Nolite iurare omnino,&c.

CAP. Non est. II. *August.*

VVlgò colligitur ex hoc text. ioramentum esse actum per se licitum, consonant *cap.in nouo,c. vt noueritis,cum aliis,hac ead.causa,& quæst*.tradont D.Thom.2.2.*q* 89.*art*.2.*&* 4.Booauent.*in* 3.*dist*.39. *art*.2.*q*.1.Angel.*verbo iuram*.11. Syluest.*eod.verbo* 2. *q*.1.Sot.*de Iustit.lib*.8.*q*.1.*art*.2. Nauar.*in man.c*.22. *n*.2.latè Cooar.*in c.quamuis pactum,p*.1.§.6.*n*.1.*num. seqq*.Azor.*instit.moral.p*.1.*lib*.11. *c*.2.*q*.2.*cum seqq*.& plures alij,quos refert, & sequitur Sayr.*in claui Regia,lib*.5.*c*.3.*à princ*. 1

Intellige vbi concurrunt tres illæ circuostantiæ, siue comites, oempe veritas, iudicium, & iustitia, quia nullo casu absque illis licitum est iurare, vt apertè colligitor ex illo Hierem.5. *Et iurabunt, viuit Dominus in veritate,in iudicio,& iustitia*, & refertur *in c.& iurabunt,hac ead.causa,& q & in cap.animaduertendum* 22.*q*.2.*& in c.etsi Christus,in vers.Iacobus, de iureiur*.resoluunt D.Th. *d q*.89. *art*.3.Nauar.*d.c*. 12.*n*.3.Sot.*d.q*.1.*art*.3. Angel. *verbo iuramentum* 3.§. 8.Cou.*d*.§ 6.*n*.4.Sayr. *d.lib*.5.*c*.3. *a princ*. Cuios rei ratio est, quia per iuramentum Deus addocitur in testem qui summa veritas est,quia per ioramentum Deus adducitur in testem qui summa veritas est, & summa iustitia; necessariò igitur fuit ad eius reuerentiam vt id,quod ioratur,primò sit verum,deinde iustum, & tandem necessarium, vt oon passim nec leuiter,sed matoro iudicio, & præuia deliberatione iuretur, nec enim ad iurandum debet quempiam spootanea voluntas ioducere, sed necessitas trahere importuoa,*d.c.etsi Christus,vers.Iacobus*, iuoctis resolutis *ad d.c.animaduertendum*. 2

Noo obstat auctoritas Christi, Matth.5.relata *in dicto cap.etsi Christus*, ibi,*quod amplius est à malo est*, quia *ibidem* respoodet Innocent. III. iuramentum non esse malum,nec Christum Dominom id dixisse, sed procedere à malo, ooo quidem culpa ipsius iurantis, quippe qoi si debitæ concurrant circumstantiæ licitè, & aliquando laudabiliter iurat, sed à 3

malo

malo pœnæ exigentis iuramentum, vel propter illius incredulitatem, vel propter ingenium & conditionem mortalium quibus post primi parentis peccatum non est facilè adhibenda fides in rebus occultis, iuxta illud Psalm. 15. *Omnis homo mendax*, & ideo ille non peccat, qui ex iusta causa iuramentum ad maiorem confirmationem ab altero exigit, ja post alios tradunt Cou. *d.§ 6.n.1.cum seqq.* Soar. *de Relig.tom.2.lib.1.de iuram.c.2.n.15.*

4 Nec etiam obstat quòd Christus Dominus apud Matth. *eod.c.5.* prohibuisse iuramentum videtur dum ibi dicit, *Nolite iurare omninò*, &c. quia similiter respondetur Christum Dominum non prohibuisse indirectè, nec omni casu iurare, sed tantùm prohibuisse frequentiam iuramenti, & ne quis pro quibuscunque rebus indistinctè, & absque necessitate iuraret, vt per Soar. *d.c.1. à princ.* & præcipue *n.15.* & ita Christus Dominus non prohibuit iuramentum in forma debita præstitum, quod ex se licitum, & honestum est.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum factum per creaturas referendo eas in creatorem, & ita cum relatione in Deum, verum est iuramentum.*

2 *Iuramentum definitur vt sit actualis, siue virtualis inuocatio Dei in testem ad confirmandam dictorum veritatem.*

3 *Lapis quamuis per se minimi sit valoris, iuramentum per illum factum verum est iuramentum, dum tamen deducatur cum relatione ad Deum.*

4 *Iurari potest per creaturas dupliciter.*

5 *Declaratur auctoritas Christi Domini Matthæi 6.* Nolite iurare omninò, neque per cœlum, neque per terram, &c. *& n.6.*

7 *Declaratur text. in præsenti.*

8 *Declaratur text. in cap. si quis per capillum, hac eadem causa, & quæst.*

Cap. Clericum per creaturas. IX.

Ex Conc. Carthagin. IV.

1 DOctores communiter resoluunt iuramentum factum per creaturas referendo eas in creatorem, & ita cum relatione in Deum, verum esse iuramentum; & probant, quia iuramentum inter alias definitiones adductas per Couar. *in cap. quamuis pa-*
2 *ctum, p.1. in initio, n.1.* Gutier. *de iurament. confirmat. p.1. in præfat. n.1.* Sayr. *in claui Regia, lib.5 c.1.n.4.* non incongruè definitur, vt sit actualis, siue virtualis inuocatio Dei in testem ad confirmandam dictorum veritatem, at qui per creaturas iurans cum relatione in Deum virtualiter inuocat ipsum Deum in testem, iuxta illud, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, de quo *in auth. multò magis, C. de sacr. Eccles. Clem. vnic. in princ.* vbi gl. *verbo profectò, de reliq. & venerat. Sanct.* Igitur, &c. & ideò ita resoluunt D. Thom. 2.2. *q.89 art.6.* Abb. per text. *ibi in c. etsi Christus, de iureiur. notab.3.* Angel. *in sum. verbo iuramentum 1.§.2.* Syluest. *verbo iuramentum 10.q.4* Sot. *lib. 8. de Iust. q.1. art.6.* Couar. *in c. quamuis pactum p.1, §.1.n.5.* Nauar. *in manual. c.12.n.5.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.3.c.2. à n.10.* Azor. *instit. moral. par.1. lib. 11.c.3.q.5.* Sayr. *in claui Regia, lib 5. c.1. n.14. & c.3. n.14. cum duobus seqq.* Sic sanè si quis iuret per mensam, dicens per hoc altare Dei, seu etiam iuret per hunc panem, per istum ignem, per istam lucem, per hanc aquam Dei, verè iurat, illud enim nomen De in obliquo positum facit, vt Deus illarum rerum conditor saltem virtualiter in testem adducatur, iuxta supracitatos. Sic etiam quamuis lapis per se minimi sit valoris, dum tamen iuramentum deducitur cum relatione ad Deum, eo ipso sanctus putandus, & iuramentum per illum factum manet verum iuramentum, quatenus enim iurans sub eo lapide Deum eius creatorem veneratur, ex illius intentione lapis diuino cultui dedicatur, ac subinde sicut diuino cultui dedicator, ac subinde sicut diuino cultui applicata sancta dicuntur, *c. nulli liceat 12.n.2.* D. Thom. 2.2. *q.81. art.8* ita idem de lapide in iuramentum deducto dicendum est, vt probat difficilis text. *in c. ecce 2.2.q.5.*

Verùm quia supradictis omnibus obstat text. *in præsenti*, dum hic clericus iurans per creaturas acerrimè punitur, *& c. si quis per capillum. inf. hac ead. causa, & q.* vbi grauissimè punitur iurans per capillos, aut per caput Dei, & maximè auctoritas Christi Domini Matth.5. relata *in cap. etsi Christus, vers. licet enim, de iureiur.* quo loco Dominus ait, *Nolite iurare omnino, neque per cœlum, neque per terram*, &c. ideo aliqui constituunt dupliciter posse iurari per creaturas, vel constituendo in illis iuramenti finem, & exhibendo eis reuerentiam, nulla in Deum facta relatione: vel rursus posse iurari per creaturas referendo eas in creatorem; priori quidem modo aiunt nullum constitui iuramentum, etiamsi verum sit quod iuratur, cùm enim nec virtualis saltem detur Dei inuocatio, non potest dari iuramentum, quinimo mortaliter iurans in speciem idololatriæ, & blasphemiæ incurrit exhibendo reuerentiam creaturæ, quæ soli Deo debetur; posteriori vero modo verum manet iuramentum supradictam resolutionem, & secundùm priorem sensum dicunt Christum Dominum prohibuisse iuramentum fieri per creaturas, nempe quando fit nulla in Deum facta relatione, sic illum locum interpretantur Hier. & alij, teste Cou. *d.n.5. vers. non oberit*, sequitur Sayr. *d. lib. c.3.n.14.* Sed hic intellectus quamuis in se verissimus sit, nequaquam tamen potest accommodari prædictæ auctoritati, repugnat enim *d.c. etsi Christus, ver. & quamuis:* etenim postquam dictum fuit non esse iurandum per creaturas, inquit, si tamen iuretur per illas tale iuramentum esse obseruandum; sic planè aptè significans iuramentum illud fuisse factum cum relatione in Deum, alioquin non haberet vim iuramenti, iuxta modò dicta, nec per consequens ad suam obseruantiam obligaret. Nec huic argumento satisfaciet qui responderit Summum Pont. non dicere iurantem per creaturas teneri seruare iuramentum non ex vi ipsius, sed ex vi promissionis, quia manifestam facit violentiam verbis textus, ait enim iurantem per creaturam teneri seruare quod iurauit, & reddit rationem, quia teste veritate, qui iurant in cælo, iurant per Deum, qui in cælo est, ac subinde quemadmodum iurans per Deum tenetur seruare, quod iurauit ex vi iuramenti, ita iurans per creaturas in Deum, vnde aptè probatur Christum Dominum, & *d.c. etsi Christus*, prohibuisse iuramentum per creaturas facta relatione ad Deum.

Reiecto igitur prædicto intellectu, omissis variis 5
explicandi modis satis probabilibus, quos præstant D Th. 2.2. *q.89. art.2. ad 1.* Castr. *aduersus hæreses, verbo iuramentum*, Sot. *lib.2. de Iust. q.4. art.3. & lib.8. q.1. art.2.* Iansen. *in concordia Euangel. ier. cap.40. vers. iterum audistis, cum seqq.* Cou *d.n.5. & §.6.n.1.* Azor. *d. part.1. lib.11. cap.3. q.5.* Dicendum mihi videtur Christum Dominum prohibuisse iuramentum per

creaturas,etiam cum relatione ad Deum,iuxta suprà resoluta,non tamen indistinctè,nec simpliciter, nec omni casu,nec,vt aiunt,in omnibus , & per omnia, nec illa particula, *omnino* , id importat , sed tantum prohibuisse frequentiam iuramenti , & ne pro quibuscunque rebus indistinctè , & absque necessitate iuretur,non tamen exinde sequitur quòd regulariter non sit licitum iurare per creaturas cum relatione ad Deum data necessitate , & interuenientibus his,quæ sunt necessaria ad iustitiam iuraméti,quem intellectum colliges ex gl. *verbo omninò in d. cap. etsi Christus*,& est de mente D.Th.Ians. & aliorum,licèt reprehendatur ab Host.& Abb.*ibi n.6.* Quòd si aduersus hunc intellectum replices,&quidem fortiter, ne Christum Dominum,nec *d.c.etsi Christus* intellexisse de iuramento per creaturas cum relatione ad Deum,quia eo casu verum est dicere non auferri reuerentiam debitam Deo ad eam creaturis exhibendam,qui enim sic iurat per creaturas, iurat per ipsũ Deum,iuxta *suprà* resoluta , & tamen text.dicit non esse iurandum per creaturas, & subiungit rationem, ne scilicet per huiusmodi iuramentum transferretur ad creaturam honorificentia creatoris. Sic planè significans iuramentum per creaturas non fuisse factum cum relatione ad Deum ; poterit responderi Christum Dominum,& *d.c.etsi Christus* prohibuisse frequentiam iuramenti per creaturas etiam relatas in Deum,quia potest dari periculum, vt iuretur per ipsas creaturas in se , nulla facta ad creatorem relatione,&ita sensus est ne transferretur,&c.i.ne scilic. contingat transferri. Sic aliàs quamuis iuramentum sit bonum,prohibetur tamen,quia ex frequenti iuratione periurium sæpè contingit,vt inquit *d.c.etsi Christus,ante fin.vers.sic & iuramentum.* Item & alia ratione prohibitum fuit iuramentum per creaturas à Christo Domino,quia existimabãt Pharisæi mendaciter iurare per creaturas non esse lege prohibitum,& inde inferebant si quis per creaturas iurasset etiam relatas in Deum non peccare, & si quid iureiurando per creaturas promiserat, minimè præstare teneri,vt optimè notat Azor.*d.quæst.5.*

6 Si verò secundò,& fortius ita replices.Si Christus Dominus , & *d. c. etsi Christus* , prohibuerunt iuraméutum factũ per creaturas cum relatione ad Deum, sequitur quod Christus etiam in prædicta auctoritate prohibuit iurare per ipsum Deum,quia qui iurat per creaturas relatas in creatorem, iurat per ipsum creatorem,iuxta *d.c.etsi Christus*,ibi,*qui iurat in cælo*,&c. & tamen ipse text. interpretatus est Christum Dominum in Euangelio non prohibuisse iurare per creatorem, sed per creaturas , ergo nequaquam auctoritas Christi,& *d. c. etsi Christus* possunt intelligi de iuramento per creaturas cum relatione ad Deum. Sed poterit responderi fatendo communem esse sententiam Theologorum, vt patet ex D. Th.Sot. Cou. Azor. & cæteris *supra* citatis , Christum Dominum non solum in eo loco prohibuisse frequentiam iuramenti per creaturas,sed etiam per ipsum Deum,quia prohibens iuramenta per creaturas in Deum relatas , prohibet à fortiori iuramenta per ipsum Deum , vt copiosè explicans prædictam auctoritatem probat Sot.*d.lib.8.q.1.art.2.* Cou.*d.n.5.vers.non dixi*, & cæteri *supra* citati. Verum nobis Iuris Pontificij professoribus videtur explicationi Summi Pont.adhærendum, qui expressè ait *in vers. licet enim* , quòd licet iuramentum prohibuisse Dominus videatur,nusquam tamen per creatorem, sed per creaturam iurare prohibuit, & hæc fuit sententia Diui Hieron.*in cap. considera,hac ead.causa,& q.* quam Pontifex sequutus fuit.Vt tamen & Theologos , & Pontificem ad concordiam reducere possimus,videtur dicendum Christum Dominum quoad effectum ne contigeret incurri in aliquam speciem idololatriæ prohibuisse frequentiam iuramenti per creaturas etiam facta in Deum relatione,quia propter frequentiam iurandi per illas poterat dari periculum idololatriæ,& ex hoc capite inquit Pontifex Christum Dominum prohibuisse solum iuramentum per creaturas,non verò per creatorem, quia iurando per illum etiam frequenter non datur periculum nec occasio idololatriæ , non tamen negat Pontifex Christum Dominum prohibuisse etiam frequentiam iuramenti per creatorem,non propter prædictam rationem , quæ in hoc casu cessat , sed propter alias,quia scilicet frequenter,& sine necessitate iurare per Deum est illicitum , & potest ad periurium peruenire , & in hunc sensum potest intelligi sententia Theologorum asserentium quod quando Christus prohibet iuramentum per creaturas,à fortiori prohibet per ipsum Deum,vt patet ex Sot.& aliis *dictis locis.*

Ad text.*in præsenti* respondent communiter DD. illum esse negligendum de clerico iurante per creaturas nulla in Deum facta per eum relatione , quo casu cùm blasphemus sit, puniendus sine dubio est, & ita interpretantur D.Thom.2.2. *q.89. art.6. ad 2.* D.Anton.*part.2.tit.30.cap.4.* Sot.*lib.8.de Iustit.q.1. art.6. ad 2.* Abb.*num.6. & communis in dict.cap. etsi Christus.* Verùm hic intellectus licet in se sit verissimus,iuxta *supra* dicta,nihilominus diuinatorius est, nulla enim proponitur coniectura vnde colligatur clericum iurasse blasphemè , & in dubio taliter iurans censendus est iurasse catholicè,scilicet cum relatione in Deum,sicut in specie *cap. ecce 25.quæst.5.* iuuat *l.merito,ff.pro socio* Nec satisfacit alius intellectus,quem præstat gloss.*verbo per creaturas in d.cap. etsi Christus*,cui similis *in cap.si aliqua,hac ead.causa & quæst.* dum ait regulariter non esse per creaturas iurandum, iuxta hunc text.at verè prædictam resolutionem esse intelligendam in casibus à iure expressis , quia hæ glossæ nullam reddunt differentiæ rationem inter casus iure expressos, & non expressos,vt bene aduertit Abb *d. n.6.* Quare pro resolutione obseruandum est duo admodum inter se diuersa *in præsenti* quæri posse. Primum vtrùm iuramentum per creaturas relatas in Deum sit validum, alterum vtrùm sit licitum.Quoad primum indistinctè dicendum est iuxta supradictam principalem resolutionem iuramentum factum per quamcumque creaturam etiam vilem,& abiectam, esse validum,si fiat cum relatione in Deum.Quoad secundum vero dicendum est iuramentum factum per creaturas sacras,siue non sacras,nobiles tamen , & excellentes, licitum esse,dummodo detur iurandi necessitas,frequenter tamen,& sine causa per creaturas iurare est illicitum,iuxta *d.c.etsi Christus*,& in hoc casu potest intelligi text.*in præsenti.*

Potest etiam , & fortasse meliùs , intelligi in iurante per creaturas prophanas,& simul viles,& abiectas,veluti per ocreas,per vestes,per lapides, & similia,quo casu illicitum est iuramẽtum, & dignum reprehẽsione;nam per creaturas licitum est iurare, quatenus referuntur in Deum,hoc est, quatenus in eis excellentia diuina manifestatur , & elucet iuxta *supra* resoluta;at vero creatura quo vilior est,eo minus in ea diuina excellẽtia manifestatur,ac proinde non solùm iuramento , sed etiam diuinæ Maiestati, quæ inuocatur,videtur fieri non parua irreuerentia, quæ peccatum saltem veniale graue importat , & mortale si detur consuetudo,& consensus,quo casu est

est intelligendus text. *in præsenti.* Colliguntur hæc in effectu ex Host. *in sum. de iureiuran. §. quodãmodo cõfeatur n.6.* Abb. *d. num. 6,* Richard. *in 3. dist. 39. art. 1. q. 2.* vbi etiam Bonauen *art. 2. q. 2.* & Gabr. *q. 1. art. 2. concl. 3.* Alex. de Ales *part. 3. q. 31. memb. 3. art. 3. §. 1.*

8 Ad *cap. si quis per capillũ, hac eadem causa, & quæstione,* respondetur agere de iurante per capillos, vel caput Dei, quo casu quamuis sit iuramentum, si ita velit Deum in testem inuocare, est tamen simul maxima blasphemia, etenim si quis iurat per capillos, seu membra Dei quatenus est Deus, grauiter mentitur, & blasphemat, quia Deus membris, & capillis caret: si quis autem iuret per membra Christi inhonesta, & pudenda, etsi iuramentum sit, est etiam grauissima blasphemia, licèt enim Christus verè membra illa habeat, vt quilibet alius verus, & integer homo, & ideò nominans minimè mentiatur, nihilominus tamen dum illa in Christi ignominiam, & dedecus nominat volens ex ipso actu iurandi innuere aliquid esse in Christo ignominiosum, & vituperabile, verè blasphemus est, & grauissimè peccat, & acerrimus pœnis affici debet, iuxta *d. cap. si quis per capillũ,* quod in his duobus casibus rectè procedit, & text. *in authent. vt non luxurietur contra naturam,* & idem dicendum est in iurante per membra inhonesta Sanctorum ob eandem rationem. Si verò quis iuret per membra Christi, vel Sanctorũ honesta, vt per caput, manus, oculos, &c. regulariter loquendo, non erit mortale, sed veniale, id enim etiam præsefert quandam irreuerentiam, quod quidem intelligendum est, dummodò non detur contemptus, nec consuetudo iurandi, aliàs enim & blasphemus erit censendus, & quoties sic iurauerit, peccabit mortaliter. Tandem si quis iuret per prædicta honesta Christi, vel Sanctorum membra interueniente debita reuerentia, & aliis comitibus iuramenti, nullam videtur peccatum incurri, & ita si præsente sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, aut aliquibus Reliquiis Sanctorum iuraret quis per corpus Christi, vel per illa sancta ossa, non videtur peccare, quia nec Christum, nec Sanctos videtur iniuria afficere: quam resolutionem colliges ex Gabr. *in 3 dist. 39. quæst. 1. art. 2. concl. 3.* S. Antonin. *part. 2. tit. 10. c. 4.* latè Couar. *d. §. 1. n. 6.* Azor. *institut. moral. part. 2. l. 7. c. 18. quæst. 1.* Sayr. *in claui Regia lib. 5. c. 3 num. 15.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. q. 20. n. 18. & 62.*

SVMMARIVM.

1 *Iurans per falsos Deos si non seruat fidẽ, in duobus peccat, & quia iurauit per falsos Deos, & quia non seruauit fidem.*

2 *Obligationem aliquam inducere non potest illud, quod non est.*

3 *Declaratur textus in præsenti, & num. 4. & 5.*

6 *Conscientia erronea vim obligandi habet sub ea ratione, sub qua concipitur.*

7 *Declaratur locus ille Pauli ad Romanos* 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est.

8 *Iuramentum factum per falsos Deos obligat ad illius obseruantiam si ea obligatio procedat ex erronea iurantium cõscientia, secus aliàs.*

9 *Peccatum grauius est iurare verum per Deum falsum, quàm falsum per Deum verum.*

10 *Declaratur text. in præsenti, ibi,* minus malum est per Deos falsos veraciter iurare, quàm per Deum verum fallaciter.

11 *Peccatum non incurrit ille, qui ad suum bonum v.g. ad cõfirmandam simplicem conuentionẽ cũ infideli celebratam, ab eo iuramentum petit, quem scit per falsos Deos iuraturum.*

12 *Peccato volũtario alterius vti licitũ est vnicuique etiam priuatæ personæ ad bonum suum, & ita petere illud, quod alter cum peccato est præstiturus, tribus concurrentibus.*

13 *Differẽtia constituitur inter illum, qui petit ab infideli, vt iuret per falsos Deos, & inter illum, qui ab eodem exigit, vt iuret simpliciter, & absolutè, & num. 14.*

15 *Christianis captiuis coactis licitum est contra Christianos remigare.*

16 *Peccatum committit ille, qui petit à malefico, vt vtatur maleficio suo ad tollendum aliud, vel à se, vel ab alio, quamuis maleficus esset paratissimus ad artem illam exercendam, cum directo consentiat in peccato malefici.*

17 *Maleficus si posset absque nouo maleficio dissoluere prius maleficium, licitè peti potest in particulari, vt modo licito, & sine vsu pacti cum dæmone illud destruat.*

Cap. Mouet. XVI.

AVgustinus ad Publicolam *epist.* 154. relatus *in hoc text.* ait, quòd iurans per falsos Deos, si non seruat fidem, in duobus peccat, & quia iurauit per falsos Deos, & quia fidem non seruauit, sed si seruauit fidem, laudabile est, ita colligunt Doctores communiter, vt constat ex infrà citandis. 1

Verùm obstat maximè, quia iuramentum per falsos Deos factum, nec verum, nec proprium est iuramentum cùm substantia iuramenti consistat in actuali, seu virtuali Dei in testem inuocatione, quæ quidem in iuramento per falsos Deos inuocatio non datur in hoc casu, quia non verus, sed falsus Deus in testem inuocatur: igitur verè, & propriè non potest dici iuramentum, ac proinde illud quod non est, nõ potest aliquam obligationẽ inducere, arg. *l. eius qui, ad fin. vers. quoniam, ff. si certũ petatur,* cum aliis citatis ab Ant. Gom. *tom. 1. var. cap. 1. num. 6. & 9.* Corroboratur hæc difficultas, quia obligatio iuramenti prouenit ex virtute Religionis, qua Deum veneramur, recognoscendo illum esse summam veritatem, & summam iustitiam, & insuper nostrorum cordium scrutatorem, quod quidem solùm conuenit vero Deo *cap. erubescant,* ibi, *secretorum Deus cognitor* 32. *dist.* Insuper profitemur illum habere perfectam omniũ rerum cognitionem, iuramentum autem per falsos Deos nihil habet à vera Religione, vt patet. Igitur, &c. 2

Quare Turrecrem *hic art. 1.* & S. Antonin. *part. 2. tit. 10. cap. 14. in princip.* aiunt prædictum iuramentum obligare ratione fœderis, & pacti, ac fidei humanæ, iuxta *cap. qualiter, de pactis, l. 1. ff. illo tit. l. 1. ff. de constit. pecun.* & ita sic iurantẽ non manere obligatum ad promissum adimplendum ratione iuramenti, sed tantùm ratione fidei, & promissionis humanæ, quo pacto intelligendum putant textum *in præsenti.* Verũ huiusmodi intellectus nullo modo est admittendus, repugnat hic text. si enim in eo iurans per falsos Deos aliquid facere, non peccaret ratione iuramenti non adimplendo promissum, sed tantùm ratione violatæ fidei humanæ, frustra ibi postularetur iuramentum ab infideli, immò peccaret, qui illud postularet, quia sine fructu offerret alteri occasionem peccandi, quòd autem tale iuramentum ab infideli petens non peccet, probat hic text. igitur cùm peccat non seruando promissum, non solùm peccat peccato promissionis humanæ violatæ, sed etiã pec- 3

cato periorij, & ita hoc fundamento opinionem Turrecrem. & S.Antonin.optimè conuincit Soarez *de Relig.tom.2.tract.de iuramento lib.2.c.5.n.5.ad fin.*

4 Ideò nostri Canonistæ, prout sunt Innoc.Abb.*nũ.* 13. & alij *in cap.et si Christus,de iureiuran.*in ea sunt sententia, vt existiment iuramentum per falsos Deos obligare, quia illud est verum, & propriũ in sua substantia iuramentum, sufficit namque vt sit tale, quod verè procedat ex intentione iurandi, quamuis ea errore illa intentio applicetur ad falsum Deum. Verùm tamen hæc sententia omninò est explodenda, confũditur enim apertè ex iis, quæ suprà notauimus; nam vbi verus Deus in testem non inuocatur, nec veritas infallibilis interponitur, non potest verũ, & proprium consistere iuramentum.

5 Reiectis igitur his, atque aliis resolutionibus dicendum nobis est cum Sot.*de Instit.lib.8.q.2.art.3.* Cou.*in cap.quamuis pactum part.1.§.1.n.10. vers. ego sane,* Sayt.*in claui Regia lib.5.cap.3.num.* 25.*& cap.6. num.5.*Soar.*d.c.5.n.6.* nouissimè Ioan.de Valboa *in annuis Academicis prælectionibus Salmanticens. ad c.* 26.*de iureiur.num.6.* quòd scilicet quamuis iuramẽtum per falsos Deos re ipsa, & vi sua nullã producat obligationem, obligat tamen ipsum iurantem ex conscientia erronea, quatenus scilicet existimauit se per verum Deum iurasse, & ita respectu talis conscientiæ tenetur adimplere promissum, quod si non
6 fecerit, peccabit peccato periurij, iuxta text.*in præsenti.* sic aliàs intelligendum, cuius rei illa est ratio, quia conscientia erronea vim obligandi habet sub ea ratione sub qua concipitur, de quo Henric. *quodlib.* 1.*art.*8. Alex. de Ales *p.2 q.* 120. *membr.3.art.1.*S. Thom.1.2*quæst.*19 *art.4.& 5.& quodlib. 3. art.* 26. *&* 27.Syluest & Summistæ *verbo conscientia,* S. Antonin *part.1.tit.3.cap.10 §.4.*Sayt.*in claui Regia lib.* 1.*c.4.a num.3.*adeò vt dicat Caiet. *in sum. verbo conscientia.* quòd in tantum obligat conscientia erronea vt si conscientia alicuius dictaret esse peccatũ mortale conspuere in Ecclesia, & tamen contra perseuerantem talem conscientiam conspueret, peccaret mortaliter, quia quãtum in se fuit formaliter in peccatum consensit, Nauar.*in man. prælud. 9.num.9. & cap.25. num.*28u. atque secundum hunc sensum ex-
7 plicandus est locus Pauli ad Roman.14.*Omne quod non est ex fide peccatum est,* de quo *in cap. vlt.vbi gloss. 1.de præscript.* quasi dicat, omne id, quod non est ea conscientia, siue secundùm conscientiam, & ita contra illam, esse peccatum, non tamen vbi conscientia recta est, & vera, sed etiamsi falsa sit, & erronea, vel denique dubia, vt declarat Pon. *in cap. litteras* 13. *vers.porrò,* ibi, *quoniam omne. &c. de restit. spol. c. per tuas* 36. *de simon.c.inquisitioni,* 44.*vers.in secundo, de sentent. excomm.c.omnes, §.illud* 28.*q.1.* resolunt D. Thom.& cæteri modò citati. In hoc autem iuramẽto interuenit conscientia erronea, qua illud putatur verum, & validum iuramentum pertinens ad honorem Dei putati veri, & ad Religionem putatam veram, ergo rectè sequitur talem conscientiam dictare huiusmodi iuramentum obligare, & per consequens obligat ea erronea conscientia, & periurium si non verè, & propriè, saltem quoad illorum opinionem contrahitur, secundùm *suprà* citatos. Sic sanè dum S. Thom.2.2.*quæst.*98 *art.1.ad* 1. vocat illud iuramentum peruersum, non existimat esse verum iuramentum, sed tantùm putatiuum, item dum Theologi supponunt *in 3.dist.*39.vbi Bonau.*art.1.q.* 3. Innoc. Abb.& alij *in d.cap.etsi Christus, de iureiur.* Selu.*de iureiur.part.1.q.vlt.*Alex.*in l. 3.§.iurari,ff. de iureiur.*
8 Syluest.*verbo iuramentum.4 q.4.*iuramentum factum per falsos Deos obligare ad illius obseruantiam, bene dicunt si intelligant eam obligationem procedere ea erronnea iurantium conscientia, secus aliàs secundum supradicta.

Minus malum est per Deos falsos veraciter iurare, quàm per Deũ verum fallaciter.] Immò communia 9
Doctorum opinio vnanimiter asserit grauius peccatum esse iurare verum per Deum falsum, quàm falsũ per verum Deum, cùm enim iuramentum præstitum per falsos Deos pertineat ad idololatriam, & blasphemiam, vt *suprà* diximus & iuramentum falsum per Deum verum importet periurium, sequitur illud hoc grauius esse, quia idololatria opponitur confessioni fidei, quæ est fundamentum totius Christianitatis, & vti talis refragatur primo Decalogi præcepto; cùm tamen periurium sit contra secundum; peccatum autem, quod opponitur primo præcepto, grauius est illo, quod aduersatur secundo. sicuti tradunt Sayt.*in claui Regia lib.4 cap 4.num 9.* & Soarez *d.tract.de iuramento.lib. 3. c. 3.n.*10 Quibus & alijs fundamentis hanc sententiam tenet Sotus *de cauendo iuramentorum abusu, p.3.c.6. & lib.8. de Instit.q.2.art.3.* Cou.*in c.quamuis pactum p.5 §.10. in fine, vers his omnibus,* & alij, quos refert, & sequitur Sayrus *in claui Regia lib. 5. cap. 3.num.* 17. & Soar. *d.cap.3.num.6.*

Ad præcitata verò verba huius text.omissis variis 10
solutionibus, quas tradit Soar.*de Relig tom.1.tract.3. lib.1.cap.6.num.13. & seq.* respondetur S. Augustinum *ibi* solùm considerasse peccatum periurij, quod quidem datur in iuramento falso per verum Deum, non autem datur in iuramento vero per falsum Deũ iuxta D.Thom.2 2.*quæst.98.art.1.ad* 2.Sot.& Couar *vbi suprà*, & hoc respectu minus malum est iurare verum per Deum falsum, quàm falsum per Deum verum; quatenus verò tale iuramentum per falsos Deos includit crimen idololatriæ grauius peccatum est iurare verum per falsos Deos, quàm falsum per Deum verum, iuxta supradicta, quod non est dicendum Augustinum negasse, ita ex sententia supradictorum respondet, & illum defendit Sayrus *d.cap.3. num.*18. & Soarez *d num.6.*

Ac per hoc qui vtitur fide illius, &c. Notatur ad 11
hoc quòd non peccat ille, qui ad suum bonum, v.g. ad confirmandam simplicem conuentionem cũ infideli celebratam, vel ob aliam similem causam ab illo iuramentum petit, quem scit, per falsos Deos iuraturum, vt per D.Thom.2.2.*q.78.art.4.& q.98.art.* Alex.de Ales *p. 3.quæst.31 memb.2.art.6.§ 2.* Syluest. *d.quæst.8.* Sot.*lib.8.de Instit.quæst.2.art* 3.Cou.*d.§.5. n.6. & 10.* Nau.*in cap.1.§.sacerdos à num.6.de pænit. dist.6.*post alios, quos refert. & sequitur Sayrus in *claui Regia lib. 3. cap. 3. num.*16.latè Soarez *d.lib.3. cap.*13.Ex eo, quia licitum est vnicuique etiam priuatæ personæ vti peccato voluntario alterius ad bonum suũ, & ita petere illud, quod alter cum peccato est præstaturus, dummodò tamen tria concurrant requisita. Primum quòd petat licitum. Secundum quòd petat ab eo, qui sine peccato illud præstare potest. Tertium quod ipsa præstatio etsi cum peccato fiat, ad aliquod bonum petentis ordinetur. Colligitur hæc doctrina in effectu à D.Thom.*q.98. art. 4.ad 4.* Sot. *d.q. 2. art.4.* & cæteris *suprà* citatis Plane ista tria requisita concurrunt in iuramento, de quo agimus; in primis circa primum constat illum, qui ab alio petit vt iuret, & pactum, seu conuẽtionem celebratã iuramento confirmet, petere rẽ licitam, & honestam, vt constat; neque enim qui petit iuramentum, petit vt iuret per falsos Deos, tunc namque rem intrinsecè malam exigeret, sed tantùm petit, vt iuret. Secundum item interuenit in hoc

iura

iuramento, quia infidelis poterat, immò tenebatur, per verum Deum iurare, & sic si per falsos Deos iurat, culpa est ipsius iurantis, non autem iuramentum exigentis, quia is, qui exigit, id petit, quod alter si vellet, facere poterat licitè, & sine peccato. Tertium tandem etiam in præsenti datur, quia maximè interest iuramentum exigenti fide sibi datam aliquo religionis vinculo vero, seu putatiuo confirmari. Cùm igitur prædicta requisita in hoc iuramento interueniant, rectè sequitur illud licitè exigi posse ab infideli per falsos Deos iuraturos, iuxta text. *in præsenti*, quem sic interpretantur Doctores *suprà* citati. Idem etiam confirmari potest exemplo Iacob, prout legitur *Gen.* 31. qui petiit à Laban socero suo homina idololatra vt fœdus, quod cum illo pepigerat iuramento firmaret, alia exempla ex sacra pagina sumpta vide per Soar. *d. cap.* 13. *num.* 3.

13 Non obstat quòd petens ab alio, vt faciat id quod sine peccato facere non potest, consentit iniquitati alterius, inducendo illum ad peccatum, ex reg. *quod agentes, & consentientes*, &c. habetur *in cap.* 1. *de offic. deleg.* insuper incurrit peccatum scandali, quia præbet alteri occasionem ruinæ spiritualis, planè iuramentum per falsos Deos est intrinsecè malum, & sic iurans idololatriæ peccatum incurrit; quia respondetur distinguendo inter illum, qui petit ab infideli, vt iuret per falsos Deos, & inter illum, qui ab eodem exigit, vt iuret simpliciter, & absolutè: priori casu graue peccatum incurrit sic petendo, cùm tunc alterum inducat ad peccandum, ac per consequens illius peccato cooperatur, nec dicas hunc infidelem esse paratissimum ad iurandum per falsos Deos, quoniam nullo modo debet iurare, quamuis ab eo id enixis precibus postuletur; igitur videtur esse peccatum petere ab eo, vt iuret per falsus Deos, esse intrinsecè malum, ac proinde nullo casu licitum essa illud petere sub ea forma etiam à paratissimo sic iurare, cùm ex parte petentis nulla omninò debet dari peccandi occasio, Sic aliàs, qui ab vsurario etiam paratissimo, & qui aliter nollet mutare, peteret sub vsuris, dicens, Mutua mihi sub vsuris, vel aliter eundem induceret ad vsuras, peccaret tanquam consentiens, & participans peccato illius, vt ad hoc propositum resoluit D. Thom. & *ibi* Caiet. *d. quæst.* 77. *art.* 4. Conrad. *de contract. lib. q.* 47 *vers. tertia conclusio*, Cou. *d.* § 1. *n.* 10. Sot. *de Iustit. lib.* 6. *q.* 1. *art* 5. Nau. *in man. cap.* 14. *num.* 39. adeò vt nec ad redimendam vitam captiui liceat petere mutuum sub hac forma, vel aliter inducere vsurarium etiam paratissimum, idque propter prædictam peccandi occasionem, quam ei præbet mutuatarius, iuxta textum secundum verum intellectum *in cap. super eo, de vsuris.*

14 In posteriori verò casu licitè petitur iuramentum ab infideli, quia petens nulla ratione intendit, vt per falsos Deos iuret, sed tantùm vult, vt pactum iuramento confirmet, quod quidem licitum est, habent enim ius contrahentes ad petendum, vt pacta iuramento firmentor, & ita sic petendo peccato infidelis per falsos Deos iorantis non consentiunt, iuxta nostrum *cap. mouet*, quòd si dixeris petentem iuramentum aliqualem occasionem peccandi præbere infideli, dum ab eo exigit iuramentum, si enim illud non exegisset, non iuraret per falsos Deos, & sic non peccaret, respondebitur ex actu petitionis iuramenti pro se non sequi ruinam spiritualem infidelia, qui potuit non iurare per falsos Deos, & ita scandalum magis accipitur ex malitia eiusdem, quàm detur, ab eo, qui petit, cum rei licitæ operam indulgeat, vnde qualisqualis occasio non data, sed accepta merità est cótemnenda, *reg. qui scandalizauerit, in antiq.* & in specie comprobant D. Thom. & cæteri suprà citati. Sic aliàs licitè ad redimendam propriam vexationem datur pecunia eam illicite extorquenti *c. dilectus* 18 *de simon.* Sic etiam ob eandem causam licitum debet censeri Christianis captiuis coactis cótra Christianos remigare, ex *reg. l. is damnũ* 130. *ibi, eius verò nulla culpa, ff. de regul. iuris, c. quod culpatur in fine*, 23. *q.* 1. quicquid dicat Nauar. *in c. ita quorumdã. n.* 11. *not.* 11. *de Iud.* Sic tandẽ licitè vsuræ soluuntur exigenti eas cum peccato, *c. debitores, de iureiur.* 15

Nec obstat quòd peccat ille, qui petit à malefico, 16 vt vtatur malefico suo ad tollendum aliud, vel à se, vel ab alio, quamuis maleficus esset paratissimus ad artem illam exercendam, cùm directò conseotiat in peccato malefici, sicuti docent D. Thom. *in.* 4. *dist.* 34. *quæst.* 1. *art.* 3. Castr. *lib.* 1. *de iusta heret. punit. cap.* 15. Couar. *in d. cap. quamuis pactum p.* 1. § 1. *num.* 10. Sayr. *in claui Regia lib.* 4. *c.* 6. *à num.* 26. Soar *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 18. quia respóderoc negando similitudinem inter petentem à malefico, vt vtatur malefico suo, etiam ad bonum petentis, & inter petentem iuramentum ab infideli, etenim priori casu petitur id, quod sine peccato mortali nullo pacto potest præstari, nempe vt maleficus vtatur maleficio suo, vnde necessariò dicendum est petentem peccare, dum inducit alterum ad peccandum, nec petens excusabitur, quòd maleficus erat paratissimus ad maleficium operandum ad cuiuscumqua petitionẽ, quia etsi paratus esset, nullatenus tamen hoc particulare maleficium fuisset operatus, nisi ab eo peteretur, vnde euidenter apparet talem petitionem causam fuisse proximam, vt maleficus illud maleficium in specie committeret. Iuuat, quia qui petit à meretrice parata ad cuiuscumqua instantiam peccat, quamuis enim illa parata esset, non tamen hunc actum meretricium in particulari commisisset, nisi ab illo inducta fuisset, qui actus cùm sit de se malus, sicut actus maleficij, nec aliquo casu licitè fieri possit, sequitur nunquam licitum esse ad illum inducere, quod secus est in iuramento postulato ab infideli, quod ille si voluerit potest, immò tenetur, recognoscendo verum Deum, iuramentum per illum præstare, & sic petitur illud, quod sine peccato præstari potest, vt optimè expẽdunt Couar. Sayr. & Soar. *locis* 17 *proximè citatis.* Vnde si constet maleficum optimè posse absque nouo malaficio dissoluere prius maleficium, licitè ab eo peti potest in particulari, vt modo licito, & sine vsu pacti cum dæmone, illud destruat, quia talis petitio non est inductio ad opera magiæ exercenda: quo fit, vt si quis sciret maleficium factum consistere in laqueo tali loco alligato, licitum esset rogare maleficum, vt illam ligaturam soluat, sicut etiam licitum est eundem rogare etiam ei data pecunia, vt illas ligaturas, quas fortè habet sepultas, suspensas, & occultè conseruatas, inde dimoueat, quia hîc nulla interuenit opera diabolica, sed humana tantùm actio, quam quilibet alius efficere posset, si sciret vbi essent illæ ligaturæ, ita Nau. *in man. cap.* 11. *num.* 19. Sot. Syluest. & alij quos referunt, & sequuntur Sayr. *d. lib.* 5. *c.* 6. *num.* 27. & Soar. *d. cap.* 18. *num.* 9.

QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Iurans cum dolo fallendi alterum, & sine intentione adimplendi quod iurat, in foro conscientia nullam obligationem contrahit,*

2 *Verba*

2 *Verba non aliter suam habent efficaciam, nisi in quantum sunt signamentis.*

3 *Verba apta ad matrimonium si quis proferat, si tamen in rei veritate nullum habuit animum contrahendi, nullum in rei veritate datur matrimonium.*

4 *Declaratur text. in cap. maiores §. item quaritur, de Baptismo.*

5 *Iurans fictè, & cum dolo, licet non teneatur ex vi iuramenti in foro conscientiæ, teneatur tamen ratione scandali vitandi, quod posset oriri, si iuramentum non seruet.*

6 *Iurans fictè animo non iurādi peccatum mortale committit, cum pernicioso vtatur mendacio.*

7 *Iurans per metum grauem se aliquid daturum, si nullam habuit iurandi intentionem peccat mortaliter.*

8 *Iurans cum dolo fallendi alterum, & sine intentione adimplendi quod iurat, in foro exteriori cogēdus est adimplere quod sic iurauit.*

9 *Iuramento vniuscuiusque statur in dependentibus ab animo, quādo iuris præsumptio adest cōtra eum, de cuius animo agitur.*

10 *Iurans se aliquid facturum, vel daturū cum animo & intentione iurandi, absque animo tamen promittendi, & se obligandi, non solum in foro exteriori, verum etiam in interiori manebit obligatus, sed peccatum mortale committit, vt n. 11.*

Cap. In dolo. I.

1 IN hoc text. sedet materia fictè iurantis, cum dolo scilicet fallendi alterum, & sine intentione adimplendi quod iurat, illum enim in foro conscientiæ nullam obligationem contrahere probant D.Th. & *ibi* latè Caiet. 2.2.*q.* 89.*art.* 7.*ad* 4. Sotus *lib.* 8. *de Iustit. q.* 1. *a.* 7. *in resp. ad* 4. Gregor. de Valent. *tom.* 3. *disput.* 6. *q.* 7. *puncto* 4. §. *quarto modo.* Couar. *in cap. quamuis pactum part.* 1. §. 5. *n.* 2. Fr. Ludou. *in instruct. conscientia part.* 1. *c.* 42. *prope finem*, Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 9. Paul Comitol. *respons. moral. lib.* 2. *q.* 3. *num.* 5. *in prima proposit.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo iuramentum differ.* 10. *vers. in foro verò conscientia.* Ratio est, quia iuramentum definitur vt sic Dei in testem inuocatio, at prædicta inuocatio non potest fieri sine consensu, ex reg. *l.* 3. *ff. de rebus dub. c. intelligētia, de verb. signific.*
2 & insuper verba noon aliter suam habent efficaciā, nisi in quantum sunt signa mentis, *l. Labeo §. idē Tubero. ff. de supellect. leg.* 1. §. *Diuus ff ad leg. Cornel. de sicar.* Rot. *decis.* 130. *num.* 3. *p.* 1. *recent* cum aliis per me adducti ad *reg. vlt. de regul. iuris lib.* 6. Igitur si sine consensu verba proferantur tanquam ficta, & nugatoria, non sufficiunt ad constituendum in rei veritate iuramentum.

3 Sic aliàs quamuis aliquis proferat verba apta ad matrimonium, si tamen in rei veritate nullum habuit animum contrahendi, nullum in rei veritate datur matrimonium, vt probat text. *in cap. tua* 27. *de sponsalib.* & idem dicendum est supradicta ratione in omnibus aliis obligationibus, vt scilicet in rei veritate illæ non obstringant, si voluntas obligandi defecit, reg. *l.* 1. & 3. *de action. & oblig.*

4 Non obstat text. *in cap. maiores §. item quaritur, vers. propter quod*, ibi, *sicut is, qui fictè ad Baptismum accedit*, &c *de Baptismo*, vbi apertè ait Pontifex quòd suscipiens fictè Baptismi sacramentū iure baptizatus est cogendus ad obseruantiā fidei Christianæ, cùm tamen is, qui sic fictè ad Baptismum accessit, nullam voluntatem habuerit suscipiendi illum, quia respōdetur verissimum quidem esse quòd ad Baptismi validitatem est omninò necessaria voluntas vera, vel interpretatiua, ex *d.* §. *itē quaritur v. ille verò*, nec dictum §. *itē quaritur*, in præcitatis verbis, ibi, *sicut is*, &c. oppositum docet, etenim ibi baptizatus accessit ad sacramentū Baptismi fingens se credere in tali Sacramento, cùm tamen in rei veritate non crederet; non autem finxit se velle baptizari, quia à parte rei volebat ille aqua aspergi, credens inibi nullū dari Sacramentum, ita fictio ibi non ad voluntatem baptizandi, sed solùm ad fidem Sacramenti, quam ille ore profitebatur, corde tamen negabat, esse referenda.

Intellige tamen primò, quòd quamuis sic iurans non teneatur ex vi iuramenti in foro conscientiæ adimplere, quod iurauit, teneatur tamen ratione scandali vitandi, quod posset oriri si iuramentum nō seruet, arg. *cap.* 1. *de rescript.* quo fit, vt si quis in publico, & solemniter iurauerit, quamuis fictè se aliquid facturum si persuadere non possit se non verè iurasse, tenetur ratione scandali sub peccato mortali iuramentum seruare; item ex alio capite, nempè ratione dolosæ deceptionis, tenebitur iuramentum seruare, v.g. si quis mulieri iuret se eam in coniugem accepturum, absque animo tamen iurandi, & sequitur copula, tenebitur tali promissioni stare non ex vi iuramēti, sed ex lege iustitiæ, vt resoluunt Sot. Fr. Ludou. & Sayt. *citatis locis*; prædictis verò cessantibus iurans absque animo iurandi potest sine peccato non adimplere, quod finxit se iurare. 5

Intelligè secundò sic fictè iurantem sine animo non iurandi, peccatum mortale committere, cùm pernicioso vtatur mendacio in graue dispendium actionum humanarum, ad quarum confirmationem sunt inuenta iuramenta, & ideò si is, à quo iuramentum exigitur ad alicuius actus confirmationem non habet animum iurandi, publicæ vtilitati, & humanis commerciis illudit, deinde, diuinā Maiestatē offendit, quippe qui actu exteriori diuinum inuocat testimonium, actu verò interiori à prædicta inuocatione dissentit, quod nihil aliud est, quàm quædam diuini numinis illusio, quæ omnia colliguntur ex Caiet. *d. art.* 7. Couar. *d. num.* 2. Fr. Emman. *in summ. part.* 1. *cap.* 192. *concl.* 4. Sayr. *d. cap.* 6. *num.* 11. & idem peccatum dicendum est illum contrahere, qui per metum grauem iurat se aliquid daturum, nullam tamen habuit iurandi intentionē, neque enim ob quēcunque metum potest quis illudere Deo, inuocādo eius testimonium verbis exterioribus, non tamen mente, & ita etiam manifeste mentitur, quod nullo casu licitum est, *c. super eo, de vsur.* quam sententiam tenuerunt. Caiet. Couar. & Fr. Emman. *dictis locis*, licet distinguāt plures, quos refert, & sequitur Sayr. *d. num.* 11. 6 7

Intellige tertiò principalem resolutionem procedere in foro conscientiæ, vt innuimus, non sic in foro exteriori præsumitur in dubio animum habuisse iurandi, ne scilicet aliàs in eo peccatum præsumatur, contra reg. *l. meritò ff. pro socio*, cum similibus, & ideò ratione iuramenti cogendus est adimplere quod iurauit, quod in omnibus actibus humanis, qui à cōtrahentium consensu pendent, dicendum est, & is, qui actum interuenientibus necessariis requisitis celebrauerit, non erit postea audiendus si dicat, & cum iuramento asserat, se tali actui nullatenus consēsisse in sua mente, nec habuisse animum talem actum faciendi, aliàs enim nullus cōtractus humanus in foro exteriori tutus esset, quod probatur in muliere profitente, postea iurante se fictè velum assumpsisse *in c. vidua, de Regularibus, & in c. qui interrogasti* 27. 8

dist. quod idem probatur *in cap. humanæ aures*, 22. *quæst.* 5. & patet ex illo Regum 16. *homo videt ea, quæ apparent, Deus autem intuetur cor*, faciunt quæ Cou. *de sponsalib. part.* 1. *cap.* 4. §. 2. *num.* 2. & 9. quare ita substinent Bonauen. *in* 3. *dist.* 39. *art.* 3. *quæst.* 1. & dicit id neminē inficiari Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 2. *quæst.* 3. *num* 5. *in prima propos.* quem refert Ioan. Valer *d. verbo iuramentum, differ.* 10. *n.* 1.

9 Non obstat quòd in dependentibus ab animo statur iuramento vniuscuiusque, gloss. *verbo non probatur, ad finem*, ibi, *sed qualiter*, &c. *in cap. preposuisti* 82. *distinct.* cum aliis per Abb. *in cap.* 2. *n.* 9. *de constitut.* Couat. *pract. cap.* 32. *num.* 7. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 3. *n num.* 26. Hippol. *in rub. de probat. à num.* 122. Valasc. *de iure Emphyt. q.* 7. *num.* 26. quia respondetur hanc doctrinam procedere, quando iuris præsumptio adest contra eum, de cuius animo agitur, vt statim explicat gloss. *ibi*, & communis *in d. c. preposuit*, sequitur Ias. *in §. sed iste quidem, corol.* 17. *Institut. de electionib.* Alciat. *de præsump. regul.* 3. *præs.* 16. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 186. *num.* 2. Constat autem quòd quando aliquis facit aliquem actum exteriorem, præsumimus quòd etiam illum fecit in mente sua, ne scilicet in eo illusionem, & ita peccatum præsumamus, iuxta *suprà* resoluta. Nec item obstat *c.* 1. *de ys, quæ vi*, vbi mulier non cogitur redire ad monasterium eo quòd simulatè, & fictè professionem fecit, quia ille text. procedit in muliere per metum profitente, quem apertè probauit, vt patet ex serio eiusdem text. illa mulier protestata est se non habere animum, neque intentionem profitendi, quinimò si id faceret, se motu coactam facere, quæ quidem protestatio in omnibus actionibus adeò vtilis est, vt onus probandi contrarium in aduersarium proiiciat, ex doctrina gl. *verbo non timore*, ibi, *sed qui hoc allegat.* &c. vbi Abbas *n.* 20 *in dict. c.* 1.

10 Ex quibus colligitur longè aliter dicendum in eo, qui iurat se aliquid facturum, vel daturum cum animo, & intentione iurandi, absque animo tamen profitendi, & se obligandi, is enim non solùm in foro exteriori, verùm etiam in interiori manebit obligatus ratione iuramenti ad promissa adimplenda, vt meritò resoluunt Caietan. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *in respon. ad* 4. Sot. *lib.* 8 *de Iustit. quæst.* 1. *art.* 7. *in respon. ad* 4. Couat. *in c. quamuis pactū part.* 1. § 5. *n.* 2. Fr. Emman. *in summa part.* 2 *cap.* 192. *conclus* 4 Petr. de Aragon. Gregor. de Valent, & alij, quos refert, & sequitur Sayr. *dict. lib.* 5. *cap* 6. *num.* 8 *versic. alij verè.* Ratio est, quia iste iurauit se aliquid facturum, vel daturum, & habuit intentionem iurandi, vt supponimus: ergo ex hoc iuramento manet obligatus ad faciendum, vel dandum. Quòd si replicetur non habuisse animum promittendi, nec intentionem se obligandi, ac proinde sine suo consensu non potuit obligari in foro conscientiæ, ex *cap. humanæ aures*, ibi, *digna verò iudicia*, & *c.* 22. *quæs.* 5. in quo consistit fundamentum Bonau. Richard. Gabr. Scot. & aliorum contrarium asserentium, respondebitur quòd eo ipso quòd voluit iurare, voluit quoque necessariò promittere, & se obligare ratione iuramenti, quia ex iuramento, si materia sit licita, statim oritur quædam obligatio illud seruandi, quæ est effectus naturalis, & intrinsecus illius, sicut ignis calefacere, & ita non potest, quamuis vellet, animum iurandi separare ab obligatione adimplendi promissum, quinimò sub animo iurandi necessariò includitur obligatio ex ipso iuramento procedēs ad eius obseruantiam, sufficit enim causam esse volitam, quamquam effectus virtualiter volitus sit. Non obstat quod iuramentum non extenditur ad incogitata ex gloss. recepta *in cap. penult. de iureiurando*, quia respondetur hoc non procedere in incogitatis, quæ veniunt in consequentiam iuramenti, quia hæc potius cogitata, quàm incogitata dicuntur, argum. *l. Imperatores. ff. de iure fisci*, quæ omnia ex supradicta ratione secundùm præcitatos procedunt etiam in iurante per dolum, aut metum.

Intellige autem prædicto modo iurantem cum animo iurandi, non tamen se obligandi, nec promittendi, peccatum mortale committere, cuius rei ratio est, quia sic iurans efficit falsam veritatem exteriorem, quam iuramento confirmat, & quantum in ipso est Deum fallacem facit, qui enim iurat se aliquid facturum, virtualiter promittit, & se obligat ad faciendum, quinimo illam promissionem iuramento confirmat, vnde cùm iuret se facturum, & nō habeat animum promittendi, nec se obligandi, iam iurat falsum, ex supradictis, & notat Sayr. *d. c.* 6. *n.* 7. in quibus terminis intelligi debet text. *in præsenti.* 11

Cap. Animaduertendum. II.

Hieronymus,

Hieronymus *super Hierem. lib.* 1. *ad cap.* 4. relatus *in hoc textu.* sic ait. *Animaduertendum est, quod iusiurandū hos habeat comites, veritatem, iudicium, atque iustitiam. Si ista defuerint nequaquam erit iuramentum, sed periuriū.* Cuius resolutionis vera vt pateat intelligentia, aduertere oportet, quòd licèt deficiente aliquo ex prædictis tribus comitibus periurium contrahi dicatur iuxta hunc textum, vel enim falso, vel temerariè, vel turpiter quis iurat, ac per consequens irreuerenter diuinum inuocat testimonium, secundùm Couat. *in cap. quamuis pactū part.* 1. §. 6. *num.* 4 Nauar. *in man. cap.* 12. *num.* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 4. *à princip.* propriè tamen, & verè tunc verum periurium contrahitur, quando deficit veritas, ex Diuo Thom. 2. 2. *quæst* 98. *art.* 1. Couar. *dict.* § 6. *num.* 5. & 9. Sayr. *dict. cap.* 4. *num.* 7. ob defectum tamen iudicis, seu iustitiæ iuramenta, & incauta, seu turpia, & iniqua censentur, *cap. sicut* 13. *cap. tua nos.* 24 vbi gloss. *de iureiurand.* & lato modo, & impropriè, & secundùm quid dicuntur periuria, prout in specie *cap. sicut* 27. §. 1. *illo tit. cap.* 1. *versic. neque enim, de ys, quæ fiunt à maiori parte capit.* cum aliis quo fit, vt quamuis huiusmodi iuramentum, in quo deficit veritas indistinctè, & in quacunque materia, siue magna, siue parua peccatum sit mortale, & directè aduersetur secundo præcepto Decalogi, de non assumendo nomen Dei in vanum, dummodo ad iurandum interueniat actio deliberata, ex Diuo Thoma *d. quæst.* 3. *ad* 2. Nauarr. *d. cap.* 12. *num.* 6. & 7. Sot. *lib.* 8. *de iustit. quæst.* 2. *art.* 3. *conclus.* 2. Fr. Emman. *in summa p.* 2. *cap* 94. *conclus.* 3. Couarr. *in cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 1 *num.* 4. & §. 6. *num.* 5. post multos Sayr. *dict. cap.* 4. *ex num.* 14 *vsque ad num.* 31. & *c.* 9. *num.* 1. & 2. qui omnes iuxta communem Theologorum sententiam affirmant periurium iocosum esse peccatum mortale, quinimo ille, qui ex lapsu linguæ falsum iurat, dummodo tamen aduertat se iurare, & falsum esse, quod iurat, non excusatur à mortali, ex Diuo Thoma *dict. art.* 3. *ad* 1. Nihilominus tamen iuramentum, in quo interuenit veritas, quamuis deficiat aliquis ex duobus comitibus, non semper est mortale, si enim deficiat iustitia, erit mortale si id, quod iuramento asseritur, vel promittitur crimen sit mortale, non si obseruantia huiusmodi iuramenti, vel factum, quod iuratur, est peccatum mortale: idem peccatum committitur, quando iuramētum præstatur, prout in specie *c. cum quidam*, §. *illo*

verò

verò, de iureiurando. Si verò id, quod iuramento asseritur, vel promittitur, solum est peccatum veniale, iuramentum etiam solùm erit ventale; si autem deficiat necessitas, quamuis nullum detur mendacium & simol iostum sit, quod iuratur, erit nihilominus regolariter peccatum veoiale, quia si id faceret in contemptum Dei, ad quem aliquando inducit frequeos vsus iurandi, aut esset assuetns iurare, & ita exponeret se periculo peierandi, erit peccatum mortale. Colliges hæc ex Couar. *dict.* §. 6. *n.* 4. *cum seqq.* Sayr. *d.c.* 4. *à n.* 32. Azor. *institutionum moralium part.* 1. *l.* 11. *c.* 5. *quæst.* 1. *vers. deinde, & vers. præterea.*

CAP. Homines. III. & seq. *Augustin.*

1 AVgustinns *de verbis Apostoli, sermone* 28. *aliàs* 30. relatns *in hoc textu, & in enchirid. c.* 21. relatus *in sequenti textu*, de eo agit, qui iurat falsum, quod putat verum; in qua materia sciendum est, qoòd vbi quis præuia adhibita deliberatione, & exigente necessitate aliquid iuramento firmauit eredens ptobabiliter verum esse, quod tamen à parte rei erit falsum, nullum peccatum contrahitur, qoia veritas, vel falsitas iuramenti non tam ex re iurata, quàm ex conscientia, & mente iurantis attenditur; si tamen per contrarium nullam adhibuit diligentiam ad hoc, vt sciret esseme falsum, an verum id, quod iuramento firmauit, quamuis putaret esse verum, si tamen erat falsum, peccauit mortaliter: si tandem aliquam adhibuit diligentiam, non tamen sufficientem, neque eam, quam debuit adhibere, tnnc venialem culpam committet. Ita resolnunt Abbas *n.* 4. *& ibi glossa penult. in c. tua* 11. *de iureiurando*, Angelus *verbo periurium*, §. 1. Nauar. *in man. c.* 12. *num.* 7. *vers.* 6. & alij plures, qoos refert, & sequitur Sayr. *in claus Regia, lib.* 5. *c.* 4. *n.* 28. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 3. *de iuramento, cap* 3. *n.* 3. *cum seq.* vbi *n.* 2. post D. Th. Sotum, Syluest. & alios, subdit, quòd iurans verum putans esse falsum, semper peccat mortaliter, ratione periurij, talis enim formaliter iurat falsum, & mentitur, quia formaliter loquitur contra mentem, & inde sumit actus malitiam.

CAP. Beatus Paulus. V. *Gelasius.*

1 AN verum sit quod beatus Paulus Apostolns venerit ad Hispanos, differunt Philip. Bergom. *in supplemen. chronic. in vita Claudij lib.* 8. *fol.* 126. Vasæ. *in chronico Hispaniæ, tomo* 1. *anno Christi* 67. *fol.* 17, Taraph. *de Regibus Hispaniæ, anno* 43. Ambros. de Morales *lib.* 9. *chronic. Hispaniæ, cap.* 11. Vsuard. *in martyrol. die* 12. *Decembris*, Petrns Galesin. *in annot. ad martyrologium* 12. *Kalend. February, fol.* 43. Anton. Beutet. *prima part. histor. c.* 13. Martinus Martini *lib.* 1. *hypotyposs. cap.* 13. *col.* 65. *cum sequentibus*, Illesc. *in historia Pontific. p.* 1. *fol.* 22. *col.* 3. Hieronymus Roman. *de Republica Christiana, lib.* 1. *cap.* 3. *fol.* 79 Lodouicus Ponz *in lib. excellentiarum Tarracone c.* 37. Fr. Ioan. à Ponte *de conuent. vtriusque Monarch. lib.* 2. *cap.* 13. *pag.* 162. Maluenda *de Antichristo, lib.* 3. *c.* 6. *pag.* 116. *& seq. vers. Paulum quoque*, Ioan. Solorzan. *de Indiarum iure, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 37. Ioannes Pineda *in monarchia Eccles. part.* 3. *l.* 1. *c.* 33. §. 2. *pag.* 76. Ferdinand. del Castill. *in chronica S. Dominici part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *vers pues tambien estuuo en ella*, Mariana *lib.* 4. *histor. Hispaniæ, cap.* 3. Cardin. Baron. *tom.* 1. *annalium Eccl. anno Christi* 61. *c.* 3. *pag.* 705. *& in addit. ad martyrologium Roman. die Martij* 22. *pag.* 134. Nauar. *in cap. Ionas, de indic. notab.* 2. *num.* 3. Soar. *de Relig. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 13. *cum seqnentib.* optimè Valdes. *de dignitate Regum, Regnorúmque Hispaniæ cap.* 6. *n.* 26. vbi in hæc verba:

Post Beati Iacobi in Hispania prædicationem illa tuba cœlestis geotinm Doctor, vas electionis Paulus Apostolus concionator insignis extitit in hoc Regno: animom enim Hispanias adeundi patefecit, *cap.* 15. *ad Romanos*, scribens ad eos, *Cupiditatem antem veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis cùm in Hispaniã proficisci cœpero, spero quòd præteriens videã vos, & à vobis deducar, illuc, si vobis primũ ex parte fruitus fuero.* Et iterum; *Hoc igitur cùm consummauero, & assignauero eis fructũ hunc per vos, proficiscar in Hispaniam.* Et quanquam aliqui opinantur non præfecisse iter, nec applicasse ad Hispaniam, qnia via cœpta, dum Romæ, vt pollicitus erat, viam agens, maneret à Netooe captus, carceri mancipatos fuit, & iter peragere non potuit, vt Gelasius Papa, & Inooceotins I. in quibusdam decretis, *cap. Beatus.* 12. *quæst.* 2. *cap. si quis nesciat, distinct.* 11. videntor significate. Nam *cap. Beatus Paulus* 22. *q.* 2. *in decreto Gratiani*, dom inquit; *Quoniam cùm ad Hispanos se promisisset iterũ, dispositione diuina maioribus occupatus ex causis implere non potuit.* Non enim Gelasius negat aliquando ad Hispaoiam peruenisse Paolũ, sed tunc cum promisit, statim non valuit adimplere propter ærumnas, quas à Iudæis Hierosolymis, & Romæ à Nerone passus est, & rectè aduertit Cardin. Baron. 1. *tomo annalium anno* 61. Innocentius autem I. *c. quisquis nesciat dist.* 11. dum enim ait, *Præsertim cùm sit manifestum in omnem Italiam, & Galliam, Hispaniã, & Africam, atque Siciliam, Insulásque interiacentes, nullũ instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut successores eius cõstituerunt.* Hæc Inoocenrius, quæ vera quidem, & certa sunt, non tameo inde sequitur, quòd solus Petrus in Occidente prædicauit, quia ab eo missi prædicarunt, & iostituerunt Ecclesias, vt ipse *ibidem* apertè scribit, sed Paulus, & Iacobus, qoi Hispanias adierunt, à Petro, vt capite Ecclesiæ, Pontifice vniuersali missi fuerunt, & eios auctoritate Ecclesias instituerunt, & ita Innocentius non repognat sententiæ, quod Paulus ad Hispanos peroenerit, sed solùm probat omnes vnam fidem professos, qui Hispanias adierunt, & licèt Gelasius assertor esset eius rei, cum id noo decidat ve Pontifex, sed per transennam, & in exemplum adducat, decipi potuit vt doctor, & pro vno Gelasio plures sunt ei, eruditione litterarum, & lectiooe historiæ non impares, &c. Hactenus Valdes. Diuum etiam Petrum Apostolorum Principem Hispaniam nostram suo adoentu, & prædicatione illustrasse expresse testatur S. Innocen. Papa I. *in epist. ad Decentiũ Episcopũ*, quem refert Ioan. Solorzan. *d. cap.* 23. *n.* 37. *vers. quinimò.* De aduentu quoqne S. Iacobi attestantur plures Doctores, quos plena manu citaui *de officio, & potestate Epis. p.* 1. *tit.* 3. *c.* 8. quibus addo Thom. Bozz. *lib.* 4. *de signis Eccles. c.* 1. *pag.* 123. Ioan. Beller. *in explicat. diuin. offic. c.* 140. Ioseph. Stephao. Valenti. *in l. de potestate coactiua Romani Pont. c.* 8. Maluenda *de Antichristo lib.* 3. *c.* 7. *pag.* 115. *& seq.* Fr. Ioan. de Ponte *de conuent. vtriusque Monach. lib.* 2. *c.* 14. *&* 15. Calist. Ramirez *de lege Regia in initio num.* 42. *& seqq. pag.* 10. *&* 11. Ioan. Briz. Martinez *in historia S. Ioan. de la Peñã. pag.* 569. Salaz. de Mendoça Canonicus Toletan. *de origine dign. Hispan. lib.* 1. *c.* 5. *fol.* 5. Solorzan. *d. c.* 14. *à n.* 34. 2

Diximus *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appellat.* 21. Apostoli appellatione Paulum comprehendi, vt ex Lxl. Zech. colligit Dionys. Paul. *de vera quatuor Parochial. Sedium erect. cap.* 17. *num.* 12. 3

num. 12. & rationem assignat D. Dominicus de Pueronib. *tom.* 2. *instit. de Regular. aristocratia, c.* 3. *n.* 33. dum ait Paulum antonomasticè vocari Apostolum, quia omnium maximè Ecclesiæ proficuus vbertimam de suæ prædicationis semine segetem videns, Apostolico excellenter est munere functus; & Apostoli antonomasia decuit eius scripta citari, qui inter Apostolos sapienter plura conscripserit.

4 In gl. *Diuina.* ibi, *vel sacramento intelliguntur huiusmodi generales conditiones, si Deus voluerit,* &c. Notator ad hoc quòd conditio illa, *si Deus voluerit,* non suspendit, nec reddit matrimonium conditionale, cùm sit generalis, & tacitè insit, vt per Brunel. *de sponsalibus, concl.* 33. *n.* 1. Antonium Cuch. *institut. maior. lib.* 5. *tit.* 1 a. *n.* 48. Petrum Sot. *lect.* 3. *de matrim.* §. *quartò denique infertur,* Henriquez *in summa, lib.* 11. *de matr. c.* 12 §. 2. & alios plures, quos refert Sanchez *de matr. lib.* 5. *disp.* 1. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Mentiri non licet pro tuenda vita propria, vel alterius.*

2 *Veritatem in iudicio celare propter salutem, aut mentiri ob euitandam mortem, an & quando liceat reo etiam cum iuramento à iudice interrogato, remissiuè.*

3 *Is, in cuius domum aliquis refugit, interrogatus ab illius hoste, vbi sit ille, quem prosequitur, iustè potest respondere non est hic, subintelligendo per illud verbum,* est, *comedit.*

4 *Verba interpretantur potius in non delictum, quàm in delictum, etiam quòd in aliquo modo impropriarentur.*

Cap. Ne quis arbitretur. XIV.

Augustinus.

1 AVgustinus *in quinto Psalm. ad vers. Perdes omnes qui loquuntur mendacium,* relatus *in hoc tex.*
ait pro tuenda vita propria, vel alterius mentiendum non esse, prout illum citat Sanch. *de matr. lib.* 4.
disp. 2. *n.* 2. & nouissimè Homobon. de Bonis *in resp.*
2 *quæstionum moral. p.* 2. *resp.* 184. *prope fin.* An autem &
quando veritatem in iudicio celare propter salutem, aut mentiri ob euitandam mortem liceat reo etiam cum iuramento à iudice interrogato? Vide Sot. *lib.* 5. *de Iustit. q.* 6. *art.* 1. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *n.* 2. Nauar. *in man. c.* 18. *n.* 57. *&* *c.* 25. *n.* 35. Ægid. Boss *in praxi crimin. tit. de periur. n.* 3. *cum seqq.* Anton. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 12. *n.* 5. Petr. Martin. *in cap. afferte, de præsumpt. in verbo afferte, part.* 2. *ex n.* 18. Anton. Cordub. *in q.* 63. Barthol. Humad. *l.* 22. *gloss.* 3. *à princip. tit.* 21. *part.* 2. Petr. Sanchez *part.* 1. *histor. moral. tit. de la vita de Platon,* §. 9. *vers. y lo que tambien,* latè Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 126. *aliàs* 129. *lit. A. in nouiss. impress.* Petr. à Nauar. *de restit. to.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 136. *cum seqq.* Ioan. Segura Daualos *in direct. iudicum Eccles. part.* 2. *cap.* 14. *ex n.* 29 Ludouic. Beia *resp. casuum conscient. part.* 1. *casu* 32. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 39. *&* 40. Salon. *de Iustit. q.* 62. *art.* 2. *coner.* 15. Sayr. *in claui Regia, lib.* 12. *c.* 2. *ex n.* 5. *cum seqq. &* *c.* 16. *n.* 4.

3 In gloss. *Non occidetur.* ibi, *vel per æquiuocationem cautè deludat interrogantem dicendo, non est hic,* &c. Hanc glossam solemnem, & receptam dicit Nauar. *in comment. ad c. humanæ aures* 22. *q.* 5. *in q* 2. *num.* 10. dum ait eum, in cuius domum aliquis refugit interrogatum ab illius hoste, vbi sit ille, quem prosequitur, iustè posse respondere, non est hìc, subintelligendo per illud verbum, *est,* comedit, contra communem verbi intelligentiam: quamuis enim verbum, *est,* significet, *comedit,* cùm descendat à verbo, *edo,* secundùm tamen communem intelligentiam talis responsio est præsentis temporis descendens à verbo *sum, es, fui.* Vide Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 3. *de iuram. c.* 9. *n.* 8. Sayr. *in claui Regia, lib.* 12. *c.* 17. *n.* 21.

Notatur etiam ad hoc quòd verba interpretantur potius in non delictum, quam in delictum etiam quòd in aliquo modo impropriarentur, vt per Hippol. de Marsil. *cons.* 2. *num.* 9. *versic. adduci potest,* Anton. Gabr. *commun. lib.* 7. *concl.* 2. *n.* 10. *&* 15. Battazol. *consil.* 76. *n.* 21. *lib.* 1. Mascar. *de probat. concl.* 1003. *n.* 7. Farinac. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 81. *n.* 17. 4

SVMMARIVM.

1 *Interrogatus iuridicè, ac proinde seruato iuris ordine cum iuramento tam assertorio, quàm promissorio tenetur vti verbis planis, & iurare debet ad intentionem illius, cui iuratur.*

2 *Declaratur text. in c. humanæ aures* 22. *q.* 5.

3 *Amphibologia vti licitum est in iuramento, etiamsi quis iustè, & legitimè interrogetur, quando datur rationabilis casus non reddendi in mentem interrogatus.*

4 *Pestis tempore interrogatus aliquis à custodibus an veniat ex certo quoda oppido, quod falsò esset infectum, & interrogatus certò scit non esse infectum, potest iuramento respondere se non venire ex tali oppido intelligendo peste infecto.*

5 *Iudex quando non iuridicè, nec seruato iuris ordine interrogat, & ita irrationabiliter exigit iuramentum, & quando aliquis cogitur iurare extra iudicium à persona priuata per metum, dolum, vel nimiam importunitatem, tunc non peccat ille, qui verbis ambiguis vtitur.*

6 *Latro si ita compellat viatorem, iura te mihi numeraturum centum aureos, licebit viatori respondere hoc verborum artificio, iuro, intelligendo tibi iuro me postea enumeraturum pecuniam, non tibi sed mihi.*

7 *Uxor, quæ adulterium committit interrogata à marito, impulsaque iurare an illud commiserit, poterit respondere, quod non, intelligendo se non fecisse adulterium tali mense, vel tali die.*

8 *Amphibologia absque mendacio vsi fuerunt multi sancti viri.*

9 *Amphibologia vti licitum est per nominis æquiuocationem.*

10 *Amphibologia, quæ consistit in factis, quæ propriè dicuntur simulata, ob causam rationabilem vti licet.*

11 *Dux potest facto fugam simulare, ita ut hostes ipsum insequentes in aliquas insidias eis paratas occidat.*

12 *Simulatio, qua vsus est David* 1. *Reg. cap.* 21. *licita fuit.*

Cap. Vtilem simulationem. XXI.

Hieronymus.

AN & quando licitum sit vti amphibologia in iuramentis siue assertionis, siue promissionis absque præiudicio veritatis ad iuramentum requisitæ, quæstio est dubia, per Doctores diffusè ad modum pertractata, quæ vt ad compendium reduci 1

poſſit ſeqnentes caſus conſtituere oportet. Primos quòd in iuramento tam aſſertorio, quam promiſſorio ſi quis iuridice, & ſeruato iuris ordine interrogetur, tenetur vti verbis planis, & iurare debet ad intentionem illius, cui iuratur, ſiue is ſit iudex competens Eccleſiaſticus, ſiue ſecularis, ſiue ſit perſona priuata, cui ratione contractus teneatur iurare, alioquin peccat mortaliter, etiamſi quod iurat verum ſit ſecundùm ſuam intentionem, vt reſoluunt Abul. *q.*261. S.Thom. 2.2. & *ibidem* Caiet. *q.*89. *art.*7. *ad* 4. Syluest. *in ſumma verbo Iuramentum* 2. *q.*2. Nauar. *in man. cap.* 12. *num.* 8. *verſ.* 9. Sot. *lib.* 8. *de Iuſt. quæſt.* 1. *art.* 7. *ante finem*, Fr. Ludouic. *in inſtr. conſcientiæ, part.* 5. *c.* 42. plures, quos refert, & ſequitur Sayt. *in claui Regia, lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 12. cuius ſententiæ ea eſt ratio, quia cùm exigens iuramentum ius habeat ad illud exigendum, & illud iuridicè petat, aliter ſi contra ius, & iuſtitiam dolo in iuramento vtatur, cùm enim iuramentum ſit inuentum ad confirmationem veritatis, & cùm iurans non habeat legitimam cauſam verbis vtendi ambiguis, & dubiis, meritò ſequitur illum mortaliter peccare detorquendo iuramentum in alium ſenſum, quem cœpit is, qui iuridicè interroganti iurat, quam reſolutionem probat text. *in cap. quacumque arte* 22. *quæſt.* 5. vbi verba illius, qui iurare intendit, ſunt intelligenda non ſecundùm mentem iurantis, ſed illius, cui iuratur, & ita in illum ſenſum, quem communiter verba ſignificare ſolent, quinimò ſi iuramentum ſit promiſſorium, tenetur etiam in foro conſcientiæ illud adimplere ſecundum mentem illius, cui iurauit, vt docent *ſuprà*, citati, & Couar. *in cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 5. *num.* 2. quod ex eadem ratione dicendum eſt non ſolùm in eo, qui vocatus ad iudicium venit, ſed etiam in eo, qui proprio motu ſe offert ad
2 iurandum in iudicio. Nec ſupradictis obſtabit *cap. humanæ aures*, ibi, *digna verò iudicia, & cap.* 22. *quæſt.* 5. vbi habetur quoad Deum, & ita in foro conſcientiæ eſſe attendendam mentem iurantis, ſeu verbum aliquod proferentis, ac ſubinde in foro ſaltem conſcientiæ ſecundùm ſuam intentionem iuramentum tenetur adimplere, non verò ſecundom intentionem illius, qui iurat, quia reſpondetur *d. cap. humanæ aures*, procedere quando abſque dolo, & artificio aliquis iurat, tunc enim iuramentum ſecundùm ſuam intentionem erit accipiendum, ſecus verò quando fraudulenter, & doloſè iurat, prout in noſtro caſu, tunc enim obtinet *d. cap. quacumque arte*, propter regulam text. *in cap. intelleximus, de iudic. cum ſimilibus*, ita Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 11.

3 Secundus caſus ſit quamuis iuſte, & legitimè aliquis interrogatur, licitum tamen erit amphibologia vti, quando datur rationabilis caſus non reddendi in mentem interrogantis, v.g ſi ſcholaſtici vniuerſitatum oppoſitionis tempore alloquantur oppoſitores Cathedrarum de rebus, quæ ad ſubornandum minimè faciunt, & poſtea ſub iuramento interrogentur vtrùm cum illis fuerint loquuti; licitè poſſunt ſub eodem iuramento negatiuè reſpondere, intelligendo de rebus, quæ contra mentem ſtatuti fuiſſe videantur, hanc enim amphibologiam rationabilis illa cauſa excuſat, ne ſcilicet à ſuo iuſto ſuf-
4 fragio excludantur, ita Nauar. *in man. c.* 12. *n.* 19. Similiter quando tempore peſtis interrogatur aliquis à cuſtodibus, an veniat ex certo quodam oppoſito, quod falsò eſſet infectum, & interrogatus certò ſcit non eſſe infectum, poteſt iuramento reſpondere ſe non venire ex tali oppido, intelligendo peſte infecto, nec per tale oppidum tranſiſſe, nempe peſte infectum, ita Nauar. *vbi proximè*, qui tamen nobis non placet in altero exemplo ab eo adducto, quòd quando interrogatus credit probabiliter nec ſe, nec ſua eſſe peſte contaminata, quamuis ex contaminato oppido veniat, poſſit tamen eum iuramento licitè affirmare ſe ex tali oppido non venire, cùm verùm aſſerat ſecundùm interrogantis intentionem præcipuam, quamuis remotam, inquam, quia cuſtodes ius habent, vt à periculo vrbem tueantur; periculum verò ſubeſt ſi eam ingrediantur, qui ex oppido infecto veniunt, quamuis probabiliter credant nec ſe, nec ſua eſſe infecta, cùm vt plurimum contingat, & res aliter ſe habeat quam vt ingreſſuri credunt. Et rurſus facilè poſſet contingere, vt aër infectus, quem ſecum, vel in ſuis rebus fortè deferunt, ipſis non noceat, maximè verò habitatoribus loci, quem volunt ingredi. Item poteſt quis amphibologia vti quando rogatur iuſtè, v. g. poteſt quis iurare ſe non habere rem, quam alius petit ſibi dari, mutuari, commodari, aut vendi, cùm ipſe ad eam dandam, mutuandam, commodandam, vel vendendam non teneatur, tunc enim ſi intelligat eam non habere, ſcilicet ad dandum, vel mutuandum, &c. non peccat, vtendo prædicta amphibologia ex cauſa, quia v. g. timet ne in odium alterius, vel queri moniam, aut aliud quodcumque malum incurrat, ita Nauar. *d. c.* 12. *n.* 18.

Tertius caſus eſt, quando iudex non iuridicè, nec 5
ſeruato iuris ordine non interrogat, & ita irrationabiliter exigit iuramentum, & quando aliquis cogitur iurare iuxta iudicium à perſona priuata per metum, dolum, vel nimiam importunitatem, quo caſu dicendum non peccare illum, qui verbis ambiguis vtitur, & iterum ſecundùm ſuam intentionem verum iuret, quamuis non ſecundùm intentionem extorquentis iuramentum, non tenetur illud adimplere in mentem alterius, dummodo tamen talis deceptio fiat per verborum artificium abſque mendacio, & erronea conſcientia. Quòd non peccet, probatur, quia verum iurauit, quamuis non illud verum, quod alter volebat, quòd ſibi imputare decet, quòd deceptus ſit, cùm ſine iuſta cauſa alterum ad iurandum coëgit. Quod non teneatur adimplere iuramentum ſecundum mentem alterius probatur, quòd non fuit iuramento confirmatum id, quod alter intellexit, ſed quod intellexit iurans, & rationabiliter potuit iuramentum ad ſuum proprium ſenſum accommodare, quo fit, vt ſi latro compellat
violatorem his verbis, *Iura te mihi numeraturum centum aureos*, licebit viatori reſpondere hoc verborum 6
artificio, *iuro*, intelligendo ſcilicet, tibi viro, me poſtea enumeraturum pecuniam non tibi, ſed mihi. Item poteſt cogentem decipere per conditionem tacitè ſubintellectam, v.g. ſi quis dicat, Iuro me tibi daturum centum, tacitè ſubintelligendo ſi poſtea mihi placuerit, vel ſi tibi eos debeo, ita reſoluunt Adrian. *de correct. fraterna poſt* § *aſcendo ad* 3. *argum.* Nauar. *in man. c.* 12. *n.* 8. 14. & 18. & *in c. humanæ aures, q.* 1. *n.* 9. Sayr. *in claui Regia, lib.* 5. *c.* 6. *n.* 11. quinimò quòd magis eſt ſi latro ſub iuramento interrogauerit, an vtatur amphibologia in pronunciatione facienda, licet etiam tunc illa vti in iurando, v.g. iurare ſe neque vti, neque vſurum amphibologia, intelligendo intra ſe ad dicendum tibi, cùm enim totum hoc verum ſit, non committit mendacium, nec committit periurium. Item vxor, quæ adulterium commiſit, interrogata à marito, compulſaque iurare, an illud commiſerit, poterit reſpondere quòd non, ſecundum ſuam mentem, non autem interrogantis, verbi gratia, ſi intelligat ſe non feciſſe adulterium tali die, vel menſe, ita Nauar. *dicto cap.* 12. *num.* 18.

*num.*18.secundùm quem similiter *n.*9 *verf.* 9. *in fine*, & Fr Ludou.*pars.*1.*instr.Confess.c.*42.si mulier habēs impedimentum occultum, ratione cuius non possit cum marito cohabitare,& propterea excommunicationis sententiam patiatur,prout in specie *cap.inquisitus,de sentent. excommun. in princ.*si postea vt absoluatur à Confessore,cogatur iurare se cū marito,iuncturam, tunc potest, & debet iurare se id facturum concipiendo intra se conditionem illam, si id sine peccato fieri possit, nec erit periurij rea, si postea ad maritum nequaquam redierit, propterea licebit vti hac verborum amphibologia, dicendo, nescio,
8 non memini,non vidi,non audiui,non feci, subintelligendo ad dicendum Quæ omnia confirmantur ex Sacris litteris, vbi legimus viros sanctos amphibologia vsos fuisse absque mendacio,vt patet ex illa, qua vsus est Abraham *Genes.*1 1. *&* 20. cum vxorem suam alloquens, dicit ei, Dic quòd soror mea sis, significauit enim quandam veritatem,illa enim erat consanguinea sua, & in sacra Scriptura consanguineus,& consanguinea vocantur fratres,& sorores,& tacuit aliam,nempè quòd erat vxor,ita in effectu explicat D.Thomas 2.2.*q.*7.*art.*1. Item Iacob Gen.27. vsus est illa,*Ego sū filius tuus primogenitus Esau*,sicut optime eam declarat D. Ambros. *lib.* 2 *de Iacob. & vita beata c.*2.*&* 3.Sic similiter fertur Beatum Franciscum, qui rogatus an transisset illac quidam homicida,qui verè transierat,manus per manicas emittens,respondit non transisse illac,vt testatur Nauar. *d.cap.*12.*num.*8.Quinimò Christus Dominus etiam amphibologia vsus est, dum à Iudæis interrogatus, an esset Samaritanus,non negauit se esse talem,cùm enim duo ei fuissent proposita,vnum negando,alterum tacendo concessit,ex *c.nonne,de præsumpt.*iuuat reg.*l. cum prætor ff de iudic.* cùm Christus Dominus non fuerit Samaritanus, vt constat ex *Ioan. cap.* 4. ibi, *quinimò tu Iudæus cum sis bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana*;quia verò Samaritanus etiam significabat custodem, in eum sensum Christus Dominus confessus est se esse Samaritanum, idest,cu-
9 stodem,vt notat Abb *in d cap.nonne,notab.*2.Syluest. *verbo mendacium quæst.*6. Licitum est etiam vti amphibologia per nominis æquiuocationē, v.g.si quis interrogatus an Petrus quempiam occiderit, licebit ei respondere Petrum id non fecisse, intelligendo alium Petrum, ita gloss. *in cap. ne quis, hac ead. causa,& quæst.* quibus non refragatur. *dict.cap quacumque arte* 22.*quæst.*5.dum docet esse iurandum secundùm intentionem illius, cui iuratur,quia procedit quādo is,cui iuratur,iustè & legitime interrogat prout in primo casu,non verò quando iniustè,prout in hoc tertio.

10 Quartus tandem, & vltimus modus sit circa amphibologiam,quæ cōsistit in factis, quæ propriè dicuntur simulata, illa enim ob causam rationabilem vti licet,vt tradit Syluest.*verbo simulatio, in princip.* Vnde quamuis non possim dicere hostibus vt ad illum locum accedant promittendo securitatem, & postea si accesserint eos occidere, ex D.Th.2.2.*q.*4. quia fides data etiam hosti seruāda est,*c.noli* 23.*q.*1. quinimò neque ad proximi vitam saluādam licitum est mentiri,*cap super eo,de vsur.*iuuat reg. *cap.non est*
11 *putanda* 1.*quæst.*1.nihilominus tamen potest dux facto fugam simulare itant hostes ipsum insequentes in aliquas insidias eis paratas occidat,*c.dominus*,ibi, *cum aut bellum iustum suscepit,&c.* 23. *q.*2. Probatur ita ex illo *Iosue* 8. vbi Dominus præcepit Israëlitis, vt ponerent insidias,& simularent se fugere,& iuxta hanc doctrinam est intelligendus text. *in l.* 1.§. *non fuit.*ibi,*maximè si aduersus hostem,ff de dolo*, quia recta intelligentia Bart. *ibidem, & in l.conuentionum ff. de pactis*, asserentis fidem à priuato non esse seruandam hosti,contra *d.cap.noli*, quod generaliter tā in iudice,quàm in priuato intelligendum est,vt tradit Dec. *in l.est natura, n.*8 *ff de reg.iuris.*Planiùs intelligitur cum Dec *d.n.* 8. iuxta suprà positā distinctionem, vt scilicet text.agat de solertia;seu machinatione, quæ constat in facto,non autem in verbo, quia ibi de fide data nullum verbum est.

Ex quibus omnibus iam colligitur licitam fuisse 12
simulationem, qua vsus est Dauid 1.*Regum cap.*21. cūm se insanum finxit,idque absque vllo peccato,vt significat D.Thom.& D.Hieronym. *in c.*2.*ad Galat.* & refertur *in hoc text.*defendit Abulens.*q.*26.*in c.*5. *Matthæi.* Sic etiam cautè, & prouidè Episcopus,de quo *in cap.*1.*de iis, quæ vi*, velum mulieri imposuit fingendo,& simulando,quòd ipsa Religionem profiteri volebat,vt ita illā ab imminentis mortis periculo liberaret, quinimò & ipse Christus Dominus *Lucæ vlt* finxit se longiùs ire. Alia similia iura in quibus est licita huiusmodi simulatio,citat gl.*verbo simulantis in d.cap.*1.cui similis *verbo fingunt, in c.vt clerici.de Regularib.*Couar.*lib.*1.*var c* 2.*num.*16.vbi etiam laudat in hanc rem notissimū illud Salomonis factum,quod scribitur 3.*Regum cap.*3.& refertur *in cap.afferte,de præsumpt.*

Cap. Quæritur. XXII. & vlt.

Augustinus.

QVomodo Abraham excusetur à mendacio, qui 1
Saram sororem suā esse dixit *Genes.c.*20. & Iacob. *Genes.cap.*27.dum Patri dixit, *Ego sum primogenitus tuus Esau*, grandis est inter Doctores altercatio; text enim *in cap.gaudemus de diuort.*Patres illos excusat per diuinam reuelationem; Nauar. verò *in c.humanæ aures* 22.*q.*5.*in.*3 *quæst.n.*7.intelligit eosdem excusari, quia ex iusta causa illud subintelligebant Alii aliter, qui omnes licet bonum sensum habere videantur,oportet tamen quis ille sit explicare.

Quare resoluendum est supposita diuina reuela- 2
tione, neque Abraham,neque Iacob fuisse formaliter mentitos, & consequenter diuinam reuelationē non considerari ad effectum,vt formaliter mentientes non peccarent,vt volebant nonnulli,quos confutat Cano *de locis theologicis lib.*2.*cap.*4.*post princip.* sed potiùs ad hoc ne mentiti sint. In primis enim Abraham dum Saram sororem suam dixit, licèt Regi occultauerit veritatē quod vxor sua esset,quia eā pro eo tempore proferre non tenebatur, vt vitam suam, & vxoris pudicitiam seruaret,mentitus tamen non est dum sororem dicit,erat enim Sara filia Aarā fratris eiusdem Abrahami,vt constat ex *Genes.c.*11. & planum est in sacra Pagina filios fratris, fratres, & sorores nuncupari *Genes. cap.* 11. *&* 13. & passim in Euangelio vt colligitur ex multis locis, quibus de fratribus Domini mentio fit *Matth.c.*11.13.*&* 18 vt ex Hieron. notat Cardin. Bellarm.*tom* 2.*de matrimon.cap.*28.& faciunt quæ latè scribit Cano *de locis theolog. l.*11. *c.*5. *ad* 2. & consequenter non impropriè *Gen. cap.*20.dicit idem Abrahamus,verè soror mea est filia patris mei, & non mulieris meæ, idest, attinentis ex parte patris, vt eleganter inter-
pretatur Augustinus relatus à Gratiano *in præsenti*, 3
quem referunt, & sequūtur D.Thom.2.2.*q.*110.*a.*3. *ad*3.Sot.*de Iustit.lib.*2.*q.*3.*art.*8.*ad fin.& in* 4.*dist.*40 *art.*4.*col* 4.Couar.*de sponsalib.part.*2.*c.*6.§.10.*num.*5. Henriq *in sum.lib.*12.*c.*8.§.4 *iuncta lit.P.& seq.*Sayr. *in claui Regia lib.*11.*cap.*2.*num.*9.Sic etiam ex diuina

reuelatione dicendum est Iacob patri suo Isaac dixisse se esse eius primogenitum Esau non quòd diuina reuelatio operetur, vt mentians non peccauerit, sed ne id pronuutiās mentitus sit, quamuis enim secundùm carnem Esau esset primogenitus, ipse tamē Iacob primogenitus erat secundùm ius, & dignitatem sibi diuinitus traditam ad designandum mysterium illud quòd minor populus, id est, gētilis substituendus erat in locum primogeniti, & antiquioris populi Israëlitici, atque vel ex priuata reuelatione sibi facta, vel ex institutione Rebeccæ matris, quā diuinitus edoctam fuisse constat *Gen. c. 25.* potuit Iacob sine mendacio dicere, ergo sū primogenitus, nō scilicet in persona, & natiuitate, sed in iure primogenituræ diuinitus sibi datæ, & ab Esau vēditæ, atque ita post Ang. *in præsenti, vers. item opponitur*, explicant D. Thomas & reliqui omnes *proximè citatis locis.*

Qvæstio IV.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum promissorium de actu, qui sine peccato mortali fieri non potest, nullā inducit obligationē.*

2 *Iuramentum Dauidis de occidendo Nabal cum tota familia in rei veritate nō obligauit, Dauid iuxta cap. si aliquid, hac ead. quæst. dicitur tamen in præsenti obligatorium habito respectu ad mentem ipsius Dauid iurantis, qui fortè putabat se tali iuramento esse adstrictum.*

3 *Razias maluit nobiliter mori, quàm subditus fieri peccatoribus, 2. Machab. c. 14 intelligitur iuxta opinioncm ipsius Raziæ, qui in ea re deceptus fuit.*

Cap. Iurauit. IV. *Ambrosius.*

1 COlligi videtur ex hoc text. iuramentum Dauidis de occidendo Nabal cum tota familia fuisse obligatorium, cuius contrarium expressis verbis asserit *c. si aliquid, hac eadē causa, & quæst. in fin.* ibi, *neque aliquid culpa se tali periculo contraxisse debuit* iuramentū enim promissoriū de actu, qui sine peccato mortali fieri nō potest, nullam inducit obligationē, sicuti docet Pout, *in c. si verò*, ibi, *nisi tale sit*, &c. *de iureiur.* Nauar. *in man. c. 12. n. 15. vers. 16.* Fr. Lud. Lop. *in instruct. conscient. p. 1. cap. 14 §. 4. reg. 1.* & plures, quos refert, & sequitur Sayt. *in claue Regia, lib. 5. cap. 6. num. 2. & c. 7. n. 2.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. de iuramento lib. 2. c. 14. per totum.*

2 Quare omissa Archidiaconi solutione *in præsenti* sentientis iuramētum illud aliquo modo fuisse obligatorium, facillimè respondetur quòd licèt tale iuramentum in rei veritate nō obligauerit Dauid, vt expressè probat *dict. cap. si aliquid*, nihilominus tamen obligatorium dicitur *in hoc text.* habito respectu ad mentem ipsius Dauid iurantis, qui forte putabat se tali iuramento esse adstrictum, sic sanè dum *hic text.* ait quod Dauid de duobus peccatis minimū elegit, intelligitur quod alterum ex illis, nempè non seruare iuramentum, non erat peccatum in rei veritate, sed opinione tantùm Dauid, vt notat gloss. *hic verbo peccatis.* Sic etiam intelligitur *c. duo mala*, vbi optima gloss. *verbo peierare, 13. distinct.* Sic etiam intelli-
3 gendum est verbum *peierandum*, de quo *in d. c. si aliquid.* Sic aliàs dum dicitur in Scriptura 2. *Machab. cap.* 14. quod Razias maluit nobiliter mori, quàm subditus fieri peccatoribus, intelligendum est iuxta opinionem ipsius Raziæ, qui in ea re deceptus fuit, non autem in rei veritate, quia secundùm D. Tom. 2. 2. *q. 64. art. 5. ad 5.* Sot. *lib. 5. de Iustit. q. 1. art. 5. ad 4.* Siluest. *in sum. verbo homicidium 1. quæst. 1. in fine*, & alios citatos à Sayr *dict. cap. 9. n. 10.* Razias peccauit se occidendo, ac per consequens non cum fortitudine, ac nobilitate vera, sed cum fragilitate, & languore animi mortuus est.

SVMMARIVM.

1 *Promissiones malæ, & turpes validæ sunt ex se, & in illis fides præstatur. Intellige in malis promissis iniquo modo extortis cum turpitudine illius cui fiunt, vt num. 3.*

2 *Periuriū non potest dari in trangressione iuramenti promissorij, quando res sub iuramento promissa deuiat a virtute.*

3 *Obligatio nulla oritur ex malis promissis, quæ ex se, & in sui substantia talia sunt, secus in malis promissis, quæ ex se talia non sunt, sed supposita turpitudine acceptantis.*

4 *Materia quando reputetur mala, vt iuramentum deobliget, ostenditur.*

Cap. In malis V. *Isidorus.*

IN *malis promissis rescinde fidem.*] Ergo promissiones malæ, & turpes validæ sunt ex se, & in illis fides præstatur, & accipitur, ac obligationem producit; id enim importent verba illa, *rescinde fidem*, arg. *l. decem 116. ff. de verb. oblig. & c. ad dissoluendum, de desponf. imp.* & optimè colligitur ex hoc text. si benè expendatur, cum enim retulisset ille duas turpium promissionum classes, alteram illarum, quæ inter homines fiunt, alterā vero earū, quæ Deo præstantur, prout sunt turpia vota, in prima inquit hic text. *illam rescinde*; in secunda vtitur alia phrasi, scilicet, *muta decretum, quod incaute vouisti ne facias*; igitur vt thematis mutatio aliquid operetur, dicendum videtur quod licet promissiones de re turpi factæ Deo nullam producant obligationem, in his tamen, quæ fiunt hominibus, secus dicendum est 1

Verum obstat quod non potest dari periuriū in transgressione iuramenti promissorii, quando res sub iuramento promissa deuiat à virtute, cum enim huiusmodi trangressiones non alio ex capite sint periuria, quàm ob violatam fidem sub iuramento præstitā, ac subinde cum non sit dabilis fidei violatio in iis, quæ deuiant à virtute, fides enim est virtus, secundum D. Thom. 2. 2. *q. 80. art. 1. ad 3.* rectè fit quod quicquid deuiat à virtute, nequit esse actus fidei, immo cesset casu eiusdem fidei violatio, & consequenter periurium. 2

Quare omissis his quæ tradunt Abb. *in cap. vlt. de pactis*, Rip. *in l. si plagij, ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. generaliter, ff. eo. tit.* D. Thom. 2. 2. *q. 88. art. 2. ad. 2.* respondetur regulam huius text. & similium procedere in malis promissis iniquo modo extortis cum turpitudine illius, cui fiunt, non autē promittētes, videlicet per dolum, metum, vel similem modum peccaminosum; licèt enim huiusmodi promissiones valeāt mero iure, iuxta text. *in princ. Instit. de except.* ibi, *palam est te iure Ciuili obligatum esse*; non tamen expedit Reip. fidem datam obseruari, vnde meritò promissoribus iure succurritur per exceptionē, vel alia opportuna remedia, iuxta *d. princ.* ibi, *sed iniquum est te commendari.* & ita in forma respondemus quod quāuis verum sit nullam obligationem oriri ex malis promissis, quæ ex se, & in sui substantia talia sunt, veluti promissio de homine occidendo, vel de mentiendo, 3

tiendo, aut similis, & in bis nulla dabilis sit fidei violatio, iuxta supradicta præmissa; secus tameo dicendum est in malis promissis, quæ ex se talia non sunt, sed supposita turpitudioe acceptantis, in quibus tamen licet mero iure fides data valeat, expedit tamen illam ooo seruari, iuxta *reg. in malis, de regulis iuris in 6.* & textum *in præsenti.*

4 Illud adoertete oportere oon solùm materiam reputari malam, vt iuramentum deobliget, quando est de actibus, qui secundùm se sunt peccata, sed etiam quando est de actibus, ad quos obligari est colpa, id est, quando talis est materia, vt omnis obligatio, siue promissionis, siue iuramenti illi repugnet, etiam si talis actus aliàs spoote factus non sit materia, at si fiat ex vi promissionis, etiam iuratæ, est malos, id enim sufficit vt iuramentum noo obliget, ita Soar. *de Relig. tomo 2. lib. 2. de iuram. c. 22. n. 8. & c. 24. n. penult. & vlt.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tomo 1. l. 3. cap. 9. num. 35.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non adimplere tolerabilius est, quàm quod turpe est facere.*
2 *Periurium non datur in transgressione iuramenti promissorij, quando res sub iuramento promissa deuiat à virtute.*
3 *Fides est virtus.*
4 *Iurans habitare in aliqua domo si in ea detur periculum fornicationis, seu alterius peccati, non tenetur quis tali iuramento stare.*
6 *Ebrij promissio non tenet.*
7 *Metus reuerentialis per se solum sufficit ad rescissionem contractus.*

Cap. Vnusquisque. VIII. *Ambros.*

1 TOletabilius esse iurameutum noo implere, quàm, quod turpe est facere, ait, & exemplis confirmat D. Ambr. *de offic. lib. 3. c. 12.* quem refert
2 Gratian. *in præsenti*, non potest enim dari periurium in transgressione iuramenti promissorij, quando res sub iuramento promissa deuiat à virtute, patet hoc si expeodas has transgressiones non alio ex capite esse periuria, quàm ob violatam fidem sub iuramento præstitam, ab subinde cùm noo sit dabilis fidei violatio in bis, quæ deuiant à virtute, fides enim est virtus, D. Th. 2. 2 *q. 80. art. 1. ad* 3. latè Caiet. etiam 2.
3 2. *q. 113.* rectè fit quòd quicquid deuiat à virtute, nequit esse actus fidei, imò cesset eo casu eiusdem fidei violatio, & consequeotet periurium. Noo obstat *reg. in malis, de regul. iuris in 6. & in cap. in malis* 22. *q. 4.* quibus iuribus probatur promissiones malas, & turpes validas esse ex se, in illis fidem præstari; quia procedunt in malis promissis iniquo modo extortis cum turpitudine illius, cui fiunt, non autem promittentis, prout late explicauimus *ad d. cap. in malis.*

4 Vnde si io domo, in qua quis habitare iurauit, detur periculum fornicatioois, seo alterius peccati, non teoetur quis tali iuramento stare, ex Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 7. n. 8. vers. his.* Iuuat *c. præcipimus* 22. *q. 1.* & illud Euangelij, *si oculus tuus scandalizat te,* &c. regula enim est geoeralis, vt qui promittit aliquid absoluè, si contingat postea aliquid, quod faciat obseruantiam malam, non est promissum adimpleodum, qoia licet sic promiserit, intelligitur tameo si obseruantia noo pergat in dispendium animæ, vnde si iuret quis se daturum alicui quicquid peteret, vt fecit Herodes, licet iuramentum hoc posset esse à principio licitum, intellecta debita conditione, sc. si peteret licitom, si tameo petat aliquid illicitum, oon est adimplendum iuramentum, quod Herodes adimplere non tenebatur, cum ab eo petitum fuit caput Ioan. Baptistæ, imo adimplendo promissum grauiter peccauit, iuxta text. *in præsenti.*

Et post pauca de lepto, &c.] Vide quæ latè dixi *ad c. si non licet 23 q. 5.* 5

Io gl. *Quod ebrius.* ibi, *Ergo promissio ebrij non tenet.* 6
Vide Tiraq. *de pœnis temper. c. 6. n. 8. & de iure mariti, gl. 8. n. 83.* Mascard. *de probat. concl. 579. n. 2.*

In gloss. *Saltantium,* ibi, *& ea, quæ ob reuerentiam* 7
alicui promittuntur non ligant. ergo solus metus reuerentialis sufficit ad rescissionem contractus, secuodum Campeg. *de dote part. 3. q. 88. in fine,* Peralt. *in l. Titia cum testam. § qui in vita, n. 1. ff. de legat. 2.* Cou. *de sponsalib. p. 2. c. 3. § 6. n. 5.* Mench. *contr. lib. 1. c. 35. n. 21.* Anton. Cuch. *lib. 5. inst. maior. tit. 12. n. 131.* Marien. *in dial. relat. p. 3. c. 20. n. 5.* Azeued. *l. 9. n. 28. tit. 1. lib. 5. noua recopil.* Sed coottarium verius est, vt post multos comprobant Sanch. *de matr. lib. 4. disp. 6. num. 36.* Gasp. Anton. Thesaur. *q. forens. l. 1. q. 51. à n. 1.* Fr. Batt. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 13. dub. 12. sub n. 18.*

Cap. Non obseruandum. XIII.

Isidorus

NOn implere Sacramentum.] Iuramentum dicitur Sacramentum tam iure Ciuili, vt *in l. mulieres 13. § vers. ignominiosam, ff. de re milit. auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. l. vlt. C. de veterum, l. 12,* quam iure Canonico, text. *in præsenti, cap. qui Sacramento, hac ead. causa, & q. c. paruuli 22. q. 5. c. querelam,* ibi, *interposito Sacramento, de iureiur.* Notant D. Th. *p. 3. q. 60. art. 1.* Cou. *in c. quamuis pactum part. 1. in princ. n. 2.* Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 1. n. 2.* Merito autem sic appellatur, quia iuramentum aliquid religiosum est, & actus latriæ, siuè Religionis, D. Th. 2. 2. *q. 89. art. 4.* iurans namque Deum in testem iouocando recognoscit illom habere perfectam rerum cognitionem, & infallibilem veritatem, atque ei debitum hooorem persoluit, in quem sensum *Deuter. 6.* dicitur, *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, & per nomen illius iurabis,* & *Psalm. 62. Laudabuntur omnes, qui iurant in eo.* Huc spectat illud Hieron. *lib. 2. offic. Iusiurandum,* ioquit, *est affirmatio religiosa,* resoluunt D. Th. *d. art. 4.* Sot. *de Iustit. lib. 8. q. 1. art. 4.* Nauar. *in man. c. 12. n. 2.* Couar. *d. n. 2.* 1

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu contractum si firmetur iuramento redditur validum; sed contrarium communiter tenent Doctores citati num. 4. quæ contraria opiniones componuntur num. 5.*
2 *Iuramentum quantumuis graui metu extortum, si absque peccato seruari potest, obligat.*
3 *Iuramentum vbi adiicitur actis aliàs inualidis iure diuino, sed saltem humano, ex ipso iuramento datur obligatio.*
6 *Iuramento promissorio duplex reperitur obligandi ratio.*
7 *Iuramentum assertorium nullam in se continet obligationem, sed dicta, aut facta confirmat prout sunt.*
8 *Declaratur multipliciter text. in præsenti. & n. 9. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Iuramentum fœderis Iosue cum Gabaonitis factum contra præceptum diuinum Deuteron. 6. quare fuerit obligatorium, remissiue.*

Cap. Inter cætera. XXII.

1 Augustinus scribit Seuero Mileuitano Episcopo consulenti de quodam Hubaldo, qui à consanguineis cuiusdam pellicis coactus fuerat iurare se illam ducturum in coniugem, vt Hubaldus habeat illam in coniugem, quam iurauit, cùm matrimonium hoc sit in Deo fixum, & stabile, prout refertur *in hoc text.* ex quo colligi videtur matrimoniũ metu contractum, si firmetur iuramento, reddi validum, sicut visus est tenere Richard. *in 4. dist. 29. art.* 2. *q.* 3. & quòd saltem ex vi iuramenti cogendus sit matrimoniũ contrahere, vel contractum ratum habere, qui per metum coactus fuit, tenent Abb. post Card. *in cap. Abbas, num.* 8. *de iis, quæ vi*, Fortun. Gate. *vltimo fine, illat.* 21. asserentes quòd licèt matrimonium non valeat, iuramentum tamen obligat. Mouentur

2 vltra decisionem text. *in præsenti*, ea eo quòd iuramentum quantumuis graui metu extortum, si absque peccato seruari potest, obligat, *cap. si vero, cap. verum, de iureiur.* vbi id fatentur omnes, D. Thom. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. Sot. *de Iustit. l.* 8. *q.* 1. *art.* 6. *vers. tertium argumentum*, Couar. *in c. quamuis pactum p.* 1. §. 5. *n.* 3. Hoc autem iuramentum seruari potest abs-

3 que peccato; ergo obligabit. Accedit quod vbi iuramentum adiicitur actibus aliàs inualidis iure diuino, & humano, saltem ea ipso iuramento datur obligatio, *cap. debitores, cap. cum contingat, de iureiur. cap. quamuis pactum, de pactis lib.* 6. Ergo licèt matrimonium non valeat, iuramentum tamen seruandum erit. Vltimò expendit Fortun. doctrinam Diui Thom. *in* 3. *distinct.* 39. *art.* 3. dum ait in hac specie matrimonium non valere, quia perficitur libero consenso, iuramentum verò obligare, quia ex diuino præcepto suam habet obligandi vim immediatè.

4 Contrarium verò, immò huiusmodi matrimoniũ non effici validum iuramẽto, probat expressè text. *in c.* 2. *de eo, qui duxit in matrimon.* vbi habetur eum, qui post matrimonium metu contractum, & iuratum aliam duxit, permansurum cum secunda, priusque matrimonium fuisse inualidum, tradũt *ibi* gloss. *verbo tanta*, Butr. *n.* 3. Abb. *n.* 5. Alex. de Neuo *n.* 5. *&* 6. Sot. *in* 4 *dist.* 29. *art.* 3. *vers. vtrũ verò*, Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. §. *à princip.* Padil. *in l. interpositas num.* 6. *C. de transact.* Fulu. Pacian. *de probation. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 56. & plures alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *disp.* 20. *n.* 12. Probatur, quia iuramentum diuinis, aut humanis legibus directè contrariũ non obligat. *l. non dubium, C. de legibus* Accedit quòd iuramentum eandem habet interpretationem, quã recipit actus, cui apponitur, *c. quemadmodum, de iureiur. l. vlt. C. de non numer. pecun.* neque enim iuramẽtum pertinet ad obligationem natura sua faciendã, sed ad factorum, dictorumque veritatem confirmãdum, vnde si principale non valet, ex iuramento vires recipere non potest, quod expresse docet gloss. *in auth. si qua mulier, C. ad Velleian.* quã post alios exponit Hippolyt. *in l. pen. n.* 77. *ff. de quæstion.* Roland. *consil.* 57. *num.* 55. *lib.* 3. Confirmatur, quia eodem metu, quo matrimonium factum fuit, iuramentum factum censetur, vt per Innocent. communiter receptum *in cap. super hoc, de renunciat.* & lex naturalis, & humana, quæ tale matrimonium non patiuntur, eisdem causis videntur prohibuisse omnia, quæ eodem metu ad illum actum confirmandum adiiciantur, ex *reg. cum quid lib.* 6. aliàs enim non fuisset huic malo sufficienter cautum.

Has tamẽ cõtrarias opiniones fœdere distinctionis ad concordiam reducendas esse arbitror in hunc modum. Vel contractum est per metum matrimonium de præsenti, & iuramento confirmatum, vt si quis dicat, Accipio te in meã, & sic iuro per hæc sacrosancta Euangelia, & isto casu neque matrimonium, neque iuramentum obligationem continent, & sic procedit secunda opinio, de qua *supra*. Ratio est, quia obligationem matrimonij metus impedit, iuramentum verò, quoniam assertorium est, nullam in futurum obligationẽ producit, sed affirmauit tãtum matrimonium contrahi, quod si eo modo, quo contractum est, fieri non potuit propter metũ, iuramentum nihil præstat. Vel contracta sunt sponsalia de futuro adhibito iuramẽto, & tũc promissio quidem propter metum non valebit, iuramentum verò per se obligabit propter reuerentiam Deo debitam quia potest sine dispendio salutis æternæ adimpleri, cum neque ex parte iurantis, neque ex parte materiæ aliquod detur impedimentũ, & ideò tenebitur metu deposito consentire, aut petere absolutionẽ à iuramento, quam facile obtinebit, iuxta text. *in c.* 2. *&* *in c. si vero, de iureiur.* aliàs mortaliter peccabit, & ita procedit prima sententia Richardi, Abb. & Fortun. quæ plane desumitur ex præcitata Theologorũ doctrina: nec enim probabilis ratio reddi poterit, quare propter reuerentiam iuramenti teneatur omnia bona temporalia perdere, vt Theologi aiunt: matrimonium verò non teneatur contrahere cum sine peccato possit: quinimo licet D. Thom. Durand. & Sot. *locis infra citandis*, dicant non dari in foro exteriori remedium ex iuramento per metum extorto, vt per Syluest. *verbo metus q.* 4. verius tamen est mero iure dari in foro Ciuili donec proposita exceptione elidatur intentio petentis, vel per actionem quod metus causa actio mero iure competens rescindatur, iure verò Canonico cõpelletur, qui iurauit quousque absolutionem obtineat, & si soluerit repetere poterit in alijs debitis temporalibus, matrimonium verò si propter promissionem iuratam cõtraxerit sine metu, vt iuramentum seruet, firmum erit, sicut colligitur ex text. *in præsenti*, iuxta verum sensum de quo *infrà*. 5

Neque huic concordiæ obstabunt argumenta, quæ pro prima opinione adduximus, ea enim omnia concludunt, vbi iuramentum promissorium sponsalibus adiectum est; nam in iuramento promissorio duplex reperitur obligandi ratio, altera, quæ prouenit ex promissione, cui iuramentum accedit, altera verò, quæ prouenit ex ipso iuramento per se, & reuerentia debita Deo. Prior obligandi ratio deficit cum per iniuriã graui metu aliquis promittit, & iurare compellitur, tum quia ex defectu consensus per quem promissionis obligatio fit, ipsa impeditur, tum etiam, quia iniquum est, vt ei, qui talẽ metũ intulit, ex suo delicto acquiratur obligatio, contra *c.* 1. *de eo qui duxit*. Posterior verò ratio obligãdi manet in ipso iuramẽto, cuius substãtia posita est in inuocatione diuini nominis, & propter reuerentiam Deo debitã diuinæ, humanæque leges seruari iubent, vbi neque ex parte iurãtis, neque ex parte materiæ aliquod datur impedimentum, oportet enim, vt aiũt Theologi potius omnium bonorum temporaliũ iacturam pati, quàm contra reuerentiam Deo debitam aliquid agere, & hæc obligãdi ratio nõ tollitur propter metum, vnde cum iuramentum non est de illis actibus, quorum vinculum libero consensu efficitur, sed ex 6

diuino

diuino præcepto, ideo non inspicitur humana voluntas principaliter, sed diuinum mandatum in hac obligatione, vt expresse docent D. Th. 2.2.*q.*89.*a.*7. *in corpore*, Scot. *in* 3.*dist.*39.*q.vnic.*& *ibi* Durand. *q.*2, *num.*5.

7 Contraria verò pro secunda opinione *supra* adducta procedunt vbi iuramentum assertorium adiectum fuit matrimonio de præsenti, vel vbi sola promissionis ratio expenditur, quia huiusmodi iuramentum assertorium nullam in se continet obligationem, sed dicta, aut facta confirmat prout sunt; cùm enim obligatio sit vinculum, quo aliquis in futurum adstringitur, *l. obligationum substantia, ff. de actionib. principum Instit. de obligat.* fieri non potest vt is, qui iureiurando aliquid affirmat esse, vel fuisse, eo ipso obligatus maneat, atque ideo licet aliqua obligatio antecedat huiusmodi iuramentum, quia scilicet tenetur verum iurare, nulla tamen subsequitur. In promissorio autem iuramento aliter se res habet, quia antecedit & subsequitur obligatio; antecedit quia tenetur iurare animo faciendi quod iurat: subsequitur quia tenetur postea ex vi iuramenti adimplere si sine dispendio salutis æternæ fieri potest, ita D. Thom. Scot. & Durand. *locis proximè citatis* Sot. *lib.*8. *de Iustit. quæst.* 1. *art.*7. quod non satis videtur percepisse Couar. *in d. cap. quamuis pactum, in princ. num.* 3.

8 Ad text. verò *in præsenti gl. hic, verb. matrimonium* varias assignat solutiones. Prima est metum fuisse leuem, eo quòd non erat verisimile mortem comminantes eam illaturos, eodem modo soluit gl. *verbo coactus in d. cap.* 2. *de iis, qui vi* & *ibi* Butr. *n.*7. *in fine*, ac Abb. *num.*8. etiam *in fine*. Sed nullo modo placere potest hæc solutio, quia text. *hic* dicit, *timoris necis*, & assignat rationem, *quia non est peccatum contrahere cum illa*, quæ ratio etiam procedit in metu graui.

Secunda solutio est, vt intelligatur hic text. quando post matrimonium illud commixti sunt carnaliter. iuxta *cap. veniens il* 2. *de sponsalib.* & *d. cap.* 2. *de eo, qui duxit*; sic explicat d. gloss. *verbo matrimonium, in præsenti*. Sed minus placet, quia absque aliquo fundamento diuinat interfuisse copulam; item quia tunc impertinens esset ratio, quam text. assignat ibi, *quia verò quam prius concubinam habuerat non est peccatum in coniugem accipere*. Nam esse peccatum necne nihil confert ad matrimonij valorem.

10 Tertia solutio est, vt loquantur consulendo, non præcipiendo, ita gloss. *eod. verbo matrimonium, in præsenti*, & *verbo coactus in d. cap.* 2. Sed similiter displicet, quia ea verba, *matrimonium sit in Deo fixum*, & *stabile*, non videntur eum sensum habere, & sepe non est sanum consilium concubinam ducere.

11 Quarta solutio est vtriusque glossæ, & Antonij, *num.*7. ac Abb *num.*8. *in d cap.* 2. asserentium metum non fuisse probatum. Sed vaticinantur, nullaque probabili coniectura ducuntur, nec ratio in textu tradita congruit.

12 Quinta solutio est, vt dum D. August. *hic* ait, *matrimonium sit fixum*, & *stabile*, non loquatur assertiuè, sed ex hypothesi, quasi dicat, esto daremus id iuramentum confirmare matrimonium, & obligare, non sequitur iuramentum negandi parentibus alimenta obligare, quia illud est de re licita, hoc autem de illicita. Sed hæc solutio quamuis admitti possit, non tamen ex omni parte satisfacit.

13 Sexta & vera interpretatio est, quam tradit Fortun. *d. illat.* 21. Couar. *d. cap.* 3 §.5. *n.*8. *in hoc text.* post iuramentum cessante causa metus matrimonium contractum fuisse, & duo fuisse ab August. interrogata *hic*. Prius vtrùm valeret matrimonium contractum cum ea, quam concubinam habuerat? & respondet nihil obstare quominus matrimonium firmum sit, neque enim propter metum volebat homo ille à matrimonio recedere, sed dubitabat vtrùm licitè contraheret, quod planè colligitur ex illis verbis, *matrimonium sit in Deo firmum*, & ex eo, quia non proponitur *ibi* matrimonium fuisse contractum, & iuratum per metum, sed sola proponitur promissio de contrahendo, ratione cuius sine metu postea matrimonium contractum fuit. Posterius fuit interrogatum vtrùm aliud iuramentum metu factum de expellenda matre obligaret, & respondet Augustin. non esse seruandum, atque ideò text. iste prædictis nihil obstat, refert & sequitur nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academicis prælectio. Salmant. c. ad cap.* 3. *de iureiur. n.* 52.

14 *Sed cum his omnibus*, &c.] Dubium est quare iuramentum fœderis Iosua cum Gabaonitis factum contra præceptum Diuinum *Deut.* 6. vt refertur *in præsenti*, fuerit obligatorium, vt constat *Iosue* 9. contra reg. *c. si aliquid, hac ead. causa*, & *q. si verò*, ibi, *nisi tale sit*, &c. & *c. sicut* 13. *cum similibus, de iureiur.* Dupliciter respondet gl. *verbo decepti, in præsenti*, aliter Sot. *lib* 9. *de Iust. q.* 1. *art.*7. *in respons. ad* 2 quas omnes, & alias solutiones assignat Soar *de Relig. tom* 2. *lib.* 2. *de iuram. c.*18. *n.*5. *cum seqq.* Ego verò dicendum puto Iosue meritò potuisse dubitare an illud iuramentum foret obseruandum, quoniam licet contra illud adesset præceptum diuinum *Deut.*7. de delendis scilicet habitatoribus illius terræ, in fauorem tamen iuramenti maximè vrgebat quod præceptum illud erat diuinum affirmatiuum, & vti tale non obligabat semper, & ad semper prout negatiuum, sed tantum pro loco, & tempore, ex D. Th. 2. 2. *q.*33. *art.* 2. & sic stante hoc dubio Iosue tutiorem partem sequutus detulit iuris iurandi religioni, quia quando dubitatur an aliquod iuramentum sit licitum, an illicitum, & ita in dubio non est propria auctoritate contra illud temerè veniendum, vt docet text. opt. sic intelligendus adducens huc Gabaonitarum exemplum *in c. per venerabilem* 34. *prope fin. vers. idem etiam*, vbi gl. *verbo venire, de elect.* facit etiam text *in c. innocens, in princ. inf. hac ead. causa*, & *quæst.* aduertit Sgar. *d. cap.* 18. *num.* 2.

Cap. Innocens. XXIII. & vlt.

1 GRatianus in fine huius text. ibi, *nulla tamen auctoritate seruari prohibetur*, videtur tenere iuramentum, quo quis iurauit Religionem non ingressurum, vel sacros Ordines non suscepturum, esse obligatorium. prout existimauit Maior. *in* 4. *dist.*38. *q.*1. *col.*4. Quod est contra communem Doctorum resolutionem resoluentium illa iuramenta non esse obligatoria, quæ melioris boni fuerint directè impeditiua, & ita si promittat aliquis se non facturum aliquod melius bonum, licèt sine peccato omittat, laudabilius tamen est facere, quàm omittere, & non obligabitur iuramento, vt resoluunt D. Th. 2 2. *q.*89. *art.* 7. *ad* 2. *quodlib* 5. *art.*27. & *quodlib.* 12. *art.*22. Abb. *in c. si verò, n.*3. *de iureiur.* Cou. *in c. quamuis pactum, p.*1. §.6. *n.*7. Gom. *in* §. *item si quis postulante, n. vlt. Instit. de actionib.* Sayr. *in claui Regia, lib.* 5 *c.*7. *n.*3. Soar. *de Relig. tom.* 2. *l.* 2. *de iuram. c.* 19. *n.*3. *cum seqq.*

Sed reiecta responsione, quòd scilicet text. iste cùm sit Gratiani, negari possit, vt respondet Palud. *in* 4. *dist.*38. *q.*1 *n.*28 & sentire videtur Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 5. *quæst.* 1. *vers quæres*. Dicendum

mihi videtur Gratianum aliud longè diuersum intendere, nempe illud iuramentum licitè posse seruari, vt aduertit Archid. *hic n.2.* & Palod. *vbi proximè.* & est verissimum, quasi dicat Gratianus quòd ille, qui iurauit non ingredi Religionem, non suscipere sacros Ordines, non audire Missam die non festiuo, non dare eleemosynam extra casum necessitatis, seu denique non facere aliud quodcunque opus, quod vocant consilij, potest licitè prædictam materiam in iuramento contentam seruare, absque vllo tamen respectu ad iuramentum, cùm non sit turpis, nec illicita de se, imo licita, & hæc obseruantia iuramenti vocatur materialis, de qua loquitur Gratianus *in præsenti*, qui non negat, nec negare potuit quod si iurans non ingrederetur Religionem, aut fieret clericus, seu non faceret aliud quodcunque melius bonum, ex eo quia iurauit supradicta non facere, & ita animo adimplendi iuramentum, & illud formaliter obseruandi non peccaret saltem venialiter, quia hoc ipso facit irreuerentiam Deo, quem concludit fuisse testem talis iuramenti, vt resoluit Sot. *lib. 8. de Iust. q. 1. art. 7. vers. ex his*, iuxta quem etiam sensum explicandus est D. Th. *d. art. 7. ad 2.* cuius verba refert Couar. *d. num. 7.* dum ait posse taliter iurantem seruare iuramenta sine peccato, vt scilicet intelligatur de obseruantia iuramenti materiali, non verò formali, iuxta supradicta.

In gloss. *Confirmauit.* ibi, *Arg. est hîc quòd qui iurat rem illicitam propria auctoritate, non potest venire contra iuramentum illud*, &c. Verum hoc non obstante dicendum est iuramentum rei illicitæ nulla indigere relaxatione, sed posse iurantem propria auctoritate ei contrauenire, vt per Nauar. *in manuali, c. 12. n. 16. & 17.* Gutier. *de iuramento confirmat. part. 1. cap. 72. à num. 5.* D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter num. 28. & 29. ff. soluto matrim.* Sayr. *in claui Regia, lib. 5. cap. 8. n. 13.* Sanch. *in præcepta Decal. tom. 1. lib. 2. c. 9. n. 13.*

Hac igitur mentis, &c.] De intellectu vide Ioan. à Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. d. 3. de iureiur. à num. 96.*

QVÆSTIO V.

CAP. Qui compulsus. I.

Pius.

PIVS Papa relatus *in hoc text.* ait quod qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur, refert Soar. *de Relig. tomo 2. lib. 3. de iuram. c. 14. n. 14.*

2 *Et legitimas ferias pœniteat.*] Bene gloss. *verbo legitimas, in præsenti*, tres vbique legitimas ferias interpretatur, secundam, quartam, & sextam, vt refert Couar. *var. lib. 4. c. 20. n. 8. ad fin.*

In gloss. *Tres quadragesimas.* ibi, *vnam ante festum Natalis, aliam ante Pascha, tertiam ante festum sancti Ioannis.* Vide Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 16. q. 5.*

CAP. Si quis coactus. III.

Ex Pœnitentiali Theodori.

ALlegari solet hic textus ad hoc quòd ratione coactionis mitigatur pœna, vt per Tiraquel. *de pœnis temp. causa 36. n. 4.* Sanch. *de matrim. lib. 9. d. 31. n. 4.* Nam ad pœnam voluntas coacta voluntas non est, *cap. sacris & ibi* Scriben. *de his quæ vi, l. velle non creditur, ff. de regulis iuris, & ibi* gloss. *in fine*, vbi Dec. & Cagnol. vterque *num. 1. l. scientiam §. qui cum aliter ff. de liber. caus.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 354. n. 8. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. q. 97. n. 16.* quamuis voluntas coacta voluntas sit, vt ostendimus *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. Axiom. 230. num. 8.*

CAP. Ille qui. & seq.

Augustinus.

EX hoc tex. & sequenti, incipit, *Qui exigit*, vulgò colligitur non licere priuatæ personæ petere iuramentum ab eo, quem certò, vel probabiliter scit peieraturum, vt per D. Th. 2. 2. *q. 98. art. 4.* Cardin. *in Clem. vnic. de iureiur.* D. Antonin. *p. 2. tit. 10. c. 7. §. 3.* Sot. *de Iustit. lib. 8. q. 2. art. 4.* Syluest. *verbo iuramentum 2. q. 9.* Nauar. *in man. c. 12. n. 20.* Cou. *in c. quamuis pactum p. 1. §. 6. n. 2.* Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 3. n. 19.* latè Soar. *de Relig. lib. 3. de iuram. c. 14. per tot.* 1

Intellige text. *in præsenti, & in d. c. qui exigit*, procedere in eo, qui determinatè petit ab alio, vt iuret id, quod falsum esse scit, quia hoc nullo modo licet, cùm determinatè illum ad periurium inducat, v. g. si cùm aliquis sciret alium talem pecuniam accepisse, & determinatè petat ab illo, vt iuret se illam non accepisse, tunc grauissimè peccabit, cùm sit directa periurij causa. Verùm quando petitur iuramentum terminatè, v. g. Iura an hoc feceris, vel an hoc scias, vel iura te impleturum huiusmodi contractum, tunc interueniente iusta causa petendi, scilicet necessitate, vel vtilitate petentis, licita erit talis petitio, quamuis alter se non offerat ad iurandum, imo compellatur iurare, prout latè prosequitur Soar. *d. c. 14. ex n. 12. vsque ad n. 18.* Exemplum sit in aliquo contractu inter partes celebrato, nam licèt sciam alterum contrahentem non impleturum quod iurat, imo nec iuraturum cum animo implendi, possum ab illo petere iuramentum, vt contractus in exteriori foro firmior maneat, & vt habeam actionem ex iuramento contra illum, iuxta *cap. cum contingat, de iureiur. cum similibus.* 2

Dixi *in principio, priuata persona*, quia in iudice aut alio publico ministro dubium non est, cùm ex necessitate, aut præcepto legis, seu ratione officij iuxta iuris ordinem iuramentum deferre possit ei, quem putat peieraturum, quia vtitur iure suo, & malo alterius ad bonum satisfaciendi suo muneri, & parti petenti, & Reipubl. vt bene aduertunt D. Th. *d. q. 98. art. 4.* Sot. *lib. 8. de Iustit. q. 2. art. 4.* Couar. & Nauar. *citatis locis*, Sayr. *d. lib. 3. c. 14. n. 13.* non enim tanti esse debet periculum timor ille periurij, vt propter illud deferendum non sit iuramentum à iudice, vel publica persona quando fuerit necessarium, vt resoluunt Nauar. *d. n. 20.* Cou. *d. n. 2. in fine*, Soar. *d. c. 14. n. 10.* Intellige quando non adsunt alia remedia æque accommodata ad finem prætensum assequendum, quia si adessent, tunc magis otiosum, quàm necessarium esset iuramentum, vt aduertit Soar. *d. c. 14. n. 17. & 18.*

CAP. Quacunque arte. IX.

Isidorus.

DE eo, qui calliditate verborum iurat, & aliter facturus est, quàm promittit, vide quæ dixi *ad cap. 1. & ad cap. vtilem simulationem, 22. quæst. 2.* vbi late de materia huius text. de qua etiam specialiter agunt Nauar. *in cap. humanæ aures, hac ead. causa, & quæst.* 1

quæst. q.2.num. 2. Directo. Inquisit. *p. 3, commento* 20. *pag.* 426. latè Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *c.* 4. *q.* 5. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 9. *num.* 10. vbi intelligit text. *in præsenti*, dum quis iurat animo se obligãdi, non tamen implendi, vel quando iurat assertoriè rogatus iuridicè contra mentem petentis iuramentum, & in præcepta Decalogi *tom.* 1. *lib.* 3 *cap.* 10. *n.* 5. *& num.* 12. Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 12. *& cap.* 9. *n.* 2. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 2. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 2. *de iuram. cap.* 8. *n.* 7. *& lib.* 3. *c.* 9. *n.* 3.

Cap. Ecce dico. X.

Augustinus.

1 AVgustinus *serm.* 30. *de verbis Apostoli*, relatus *in hoc text.* ait periurium esse, qui super lapidẽ falsum iurat. Ratio vero illa esse potest, quia licet lapis per se minimi sit valoris, tum tamen in iuramentum deducitur cum relatione ad Deũ, eo ipso sanctus putandus, & iuramentum per illum factum manet verum iuramentum, nam quatenus iurans sub eo lapide Deum eius creatorem veneratur, ex illius intentione lapis diuino cultui applicata sancta dicuntur, *cap. nulli liceat* 12. *q.* 2. D. Thom. 2. 2. *q.* 81. *art.* 8. ita idem de lapide in iuramentum deducto dicẽdum est, secundum hunc text. aliàs difficilem, vbi iuxta sensum sancti Augustini nihil aliud est dicere quod iurans per lapidem putabat eundem lapidem sanctum, quàm quod iurabat cum relatione ad Deum, & ita iurantes falsum prædicto iuramento, & modo sunt periuri, vt patet ex hoc text. ibi, *prorsus periurus est*, &c. Vide varios intellectus, quos præstat Sot. *de iustit. lib.* 8. *q.* 2. *art.* 3. *col.* 4. Couar. *in cap quamuis pactum p.* 1. § 1. *n.* 18. vbi *in vers. alterum*, reponit veram litteram huius text.

Cap. Humanæ aures. XI.

Gregorius.

1 GRegorius *lib.* 26. *moral. cap.* 7. relatus *in hac text.* ait humanas aures talia verba nostra iudicare, qualia foris sonant, Deum autem qualia ex intimis proferuntur, circa quem text. commentarium edidit D. Nauarrus *tom.* 2 *suorum operum*, & aliqua tradunt Azor. *instit moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 4. *q.* 5. Sayr. *in claui Regia l.* 5. *cap.* 6. *n.* 8. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 2 *q.* 3. *n.* 4.

2 Vide bene D. Thom. *in* 3. *dist.* 39. *quæst.* 1. *art.* 3. *quæstiunc.* 3. dicit iuramentum ex ipsa iuramenti, vt iuramentum est, ratione, non obligare nisi iuxta iurantis intentionem, & faciunt quæ Fortun *de vltimo fine illat.* 2 2. *num.* 477. *& seq.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 110 *num.* 16. Gutier. *de iuramento confirmat. part.* 1. *cap.* 57. *num.* 20. bene Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. vbi ait quod quãdo iurans fuit in bona fide, doloque caruit, vtẽs prudenti amphibologia, nullam irrogans iniuriã ei, cui iuratur, iuramentum tunc non obligabit in sẽsu, quem præcipit ille, cui iuratur, sed quem iurans intendit, quia tunc non obligatur ex iustitia, cum sic iurando caruerit dolo, nullãque iniuriã irrogauerit, etiã ex iuramenti religione, additque in foro externo, eo quod intentio latitat, standum esse communi, ac proprio verborum intellectui, quem significatione sua ostendunt. Vide dicta *in collect ad c. vtilem simulationem, q.* 2. *n.* 2.

3 *Quia non debet intentia verbis deseruire, sed verba intentioni.* Ita Tiraquel. *in l si vnquam, verb. libertis à num.* 47. *ff. de reuocand. donat. & de retract. lig.* § 32. *gloss.* 1. *num.* 34. *&* 35. Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *dubit.* 2 *solut.* 1 *à num.* 280 *iuncto n.* 215. Brunor à Sole *in locis communibus, verbo verba, n.* 20.

Cap. Paruuli. XIV.

PEriuros excludi à iuramento in iudicio præstãdo, probat hic text. cuius decisionem quidam intelligunt de omnibus periuris notoriis notorietate facti, quamuis in iudicio non conuictis, si iuramentum id notoriũ fuerit quantũ ad verba, deliberationem, & factum; quia nimirũ eiusdem est euidentia facti illum dixisse verba iurisiurandi, & bene deliberasse, & cognouisse se iurasse falsum, ita docet Valent. 2. 2. *disput.* 6. *quæst.* 7. *puncta* 3. *colum.* 4. *vers. disputat verò*, Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 11. *quæs* 6. 1

2 Cæterum verius est oportere ad hanc pœnam incurrendam periurum esse in iudicio conuictum, & condemnatum, vt bene resoluunt Syluest. *verbo periurium q.* 5. Sot. *de iustit. lib.* 2. *q.* 1. *art.* 10. *col.* 2. Aragon. 2. 2. *q.* 86. *art.* 10. *paulo post princip.*

3 Non obstat text. *in præsenti*, dum in eo interdicitur periurũ etiam in sua causa ad iurandum admitti, quia intelligitur de iuramento purgationis, ita vt à suspicione contra se orta nequeat se proprio iuramento purgare, at iuramenta, quæ sunt potius oneris quam honoris, bene præstabit.

Cap. Pueri. XV.

Ex Concil. Eliberitano.

PVerum nullum antè quatuordecim annos cogendum esse iurare statuit Eliberitanum Conciliũ, quod citat Gratian. *in præsenti*, & referũt Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *c.* 3 *n.* 8. *&* 9 Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 1. *de Iuram. cap.* 14. *n.* 5. Sanch. *in præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 5. *&* 6. 1

Cap. Honestum. XVI.

Cornelius.

COrnelius Papa relatus *in hoc text.* decreuit vt à ieiunis iuramenta præstentur, consonat *cap.* 1. vbi *gloss. vlt. de testib.* quos textus procedere de honestate, & consilio existimant Bald. & Anan. *n.* 4. Imol. *à n.* 2. *in d. cap.* 1. & est communis sententia ex Mynsing. *in eodem cap.* 19 Azorius *institut. moralium part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 11. *quæs.* 9. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 4. Sed hæc communis explicatio licet defendi valeat, nequaquam tamen placere potest; conuincitur enim in primis ex verbo *dicant*, de quo *in d. cap.* 1. quod quidem verbũ prolatum à lege non concilium, sed præceptum importare censetur. Conuincitur rursus, quia text. ille *in eod. cap.* 1. non magis reprobat testes pretio conductos, vt infideles, quàm non ieiunos, imo in sua decisione omnes æqualiter determinare videtur, vnde necessario dicendũ est text. omnes pariformiter determinare, iuxta *regul. text. in l. nam hoc iure, ff. de vulgari.* 1

2 Quare nobis videtur dicendum prædictã ieiunij solemnitatem in testimoniis ex præcepto desiderari, ita vt aliter attento iure idoneus testis non censeretur quemadmodum aliæ solemnitates, putà vt iuramẽta in Ecclesia prope Altare testibus præstarentur,

prout

prout tradunt D.Thom.2.2. *quæst.* 89. *artic.*10. Sot. *lib.*8. *de Iustit.q.*1. *art.*10. *colum.*2. Couat. *in cap.quãuis pactum p.*1.§ 1. Syluest. *in summ. verbo iuramentum* 2. *quæst.*4. Angel. *eod. verbo* 3. *quæst.* 13. quæ quidem solemnitates per consuetudinem antiquatæ sunt, vt in specie fatetur Felin. *in d. cap.*1. *n.*3.

Cap. Decreuit. XVII.

Ex Concil. apud S. Medardum habito.

1 DIspositio huius text. quatenus prohibet iurare solemniter à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ, & ab Aduentu vsque ad octauam Epiphaniæ, & aliis temporibus, de quibus *hic*, antiquata est, quatenus verò agit de diebus Dominicis, seu aliis solemnibus, adhuc hodie est in viridi obseruantia, ita Soyt. *in clau. Regia lib.*5. *cap.*3. *num.*26. Valeor 2. 2. *disput.*6. *quæst.*7. *puncto* 3. *colum.*5. *versic. iam ex parte modi*, Sachez in *præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*3. *cap.*3. *num.*4.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro crimine læsæ maiestatis degradandus est sed contrarium verius, vt num.*2.
3 *Crimen læsæ maiestatis propriè cõmittere non dicitur nisi ille, qui Principis offensi subditus est.*
4 *Declaratur text. in præsenti, & in cap. admoneant* 26. *quæst.*7.
5 *Declarantur text. in cap. si quis Sacerdotum*, 11. *q.*1. *& in c. statuimus* 11. *q.*1. *& in c. clericus* 3. *quæst.*4.

Cap. Si quis laicus. XIX.

Augustinus.

EX hoc text. colligi videtur clericum pro crimine læsæ maiestatis degradandum esse, ita in specie Abb. *in cap. at si clerici, in princ. in fine lib. verbis, num.* 39. *de iudic.* Couar. *var. lib.*2. *cap* 20. *num.*7. refert alios, & sequitur Clar. *in* §. *crimen læsæ maiestatis num.*7. *&* § *fin. q.*36. *num.*27 Boss. *in pract. crimin. tit. de foro compet. num.*137. Cabed. *Lusit. decis.* 83. *num.*4. *p.*2. qui Doctores licet loquantur in depositione, tamẽ in degradatione expresse firmãt, Roman. *cons.*36. *à num.*1. *& sing.*701. Albertin. *in cap.*1. *de hæretic. lib.* 6 *q.*11. *&* 13. Mench. *de success. creat.* §.2. *num.* 53. contendentes propter grauitatem criminis, etiam si in iure expressum non sit, clericum tradendum esse Curiæ seculari, quamuis non proponatur incorrigibilis.

2 Contrariam tamen sententiam tenent Barbat. *cons.*22. *dub.* 1. *lib* 3. Curt. *cons.* 154. *num.* 1. Roland. *cons.*4. *lib.*1. Gig *de læsa maiest. q.*63. dicit cõmunem Clar. *vbi suprà*, & plures alij, quos refero, & sequor ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.*120. *sub num.*12. *vers. vtrum autem, secundum Lugdun. impress.* Quæ sententia & communis est, & tanquam verior attento iure sequenda, quicquid inter volũtatem, & obligationem tradendi Curæ sæculari faciat differẽtiam Clar. *d. num.* 27. *in fine.* & cogitandum relinquat Cabed. *d. dec.* 83. Pro qua sententia facit primò quia certum est clericum Curiæ seculari tradendum non esse nisi in casibus iure expressis, ita vt maioritas, vel minoritas rationis ad hoc faciendũ non consideretur; constat autem inter casus à iure expressos, qui tã tummodo tres sunt, non reperiri expressum crimen læsæ maiestatis, quamuis diuinæ mentionem faciat, ad effectum, vt clericus hæreticus seculari Curiæ tradatur, vt *in cap. excommunicamus il* 1. §. 1. ibi, *à suis Ordinibus degradatus, de hæret.* nihilominus tamen lex aliqua nõ datur, quæ de crimine læsæ maiestatis humanæ expressam faciat mentionem ad talẽ traditionem faciendam. Secundò facit quia clericus datis terminis habilibus habet priuilegium exemptionis, ne secularis potestas de suo crimine, cognoscere, & illud punire possit, iuxta reg. text. *in c.*2. *de foro compet.* cum multis aliis id possim asserentibus, & nõ est dicendum quod clericus ipso iure tali priuilegio debeat priuari nisi in casibus in quibus lex id apertè definiuit, iuxta doctrinam *gl. fin. in c. vlt. de iurepatr.* receptam ex Tirq. *in l si vnquam, verbo reuertatur, num.*248. *C. de reuocand. donat.* Sic aliàs licèt in minoribus criminibus pœna confiscationis ipso iure imponeretur per leges, nihilominus tamen in crimine hæreticæ prauitatis fuit necessarium, vt eadẽ ipso iure imponeretur, per text. *in cap. cum secundum, de hæretic. lib* 6. vbi Pontifex ex maioritate rationis argumentatur ad legem de nouo constituendam, qua non facta contrarium erat dicendum non obstante prædicta maioritate rationis circa cõfiscationem faciendam ipso iure, arg. text. *in cap. vergentis* 10. ibi, *statuimus, de hæret.* Denique facit quia crimen læsæ 3
maiestatis propriè committere non dicitur nisi ille, qui Principis offensi subditus est, vt videtur probare text. *in Clem. pastoralis* §. *rursus*, vbi gloss. *de re iudic.* Cabed. *d. decis.* 83. *num.*1. qualis non censetur clericus respectu propriæ personæ, quæ vt talis exempta est, iuxta tradita per Doctores *in c. Ecclesia S Mariæ de constit. & in cap. fin. de rebus Eccles.* ac proinde videtur dicendum tanquam propriè committentem crimen læsæ maiestatis clericum non esse puniendum, prout in specie fatetur Clar. *in d.* §. *læsæ maiestatis crimen num.* 7. & in puncto iuris esse probabiliorem opinionem dicit Cabed. *vbi supra num.*2. licèt negandum non sit pro illo crimine tãquam pro graui verbaliter esse deponendum clericum, iuxta reg. text. *in cap. tua, de pœnis*, & grauissimis pœnis impositis in remotissimum exilium detrudendum.

Qua quidem opinione retenta respondetur verbum, *degradetur*, de quo *in hoc text.* non esse intelligendum de actuali degradatione, prout importat executionem sententiæ latæ depositionis verbalis, de qua agit text *in cap.*2. *de pœnis lib.*6. sed solummodo de verbali depositione per quam mediante sententia clericus non solùm à beneficio, sed etiam ab Ordinibus remouetur in totum, id enim suadet materia subiecta, eo quòd cùm dispositio huius text pœnalis sit, & verbum, *degradatio*, multoties de depositione verbali intelligatur, vtique verbum illud ita interpretari debemus, vt de minori pœna, quam sub se etiam comprehendit, veluti dispositio odiosa intelligitur, iuxta reg. *in pœnis* 49. *de regul. iur. lib.* 6. Sic aliàs eodem modo explicatur text. *in cap admoneant*, ibi, *clericus degradetur*, 26. *q.*7. prout in specie considerat Bernard. *in pract. cap* 107. *aliàs* 110. *num.* 2 *in princip. secundum nouissim. impress.* Vel rursus etiam respondetur textũ procedere in Episcopo, vel clerico, qui iuramentum fidelitatis, vel homagium præstitit Principi temporali, patet ibi, *quod Regi, & domino suo iurat*, tunc enim cum ratione homagij censeatur committere crimen læsæ maiestatis, non erit mirum si in hoc casu degradatio actualis admittatur Curiæ seculari, vt tanquam subditus puniatur, iuuat sententia illorum, qui asserunt propter crimen læsæ maiestatis posse iudicem nõ spectato iudicio Ecclesiæ punire clericum, eò quòd propter tale crimen ci-

citur amittere priuilegium clericale, prout est Guid. dec.401.& alij relati à Clar.*d.q.36.n.27.*

5 Nec obstat text.*in cap si quis Sacerdotum,11.q.1.* ibi, *Curiæ tradetur*, dum ait clericum esse deponendum,& actualiter degradandum, Curiæque tradendum propter conspirationem factam aduersùs suum Episcopum; ergo à fortiori, &c. quia respondent alioqui textum illum esse intelligendum de clerico, qui in crimine, de quo *ibi*, incorrigibilis est, iuxta terminos text.*in cap.cum non ab homine,de iudic.* non verò quando absque prædicta incorrigibilitate aliquod ex illis criminibus simpliciter commiserit prout *gl.fin.ibid.* intelligit, *& in d.cum non ab homine* vbi communis. Alij verò multò meliùs respondent textum illum non agere de traditione, quæ fiebat Curiæ, seu Congregationi ecclesiasticæ, vel clericorum, cui delinquens seruire tenebatur, & cogebatur, patet ex eo, quia text. agit de illa Curia, de qua agit text.*in cap. statuimus 11.q.1.* ibi, *Curiæ tradatur, cui vitæ suæ omnibus diebus seruiat*, cuius auctor est Fabianus Papa, qui floruit circa annum 250.*& in cap. clericus 3.quæst.4.* ibi, *Curiæ traditur seruiturus*, cuius auctor est Stephanus Papa, qui floruit circa annum 254. quæ quidem verba nequaquam conueniunt traditioni Curiæ secularis, cui clericus nunquam traditur seruiturus, sed potius periturus, vel saltem, vt pœnam corporis afflictiuam patiatur, secundùm quod tempus loquutus fuit Pontifex Pius I. auctor illius text.*in d.c. si quis Sacerdotum*, solebant enim antiquis temporibus clerici sub potestate Episcopi existere in congregatione quasi in disciplina Regulari, vt probat text.*in c. præter 32. dist.* quæ Congregatio Clericorum Curia appellabatur, prout importat etiam locum in quo clerici ad facienda, & curanda negotia ecclesiastica conueniunt.

CAVSA XXIII.

QVÆSTIO I.

CAP. Noli existimare. III.& seq.

Augustin.

1 DE bello, & an, & quando iustè inferri possit & quomodo in eo capta fiant capientium, & de restitutione damnorum inde sequutorum, vide Cou.*in reg.peccatum, p.2.§.9. 10.& 11.* Sebast. Medic. *in summa peccatorum, p.1. tit.4.q.74. cum seqq.* Ludouic. Lopez *p.1. instruct. conscient.c.61.* Olam *in antinom.iuris litt.B. ex n.26. & lit.C.ex n.1.* Victor.*in relect.de iure belli,* Mench.*de success.creat. §.17.n.13.& illustr.cap.9. n.14* Lzl. Zecbi.*de casibus reseruat. casu 13. vers.sexto fallit, cum seqq.* Anton. Cordub.*in q.Theolog.lib.1.q.39.* Azeued.*l.8.n.9.cum seqq.tit.9 lib.3.noua recopil.* Matiens.*l.3.gl.7.n.3.cum seqq.tit.10.lib.5.noua recopil.* Petr. à Nauar.*tom.1.de restit.lib.2.cap.3.ex n. 258.* Bannes *2.2.q.40.art.1. cum seqq.* Azor.*instit.moral.p.3. lib.2. de homicid.c.7.* Petr. Fabr.*lib.2.semest.c.3.& 4.* Cardin. Tusch.*tom.1. lit. B. concl 39. cum duabus seqq.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Catholici c.47. n.135.* Calist. Ramirez.*de lege Regia,§ 26. n.64. & §.30.n.55.* Melch. de Valencia *illust.tract.iuris tract.2 c.5.num.14 & seqq.* Benedict. Ægid *ad l.ex hoc iure,ff.de iust.& iure,tom. 1.c.per tot.* Seraphin. de Freitas *de iusto Imper. Asiatico,cap 9.num.11.* Balthas. Ayla *de iure,& officio belli lib. 1.cap.2.* Molin.*de instit. disp. 99.* Ioan, Baptist. Valençuela *in monit.contra Venetos, p.7. n.60.61.61. 120.& seqq.* Et in disquisitu status & belli, Maiol.*in diebus canicul.tom.3.colloq.2.de bellor.euentib.ex pag. 359.* Cenall *commun.contra commun. tom.4. q.vlt.ex num.117.* Ioan. Marq. *in gubern. Christiano,lib.2.c.35. pag.369.cum seqq.*

Vtrùm Rex possit ex opinione minus probabili gerere bellum contra alium Regem? vide Victor *in relect.de Indis Insulanis dub.3.num. 27.* Valent. *2.2. disp. 3.q.16.puncto 2.* Fr. Emman.*in sum.tom.1.c.125.* Bannes *2.2.q 40.art.1.dub.5.* Vega *p.1. cap. 121.casu 3* Ledesma *in summ. tom.2. tract.3. de charit.cap.13. concl.14.cum seqq.* Maldon.*de virt.q 40. art.1.dub.3. & 4* Lorca *2.2.sect.3.disp.53* Salas *1.2.q.21. tract 8. disp. vnica, sect.15.num.221. cum seq.* Montesin.*1.2. tom.1.disput.29.q.5.num.217.* Anton. Perez *in Laurea Salmantina certam.10.cap.4 num.98.* Vale. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.21.num.92. cum seqq.* Molin.*in Iustit.tom.1. disp.103.* Vasq *1.2. tom.1.disp.64 cap.3.* Torres *2.2.tom.1.disp.90.dub.2.* 2

CAP. Quid culpatur. IV.

CErtum est, vel vtrùm sit certum non est, &c.] Notatur ad hoc quòd quilibet tenetur obedire Principi, & exequi vbi sit dubium an præceptum sit iustum, vel iniustum, ex quo in dubio præceptum præsumitur iustum, & iusta causa factum, vt per Abb.*cons.84.num.7.p.* Cephal *cons.110. num.31. & seq.lib 1.* Iacob. de Graff *in aureis decis. part.1. lib.2. cap.10.num.24.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præs 96.* Farin.*in praxi crimin.p 3. quæst. 97 num. 44* Sayr.*in claui Regia,lib.1. cap.12. num.vlt. & cap.13.num.37. & 40.* nouissimè Aluarez de Velasco *de priuileg pauperum,part.2. q.65.ex num.81.* latè & eleganter Ioan. Sancti.*in selectis, & practicis disputationibus, disp.43. per tot.* vbi adducit plura ad praxim maximè necessaria, quia referuntur casus in quibus homo dubius de aliquo præcepto possit sua vti libertate. 1

CAP. Militare. V. *August.*

EX hoc text. colligitur Regem, vel Principem de proprijs expendere tam pro bellis gerendis, quàm pro subditorum paupertate subleuanda habere necesse, vt per Bartholom. Cæpol. *de Imperatore militum deligendo vers.diuitiis, n.1. cum seq.* Iacob. de Ayello.*in tract.de iure adhoæ, releuij, atque subsidij, n. 4.* inter tractatus Doctorum, *tom.12.fol.170.* latè Camil. Borell.*de Magistrat.edit.lib.1.c.13.n 3.cum seqq.* Et non solum pro militum, vel Capitaneorum stipendiis, & salariis, sed etiam magistratuum, & iudicum Luc. de Peña *in l annonas,C. de erogat. milit. annon.l.12.* Roland. à Valle *cons.1.n.55.& 56.lib.2.* 1

QVÆSTIO II.

CAP. Dominus noster. II. & vlt.

Augustin.

SAnctus August. *quæst 44. in Num.* relatus *in hoc text.* belli per Moysen aduersus Amorrhæos illati iustificationem in eo constituit quod filios Israël ad terram sibi à Deo promissam per regiones suas transire non paterentur, vnde colligitur infidelibus iustum bellum indici 1

dici posse si Prædicatoribus impedimento sint ne per suas prouincias transitum faciant ad alias, in quibus fidei mysteria annuntiare, & proponere velint, qooniam aliter Euangelij aditus præcluderetur, quod Christus Dominus per vniuersum terrarum Orbem prædicari, & propagari præcepit, ita Victor. *in relect. de Indis, relect. 2. concl. 2.* Sot. *de Iustit. lib. 5. q. 3. art. 5. in fine*, Cou. *in reg. peccatum, p. 2. § 9. n. 4. ver. quintò etiam*, Balth. de Ayala *de iure, & officio belli, l. 1. c. 2. n. 11. in fine*, Carol. Sigon. *lib. vlt. de rebus Italic.* vbi scribit hac ratione Genuenses Venetis bellum fecisse, Valent. 2. 2. *disp. 3. quæst. 16. puncto* 2. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 10. 4. Camill. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. cap. 46. ex num. 10. & cap. 47. ex num. 69.* Nebrissens. *lib. 1. de bello Nauarræ, cap. 1.* Marquez *in gubernat. Christiano, lib. 1. cap. 27. pag. 166. cum seqq.* Hieron. Surita *in suis annalibus, lib. 10. cap. 9. & 10.* Gregor. Lopez Madeira *de monarch. Hispania, cap. 9. pag. 66.* Seraphin de Freitas *de iusto Imperio Asiatico, cap. 1. & 2.* Ioan. Solorzano *de Indiarum iure, lib. 2. cap. 20. num. 57. cum seq.*

QVÆSTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Proximum ab offensa, & iniuria defendere quilibet tenetur.*

2 *Defendere vitam, seu alia bona proximi, etiam vsque ad occisionem iniusti aggressoris, tenetur quis regulariter in conscientiæ foro cum moderamine inculpatæ tutela, quando aliter illa defensio expediri non potuerit, vt num. 6.*

3 *Proximum defendere ab iniuria, siue in persona, siue in bonis, aut honore nullus regulariter tenetur cum damno proportionabiliter notabili.*

4 *Reuelare proximo damnum eminens quilibet tenetur vt ab eo auertatur, quando illum defendere non potuerit, & quando in hoc casu fraterna admonitio præmitti debeat, ostenditur, num. 5.*

CAP. Non in inferenda. VII.

Ambrosius.

1 EX hoc text. quem iuxta veram Ambrosij Auctoris litteram expurgaris aliquibus verbis vitiosis, referunt emendati Codices Gratiani, & Nauar. *in manual. cap. 24 num. 15.* communiter colligitur quemlibet posse, & teneri ab offensa & iniuria proximum defendere; dum enim probat vitium eius, qui non repellit iniuriam à proximo æquiparari vitio ipsiusmet iniuriantis, consequenter ostendit, quòd prout iste non facere, ita & ille repellere tenetur, ne idem vitium quasi particeps incurrat, in idem est text. *in cap. fortitudo, & in cap. qui potest. & in cap. vlt. hac eadem causa, & quæst. & in cap. negligere 2 quæst. 7. & in cap. error dist. 83. & in cap. facientis, distinct. 86. in cap. dilecto, vers. & quidem, de sent. excomm. lib. 6. & in cap sicut 6 §. illi etiam, de homicid* accedunt & text. *in l. scientiam 46. in princip. ff. ad leg. Aquil. & in l si quis 7. in fine, ff. de furtis, & in § alia, Instit de publicis iudic.* obseruant Archid. Bellam. Turrecrem. *in præsenti*, Couar. *in Clem. si furiosus, p. 3 §. vnic. n. 5. & in reg. peccatum. p. 2. § 3. sub num. 4. 5. & 6.* Clar. *in practic. §. homicidium, num. 27. & 28.* Gom. *var. tom. 3. cap 3. num. 21.* Gregor Lop. *l. 3 gl. 1. tit. 8. p. 2.* Syluest. *verbo homicidium in 1. num. 5. in fine*, Cardin. Tusch. *tom. 2. litt. D. concl. 131. num. 1.* Soarez *de censur. disp. 22. sect. 1. n. 39.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. q. 125. num. 301. cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 137.* Molin. *de Iustit. tomo 4. tract. 3. distinct. 18. à n. 1.* Less. *in simili tractatu, lib. 2. c. 9. à n. 87.* Rebell. *de oblig. iustit. p. 1. lib. 3. q. 12. n. 2.*

2 Vnde infertur non solùm posse quemlibet regulariter in conscientiæ foro ex iure positiuo, & naturali cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere vitam, seu alia bona proximi etiam vsque ad occisionem iniusti aggressoris, quando aliter illa defensio expediri non potuerit, iuxta illud Ecclesiast. 17. *vnicuique mandauit Deus de proximo suo*, & illud Prouerb. 24. *erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos, qui trahuntur ad interitum liberare non cesses*, cum omnibus iuribus supracitatis, & sic obseruat Claud. *in repet. l. vt vim, n. 125. ff. de iustit. & iure*, vbi Curt. *n.* 49. Bolognet. *n. 75.* & Hippol. Riminald. *n. 75. 379. cum seqq.* Anton. Gom. *d. cap. 3. num. 21.* Clar. *d. § homicidium, num. 27. &* 28. Molin. *d. disp. 18. n. 1.* Farin. *d. q. 125. n. 167. cum seqq.* sed etiam teneri in eodem conscientiæ foro sub peccato ex suo genere mortali defendere vitam, aut bona alia proximi hanc defensionem volentis, & ea indigentis si commodè, & absque notabili damno, quod, alioquin ex alia particulari obligatione sustinere non teneatur, id facere possit, sicuti præter Ordinarios *in præsenti*, bene docent Syluest. *in sum. verbo homicidium in 1. num. 10.* Sot. *de ratione tegendi memb. 2. q. 6. col. 13. ante med.* Cou. *in reg. peccatum, p. 2. §. 3. sub n. 4. & 5.* Claud. *in repet. d. l. vt vim sub n. 127.* vbi etiam Curt. *in repet. n. 59.* Bologn. *n. 79.* & Riminald. *sub n. 391.* Vgolin. *de censur. p. 2. cap. 11. § propositumus, num. 5. in fine*, Farin. *d q. 125. num. 306.* Molin. *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 18. num. 2.* Flores de Mena *var. q. 18. & num. 9. & 30.*

3 hinc eorum plores deducentes neminem regulariter teneri cum damno proportionabiliter notabili proximum defendere, ab iniuria, siue in persona, siue in honore, fama, aut bonis externis, ac proinde nec pro defensione vitæ proximi etiam parentis quemlibet teneri suam exponere cum probabili periculo, quippe quod possumus vitam nostram diligere præ vita alterius priuati ex ordine charitatis, nisi fuerit ex illis, qui ex officio, & consequenter ex lege iustitiæ constituti sunt, & absoluté assumpti ad omnem etiam rigorosam, & periculosam aliorum defensionem, sicuti inter illos bene intelligunt Cou. *d. § 3. sub num. 4.* Nauar. *in man. cap. 24. sub num. 17.* Claud. *in d. l. vt vim, num. 130.* vbi etiam Curt. *num. 60. &* Bolong. *num. 85.* Farin. *d. q. 125. n. 327.* Molin. *d. t. 18. n. 18* Less. *de Iustitia, lib. 2. c. 9. n. 90.*

4 Si autem quilibet non potuerit, vt *suprà*, defendere proximum, & ab eo auertere damnum eminens, adhuc tenebitur in foro conscientiæ illud ei reuelare, vt per eum auertatur, prout concluditur ex reg. huius text. & similium, de quibus *suprà*, & in terminis resoluunt Abb. *in c. 1. sub n. 9. colum. 2. ante med. de restit. spoliat. & in c. nouit. n. 44. de iudic.* Bero. *in cap. 1. num. 75. de offic. delegat.* Meneb. *illust. lib. 1. cap. 16. num. 5.* Menoch. *de arbitr. casu 355. à num. 1.* Flores de Mena *d. q. 18. num. 44. cum seqq.* Couar. *in reg. peccatum p. 2. § 3. sub num. 5* Nauar. *in man. cap. 25. num. 33. & cap. 27. sub num. 213. & 17. sub num. 134* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 11. à num. 48. 73. & 75.* Ex Theologis Caiet. 2. 2. *quæst. 33. art. 7.* Sot. *de secreto tegendo memb. 2. q. 4. concl. 2. & de iustit. l. 5. q. 3. art. 1. ad 3.* Syluest. *verbo restitutio 3. num. 6 colum. 2. in med.* Fr. Emman. *in summ. tom. 2. cap. 7. sub num. 6. colum. 2. ante med.* Molin. *d. disput. 18. à num. 3.* Rebello *d. p. 1. lib. 1. q. 14 sect. 8. num. 55. cum seqq.* Less. *d. lib. 2. c. 11.* 5 *à n. 57.* quæ quidem reuelandi obligatio ita est intelli

intelligenda, vt prius præmittatur fraterna admonitio, & inductio facienda iniusto aggressori, quod à damno desistat si spes est eam profuturam, vt ita eius fama conseruetur, quoad fieri possit nec prodatur si ipse pœnituerit, & damnum resarciuerit, vel illud non inchoauerit, prout bene aduertunt Nau. *sub d.n.*134. Mench. *d.c.*16. *n.*4. Gutier. *d.c.*11. *n* 11. *&* *&* 73. Sot. & Fr. Emman. *locis proximè citatis*, Less. *d. c.*11. *n.*60. oppositum cum aliis resoluentes, vbi crimen occultum verserit in damnum Reip. prout est hæresis, & proditio, & crimen læsæ maiestatis, & similia, quippe quod in iis adest periculum in mora, & vt plurimum non potest per hominem priuatam, & per eius admonitiones eorum contagio sufficienter impediri.

6 Quæ omnia adeo vera sunt non solùm in foro conscientiæ, secundùm quod hucusque loquuti fuimus, sed in foro etiam externo, ita vt eo attento quilibet de iure naturali, & diuino positiuo, & de iure humano gentium, possit impunè proximum etiam extraneum defendere in persona, & in bonis, & si opus fuerit interficere iniustum eius aggressorem, seruato in omnibus moderamine inculpatæ tutelæ, & est communis, & ferè ab omnibus recepta sententia, vt testantur, Ias. *in d.l. vt vim, num.* 59. Dec. *ibidem sub num.* 32. Claud. *in eius lect. num.* 83. Curt. *à num.* 49. Mantu. *num* 9. Bolognet. *num.* 75. & alij congesti à Farinac. *d q.* 121. *à num.* 267. immo etiam de iure Canonico & Ciuili aliquando ex præcepto Iustitiæ commutatiuæ, aliquando verò ex sola charitatis lege id quoque licere apud omnes in confesso est, quod attinet ad ius Canonicum probatur ex hoc text. *d.c. dilecto, vers. & quidem, de sentent. excom. lib.* 6. & est communis secundum Mench. *d. cap.* 16. *num.* 5. Boer *decis.* 83. *num.* 7. Clar. §. *vlt. q.* 87. *sub n.* 3. Couar. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 3. *sub num.* 4. Flores de Mena *d. q.* 18 *num.* 26. Menoch. *dict. casu* 355. *num.* 6. Farinac. *d. q.* 125. *n.* 304. Quod verò attinet ad ius Ciuile probatur ex text. *in l. culpa caret* 10. *& in l. nullum crimen* 109. *ff de reg. iuris*, per argumentum à contrario sensu, & tenet Dec. *cap.* 1. *num.* 8. *in fine, de offic. deleg.* Fortun. Ioan. Ign. & alij, quos refert, & sequitur Couar. *sub d. num.* 4. *& in Clement. si furiosus, p.* 2. §. 2. *sub n.* 7. Menoch. *d. casu* 355. *numero* 7. Flores de Mena *dict. q.* 18. *num.* 43. refert etiam, licèt non sequatur, Farinac *d quæst.* 121. *num* 301. *in fine.* eandem conclusionem ampliantes quoad obligationem detegendi, & denunciandi crimina impendentia in damnum proximi, præmisso tamen proportionabiliter ordine in hac reuelatione assignato: quicquid oppositum, immo quod de iure Ciuili non teneamur proximum extraneum defendere, sed solùm nobis coniunctum, aut aliter subiectum, vel cui natura subiecti simus, vel quando nobis subiectus fuerit offendens, & proinde attento iure Ciuili, etiamsi possem iuuare offensum extraneum clamando, & non feci, non tenear, nec si tacui, dum scirem quod Titius vult occidere Seium, crediderim minus bene, *gloss.* 1. *in d. l culpa caret*, Claud. *in d. l. vt vim, num.* 86. *& in repet. eiusdem text. num.* 127. Curt. *ibidem num.* 54 *&* 55. Angel. *de malefic. in verbo & dictus Titius se defendendo, num.* 5. Clar. *sub num.* 3. Mench. *d. cap.* 16. Boer. *dicta decis.* 183. *num.* 6. Vgolin. *de censur. part.* 2. *cap.* 11. §. *propositum, num.* 5. *in fine*, & alij quos refert, & sequitur Farinac. *dict. quæst.* 125. *num.* 300. *&* 329.

QVÆSTIO IV.

CAP. Cùm in lege. XVI.

GLos. *verbo, & odio, in præsenti text* insinuare videtur repudium non tanquam licitum fuisse Hebræis concessum, sed tantum permissum, quod & satis suadetur ex illo *Matth.* 19. *& Marc.* 10. vbi ait Christus Dominus repudium fuisse illis permissum propter duritiem cordis eorum, resoluunt Abb. & alij *in cap. gaudemus de diuort.* communis, vt per Couar. *de sponsalibus, part.* 2 *cap.* 7. §. 4. *n.* 4. Sot *in* 3. *dist.* 53. *q.* 2. *art.* 2. Conan. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 8. *cap.* 12. *num.* 5. Tiraq. *l.* 9. *connub. n.* 5. D. Barbos. *ad rub. ff. solut. matrim. p.* 2. *n.* 2. plures quos refert, sed non sequitur Sanchez *de matr. lib.* 10. *disp.* 1. *num.* 5. 1

Verum longe probabilius est repudium olim fuisse licitum, & concessum dispensante Deo in lege naturali, cui repudium aduersabatur, non enim est par credere Deum per tantum tempus illud repudium tanquam illicitum permisisse, & vt populus ille tunc temporis electus tam diuturna ignorantia laboraret, imo par credere est eum permissurum, vt aliquis Propheta illum populum reprehenderet, sicut alia illius scelera carpere Prophetæ solebant, & ideo hanc sententiam tenent Scot. *in* 4. *dist.* 33. vbi respondet ad argumenta partis oppositæ, & satis D. Th. *ibid. q.* 2. Medin. *de cælibatu, lib.* 4. *contr.* 1. *cap.* 10. Specul. *coniug p.* 2. *art.* 10. plures, quos refert, & sequitur Sanchez *d. disp.* 1. *n.* 17. Nec *auctoritas Christi Domini*, de qua *suprà* contrarium euincit, fatemur enim verum esse libellum repudij fuisse Hebræis concessum à Deo ob duritiem cordis eorum, vt Christus Dominus prædictis locis testatur, verumtamen ea permissio, seu concessio non fuit minoris mali, sed potius minoris boni, Dominus enim conniuens populi illius fragilitati, ac cordis obstinationi dispensauit, vt liceret illis repudium. Nec item obstat *d. c. gaudemus, vers. qui autem, de diuort.* vbi habetur Christum Dominum reprobasse repudium antiquum; ergo nunquam licitum, quia respondetur textum esse intelligendum, vt Christus Dominus reprobauerit repudium inspecto statu legis Euangelicæ, in quo iam prædictum repudium omnino cessauit. 2

CAP. Guilisarius. XXX.

Siluerius.

QVamuis iudex in propria causa nemo esse possit iuxta rubrum & nigrum *Cod. nequis in sua causa iudicet.* tamen hoc licitatur ex hoc text. in iniuria publicè illata, cùm iurisdictio læditur, vt per Decian. *in tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 14. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 17. *num.* 44. *&* 45. Vide *suprà tom.* 4. *in cap. Romana, de sentent. excommun. in* 6. *num.* 19. 1

CAP. Duo ista. XXXV.

Augustin.

VVlgo allegatur hic text. ad hoc quod homines, quia peccatores, nunquam sunt deserendi, intelligendo, vt per Becan. *de Fide, cap.* 15. *quæst.* 9. Sanctarel. *de hæresi, cap.* 42. *sub num.* 17. *vers. obiicies.* 1

Cap. Qui peccat. XL.

1 AVgustinus contra litteras Petiliani *lib. 1. c. 79.* relatus *in hoc text.* ait, quod qui peccat, non peccat legis auctoritate, vnde colligit Adrian. *in quodlib. 9 col. 2. in princ.* quod nemo à iure compellitur ad peccandum, & ideo falsum carpitur docuisse Dec. *in l. inuitus ad fin. ff. de reg. iuris*, quem sequitur Anton. Scap. *de iure non scripto, lib. 1. c. 54. n. 4.* dum dicit meretricem compellendam esse ad fornicandum ratione officij, nam licet meretrix publicè meretricium fuerit professa, cogi non poterit corpus proprium ad coitum inuita alicui exhibere, tametsi aliis id commune fecerit. Deinde meretrix non tenetur quemquam ad coitum admittere, quod probatissimum est, cùm non teneatur mortale crimen cum quolibet committere, ac proinde consequens est non posse eam inuitam compelli ad coitum carnaleue commercium cum quolibet habendum, vt tradunt Neuizan. *in sylua nup. lib. 4 §. est nubendum, n. 26. vers. propterea credo*, Petr. Palaç. *de delict. c. 34. n. 9. 10.* Rojas *de successionib. cap. 10 ex n. 29.* Cou. *var. lib. 3. c. 54. num. 2.* Perez *l. 2. vers. faciunt d. tit. 23. lib. 2. Ordin. pag. 434* Caballin. *milleloq. 993. add. ad Mathesian singul. 101. n. 9.* Menoch. *de arbitr. casu 291. n. 5.*

Cap. Debet homo. LIII.

1 GLoss. *verbo hominem, in præsenti text.* tenet licitum esse offerre munera ea lege, & pacto, vt is, cui offeruntur, efficiat aliqua opera spiritualia, & exemplificat, vt recipiat Baptismum, & alij vt ingrediatur Religionem, Sacramenta frequentet, aut à peccatis recedat, dummodo non dentur in pretium illius operis spiritualis, sed ad inducendum ad illa, ita Syluest. *in sum. verbo gabella 5. q. 2.* Molin. *de iustit. tr. 2. disp. 39. concl. 4.* Sanchez qui plures refert, & sequitur, *de matr. lib. 1. disp. 39. n. 4.* vbi *in vers. sexto*, citat hanc gl. Less. *de Iustitia, l. 2. c. 35. dub. 12.* Soarez *tom. 2. de Relig. l. 4. de simon. cap. 16. n. 11. cum seqq.* vbi tamen declarat promissionem alicuius rei temporalis factam hoc pacto, & conditione, vt alter maneat obligatus determinatè ad ingrediendum Religionem, esse illicitam, & vitio simoniæ non carere, quod & strictius exponit *to. 3. de Relig. lib. 5. c. 9. n. 15.* & post illos Bart. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis, disp. 1. dub. 2.*

QVÆSTIO V.

Cap. Circumcelliones. I.

Augustinus.

1 DIfficilis reputatur hic text. dum in casu illius Comes Marcellinus tribunus secularis cognoscit de criminibus clericorum contra text. & *ibi* notata *in c. at si clerici, in fin. de iudic.* In primis gl. *verbo confessos, in præsenti*, & Alciat. *in cap. 1. n. 100. de officio Ordin.* intelligunt textum agere de clericis hæreticis, putà Donatistis, vt patet tam ex supra scriptione, quam ex principio text. ibi, *partis Donati*, quo casu cùm priuilegium clericale amiserint, *c. ad abolendam 9. §. præsenti, c. excommunicamus 13. §. damnati, c. pen. in fine princ. de hæret. gloss. vlt. in c. cum non ab homine 10. de iudic. gl. verbo tradatur, in c. nouimus 27. de verborum sign.* non mirũ si confessi crimen coram iudice laico, ab eodem iudicentur, & puniantur.

Sed hic intellectus non placet, quia tempore huius text. clerici hæretici non amittebant priuilegium clericale, quippe cum multo postea Lucius III. *in d. §. præsenti* illam pœnam priuationis cõtra hæreticos nouè statuerit, vt satis deprehenditur ex *d. §.* ibi, *præsenti ordinatione sancimus*, &c. Minus placet illorum intellectus, qui putant text. *in præsenti* agere de criminibus mixti fori, in quibus etiam secularis iudex competens est, Doctores communiter *in d. c. 1.* vbi Alciat. *n. 119.* Bart. & communis *in authen. de sanctiss. Episcopis §. si verò crimen, collat. 9.* Confutatur enim facillimè, quia text. agit de homicidio, & aliis criminibus commissis ab ipsis clericis, quo casu saltem ratione personæ clericorum crimen non mixti fori, sed Ecclesiasticum est, quamuis nõ mere, prout sunt omnes causæ Ecclesiarum, & clericorum tam ciuiles, quàm criminales, quæ licet sua natura temporales essent, & ideo ad seculares iudices spectassent, postea tamen vel priuilegio Imperatorum, *Aut. vt clerici apud proprios Episcopos, auth. statuimus C. de Episcopis, & Clericis*, vel Pontificum reseruatione, aut legitima consuetudine ad forum Ecclesiasticum pertinent, *c. 2. de iudic. c. 2. de except. lib. 6.* 2

Quare alij multo melius intelligunt hunc text. de hæreticis iam pœnitentibus, & reconciliatis, tẽpore tamen antiquissimo, quo adhuc clerici nullũ fori priuilegium habebant, sed indistinctè apud seculares iudices conueniri, & condemnari poterant, in idque grauiter laborant circa perquirendas Pontificum, & Imp. computationes, vt ita ostendant D. Augustinum, qui auctor fuit huius text. multò ante floruisse quàm Imperatores, qui priuilegium fori clericis concesserunt, *d. authen. statuimus*, vndè cùm adhuc tempore illius text. nullum fori priuilegium clericis competeret, non mirum si apud Marcellinum tribunum secularem clerici de criminibus confessi iudicari potuerint, & condemnati. 3

Ego tamen si aliquem difficilem text. reperio & à DD. diuersimode intellectum, semper & omnino quantum fieri potest, ad originale recurrere curo, ibi enim vt plurimum multo faciliori negotio veritas assequitur, sane text. *in præsenti*, habetur originaliter apud D. Augustinum ad Marcellinum tribunum *de corripiendis hæreticis Donatistis epist. 158. tom. 2.* incedit Augustinus pro eisdem, non quod sint pœnitentes, & reconciliati, nec quod mereantur clementiam, sed quod ita conuenit Ecclesiæ mansuetudini, vt manifestè deprehenditur ex suprascriptione epistolæ, & ex eadem epistola ibi, *scelestis hominibus*, & ibi, *vrentibus flammis*, cum aliis, quæ satis demonstrant illos, nec pœnitentes, nec reconciliatos esse, itaque Augustinus totus est in deprecando Marcellino, vt non obstante perniciosa impiorum hæretica prauitate in eosdem clementiam exerceat, sicut iam antea pro Donatistis fuerat deprecatus apud Dulcium tribunum *epist. 62. de coërcendis hæreticis tom. 2.* Insuper *in epist. 158.* reperies Marcellinum non ex vi suæ potestatis de criminibus illorum clericorum cognouisse, sed ex vi commissionis, per quam causæ ecclesiasticæ sibi specialiter fuerunt iniunctæ, potestasque data inquirendi malefactores, patet expresse ex verbis eiusdem epistolæ *ad fin.* ibi, *Scio quidem causas Ecclesiasticas excellentiæ tuæ potissimum iniunctas*, & ibi, *postremo pro Ecclesiæ vtilitate missus est*, & ibi, *diligentiam quam in ipsa inquisitione seruasti.* Quibus præhabitis quoad intentum respondetur hic secularem magistratum non cognouisse ex vi suæ potestatis de criminibus clerico- 4

rum

rum, sed ex vi delegationis, vt patet ex prædictis verbis. Si verò vlteriùs perquiras à quonam facta fuerit delegatio, termini habiles supponendi etant, iuxta doctrinam gl.*verbo ab omnibus in c.1.de constit.* D.Barbos.*in l.si cum dotem 23. in princ.n.10. ff.solut. matrimon.*

Cap. De occidendis. VIII.

1 Augustinus ad Publicolam *epist.154.* relatus *in hoc textu* ait non esse peccatum ex officio hominem occidere, refert Sayr.*in claui Regia, lib.7.cap.10.num.13.*

2 In gloss. *Pro se.* Ibi, *non potest esse Aduocatus in propria causa*, &c. Notatur ad hoc quòd nemo potest esse Aduocatus in sua causa, vt per Valasc. *consult.25.n.5.* Bernard. Græuæ.*ad pract.Cameræ Imper.l.1.concl.151.consid.1.n.14.* vbi attestantur in Regno Portugaliæ esse receptum. Contrarium tamen de iure verum videtur, cum eo probibitum non inueniatur, vt obseruat hæc gl.*in fin.* & ideo admittitur Aduocatus in propria causa, sed illi salarium non computatur, sicuti tradunt Boër.*dec.210.n.13.* Tiraquel *de retract. lig. §.29. gl.4.n.5.& 6.* Menoch. *de arbitrar.casu 154.n.5.& 6.* Azened.*l.1.n.20.tit.22.lib.4 & l.21.n.7. tit.16.lib.2.noua recopil.* Bernard. Græuæ.*d.concl.151. consid.1.n.4.* nisi petat ab aduersario condemnato in expensis tanquam lucrum cessans secundum Abb.*in cap.finem litibus,n.30. col.antepen.de dolo,& contum.* Surd.*de aliment tit.9. q.39. n.11.* Stephan. Gratian. *discept.forens.c.33.n.46.& c.56.n.41.& 42.* D.Barbos. *in l.eum, qui temerè, n.260.cum seqq.ff.de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Occidere seipsum nulli licet etiam credendo se rem iustam facere, vt æternam consequatur gloriam.*
2 *Abraham, qui voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere, non solum non est culpatus crudelitatis crimine, sed etiam laudandus est nomine pietatis.*
3 *Sampson excusatur ab homicidio ob diuinam reuelationem.*
4 *Eleazarus dum se occidit, vt liberaret populum suum, excusatur.*
5 *Rozias ab homicidio non excusatur, quia seipsum occidit mollitudine animi, ne ad manus hostium perueniret.*
6 *Iephte, qui filiam occidit, an excusetur, ostenditur.*
7 *Charitas bene ordinata incipit à seipso.*

Cap. Si non licet. IX.

1 Vulgò allegatur hic text. ad hoc quod nulli seipsum occidere licet, etiam credendo se rem iustam facere, vt æternam consequatur gloriam, vt per Plaç.*de delict.lib.1.c.23.n.5.* Franc. Mar.*dec.770. num.3 part.2.* Baiard.*ad Clar.§.fin.quæst.68. num.114.* Decian.*in tract.crimin.lib.9.cap.1.num.48.* Farinac.*in praxi crimin.part.5.q.28.num.33.* Sayr.*in claui Regia lib.11.cap.3.a num.29.*

2 Quasdam exceptiones ipsa diuina fecit auctoritas, vt liceat hominem occidi, vt ait D. August. *lib.1. de ciuitate Dei,cap.17.& 18.* relatus in hoc textu, inter quas primo loco enumerat illam Abrahæ, qui non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verùm etiam laudatus est nomine pietatis, qui voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere, D. Ribera *in epist. ad Hebræos, c.11. num.89.* Ioan. Solorzan.*de Indiarum iure,lib.2.cap.12.n.80.* de quo vide quæ diximus ad *c.occidit 21.q.8.* vbi etiam disputauimus, an in præceptis Decalogi dari possit humana, vel etiam diuina dispensatio.

Nec Sampson aliter excusatur, &c.] Sampsonem excusari diuina relatione, qua supposita homicidium indebitum non erat, interpretatur August *d. loco*, & Pontifex *in c.gaudemus, vers.nec ulli, de diuort.* colligunt autem diuinam reuelationem ex auctoritate Iudicum *cap.16.* vbi legimus Sampsonem orationem ad Deum præmisisse, vt sibi pristinam fortitudinem in coma latentem restitueret, & sic ostenditur totum illud diuinitùs factum fuisse, explicant D.Thom.*1.quæst.64.art 5.ad 4.* Victor.*in relect.10.de homicid. in fine*, Sot. *de Iustit.lib 2. quæst.3. art.8. & lib.5.quæst.1.art.5.in fine*, Fr. Ludou Lopez *in instruct. conscientiæ, part.1. cap. 65 in fine*, Petr. à Nauarra *de restitut.lib.2.c.3.num.31.* Sayr.*in claui Regia l.7.cap.9. num.9* Plaç.*de delictis,cap.23.num.2.* Less.*de Iustitia lib.2.cap.9.n.13.* Gomez de Amescua *in tract.de potestate in seipsum,lib.1.cap.8.num.28.* Torreblanc. *de magia diuin.l 4.c.31.* Ioan. de Solorzan.*d.lib.2.c.3.n.13.* qui omnes secundo respondent sine aliqua speciali Dei reuelatione factum Sampsonis posse excusari, quia non se interfecit ea intentione, sed vt hostes opprimeret in bonum Reip. si enim se saluo illos posset perdere, id potius optasset, nemo verò dubitat posse licite strenuum militem, vel ducem certum de morte, maximum aliquod facinus aggredi, ex quo in patriam magnum bonum, in hostes verò detrimentum videat redundare. Atque ita secundum hanc posteriorem solutionem iidem Auctores 4
Eleazarum *Machab.1.c.6.* solent excusare, eundem fortitudinis encomio celebrantes, quia pro patriæ salute, elephantis, quem gladio occidit, ruina oppressus, felicem mortem sibi parauit, vt prosequitur D.Ambr.*lib.1. de offic. c.40.* & videtur sacram Paginam eodem loco notasse, dum scribit Eleazarum se occidisse, vt liberaret populum suum. Non ita tamen Rozias excusatur 2. *Machab c.1.* quia seipsum
occidit, non vt patriam liberaret, sicut Sampson, & 5
Eleazarus, sed mollitudine animi ne ad hostium manus perueniret; vt ait D.Th.*d.art.5.ad 5.* sequuntur alij communiter, vt per Sot. Nauar. F. Ludou. Lopez, Sayr, *n.10* & alios *d.locis*, licet excusare nitatur Nicol. de Lyra, cuius sententiam probabilem dicit Victor.*præcitato loco.* De Phinee vide ad *cap.occidit 23.quæst.8.*

Quod Iephte filiam, &c.] De facto Iephtes, qui cùm 6
se immolaturum Deo id vouisset, quod ei redeunti de prælio victor primitus occurrisset, filiam, quæ ei occurrit, an occiderit, magna est dubitatio. Quidam enim factum excusant ex diuina reuelatione, vt dubitàs sentit August.*hic*, pro qua interpretatione faciunt verba *Iudicum 11.vers.29* ibi, *factus est ergo super Iephte Spiritus Domini*, sed diuersa ratione locũ interpretatur, & Iephte excusare nititur Nicolaus de Lyra, inquiẽs, Iephte nequaquam filiam suam occidisse, sed votum, quod fecerat de immolando Deo quicquid sibi victori occurrisset, impleuisse, filiam primò occurrentem immolando Deo non corporaliter occidendo, sed includendo, vt perpetuò virginitatem seruaret innupta, expendens tum plura alia, tum verba eiusdem fœminæ eo loco, & plangam virginitatem meam, quam solutionem sibi probandam esse ex Rabinis, nisi obstaret communis Patrum auctoritas, scribit Azor. *institutionum moral. part.1. lib.11. cap. 19.quæs. 2.* & Mendoça in

quolibet, quaest. 4. expositiua, §. 9. cum quibus recedendum non est a communi Patrum sententia, qui docent Iephtem in vouendo fuisse temerarium, & in soluendo inhumanum, ita diuus Ambrosius *in cap. vnusquisque* 32. 74 & ex D. Hieron. tradit D. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 2. *ad* 2. & plures alij, quos refert Azor. *eisdem loco.*

7 In gl. *Semetipso.* ibi, *vnde quilibet primò sibi faciat eleemosynam, deinde proximo.* Quia bene ordinata charitas incipit à seipso, vt per Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 9. *quaest.* 17. *n.* 117. & plures, quos plena manu citaui *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. verbo Charitas, Axiom* 42. quibus addo Bottel. *de Cathol. Regis praest. cap.* 18. *num.* 19 *& cap.* 60. *num.* 24.

S V M M A R I V M.

1 *Aggressorem iniustum licitum est cum moderamine inculpata tutela occidere, si aliter non possit mors vitari.*

2 *Aggressus iniustè non tenetur se defendendo cum moderamine inculpata tutela aggressorem occidere; sed poterit periculo se exponere submittendo colla percutienti.*

3 *Membrorum suorum nemo est dominus.*

4 *Vitam suam, aut propria membra nullus tam in foro interno, quam externo potest impunè dissipare, & iactare sine legitima causa.*

5 *Clericus sibiipsi membrum iniustè amputans incurrit excommunicationem.*

6 *Vita, & membrorum administrationem à Deo quilibet habet in bonum honestum, vt ipse scilicet vita, & membris vtatur, fruaturque ad varias functiones in finem conseruanda spiritualis, & temporalis vita necessarias.*

7 *Occisio suiipsius nunquam potest esse medium necessarium ad saluandum aliquid in homine ipso praestantius vita.*

8 *Bannito non licet impunè seipsum occidere.*

9 *Vitam, & membra propria potest quis exponere pro tuenda vita, aut membris, aut aliis externis bonis proximi.*

10 *Vitam propriam exponere pro defensione proximi non licet persona, cuius vita multum Reip. interest in spiritualibus, vel in temporalibus. Vel vbi sequeretur maximum detrimentum familia defendentis, vt num.* 11.

Cap. Non est nostrum. XI.

Hieronymus.

1 Diuus Hieronymus *in Ionam Prophetam ad c.* 1.
non longè ad fin. relatus à Gratiano *in praesenti,*
nostrum non esse ait mortem arripere, sed illatam
ab aliis libenter excipere, ex quibus verbis colligunt
communiter DD. quòd licet alioquin regulariter
licitum sit cum moderamine inculpatae tutelae occidere
aggressorem, si aliter non possit mors vitari, ex
reg. *l. vt vim, ff. de iustit. & iure,* cum similibus, per
me citatis *ad Clem. si furiosus, de homicid.* tamen regulariter
ad id non tenetur aggressus, imo poterit
2 licitè vitae periculo se exponere submittendo colla
percutienti, & in eo exercebit opus maioris perfectionis,
& charitatis non solùm quando infecerit ne
iniustus aggressor simul cum vita corporali amittat
spiritualem, sed etiam vt solam corporalem conseruet,
sicuti bene resoluunt D. Thom. *in lib. de regimine
Principum, cap.* 6. Caiet. 2. 2. *quaest.* 64. *art.* 7. *col.* 2. Sylu.
in sum. verbo Bellum 2. *num.* 5. Petr. Nauar. *de restit.
tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 62. Mexi. *in tract. tassapanis,
conclus.* 6. *num.* 135. Molin. *de Iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.*
14. Less. *in simili tract. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 55. *iunctis praecedentibus
à num.* 41.

Nam licet ipse aggressus, vel eius defensor non 3
habeat dominium vitae, & membrorum suorum, vtpote
soli Deo reseruatum, iuxta illud sacrae Paginae
Sapient. 16. *Tu es Domine, qui vita, & mortis habes
potestatem,* & Deuteron. cap. 32. *Ego occidam, & ego
viuere faciam,* ac proinde quilibet nostrum nequeat 4
tam in foro externo, quàm in interno vitam suam,
aut propria membra impunè dissipare, & iactare sine
causa legitima, iuxta regul. text. *in l. liber homo,*
ibi, *quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur,
ff. ad legem Aquiliam, iuncto toto tit. ff. & C. de bonis
eorum, qui ante sententiam sibi morte consciuerint,*
cum traditis per diuum Thomam 2. 2. *quaest.* 64. *art.* 5.
Clar. *in pract. lib.* 5. §. *fin. quaest.* 68. *num.* 37. Palat. *in
repet. rub. de donat. inter virum, §* 70. *num.* 3. *cum seqq.*
Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *à n.* 8. *& lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 11.
col. vlt. Simanch. *de Catholic. instit. cap.* 18. *ex num.* 21.
Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 13. Tiraquell. *de
nobilit. cap.* 31. *num.* 559. *cum sequentibus.* Roland. *cons.*
20. *volum.* 3. Petr. Royas. Maureum *Lituan. decis.* 1. *à
num.* 14. Mandos. *in praxi tit. de ingratitud. cap.* 128.
vers. omnium autem sibi ingratissimus est, Perez *l.* 19. *in
gloss. que se mature, tit.* 19. *l.* 8. *Ordin.* Molin. *d. tract.* 3.
disput. 1. Less. *d. lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 98. *& sub num.* 101.
Menoch. *de arbitr. casu* 284. vbi *n.* 20. respondet ad
text. *in l. si quis filio, §. eius, vers. quod si, ff. de iniusto
rupto,* Abb. *in c. contingit, n.* 6. *de sent. excomm.* Nauar.
in man. cap. 15. *n.* 11 Fr. Emman. *in summa, tom.* 1. *c.* 80.
n. 3. inde consequenter resoluentes, quod clericus 5
sibiipsi membrum iniustè amputans incurrit excommunicationem.

Tamen idem aggressus habet à Deo administra- 6
tionem, & custodiam vitae suae, & membrorum, sunt
enim haec donum quoddam à Deo concessum homini
in bonum honestum ipsius, & aliorum, vt ipse
vita, & membris vtatur, fruaturque ad varias functiones
in finem conseruandae spiritualis, & temporalis
vitae necessarias, vnde vti poterit vita sua, &
membris, & de illis disponere ad omnia, quae in eundem
finem recta ratio postulauerit, arg. text. *in l. ff.
vsufructuarius quemadmodum caueat,* docent Molin.
d. disp. 1. *n.* 4. 6. *&* 7. Less. *d. c.* 9. *n.* 101. & hac vitae, &
membrorum administratione resoluentes posse hominem
periculis exponere temporalem vitam, ac
membra, quando id recta ratio postulauerit, veluti
nauigando, vel iusto bello Rempubl. defendendo,
vel iuuando Principem proprium, aut alienum, vel
tuendo vitam propriam, ac proinde ad eam vel caetera
membra conseruanda, posse sibi abscindere
membrum, vt partem in ordine ad totum, siue ea
abscindendi necessitas veniat ab intrinseco veluti à
morbo, siue ab extrinseco, veluti ex iussu tyranni
alioquin mortem illico illaturi, vt per varia exempla
prosequitur Molin. *dict. num.* 6. & contra Sot. *de
Iustit. lib.* 5. *quaest.* 2. *art.* 2. firmat Less. *dict. num.* 101.
subdens oppositum fore respectu occisionis suiip- 7
sius, quia scilicet haec nunquam potest esse medium
necessarium ad saluandum aliquid in homine ipso
praestantius vita, & ideo nullo casu licitum esse priuata
auctoritate se interficere, quae obseruatio cum
dicta sui ratione inseruit etiam ad probandam illam
sententiam, quam post alios tenuit Menoch. *dict.
casu* 184. *num.* 31. *cum seqq.* notabiliter resoluens 8
quòd nec etiam bannito licet impunè seipsum occidere,
nec ad hanc suiipsius occisionem eam considere

fiderari posse, vt legitimum ministrum legis, & iudicis eundem ad mortem condemnantis, & cuilibet eum occidentis impunitatem concedentis, quicquid oppositum crediderit minus bene Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 14. verſ. quartus casus, de constit.* cuius fundamentis satisfacit idem Menoch. *vbi proximè* secundū quam resolutionem notabiliter explicandus est text. *in præsenti, & in d. l. liber homo*, vt videlicet eorū prohibitio, & insuper concessio & facultas ad exponendam periculo vitam, & membra, sit accipienda pro modo defectus, seu pro modo concursus iustæ causæ in eorum administratione, iuxta *supra* resoluta.

9 Quæ omnia eū ita procedant ex vi prædictæ administrationis homini à Deo concessæ circa vitam, & membra propria corporalia, consequitur quòd ex eadem vi poterit quilibet eandem vitam, & membra exponere pro tuenda vita, aut membris, aut aliis externis bonis proximi, cum id recta ratio postulet, ex eò quod vnicuique mandauit Deus de proximo suo *Ecclesiast.* 17. & ideò ita resoluunt Molin. *dict. n. 6.* Lessi. *d. cap. 6. n. 90.* quicquid contrarium, immò quod non possit licitè priuatus homo pro defensione vitæ proximi exponere vitam propriam corporalem, tenuerit inaduertenter Fr. Emman. *d. c. 137. num. 4* deceptus ex eo quòd credidit id concludi ex defectu dominii, quòd homo non habet in vita, & membris suis, & non aduertens quòd licet dominum huiusmodi non babeat iuxta supradicta, tamen babet eorum administrationem sufficientem vt illi periculo possit illa exponere Quod tamen limitatur nisi defendenda proximum sit persona, cuius vita multū Reipublicæ interesset in spiritualibus, vel intemporalibus, tunc etenim non potest vitam propriam exponere pro defensione proximi, non valde vtilioris Reipublicæ, sic enim postulat recta ratio administrandi vitam propriam in ordine ad conseruandum totum corpus mysticum eiusdem Reipublicæ, cuius pars, & membrum est huiusmodi defensor, ob quam rationem hoc idem in ipsomet aggresso resoluit Molina *d. tract. 3. disp. 14. concl. 1.* inn*ô*ta *concl. 2.* constituens non posse in his terminis vitā propriam exponere, immò in ordine ad eam defendendam, & Rempublicam conseruandam teneri si potest iustum aggressorem non valde vtilem ipsi Reipublicæ interficere, sic limitans textum *in præsenti*, ibi, *sed ab alys oblatam*, &c. quod adeò verum est, vt nec etiam famam, & bonorem propriū possit licitè pro saluanda corporali vita proximi exponi ab eo, cuius fama, & honor plus expedirent bono communi, quam illa vita proximi hominis fortasse infimæ notæ, vt benè resoluit idem Molin. *dict. tract. 4. disput. 18. n. 8.*

11 Limitatur etiam ne procedat vbi ex propria defendentis morte sequeretur maximum detrimentū familiæ, veluti vxori, & filiis, quos alere teneretur, sic enim concluditur proportionabiliter ex eadem administrationis norma, suadente vt prædictū detrimentū euitetur, vt potiùs conseruetur vita patrisfamiliæ in ordine ad bonū familiæ suæ, vt alioquin in ipsomet aggressore scilicet possit in his terminis omittere defensionem suam, & propriam vitam exponere præferendo vitam iniusti aggressoris, vt tenet Molin. *dicta disput. 14. conclus. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Sepultura Ecclesiastica sepeliendi non sunt ij, qui aliquo modo mortē sibi inferunt, nec pro eis commemoratio in Altari fieri debet.*

2 *Mortuus in puteo repertus, vel laqueo suspensus, non debet priuari Ecclesiastica sepultura, nisi constiterit, quod seipsum interfecerit, vel præcipitauerit.*

Cap. Placuit. XII.

Ex Concil. Bracharensi I.

Concilium Bracharense I. *cap.* 34. quod refert Gratianus *in præsenti*, statuit non debere fieri commemorationē in Altari pro iis, qui aliquo modo mortem sibi inferunt, nec Ecclesiastica sepultura sepeliendos esse, vt per Clar. *§. fin. q. 68. n. 37.* Couar. *lib. 2. var. c. 1. num. 11.* Nauar. *conf. 6. alias 7. de sepult.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis. 6.* Rom. *sing.* 264. vbi dicit hunc text. singularem, Menoch. *de arbitrar. casu 284. n. 35. cum sequentib* Fr. Emman. *quæ. Regular. tom. 3. q. 61. art. 1. versic. 11.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 31. quæst. 5.* Sayr. *in claui Regia lib. 7. cap. 9. num. 1.* Farinac. *in praxi crimin. part. 5. q. 128 num. 16.* latè Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 11. n. 18. cum sequentibus.* Vide circa hunc text. Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. vlt. n. 8.* Ioan. Sanci. *in selectis & pract. disput. 36. n. 2.* 1

Illud tamē aduertere oportet, quòd licèt seipsum occidens non sit in Ecclesia sepeliendus, vt probat hic text. tamen si reperiatur aliquis mortuus in puteo, vel laqueo suspensus nō debet priuari Ecclesiastica sepultura, quia vbi non constat, quòd seipsum interfecerit, vel præcipitauerit, non est præsumendum, eùm potuerit per insidias, aut in puteum proiici, vel suspendi, aut ex furore, seu mentis alienatione id facere, nemo enim in dubio delinquere præsumitur, *l. meritò ff. pro socio*, cum concordantis per me citatis in *tractat. Axiomat. iuris vsufrequent. verbo delictum Axiomate 68 n. 14.* quare ita tenent Marian. Socin. *cons. 51. vol. 2.* Marc. Anton. Genuens. *in practic. Archiepisc. Neapol. cap. 61. num. 20.* Iul. Lauor. *d. c. 12. n. 31. & sequent.* 2

Cap. Miles. XIII.

Ex hoc text. colligi videtur occidentem, vulnerantem, seu quomodolibet delinquentem de mandato Principis, aut alterius superioris minantis mortem, nisi mandatum exequantur, excusandum esse, si huiusmodi mandato obediat, vt suæ vitæ periculum imminens effugiat, ita Carrer. *in pract. in 3. tractatu de homicid. & assass. §. sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius n. 4. & 19.* Tiraquel. *de pœnis temper. causa 36. num. 2.* Iacob. Port. Imolen. *consil. 94. num. 6.* Viui. *opin. 226. condemnatus n. 13.* Menoch. *de arbitrar. casu 354. num. 1. c. sequentibus*, Farinac. *in praxi crimin. part. 3. q. 67. n. 11.*

Intellige, vt scilicet talis occidens, seu delinquens metu Principis, & Superioris minantis mortem excusetur à pœna ordinaria, non autem ab extraordinaria, vt per Couar. *de sponsal. part. 2. c. 3. §. 4. num. 7.* Tiraquell. *dicta causa 36. n. 3. & sequent.* Clar. *§. finali, quæst. 60. versic. solet dubitari*, Iacob. Graff. *in aureis decisionibus lib. 2. cap. 64. num. 11. vers. sed an excusetur à pœna homicidy, p. 1.* Flamin. Cartliar. *de exequut. sentent. c. final. num. 338.* Farinac. *dict. quæst. 97. num. 23.* 2

Cap. Cùm homo. XIX.

Gloss. *verbo supplicium, in præsenti textu*, probat consuetudine, & moribus induci posse quòd in- 1

nocens se ipsum obliget, & astringat pro alterius crimine ad corporis pœnam, vt per Roman. *cons.* 15. *& singul.* 128. Hippol. *in rub. de fideiussor. q.* 29. Dec. Felin. & Roch. quos refert. *lib.* 2. *var. c.* 8. *num.* 8. vbi tamen reprobat Anton. Gom. 3. *var. cap.* 9. *num.* 8. Menoc. *de præsumpt. lib.* 1. *pr∫æ.* 7. *num.* 12. *& de arbitrar. casu* 303. *num.* 16. *&.* 35. *& casu* 304. *num.* 2.

Cap. Regum officium. XXIII.

Hieronymus.

1 CIrca Regis officium, & qualis debeat asse Rex, plura traduot Lancel. Conrad. *in templo omnium iudic. lib.* 1. *cap.* 2. *§. incip. de officio Regum* Cosm. *in pragmat, sanction. in proœm. verbo. Rex, in §, inscrutabiles, in gloss. verbo tuetur*, Royas *de successionibus cap.* 34. *ex num.* 8. Corset. *de potestate & excellentia Regum q.* 32. Mezia *in tract. taxe panis concl.* 5. *n.* 138. Perez *l.* 1. *gl.* 1. *&* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *Ordinam.* Azeued. *l.* 1. *à princ. tit.* 1. *nouæ recep.*

Notatur ad boc quòd potestas cognoscendi per viam violentiæ est de Regularibus & de reseruatis Principi superiori in signum supremæ potestatis, vt per Camill. Borell. *de Regis Catol. præstant. cap.* 5. *n.* 9. Salgado *de protect. Regia. p.* 1. *c.* 1. *præl.* 3. *n.* 97.

2 *Et liberare de manu calumniatorũ vi oppressos*] Circa abusum illũ recurrendi ad iudices laicos ad hoc vt vim comprimant iudicum Ecclesiasticorũ, eosque compellant ab ea inferenda cessare, latè dixi *in collect. ad cap. Ecclesia S Mariæ, de constitut. num.* 7. *cum seq.* vbi *num.* 16. nuncupatim egi de intellectu huius text. *& cap. Principes. hac eadem causa. & q.* Ex qoibus nõ sunt audienda, quæ auctoritate huius text. immeritò circa iustitiam illorũ recursuum tradunt Couar. *pract. cap.* 35. *num.* 3. Nauar. *in cap. cum contingat, d. rescrip. in* 1. *remed.* Gregor. Lopez *l.* 13. *gl. ni fuerça tit.* 12. *p.* 2. Osacb. *decis.* 30. Auendan. *de exequend. mand. p.* 1. *cap.* 1. *num* 32. Menoch. *remed.* 3. *retin. num.* 356. *cum seqq.* Perez *l.* 6. *vers. ratio est quia. tit.* 13. *l.* 3. *Ordinam. pag.* 718. *& l.* 5. *in gl. puendẽ conocer. tit.* 1. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 196. Viuald *in candelabro aureo, in explicatione Bullæ Cœnæ casu* 14. *ex n.* 102. *& .c.* 16. *num.* 15. Humad. *in l.* 13. *gloss.* 4. *in verbo ni fuerça ex num.* 1. *tit.* 13. *part.* 2. Ioannes Segura Daualos *in direct. iudicium Ecclesiast. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 51. Salzed *ad Bernard. in practica cap.* 102. *alias* 105. *litt. A. in nouissim. impress.* latè Azeued. *l.* 2. *per tot. tit.* 6. *lib.* 2. *nouæ recopil.* Gutier. *de iuram confirm. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 26. *& pract. lib.* 1. *q.* 20. Soarez de Pace *in pract. tom.* 2. *c.* 6. *§.* 1. *à num* 34. Cur. Philip. *part.* 1. *§* 5. *num.* 34. Cened. *practic. & canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 45. Mich. Agia. *de exhibendis auxiliis in* 27. *fundam. vers. erga oppressos*, Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 2. *q.* 14. *num.* 5. Ioseph. de Sesse *de inhibit. cap.* 8. *§.* 3. *num.* 25. Valasc. *cons.* 79. Cabed. *Lusit. decis.* 76. *part.* 1. *& decis.* 71. *part.* 2. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ. Imperat. lib.* 1. *conclus.* 17

Cap. Non solùm. XXVII.

1 NOtatur hic text. ad bocqoòd dæmonibus quãdoque à Deo data est potestas vexandi corpora humana propter vindictã furoris, & iram Dei, vt per Flamin. Paris *de resignat. benefic. lib.* 5. *quæstio* 6. *num.* 96.

Cap. Ad fidem. XXXIII.

Augustinus.

VIde quæ dixi *ad cap. de Iudæis*, 45. *distinctione.* 1

Cap. Rex. XL. *Cyprianus.*

GLoss. *verbo peierantes, in præsenti textu.* tradit 1
quòd cum *hic* habetur periurum puniri pœna capitis, intelligendum de teste, qui fert falsum testimonium in causa criminali, secus si in ciuili, de quo vide Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *in fine*, *& in cap. quamuis pactum, p.* 1. *§.* 7. *n.* 6. Duen. 17. *ad finem.* Qui verò ob paupertatem promissa cum iuramento non adimpleuit, à pœnis periorij immunis existit, vt per Afflict. *decis.* 163. *num.* 3. *in fine*, Hieron. Grat. *resp.* 121. *n.* 4. *lib.* 1. Sebast. Medic, *de casibus fortuitis p.* 2. *q.* 4. *n.* 36. Couar. *in cap. quamis pactum, p.* 2. *§.* 5. *n.* 4. Perez. *l.* 1. *vers. ex. quo infertur, tit.* 6. *lib.* 8. *Ordin.* Franc. Viui. *decis.* 38. *num.* 3. *& decis.* 268. *num.* 1. *&* 2. Fului. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 68. Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 17. *& seq.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 74. *n.* 148. Farin. *in praxi crimin. q.* 160. *n.* 130. Oluvad. *in Donel. enucl. lib.* 22. *c.* 9. *lit. L. pag.* 272. *colum.* 2. *ad fin. vers. quin nec periurus.*

Cap. Omnium. XLVI.

Nicoalus.

PRobat hic text. quod cæleste Regnum meretur 1
qui moritur in certamine, quod contra Infideles geritur, de quo late Iacob. Gretser. *de Cruce sancta tom.* 3. *in apologia pro cruciatis, cap.* 4. *pag. mihi* 200.

Cap. Remittuntur. XLIX.

Ambrosius.

PLuribus exẽplis probatur *in præsenti*, ad pessimos 1
interdum, & crudelissimos tyrannos imperia transferri, non quod Deus illos eligat, sed quod in sui numinis vltionẽ illorum electionẽ, & dominationem permittat, scelera sceleribus puniens, & atrocia delicta atrocibus pœnis etiã per manus suorum inimicorum rependens, vt per Simon. Maiol. *in diebus Canicul tom.* 2. *colloq.* 2. *pag.* 206. *& tom.* 3. *colloq.* 2. *pag.* 371. Fert. Ioan. à Torqoemad. *in Monarchia Indor. lib.* 6. *cap.* 8. Matt. *de iurisdict. p.* 1. *c.* 24. *ex. n.* 37. Petr. Malferit. *cons.* 769. *num.* 66. *&* 67. P. Pineda *in comment. super Iob cap.* 34. Maloenda *in tract. de Antichristo, lib.* 6. *cap.* 1. *pag.* 314. late explicans illud Iob *d. c.* 34. *Facit Deus regnare hypocritam propter proteruitatem populi.*

QVÆSTIO VI.

CAP. Iam verò. IV.

Gregorius.

PEt bone text. Archid. *sub num.* 1. Præpos. 1
sub num. 2. *versic. non obstat, in præsenti.* Marquard. *de Iudæis, part.* 3. *cap.* 1. *versic. quædam est coactio*, Gregorius de Valentia *tom.* 3. *disput.* 1. *q.* 10. *art.* 6. *pag.* 410. Acosta *de procur. Indorum*,

Sal.

Sal.*lib*.3.*cap*.13.Azor.*tom*.1.*lib*.8.*c*.24. *verſ. queres*, Soar.*de Fido diſput*.18.*ſect*.3. *num*.8. *&* 9. Ioan. Solorzan.*de Indiarum iure*,*lib*.2.*cap*.18.*num*.48. tenere videntur licitum eſſe Iudæos pẽſionibus,ſiue vectigalibus extraordinariis grauare,vt illis tædio affecti ad Baptiſmum perducantur. Sed contrarium verius eſt,vt in ſpecie probat Diuus Gregorius *lib* 4.*Regeſto epiſt*. 50. *ad Cyprianum Diaconũ Rectorem patrimonij Siciliæ*,Aloyſ.de Leo *in l*.1. *num*.65. *&* 66. *C.de Iudæis*, latè Anton. Ricciul.*de iure perſonarũ extra gremium Eccleſiæ exiſtent*,*lib*.2. *cap*. 31. *n*. 21. *cum ſeqq*. vbi *ſub nu*. 23.*in verſ.ſed vt idemmet*,reſpondet poſt gloſſ.*in præſenti*,quòd Ruſticus ille, de quo D.Gregorius loquitur *in præſẽti*,erat Chriſtianus baptizatus,& in hæreſim lapſus, vel aliàs contumax, & in delicto perſiſtens,& propterea ex hoc text.nõ bene deſumi argumentum ad infidelem non baptizatum, cùm illum Eccleſia cogere poſſit,& debeat,*cap*.1.2. *&* 3. 23. *q*.6. hunc verò cogere nullatenus debeat, *cap.de Iudæis* 45.*diſt*.cum aliis ibi citatis.

Qvæstio VII.

Cap. Si de rebus. II.

Augustinus.

1 Ex hoc text.iuncto *cap quemadmodum*, *hac eadem quæſt*. colligi videtur Deum ipſum propter peccata, iniquitates, & iniuſtitias præcipuè vbi diuturna,& iterata ſunt,imperia euertere,mutare,& ab aliis in alios,etiam impios,transferre ſolitum eſſe, iuxta illud *Eccleſ.cap*. 10. *num*. 8 *& Matth*.21. & re ipſa oſtendit hiſtoria Nabuchodonoſor & Balthaſaris Regis,*Dan.cap* 4.*&* 5,Sauli, 1.*Regum cap*.15.Amorrhæorum,*Deuteronom.cap*.21. & parabolæ vineæ,*Marci cap*. 12. & alia innumera exempla, quæ ab omni antiquitate petita recolunt Palat Rub *de iuſta obtent.Regni Nauarra*, *p*. 5. §. 4. *&* 9.Simanch.*lib*.3.*de Republ. cap* 9.*num*.11.Thom. Bozzi.*de ſignis Eccleſ.in prætermiſſ.ad lib*.24.*c*.3.*pag*. 627. *& de ruinis gent. lib*. 2. *cap*. 15. *pag*. 199. Petr. Gregor *ſyntagm.iuris lib*.18. *cap*.1. *& de Rep.lib*.4.*c*, 2.*& lib*. 21.*cap*. 1. Petr. Fabian.*lib* 3.*ſemeſt. cap*. 8. *pag*.101.*& cap*.20 *pag*. 308. Rutil. Benzoni.*de anno Iubilæi*.*lib*.6.*c*.17. Sim.Maiol.*in diebus Canicul.tom*.3. *colloq*.2. *de bellorum euentib*,*pag*.341.Caliſt.Ramirez *in tract.de lege Regia*.§.8. *num*. 22. P. Ioan. Pined. *in Iob.cap*.34.*verſ*.24. *& de rebus Salomonis lib*.7. *cap*.2. *num*.1.*pag*. 482. Ribadeneira *in Principe Chriſtiano*. *lib*.2.*c*.4.*p*.513.

Qvæstio VIII.

Cap. Nimium. I. & ſeq.

Ioannes VIII.

1 Clericos arma deferre non poſſe, per text. *in præſenti*,*& in cap.cùm à Iudæis*,*& in cap. non pila*,*& in c.clerici*, *& in cap. quicũque*, *hac eadem cauſa*, *& quæſtione*,tradit Bellet.*diſquiſit. clerical.part*.1.*tit.de diſciplina clericali*,§.17.*n*. 7. & Azor.*inſtitutionum moralium*,*part*.2.*lib*. 7. *cap*. 15.*in principio*.

2 Quid ſi de facto arma prohibita deferãt,an poſſint illis ſpoliari per iudices ſeculares,vide Greg Lop.*l*. 46.*tit*.6.*p*.1.Couar. *lib*.2.*var.c.fin.n.vlt.& pract.c*.33. palat.*in repet.cap.per veſtras*, *notab*. 2. §. 1. *num*. 13. Anton. Gom.*l*.45. *Tauri num* 48. Clar. §.*fin*. *q*. 36. *num*.26.Plat.*de delict.lib*.1.*cap* 8. Sarmien.*lib*. 7.*ſelectar.cap*.13.Menoch.*de arbitrar.caſu* 394.*num*. 30. *cum ſeqq*.Salzed.*ad Bernard cap*.55.*verſ.ſi tamen clericus*,Perez *l*.1.*verſ.tum etiam*,*tit*.1. *lib*.4.*& l*.2.*verſ. quæramus*,*tit*.14.*lib*.2. *Ordinam*. Mexia *in tract. taxæ panis*,*concl*.5 *num*.58. *&* 60. Soar. de Pace *in practic. tom*.1.*p*.8. *cap. vnico num*.7. *&* 10. Ioan. Garc.*de nobilit. gloſſ*. 9. *num*. 53. Camil. Botell.*de Bellugam in ſpeculo Princip.rub*.11.§.*dubitatur*.*verbo armorum*,*& præſtantia Regis Catholici*,*cap*.71.*a*. 45. *cum ſeqq*. *& de magiſtratuum edictis*,*lib*.3.*cap*.17.*ex num*.41.*& in ſum.deciſ.tit*.43.*de foro compet.n*. 135.Sayr. *ſub tit. de ſentent.excommun deciſ*.45.Azeued. *l*. 5. *tit*. 4. *& l*.9. *tit*.3.*lib*.1.*noua recopil.& l*.4.*&* 6.*tit*.6.*lib*.6. *& l*.10. *num*.12.*tit*.2.*lib*.8.Decian.*in tract. crimin. tom*. 1.*l*.4. *cap*.9.*num*.140.*& tom*.2.*lib*.8.*cap*.3. *num*. 23. Cened. *ad Decretal.collect*.7.Gutier.*practic.lib* 1.*q*.12.Farin. *in praxi crimin. p*. 1. *q*. 8.*num*.96. *& p*. 3. *q*. 108. *ex num*.21.*cum ſeqq*.Cardoſ.*in praxi iudicum*, *verbo clericus*,*num*.33.*cum ſeqq*.Bobadil. *in ſua politica*, *lib* 1. *cap*.13.*num*.87.*& lib*.2.*cap*.18. *num*.66. Cur. Philip. *p*.3.§.3.*n*.9 Mari.*de iuriſd*.*p*. 4.*cent*. 1. *caſu* 7. Steph. Gratian.*diſcept.forenſ.c*.139.*n*.25.

Armorum appellatione quid veniat dixi latè *in tract.de appellatiua verborũ vtriuſque iuris ſignificat verbo Arma*,*appell*.25. 3

Cap. Omni timore. IX.

Leo.

Vulgò colligitur ex *hoc text.& duobus ſeqq*.poſſe clericos in bello iuſto, ſiue offenſiuo,ſiue defenſiuo pro defenſione Eccleſiæ, vel Reipublicæ,vel Fidei abſque periculo irregularitatis hortari,conſulere,& incitare milites ad pugnandum, quamuis ſequãtur ex vtraque parte homicidia,& mutilationes vt per Bellet.*diſquiſit.clerical.p*.1.*tit.de diſciplina clericali*,§.5.*n*.141.*cum ſeqq*.vbi declarat Cabed. *Luſit*, *deciſ*. 44. *num*. 1.*part*.2.vbi *num*.9.per *cap. igitur*, *in fine*, *ſuprà hac eadem quæſtione*, tenet poſſe quẽ cogi ire ad bellum,quando inimici inuadunt Regnum. 1

Cap. Diſpar. XI.

Alexander II.

Dum text.iſte docet iuſtè pugnari aduersùs Sarracenos, qui Chriſtianos proſequuntur, & ex vrbibus, & propriis ſedibus pellunt, videtur à contrario ſenſu colligi non poſſe iuſtè bellum moueri Sarracenis ſi quietè,& pacificè viuant,& nihil occupent,vt per Oldrad,*conſ*.264. *incipit.Illa videtur probabilior*. Sed contrarium verius videtur, videlicet aduersùs Sarracenos quamtumuis in pace degentes ſẽper,& quolibet modo ſine aliqua noua cauſa iure optimo bellum indici, quoniam ſunt perpetui, & infeſti Chriſtiani nominis hoſtes, & detinent prouincias,quæ olim fuerunt Chriſtianorum, ita Gam. *Luſit.deciſ*.335.Boer.*deciſ*.178. *n*. 10. Gail. *lib*. 1. *de pace public*. *c*.2.*n*.40 Card.Bellarm. *lib*. 3.*de laicis*. *c*. 16.Molin.*de Iuſtit. tract*.2.*diſp*. 99. & Ceuall. *commun.cont.comm.tom*.4 *q.fin.ex n*. 210. Mart. *de iuriſd*. *p*.1.*cap*.24.*ex num*.22 Lorca. *in* 2. 2.*ſect*. 3. *diſp*. 52. *num*.8.Iacob.Bleda *in hiſtor*.*Maur.lib* 8.Seraphin.de Freitas *de iuſt. Imper.Aſiat. cap*.9. *n*. 10. *&* 11. Ioan. Solorzan. *de Indiarum iure lib*. 2. *cap*. 19. *num*. 36. *cum ſeq*. 1

SVMMARIVM.

1 *Decalogi pracepta an sint dispensabilia ostenditur.*
2 *Decalogi in praceptis, vel consideratur ratio iustitia, quā in se continent, & ratio deformitatis, qua in actibus contrariis reperitur, & tunc sunt omninò indispensabilia; vel consideratur praceptum ipsum quoad determinationem ad singulos actus, in particulari sub certis circunstantiis, & tunc non inconueniens, quod licitum fiat id, quod per praceptum in communi vetitum erat.*
3 *Declaratur text. in presenti.*
4 *Abrahamus si filium suum Isaac mandato Domini occidisset, indebitum, & iniustum non esset homicidium.*

Cap. Occidit. XIV.

Ioan. Chrysostomus.

1 *Occidit Phinees hominem, & reputatum est illi ad iustitiam, Abraham verò non solùm homicida, sed etiam parricida (quod certè grauius est) effectus magis Deo magisque complacuit*, vt ex Ioan. Chrysostom. *super Matth. hom. 17. ad c. 5.* refert Gratian. *in prasenti*, ex quo loco, & aliis similibus contendunt nonnulli in Decalogi præceptis aliquam dari posse humanam vel etiam diuinam dispensationem, vt constanter tuetur Occhan. a *sentent. dist.* 19. resoluens non solum præcepta Decalogi esse dispensabilia, verùm etiam posse Deum contraria præcipere. Scot. verò *in 3. dist.* 17. licèt in præceptis primæ tabulæ Occhano contradicat, quia inquit strictissime esse de lege naturæ, & ideò in eis nullam posse dari dispensationē eam tamen admittit in præceptis secundæ tabulæ, quia inquit non esse principia necessaria, neque cōclusiones, quæ habeant præcisam necessitatem ad consequendum finem; quæ autem sint præcepta primæ, vel secundæ tabulæ, explicant citati à Sayro *in clau. Regia lib. 4. cap. 2. num. 6. & 7.* Aliter etiam distinguit Durand. *in 1. dist. 47. q. 4.* vt singulas opiniones referens explicat Sot. *de Iust. lib. 2. q. 3. art. 8.* vbi tandem concludit veram, & receptam esse sententiam negatiuam, quam tradit D. Th. 1. 2. *q.* 100. *art* 8. quem alij communiter *ibi* sequuntur, vt comprobat Hēric. de Ripis *de preceptis diuina legis serm. 3. preambulo q. 3.* Couar. *in reg. peccatum, part. 1. in init. n. 4. vers. 6.*

2 Pro vera igitur præsentis materiæ intelligētia obseruandum est in iis præceptis Decalogi, atque in aliis legis naturæ, quæ ad ista reducuntur, vel considerari rationem Iustitiæ, quā in se continent, & rationem deformitatis, quæ in actibus contrariis reperitur, vt est iniuria, quæ indebitè proximo infertur pro homicidium, furtum, & similia, vel considerari præceptum ipsum quoad determinationem ad singulos actus in particulari cum hac, vel illa circūstātia secundùm primam cōsiderationem, id est, rationē iustitiæ, quam ista præcepta in se continent, sunt omninò indispensabilia, dum enim in eis permanet ratio iustitiæ, vel in actibus contrariis deformitatis, repugnat bonitati Dei Optimi Maximi, vt id præcipiat, quod ordini, & rationi iustitiæ repugnat. At verò secundùm posteriorem, id est, applicationem ad casus particulares sub certis circumstantiis, non inconuenit quòd licitum fiat id, quod per præceptum in communi vetitum erat. Exemplis vtrumque mēbrum fiet manifestissimum, homicidiū enim quinto præcepto prohibetur quatenus indebitè vita proximo aufertur, si ergo ponamus circūstantiā, sub qua debitè eidem vita auferatur, quia reus est criminis capitalis, licèt materialiter sit hominis occisio, non tamē est homicidium illud indebitum, quod quinto præcepto damnatur, nam *Exod. cap.* 22. vbi Decalogus traditur, statim subiungitur, *maleficos ne patieris viuere*, explicat text. *in cap. legi* 23. *quæst.* 8. In septimo præcepto idem apparet, furtum enim illicitum est, quia res aliena inuito domino iniuriosè contrectatur; si ergo aliqua ponatur circunstantia, quæ concludat rem alienam non esse, vel contrectari non iniuriosè, non manet furtum, & quod in communi erat illicitum, ex tali circunstantia licitum fit. Sic etiā in sexto adulterij deformitas consistit in accessu ad non suam; si ergo ponamus eam, quæ vxor non erat, vxorem fieri, neque adulterium erit, neque sextum offenditur præceptum, nec consequenter datur vlla dispensatio, quæ consistat in relaxatione vinculi legis obligantis, ex doctrina gloss. *in cap. requiritis. vers. nisi* 1. *q.* 7.

3 Vnde iam patet intellectus ad text. *in præsenti*, quòd licet Scot. *in dist.* 15. *quæst.* 3. *vers. de secundo*, voluerit quinto Decalogi præcepto prohiberi quācumque hominis occisionem etiam delinquentis, & publica auctoritate, aut in propriam defensionem, contra eum tamen est verissima, ac receptissima omnium sententia, quæ expressè probatur Exodi *c.* 22. *Maleficos ne patieris viuere*, & historia Petri *Actor.* 5. ex quibus, & aliis comprobant D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 2. Pelag. *de planctu Ecclesia, lib.* 1. *cap.* 72. Sotus *de Iust. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 2. Castro *de iusta haretic. punit. l.* 2. *cap.* 12. latè Sayr. *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 8. *à num.* 2. *cum seqq.* constat autem *Numer. cap.* 25. Phineem auctoritate publica Moysis, qui iudex loco Dei ad vlciscendū cōstitutus erat, zelo diuini nominis fornicatorem occidisse, atque ita locum illū interpretatur Concil. Colonien. *in explicat. quinti precepti. §. aliqui* plures quos refert Ioan. Solorzan. *de Indiarum iure, lib.* 2. *c.* 3. *n.* 15.

4 Quo verò ad Abrabam aduertendum est, Deum non solum supremum esse iudicem, sed etiā vniuersalem Dominum rerum omnium, quas creauit, iuxta illud Psalmi 27. *Domini est terra, & plenitudo eius*, atque vitæ, & mortis singulorum, omnes enim animæ suæ sunt, *Ezech. cap.* 18 & Deuteron. 22. *Ego occidam, ego viuere faciam*, & Sapien. 16. *Tu es Domine, qui vita, & mortis habes potestatem, deducis ad portas mortis, & reducis.* qua ratione, & diuina supposita voluntate Abrahamus si filium suum Isaac mandato Domini occidisset, indebitum, & iniustum non esset homicidium, sicque magis ipsius Dei laudatur misericordia, qui innocentis necem noluit executioni demandari, quàm esse iniustitiæ arguendus, si eam fieri permisisset, atque ita interpretantur, D. Thom. Sot. Couar. & alij *suprà* citati:

5 De Iephte, & de Sampsone vide quæ dixi *ad cap. si non licet* 23. *q.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Arma clericorum sunt lachryma, & orationes.*
2 *Metus iustus, & cadens in constantem virum dicitur, quando Princeps, seu Dominus subditis iubet vt aliquid faciant. Intellige, vbi Princeps solet male tractare sibi non ob temperantes, vt n. 3.*

Cap. Conuenior. XXI. *Ambros.*

1 Ambrosius ad Marcellinam sororem *epistol.* 33. relatus *in hoc textu*, ita ait, *Lachryma mea mea*

arma

arma sunt, vnde colligunt Doctores arma clericorum esse lacrymas,& orationea, vt per Franc.Marc. *dec.455.n.53.part.*1. Nauar.*cons.* 8. *sub tit.de tis,qua vi,n.*10 Cephal,*cons.*151*.n.6.lib.*2.Rendin *de Principis maiestate,verbo non armis in* 2. *part.n.* 173. Menoch.*de arbitr.casu* 364*.n.*32.Bellet.*disquisit.clerical. p.1.tit.de discipl.clericali*,§.18*.n.*9. Vide ad intellectum huius text.*suprà ad c.si tributum*, 11*.quæst.*1.

2 In gloss. *Morere*.ibi,*argument.ex eo quod Princeps præcipit aliquem eligi , quòd non valet electio,quia est iusta causa timoris.* Notatur ad hoc quod metus iustus,& cadens in constantem virum dicitur qoando Princeps, seu dominus subditis iubet,vt aliquid faciant,iussus enim, & præceptum Principis est iusta causa timoris , vt per Bald. *cons.* 142. *Dominantibus magnificus n.*2*.vers.solutio,lib.*1.Angel.*cons.*215.*Reperitur in quadam colum.penult.in princ.vers. item præmitte*,Fulgos.*cons.*191 *Titius iussu*, Albert.Brun.*inter consilia feudalia,cons.*14 *n.*386.Barbat.*cons.*60*.num.*4. *volum.*1.Roland.*cons.*100*.num.* 129. *& seq. lib* 4. vbi quòd metus Principis est quodammodo vis præcisa,quæ omnem tollit consensum, Mascard.*de probat.concl.*1051*.n.*4. *& n* 4*.& n* 55. vbi facit conclusionem quæ simplex præceptum Regia iostum mesum inducit,Menoch.*de præsumpt.l.*3*. præs.*126*.n.*12. vbi plures allegat dicentes ex contractu Principiis cum suis subditis argui metum.

3 Intellige,& declata hoc procedere quando Princeps soler male tractate sibi non obtemperantes, vt per Capyc *dec.*159*.n.*33.Decian.*cons.*18*.n.*127*.lib.*1. Mascard.*d.concl.* 1051*.n.*6 *&* 7.Menoch.*de præsumpt. lib.*3*.præs.*4*.n.*19*.& præs.*126*.n.*3.Sanch.*de matr.lib.*4. *disp.*7*.n.*1*.vers.ex his intelligenda venit gl.*

Cap. Tributum XXII.

Vrbanus.

1 Huius teat.decisio,& aliorum sub hac quæstione contentorum adduci potest pro resolutione illius controuersæ quæstionis, vtrùm bona, quæ antea laicorum erant , & ad clericos,& Ecclesisa peruenerunt , gaudeant priuilegio exemptionis à tributis,& gabellis;quamuis enim huiusmodi bona in potestate laicorum existentia tributis , & oneribus essent subiecta mutatione personæ status quoque rerum mutatus videtur,& consequenter ab illis immunia,& libera manent,iuata reg. teat.*in l.Paulus alias procuratorem.ff de acqu.hered.* ibi, *castrensia esse mutatione persona desierunt* , cum similibus,quæ adducit Titaq.*in tract.cessante causa,part.*1*.n.*217. & post Aneh.Card.Tusch.*tom.*5*.litt.M. concl.*436.hoc ipsum suadetur etiam ea multis , quæ pro hac parte DD.solent adducere, præcipuè ex *l.sancimus,Cod.d. sacros.Eccl.& c.sancitum,hac ead.causa & q.* vnde sumitur *c.*1*.de censib.*& text.*in c.*1*.de immun.Eccles.l.*6. Ex quibus banc esse communem scribentium sententiam post Festas. *de collectis à num.* 437. testatur Card. Tusch.*tom.*3*.lit.E.concl.*13*.à n.*41.plenè Card. Alban.*in tract.de immunit Eccl.* & Suat.*de defensione Fidei contra Anglicana secta errores,lib.*4. *c.*20*.à n.*6. *&* 12*.& à princ.cum multis seqq.*

2 Verùm quia in contrarium multa allegantur , ea quibus tributa realia ab Ecclesiis , & ecclesiasticis personis sunt soluenda , vt ea variis locis colligunt scribentes,præcipuè ex *l.placet*, ibi ,*præter canonicam illationem,& ex l.sacrosancta,v ers.nec,C.de sacrosanct. Eccles.l.de his,C.de Episc. & C eric. cap . si tributum, c.sancitum,hac ead.causa,& q.* necessaria videtur resolutio eorum qui distinguunt inter onera quæ debentur ratione contractua, atque ita ex voluntate, & conuentione dominorum ipsia rebus inhærentia & in his procedat posterior sententia, & inter illa, quæ ex vi legis,& Regiæ iurisdictionis generaliter bonis imponuntur,veluti gabellæ , & in his procedat prior sententia, & ita quòd ab illis liberæ censeantur Ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ , ad quas talia bona deuenerunt, quam distinctionem ex Perex,Marienf.& aliis tradit,& legibus Castellæ confirmat Gutier.*pract.lib.*1*.q.*3*.n.*17.explicat multiplici ratione confirmans,& contrariis rationibus satisfaciens Sot.*vbi proximè*,& cum ea conciliantur plura,quæ ad vtramque partem tradunt scribentes , & vltra ordinatios *dictus locus* Nauar. *in man. cap.* 17 *à n.*200. *& c.*27*. à n.*115. & alij de quibus Valasc. *de iure emphyt.q* 7*.à n.*6. Azeued.*l.*11*.n.*8*.tit.*3*.lib* 1*.noua recopil.*Molin.*de iustit.tr.*2*. disp.*458. *&* 662.Cabed. *Lusit.dec.* 64. *part.*2. Card.Tusch.*d.litt. E. concl.* 12. *cum seqq.*

Quia de exterioribus,&c.]Ergo Ecclesiæ,& clerici videntur teneri ad soluenda imperialia tributa ea debito iustitiæ,sed veritas est in contrarium ex vulgatis iuribus;ad hunc text. verò respondet Ioan. de Valbo *in annuis Academ. prælect. Salmanticens. ad c.* 2*.n.*115*.de iudic.*illud tribuendum Vrbano I. quem credit loquutum fuisse iuxta morem illius temporis quando Imperatores erant Gentiles, & idololatræ , & Ecclesia nondum sibi libertatem ab huiusmodi tributis vendicauerat. 3

SVMMARIVM.

1 *Pœna , quæ sit infligenda pluribus vulnerantibus vnum,si ex vno, vel pluribus vulneribus mortuus sit,remissinè.*

2 *Irregulares sunt omnes,qui in rixa interuenerunt & vulnerarunt illum, qui postea mortuus est,etiamsi non appareat,ex quo vulnere occisus obierit.*

3 *Irregularis qui non efficitur ex sola interessentia homicidij,nisi probetur participatio.*

Cap. Si quatuor. XXXIV.& vlt.

Qvæ pœna sit infligenda contra plures vulnerantes vnum,tam in ira, quàm sedato animo, si vel ea vno,vel ex pluribus vulneribus sequuta sit mors , vide gloss. *verbo plures percusserit , in l. item Mela,§.sed.si plures,ff. ad legem Aquil* Hippolyt.de Marsil.*sing.*217. *incip. Ter, vel quater*, Alexand.*cons.* 15*.à num.*1*.& cons.*30. *num.*7. *vol.*1. Ægid. Boss. *in praxi tit.de homicid.ex num.*26.Zaz.*l.*2*. sing.intellect. cap.*6.Gondisalu.de Villadiego *de irreg. c.*6*. ex n.*45. Petr.Plac.*de delictis, cap.*12*. à princ.* Clar.§ *homicidium ex num.*37. Couar. *in Clem.si furiosus, p.*2. §.2. *num.* 3. Titaq. *de pœnis temper. causa* 63. *ex num.* 1. Carret.*in praxi,tit.de homicid.* §*.quinque quæro,ex n.* 6.Olan.*in antinom.litt.P.n.*82.Ioseph Ludou. *Lucensi dec.*16*.num.*5*.& ex num* 8. Anton.Gom.*tom.*3*.var. cap.*3 *num.*36.Roland.*cons.*63*.à princ.vol.*2.Menoch. *de arbitr.casu* 362. 1

Ea hoc text.vulgò colligitur omnes esse irregulares qui in rixa interuenerunt ,& vulnerarunt illum , qui postea mortuus est , etiamsi non appareat ea quo vulnere occisus obierit,ita Couar.*in Clem si furiosus,p.*2*.§.*2*.n.*5*.ver.quoad irregularitatem*,Didac. Perez *in addit.ad Villadieg. in tr.de irregular.c.*6*.n.* 45*.vers.idem ex prædictis*,Maiol.*de irregul.lib.*5*.c.*48. §.4*.n.*9.Viuard.*in candelabro aureo,p.*2*.tit.de irregul.* 2

opem

opem, vel auxilium dantis, num. 291. Mich. Salon. 2. 2. *q.* 64. *art.* 8. *controuerſ.* 3. *verſ. ex quibus*, Farin. *in praxi crimin. q.* 96. *num.* 25. *cum ſeqq. & fragmentor. crim. p.* 2. *litt.* 1. *num.* 449. *cum ſeqq.* Sayr. *de cenſ. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 13. *verſ. alij vero rectius docent*, Auila *in ſimili tract. p.* 1. *d.* 6. *ſect.* 3 *dubit.* 3. *verſ. hinc ſequitur*, Rota *in Curzolen. Canonicatus* 25. *May* 1601. coram bonæ mem. Corduba, impreſſa per Farinac. *dec.* 44. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. 11. *ſub num.* 8.

3 *Sed tantùm adfuerunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd irregularis quis non efficitur ex ſola intereſſentia homicidij, niſi probetur participatio, vt per Innoc. *in cap ſententiam, num.* 1. *in fine, verſ. interfit, ne cleric. vel Monachi*, Abb. *in cap. Petrus, num.* 1. *verſ. ſecus videtur, de homicid.* Felin. *in cap. ſicut num.* 6. *verſic. & omnia iſta, eod. tit.* Federic. de Senis *conſil.* 168. *in princip.* latè Pariſ. *conſ.* 152. *num.* 30. *&* 31. *lib.* 4. quos refert, & ſequitur Rot. *dec.* 260. *num.* 1. apud Farin. *p.* 1. *recent.*

4 In gloſſ. *Volentes.* Vide Menoch. *de arbitrar. caſu* 470.

CAVSA XXIV.

QVÆSTIO I.

1 GLos. *in ſum. verbo quod autem, in fine*, notabiliter reſoluit non eſſe reputandum ſchiſmaticum, neque extra Eccleſiam cenſeri, qui probabili errore ductus credidit aliquem antipapam eſſe verum Paſtorem, & Pontificem, vt per Abb. *in rub. de ſchiſmat. & in cap. quia diligentia, num.* 2. *de elect.* Alphonſ. de Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib.* 1. *cap.* 9. *circa princip.* Simanch. *de Cathol. inſtitut. tit.* 58. *de ſchiſmat. num.* 58. Rojas *de hæret. part.* 1. *num.* 507. Franciſc. Mar. *quæſt.* 949. *in fine*, Ant. Ricciul. *de iure perſon. extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus alium excommunicare non poteſt.*
2 *Sententia lata à iudice excommunicato nullius eſt momenti.*
3 *Excommunicatus occultè poteſt validè excommunicare.*

CAP. Audiuimus IV.

Alexander II.

1 VVlgò allegari ſolet hic text. ad hoc quòd excommunicatus alium excommunicare non poteſt, vt per Victor. *de Clauibus, n.* 15. Perez *ad tit.* 4. *lib.* 8. *Ordinam. pag* 94. Maſcard. *de probat. concl.* 648. *num.* 39. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *quæſt.* 58. *n.* 11. & ideo ſententiam latam à iudice excommunicato nullius eſſe momenti, per hunc text. reſoluunt Gemin. *in c.* 1. *col. pen. verſ. in ea gl. de officio Vicar. lib.* 6. & *ibi* Franch. *n.* 7. Socin. *in c. ſacris n.* 264. *de ſentent. excom.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſ. exiſt. lib.* 4. *c.* 18. *n.* 4.

2 *Sin autem ex corde ſuo*, &c.] Collige ex text. hæreticum occultum minimè eſſe euitandum, aut de Eccleſia eiiciendum, vt per Reuerend. Patrem Dominicum Puteonem *tomo* 2. *inſtitutionum de Regularium ariſtocratia, cap.* 6 *num.* 12.

In gl. *Non potuit.* ibi, *vel ibi de occulto*, &c. Notatur ad hoc quòd occultè excommunicatus poteſt validè excommunicare, vt per Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 4. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. opinion. lib.* 1. *tit. de probat. concl.* 8. *n.* 36. Maſcard. *d. concl.* 648. *ſiue* 649. *n.* 42. plures quos refert, & ſequitur Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 22. *n.* 34. *verſ. cæterum*, & ita ſententiam excommunicati occulti valere, quia talis non erat de neceſſitate vitandus, reſoluunt Socin. *in d. c. ſacris n.* 267. *de ſentent. excom.* Anton. Ricciul. *d. c.* 18. *n.* 14.

In gl. *Abſoluendo*, ibi, *id eſt, abſolutos eſſe oſtendendo*, 4
&c. Vide Suar. *de Relig. to.* 2. *lib.* 2. *de iuram. c.* 15. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Clauium poteſtas eſt in Eccleſia.*
2 *Clauium poteſtas an ſit in tota Eccleſia, eiuſque corpore, an vere potius penes Prælatos, ſingulareſque Epiſcoporum perſonas, oſtenditur n. ſeqq.*
4 *Papa eſt ſupra Concilium.*
5 *Papa à nemine in terris poteſt iudicari cùm nullam habeat in terris ſupra ſe poteſtatem.*
6 *Declaratur text. in præſenti.*
7 *Declaratur auctoritas Chriſti Matthæi* 18. Dic Eccleſiæ, &c.
8 *Papa mortuo, an Clauium poteſtas ſit in Eccleſia, vel penes alium remaneat, oſtenditur, & num.* 9. 10. 11. *&* 12.
13 *Clauium poteſtas eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi, non verò oſtendendi, ſeu declarandi ligatum, vel ſolutum.*
14 *Peccatum ſeparat Chriſtianum à Deo, & charitate, ac communione illa, quam Doctores omninò internam vocant.*
15 *Excommunicatio ſeparat ab externa communione, & à communione ſuffragiorum, & ſacrificiorum Eccleſiæ.*
16 *Declaratur text. in cap. verbum, de Pænit. diſt.* 1.

CAP. Quodcunque. VI.

Auguſtin.

AVguſtinus *ſuper Ioan. tract.* 60. *ad cap.* 12. rela- 1
tus à Gratiano *in præſenti*, optimè probat Clauium poteſtatem eſſe in Eccleſia, quod bene etiam deducitur ex eo quòd certiſſimum eſt pleniſſimam Ordinis, & iuriſdictionis poteſtatem ſummo Pont. competere in vniuerſum Orbem, plenam verò Epiſcopis in ſuis diœceſibus, Sacerdotibus verò omnem Ordinis exceptis pleriſque quam quidem perfectiſſimam, & excellentem gubernandi rationem, atque ita monarchicum regimen Chriſtus Dominus legiſlator prudentiſſimus in Eccleſia ſua reliquit, & eſſe voluit, ſed tam Pontifex Romanus, quàm Epiſcopi, atque Sacerdotes miniſtri ſunt Eccleſiæ, & propter ipſam conſtituti; iuxta elegantem eiuſdem Auguſtini auctoritatẽ *de Paſtoribus, c.* 1. dum inquit, *Quod Chriſtiani ſumus propter nos eſt, quòd præpoſiti ſumus propter vos eſt*, refert & explicat Card. Bellar. *tom.* 1. *contr.* 3. *lib.* 2. *c.* 12. *var. nos ergo.* Igitur ſi prælati ſunt propter Eccleſiam, poteſtatemque eccleſiaſticã habere conſtet, ſequitur neceſſariò hanc Clauium poteſtatem in Eccleſia eſſe, comprobat D. Thom. *ad* 3. *p. q.* 17. *art.* 1. & alij, dum tenent Clauium poteſtatem à Chriſto Domino fuiſſe Petro, atque aliis Prælatis conceſſam non temporaliter, ſed perpetuò,

tuò,& vsque ad cōsummationem seculi duraturam, iuxta illud Christi Domini, Matth.28.ad fin. *Ecce ego vobiscum sum*, &c. probat *Extrauag. vnam sanctam, de maiorit. & obed.* Et ratione confirmatur, cùm enim Ecclesia non minus hodie Pastore egeat, quam tempore Apostolorum, immo plus, cùm plures sint Christiani, & longè deteriores, ne dicamus Deum Opt. Max Ecclesiæ suæ in necessariis defuisse, fateri oportet potestatem, quam Petro commisit, non personaliter datam, sed tanquam Ecclesiæ capiti in eadem perpetuò permansuram, cum multis aliis, quæ latè resoluit Turrecrem. *de potestat. Eccles. lib.2.c.35. & seq.*

2 Magna, & ardua est difficultas, an huiusmodi potestas sit in tota Ecclesia, eiúsque corpore, an verò potiùs penes Prælatos, singularésque Episcoporum personas. esse in tota Ecclesia videtur primò ex modò dictis comprobari, & fortiùs ex hoc text. ibi, *Petrus quando Claues accepit Ecclesiam sanctam significauit*, iuncta magis propria acceptione nominis Ecclesiæ, dum accipitur pro congregatione omniū fidelium, vt colligitur ex iis Pygh. *de ecclesiastic. hierarchia, lib. 1. c. 1. à princip.* Cano *in locis Theologicis lib. 4. c. 2.* Cardin. Bellarmin. *tom. 1. controuer. 4. l. 3. c. 2.* Banes *in 2.2. q. 1. art. 1. dub. 1.* Secundò facit, quia quemadmodū Christus Dominus, *Matthæi* 16. omnes Discipulos interrogauit, *Vos autem quem me esse dicitis*, ita nomine omnium Petrus respondit, *Tu es Christus*, atque etiam nomine omnium audiuit ipse Petrus, *Tibi dabo Claues*, & per consequens nomine omnium, seu Ecclesiæ potestatem accepisse dicendum videtur. Tertiò confirmatur, quia nō minus est propter Ecclesiam ipsa potestas Ecclesiastica, quàm etiā propter rem temporalem ciuilis potestas, & constat totam potestatem ciuilem esse penes Rēpublicam, ita vt ab ea Reges, & Imperatores suā accipiant potestatē, vt constat ex *l. 1. ff. de constit. Princip.* & ex discursu Iurecons. *in l. 2. §. deinde cùm esset & §. nouissimè, cum seqq. ff. de origine iuris*, explicat Duaren. *lib. 2. disput. cap. 19.* & latè Couar. *pract. c. 1. num. 2. & 3.* Tandem adducunt auctoritas Matth. 18. *dic Ecclesiæ*, habetur *in cap. nouit. de iudic.* ex quibus & aliis hāc partem tenuerunt Doctores Parisienses, & omnes ferè Galli, vt testatur Nauar. *in cap. placuit num. 17. de pœnit. distinct. 6.* & pro viribus tuentur Lutherus, Caluinus, & alij nostri temporis hæretici, vt refert Cardin. Bellarmin. *d. tom. 1. controuers. 3. lib. 1. c. 12 à princ.*

3 Verùm in cōtrarium se habet veritas Catholica, & latè contra supradictos hæreticos defendūt Turrecr. *de potest. Ecclesia lib. 2. c. 70. cum seqq.* & Cardin. Bellarmin. *loco proximè citato*, quorum præcipuum fundamentum est, quia non Ecclesiæ, sed certis suppositis atque expressis personis Christus Dominus hāc permisit, & concessit potestatē Petro *Matth. 16. & Ioan. vlt. & Luc. 22.* Confirmatur deinde, quia si dicamus potestatem Clauium esse in Ecclesia prout importat omnium fidelium Congregationem, atque ita in eiusdem corpore, iam sequeretur Pontificem ab Ecclesia potestatem suam accipere, quod est contra verissimam sententiā, quam *supra* explicauimus sequeretur præterea esse in terris aliquā potestatem

4 supra Romanum Pontif. ac proinde Papam non esse supra Concilium; cuius tamen contrarium definiuit Concil. Lateranens. *vlt. sub Leone X. sess. 11.* ibi, *solum Romanum Pontif. tanquam super omnia Concilia potestatem habentem*, & multis comprobant Pygh. *lib. 6. c. 3 cum seq.* Cou. *lib. 4. var. c. 16. n 6. vers. item Decretalis*, latè R. P. Dominicus Pueto *tom. 2. institutionum de Regul. aristocratia, c. 6. per tot.* & esse communem nostrorum, atque Theologorum, asserit Cardin. Bellarmin. *tom. 2. controuers. 4. generali lib. 2. cap. 14.* vbi in sequentibus satisfacit contrariorū argumentis, & hinc prouenit vt Summus Pontif. à nemine in terris possit iudicari, cùm nullam habeat in 5
terris supra se potestatem, vt probant text. *in cap. fuit semper, & in cap. nemo, in cap. aliorum, cum multis ibid. 9. q. 3.* explicat ex Sanctis Patribus, & latè sequitur Cardin. Bellarm. *d. controuers. 3. lib. 2. cap. 26.* adeò vt neque si velit possit Summus Pontif. se subiicere sententiæ, & iudicio coactiuo Conciliorum, vt comprobat idē Cardin. Bellarmin. *d. controuers. 4. lib. 2. c. 18.* hinc denique fit licitum non esse à Papa ad Concilium appellare, vt probauit Gelas. Papa *in cap. cuncta per mundum 9. q. 3.* cum multis aliis, quæ latè adducit Abb. *q. 1. à num. 18.* Cardin. Bellarmin. *vbi proximè c. 17. vers. probatur quartò.* Et tandem si dicamus potestatem Clauium esse in Ecclesia, iam daremus in singulis de populo, atque in fœminis reperiri Clauium potestatem, æque atque in Sacerdotibus, contra ea, quæ resoluunt Doctores per text. *ibi in cap. in noua, de pœnis. & remiss.* ne igitur hoc, atque alia sequantur inconueniētia, oportet fateri potestatem Ecclesiasticam penes ipsum Pontificem principaliter, & immediatè residere.

Qua retenta sententia non obstant in contrarium adducta, nam ad primum ex nostra resolutione fatemur potestatem Clauium esse in Ecclesia, ita tamē, vt non in tota, ipsiúsque corpore, sed principaliter resideat in personis, quibus eam Christus cōmunicauit, atque ita quia potestas illa in capite, & aliis membris Ecclesiæ reperitur, meritò in Ecclesia esse dicitur. Ad text. verò *in præsenti*, ibi, *Ecclesiam sanctam significauit*, respondetur Augustinum velle reprehēdere eorum sententiam, qui putabant personalem fuisse concessionem, & promissionem Clauium factam Petro, ita vt eo mortuo iam in Ecclesia non remanserit, & concludit Petrum ita Claues accepisse, vt Ecclesiam sanctam in ipsius persona Christus Dominus significauerit, quia eas acceperit non vt particularis persona, sed tamquam caput Ecclesiæ, & eiusdem fundamentū, & patet ex præcitatis auctoritatibus, quem intellectum latè sequitur, & exornat Turrecr. *d. lib. 2. cap. 73. & 75. vers. ad 1.* vnde facilis prouenit solutio ad illud, quo probauimus nomine omnium Petrū Claues accepisse, sicut nomine omnium respondit, *Tu es Christus filius Dei*, fatemur enim nomine omnium Petrum respondisse, sed tamen non vt præconem, vel nudum ministrum, sed potiùs tanquam Principem, & caput Apostolorum reliquis Petri Confessionē silentio approbantibus, quemadmodum solus Petrus respondit, & cæteri silentio assentierunt, ita soli Petro tanquam capiti, & Principi Apostolorum Christus Claues promisit, & tradidit, cæteris tamen communicandas, explicat eleganter Pygh. *de ecclesiast. hierarch l. 3. c. 10. vers. hac quatenus.* Ad tertium de Repub. ciuili respondetur longam esse differentiam inter spiritualem, & ciuilem potestatem, nam hæc potestas naturalis est, & iure naturali dictāte oportet fateri in ciuili societate oportere gubernatorem aliquem esse, qui aliorum actus dirigat ad bonum totius communitatis. At verò potestas spiritualis singulari Dei beneficio supernaturaliter data est non Ecclesiæ, sed Prælato aliisque Prælatis, vt abunde patet ex dictis, & explicat latè Couar. *in reg. peccatum. p. 2. §. 9. n. 6. & pract. cap. 1. concl. 1. & 2.* Ad vltimum ex verbis Domini 7
ibi, *dic Ecclesiæ*, sunt qui dicant nomine Ecclesiæ *hic* intelligi prælatos cum senioribus, vt ex Tertull. confirmat Iansen. *in concord. Euangel. cap. 72. col. 31*

sed

sed facilior, & receptior interpretatio est nomine Ecclesiæ intelligi eo loco Episcopos, Prælatos seu Præsides Ecclesiarũ, vt comprobat latè Turrecrem. *d. lib. 2. cap. 4. à princip.* & omnino *in vers. tertium verè*, deindéque confirmatur ex verbis *d. cap. nouit.* ibi *dic Ecclesia*, iuncto ibi, *nos qui sumus*, &c.

8 Vtrum autem mortuo Papa Clauium potestas in Ecclesia, vel penes aliũ remaneat, ardua quæstio est, ex dictis enim necessariò dicendũ videbatur in Ecclesia manere dum resoluimus potestatem hanc Petro, & successoribus datam fuisse, vt in Ecclesia vsque ad consumationem sæculi permaneret, neque credibile Christum vnquam Ecclesiam suam sine Pastore deseruisse, vt probat text. *in c. 1. de homicid. lib. 6.* quo præcipuè argumento penes Romanã Ecclesiam Claues, earúmque potestatem remanere, ita vt Cardinales earum habeãt exercitiũ, probat Host, *in cap. 1. cum ex eo, col. 5. vers. sed penè, de pœnit.* cuius sententiam sequitur gloss. *verbo vacante in cap. 1. de schismat. lib. 6.* illud prætetea adducentes fundamentum, quia mortuo Prælato, seu Episcopo Capitulum succedit in omni iurisdictione, iuxta reg. text. *in cap. cum olim, de maiorit. cum similib.* Cardinalium autem Conciliis assistunt Romani Pontif. ideò vnũ corpus cum ipso, seu magis pars corporis eiusdem dicũtur, *cap. felicis, de pœnis lib. 6.* videbatur rectè præcitatos concludere mortuo Papa penes Collegium Cardinalium potestatem remanere.

9 Verùm hanc Host sententiam reprobatam fuisse per text. *in Clem. ne Romani. in princ. de elect.* narrat gl. *ibi, verbo, non consenant.* recepta ex Imol. *ibi num. 32.* & satis euincunt verba ipsius text. Nec quicquam obstat argumẽt. ex reg. *d. c. cum olim*, negamus enim Cardinales cum Pontifice vnum corpus constituere cum vniuersali Ecclesia, vnde penes Ecclesiam vniuersalem hanc potestatem remanere docet latè Capistran. *de auctorit. Papæ, & Concilij 4. p. 2. princ. q 4. princ. pag. 132. & seq.*

10 Sed adhuc obstat, nã Clauiũ potestas soli Petro eiúsque successoribus Romanis Pontificibus, atque Apostolis, eorúque successoribus Episcopis permissam, & traditã fuisse constat; ergo mortuo Pontif. minimè in Ecclesia permanet nisi quatenus Episcopis, & aliis Prælatis inferioribus communicata reperitur, quo fundamento tenet, & docet Card. Bellarm. *d. controu. 3. lib. 1. c. 12. obiect. 5.*

11 Vrget adhuc si aduertas Papatum dignitatẽ esse, quæ numquam moritur, sicut nec Sedes Apost. *cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* vnde videbatur mortuo Papa diuinitatẽ ipsam, & potestatem in Sede Apost. conseruari, quod constanter post Archid. Ioan. Monach. atque alios, quos refert, tenet Turrecrem. *d. l. 2. cap. 39. vers. tertio.* At contra istam resolutionem vrget, quia si papalis iurisdictio maneret in Sede Apost posset illa gerere ea, quæ ad papæ potestatem pertinent, quod tamen est contra *d. Clem. ne Romani*, & quæ prosequitur August. Triumph. *q. 3 art. 9. in præcedentibus, & seq. q 4.*

12 Quare vt articulus sanè difficilis plenè resoluatur, aduertere oportet quòd vel quærimus an mortuo Papa in Ecclesia maneat aliqua potestas; vel rursus quærimus de potestate Papali, seu plenitudine illa quã soli Petro. & successoribus communicatam ostendimus. Quoad primũ resoluendũ est aliquando potestatem ecclesiasticam formalẽ, scilicet in Episcopis, & aliis Prælatis remanere, vt bene ex Card. Bellarmin *supra* retigimus; si autem quærimus de secundo, hoc est, iurisdictione papali, & potestatis plenitudine, de duobus potest esse quæstio, alterum est de auctoritate ipsa, & potestate formali, alterum de potestatis exercitio. Quoad primum dicendum est mortuo Pontifice potestatem illam Papalem, eiúsque plenitudinem non expirare, vt pote quia à Christo Domino constituta est in æternum, vsque ad consumationem sæculi duratura, ita tamen vt necessarium non sit fateri manere formaliter in ipsius Ecclesiæ corpore, neque in Cardinalium Collegio. iuxta *d. Clem. ne Romani.* & modò resoluta, sed penes ipsum Christum, qui primum est, ac principale caput Ecclesiæ, cuius vices gerit ipse Romanus Pontif. ita vt ab ipso Christo successor Papæ mortui Claues, & potestatẽ dicatur accipere non noua concessione, sed antiqua institutione, vt explicat Card. Bellarm. *proxime citato loco.* Quod verò ad secundũ attinet securè dicendũ est mortuo Pontifice exercitiũ illius plenitudinis potestatis in Ecclesia non remanere nisi ad nouã Pontificis electionẽ faciendã, vel quatenus alias sacris Canonibus concessũ reperitur, vt probat d. Clem. *ne Romani*, & Turrecr. *d. c. 79 à princip.* & omninò *vers. alio modo*, Triumph. *d. a. 9.* notãtes hoc modo neque in Christo manere huiusmodi exercitium, cùm Christus post resurrectionẽ de communi lege eo vsus non sit, nisi mediante Papa cui ascendens ad Patrẽ oues suas commisit secundũ prædictas auctoritates, iuxta quæ intelliguntur scripta per Canar. *de locis Theologic. l. 4. cap. vlt. in resol. arg. 12.* Quòd si obiicias manere inconueniens quòd vacante Sede maneat Ecclesia sine illius potestatis exercitio, occurrit Turrecr. *vbi proximè*, interim notabile detrimentũ Ecclesiã non pati cùm sufficienter ei prouideatur per sacros Canones, Collegium Cardinalium, & inferiores Prælatos, iuxta formam à iure præscriptam

Tales nec à vinculis peccatorum absoluunt, &c.] Ex his verbis colligitur Pastorem Ecclesiæ hæreticum potestatem absoluendi amittere, quod declarat S. Thom. 2. 2. *q. 39. art. 3.* dicens, ab hæreticis atque schismaticis potestatem sacramentalẽ non deperdi quoad substãtiam, sed tantùm quoad eius legitimum vsum, at verò iurisdictionem non per consecrationem, sed solùm per commissionem attributa in ipso facto ab huiusmodi amitti, nouissimè refertur à R. P. Dominico Puerone *tom. 2. institutionũ de Regularium aristocratia, c. 6. n. 6.*

In gloss. *Facit Ecclesia.* ibi, *Sed tantùm ostendit* 13
ligatum, vel solutum. Collige ex gloss. potestatem Clauium solum ostendere, vel declarare ligatum, vel solutum, & in hac commendatur ab Abb. Felin. & aliis, de quibus Nauar. *in cap. ita quorundam; de Iuda. gloss. vlt. n. 7. & seq. & in man. cap. 27. num. 2. vers. diuiditur.* Verùm hæc sententia falsa est, & conuincitur, quia potestas Clauium est potestas ligandi, & soluendi, ex Magist. *in 4. dist.* 18. quem sequuntur Scholastici omnes, D. Thom. *ad 3. p. q. 17. art. 2.* & colligitur ex *Extrauag. quia quorundam, col. 4. de v. signific. Ioan. XXII.* sed qui declarat ligatum, vel solutum, neque ligat, neque soluit. iuxta reg. text. *in l. heredes palàm, §. si quid ff. de test.* & facit in terminis text. opt. *in c. pastoralis 52. §. verùm, de appell.* ibi, *excommunicatus per denunciationem amplius non ligatur.* Igitur, &c. Confirmatur præterea, quia constat ecclesiasticos ministros in potestate Clauiũ verè iudices constitui, vnde censuras ferri non posse nisi ab habentibus ecclesiasticam iurisdictionẽ, passim colligitur ex *cap. quærenti, de verbor. signific.* comprobat Nauar. *in cap. cùm contingat 2. causa nullit. n. 25. de rescrip.* Inde etiã Sacerdotes in foro pœnitentiali nõ nudum ministerium exercere, sed actum iudicialem, & tanquam iudices absoluere, docet Cõc. Trident. *sess. 14. de sacrament. Pœnit. can. 6. & can. 9.*

comprobat

comprobat Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 1. conc. 2.* cùm ergo is, qui solam habet declarandi potestatem, iudex non sit, sed potius nudus minister, vt notant scribentes *in c. vlt. §. 1. de officio deleg.* probat text. *in c. nouit*, ibi, *non edidit, sed potius publicauit, de appell.* faciuntque Cou. *lib. 5 variar. c. 20. num. 5. vers. primo.* Nauar. *d. c. 27. n. 45.* meritò sequitur fatendum esse Clauium potestaté vere, & propriè esse potestaté ligandi, & soluendi, ex quibus, atque aliis huius gl. meminit, eamque reprehendit Nau. *in c. fratres n. 43. de pœnit. dist. 5. & d. n. 45.* Cou. *in c. alma in princ. a. 9. vers. quintò*, Iacob. de Graff. *in aureis dec. part. 1. lib. 4. cap. 1. num. 21.*

14 Non obstat fundamentum quo mouetur gloss. *in præsenti*, & qui eam sequuntur, quòd scilicet excommunicatio ferri non possit absque mortali culpa, *c. nemo, c. nullus 11. q. 3.* Vnde cùm in aliquem profertur, iam is per peccatum à Deo, & ab Ecclesia separatus est. & per consequens excommunicatio nihil aliud agit, quam declarare, sed facilè respondetur peccatum separare Christianum à Deo, & charitate, ac communione illa, quàm DD. omninò internam

15 vocant: at verò per excommunicationem separari ab externa communione, & à communione suffragiorum, & sacrificiorum Ecclesiæ, itaut licet per fidem membrum sit Ecclesiæ, ab ea tamen in reliquis omnibus separatus est, vt optima similitudine declarat text. *in c. quemadmodum 27. q. 7.* notant & prosequuntur laté Sot. *in 4 dist. 22. q 1. art. 1.* Cou. *d. n. 6.* Iacob. de Graff. *à n. 20. vbi proximè*, & plures alij, de quibus Viual d. *in candel. aureo part. 2. tit. de excom. à num. 5.*

Ad text. verò *in d. c. verbum, de pœnit. dist. 1.* quem hæc gl. adducit, facilis est solutio, præmissa distinctione triplicis Clauis, auctoritatis scilicet, per quã solus Deus auctoritate propria peccata remittit, iuxta auctoritates in argumento adductas, excellentiæ per quam Christus Dominus quatenus homo peccata remittebat; & tandem ministerialis per quã Sacerdotes tanquam Christi, & sacramenti Pœnitentiæ ministri remittunt peccata, vt post antiquiores explicat Syluest. *in sum. verbo Claues in 1.* optimè Iacob. de Graff. *p. 1. lib. 1. c. 13. n. 3.* & passim alij. Vnde patet sensus prædicti *c. verbum*, dum enim inquit quod Sacerdos nullius potestatis iura exercet, quasi velit non remittere Sacerdotem peccata in sacramento Pœnitentiæ, facile procedit si intelligas non remittere auctoritate propria, & per Clauem auctoritatis, quod solius Dei est, vt text. habet *in princ.* non tamen negat in eo Sacramento Sacerdotem iudicem esse, imo planè fatetur ibi, *Sacerdos est iudex.* neque etiam negat per Clauem ministerialem eum effectum peccata remittendi operari, iuxta prædicta, quod apertè docuit Conc. Trid *sess. 14. c. 16.* dum inquit quòd licet absolutio alieni beneficij dispensatio sit, non tamen est nudum ministerium.

Cap. Rogamus. XV.

Marcellus.

1 EX hoc text. *in vers. ipse est*, colligitur Summum Pontificem esse caput totius Ecclesiæ, vt late comprobant Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part 4. consid. 7* D. Antonin. *part. 3. tit. 22. c. 4 §. 1.* Palat. Rub. *de iusta obtentione Regni Nauarra, part. 2. §. 4.* Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum. lib. 2. c. 1. vers. Relig. Christi obseru. a. 3.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 1. c. 24.* Sebast. Medic. *in sum. omnium heresum, p. 1. verbo Papa*, Selu. *de benefic. p. 2. q. 2. n. 14.* Simanch. *de*

Catholicis instit. c. 45. à n. 2. & à num. 24. Alphons. de Mendoza *in quodlib. q 4. scholast. ex vers. si verò, pag. mihi 273. siue 303.* Corduba *in q. Theolog. l. 4. q. 1. prop. 8.* Gasp. Casalius *l. 3. de Cœna, & Calice Domini, c. 18.* Peña *ad direct. Inquisit. part. 2. schol. 17.* Bañes *2. 2. q. 1. art. 10 col. 129. vers. pro decisione*, Mich. Aninion. *de vnitate ouilis, & Pastoris, c. 21. & 22.* nouissimè Dominic. de Pueronib. *tom. 2. instit. de Regularium aristocratia, cap. 3. per tot.*

Iubente Domino Romam translata, &c.] Ergo Sedes Apostolica ex necessitate diuini præcepti debet Romæ residere, ac proinde è Roma aliò transferri non potest, de quo tamen vide Abb. *in c. per venerabilem n. 18. qui filij sint legit.* Costa *in pract. sanct. tit. de collation. in gl. verbo Curiam, §. cuius*, Conrad. *in templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. §. q. 2. ex 1. 2* Turrec. *l. 2. sum. c. 40. ad fin. vers. ad tertiam*, Sot. *in 4. dist. 24. q. 2. art. 5. in fine*, Palat. Rub. *de iusta obtent. Regni Nauarra pars. 2. § 4. col. 3.* Iacobat. *in tr. de Conc. l. 8. art. 6. n. 25.* Rodulph. Cupers. *de sacros. Ecclesia ad c. oportebat 79. dist. in §. Papa Romæ magis*, Aluar. Pelag *de planctu Ecclesiæ l. 1. c 32.* Selu *de benef. p. 3. q. 8. num. 12.* Simanch. *de Cathol. instit. c. 24. n. 15.* Cordub. *in q. Theolog lib. 4. q. 1. propos. 8. ex pag. 237. vers. sed vtram Sedes ista*, Rebuff. *in concord. tit. de mandatis Apostol. §. 1. in princ. in gloss. Romanus Pont.* Melchior Cano *de locis Theolog. l. 6. c. 8. vers. deinde illud*, Itè Alphons. Mendoza *in quolib. q. 4. scholast per totum*, Petr. Magdalen. *in a. testium, part. 1. c. 3. ex n. 83.* Mich. Aninon. *de vnitate Ouilis, & Pasteris, c. 18. à princ.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 4. c. 11. quæs. 2.* Card. Baron. *in addit. ad Martyrolog. die 18. Ianuarij, pag. mihi 30.* Card. Bellar. *tomo 1. de Romano Pont. lib. 4. cap. 4. vers. secundo hoc idem*, Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap. 12. à num. 56.* 2

Cap. Omnis, qui recedit. XXIV.

Beda.

EX hoc text. colligitur hæreticum extra Ecclesiam esse, vt per Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 7 q... vers. in hac q.* latè Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. l. 5. c. 12 per tot.* 1

In gloss *Balneas*, ibi, *& ita non debemus lauari cum hominibus aliena secta.* Notatur ad hoc quod non est licitum Christiano simul cum Iudæo in balneum ingredi, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. l. 2. c. 31. n. 11. & 25.* Ant. Ricciul. *d. tr. l. 2. c. 41. n. 23.* 2

Cap. Quæ dignior. XXVI.

Ambrosius.

V*Itanda hæreticorum communio, fugienda Synagoga*, &c.] De prohibita communione cum Iudæis, & infidelibus late agit Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. l. 2. c. 38.* 1

Cap. Qui contra. XXXII.

Liberius.

EX hoc text. vulgo colligitur nobiles minori pœna afficiendos esse quam ignobiles, de quo vide Tiraq *de nobilit. c. 8 n. 3. & 11. & 108. & de pœnis temper. causa 31. à princ.* Farinac. *in praxi crimin. part. 3. q. 98. n. 122.* 1

In gl. *Priuati*. ibi, *dicuntur priuati illi, qui non sunt praditi aliqua dignitate.* Vide Tiraq. *de nobil. c. 8. n. 3.* 2

3 In gloss. *Ignobiles*. De materia huius gloss. vide Tiraquel. *de nobilit. c.* 20. *num.* 125. *& cap.* 27. *num.* 1. *& de pœnis temper. causa* 31. *n.* 27.

CAP. Schisma. XXXIV.

Pelagius.

1 SChisma vox græca est, quæ latinè scissuram significat, vt habetur *in hoc text.* & notant Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 36. *num.* 1. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 1 Schismaticos omnino extra Ecclesiam esse & ab eius vnitate distinctos, per *cap pudenda, hac ead. causa, & q.* tradunt Iacobat. *de Conc. lib.* 7. *art.* 1. *ad tertium dub.* Post. Imol. *cons.* 164. *n.* 17. Decian. *in tr. crimin. lib.* 5. *c.* 67. *n.* 20. Card. Bellarm. *lib.* 3. *de Ecclesia militante, c.* 5. Farin. *de hæresi, q.* 174. §. 2. *n.* 45. Et peculiariter Dei hostes reputantur, *c. alienus, hac ead. causa, & q.* 9. nec non censentur in statu perditionis, *c. quicunque, ibid.* ac deteriores iudicantur paganis, *c. non afferamus, ib.* veloti qui tunicam Domini inconsutilem, quam neque satellites diuidere ausi sunt, ipsi scindere, & lacerare præsumunt, *c. aduocant, hac ead. causa, & quæst.*

2 In gl. *Magis est*. ibi, *Magis enim magis viderentur heretici, qui ex industria peccant, quam qui ex rusticitate*, &c. Notatur id hoc quod rustici, & idiotæ errantes per simplicitatem in rebus Fidei non excusantur à peccato hæresis, vt per Albertin. *in repet. rub. de hæret. in* 6. *q.* 3. *n.* 14 *&* 24. Sed quod excusantur, tenent Decian. *in tract. crimin. lib.* 5 *c.* 37. *num.* 11. Sanctarel. *de hæresi c.* 1. *n.* 29.

CAP. Cœpit Hermenigildus. XLII. & vlt. *Gregorius.*

1 EX B. Gregorio *lib.* 3. *dialog. c.* 31. refert Gratianus *in præsenti*, B. Hermenigildi Martyris iuuenis adhuc intrepidam constantiam, qua nolebat Arrianorum hæresi consentire, propter quod fuit à patre suo in carcerem relegatus. Superueniente autem Paschali die Resurrectionis misit pater Episcopum Arrianum ad Hermenigildum, vt de manu eius Communionem acciperet, & sic patri reconciliaretur, quod cum facere nollet, pater statim fecit eum ab appatitoribus suis occidi, vt habetur in officio Breuiarij, quod dicitur in festo huius Sancti die 13. Aprilis, & est inter Officia propria Sanctorum Hispanorum, narrat historiam Ambros. *de Morales in chronicis Hispan. p.* 2. *lib.* 11. *c.* 65. & tangunt Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 10. *p.* 2. *& part.* 2. *l.* 3. *c.* 48. *q.* 12. Lodou. Beia *resp casuum conscient. p.* 4. *casu* 6.

2 Vide quæ argumento huius text. tradunt Couar. *in c. alma mater, p.* 1. §. 3. *n.* 9. *versf.* 3. Victor. *de Sacram. n.* 84. *& de Clandeh. n.* 17. Tiraq. *de iure primog. q.* 33. *in princ.* Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 72.

3 In gloss. *Rex*, ibi, *Argum. quòd filius Regis rex vocari debeat, licet regnum non habeat.* Vide Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 5. *consid.* 40. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *Ordinam. pag.* 198.

QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici post mortem non propriè excommunicantur, sed potius declarantur excommunicatos decessisse.*

2 *Librorum hæreticorum retentio an, & quando quem de hæresi suspectum reddant, remissiuè.*

3 *Iudæis, & infidelibus aliquid testamento relinquere non licet Christianis.*

4 *Diptycha quæ dicantur, remissiuè.*

CAP. Sanè profertur. VI. & vlt.

QVI dicunt oportere post mortem hæreticos anathematizari.] Intellige hæreticos post mortem non propriè excommunicari, sed potiùs declarari excommunicatos decessisse, quia scilicet viuentes crimen commiserunt, cui à iure imposita est statim excommunicatio, vt constat ex text. *in c. excom. de hæretic.* iunctis iis, quæ circa intellectum huius text. dixi *in addit. ad collect. c. à nobis* 28. *n.* 4. *in fine, de sent. excom.* 1

Vel ordinatores eorundem librorum fuisse traditores, &c.] An, & quando retentio librorum hæreticorum, quem de hæresi suspectum reddat? vide Zanchin. *de hæret. c.* 7. *n.* 7. vbi Campeg. *in addit. lit. A.* Simanch. *de Cathol. instit. c.* 38. *ex n.* 23. *& in enchirid tit.* 39. *ex n.* 2. Ioan. Roias *sing.* 124. Paul Fulc. *de visitat. lib.* 1. *c.* 31. *n.* 7. Sebast. Medic. *in sum. omnium hæres. p.* 1. *q.* 10. *vers. decimus quando*, Rebuff. *in praxi benefic. in explicat. Bullæ Cœnæ, in verbo legentes, & in verbo retinentes, & resp.* 198. Felician. *de censur. de posit. ac degradat. c.* 13. *vers. item quicunque libros.* Sarra *lib.* 1 *selecl. c.* 1. *n.* 10. *versf. sic etiam*, Camill. Borrel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum in rubr.* 15. §. *viso late. l. vers. quid autem de eo*, Roland. *cons.* 45. *num.* 40. *vol.* 1. Bursat. *cons.* 7. *n.* 50. *cum seq. vol.* 1. Hieron. de Monte *var. q.* 11. *n.* 5. *& q.* 13. *n.* 2. 5. *&* 18. Ioan. Garc. *reg* 55. *n.* 31. late Mascard. *de probat. concl.* 862. Menoch. *de arbit. casu* 374. *n.* 12. 2

Quæ sunt facultates hæreticis reliquerunt.] Notatur ad hoc quod non licet Christiano testamento aliquid relinquere Iudæis, & infidelibus, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi tomo* 1. *lib.* 2. *c.* 31. *n.* 22. late Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 5. *c.* 44. *per tot.* & licet Bertrand. *cons.* 88. *n.* 8. *&* 9. *vol.* 1. *p.* 1. *& cons.* 145. *n.* 2. *vol.* 3. *p.* 1. Malq. *de Iudæis, p.* 2. *c.* 5 *n.* 24. & alij id intelligant vbi legatur vniuersitati Iudæorum, quasi secus sit de singulis, tamen bene aduertit Sanch. *cit. loco*, id vniuersitati nunquam licere, at singulis aliquando, nimirum si extremam, vel multum arctam necessitatem patiantur, & non aliàs, etiamsi fratres testatoris sint. 3

In gloss. *Diptycha*. ibi, *Diptycha sunt tabulæ*, &c. Vide Mascard. *de probat. concl.* 399. *num.* 4. *&* 5. 4

QVÆSTIO III.

CAP. Si quis non rectò. IV.

Hieronymus.

VVlgo notatur hic text. ad hoc quod apud Deum sententia excommunicationis non aliter afficit, quam si ritè, & rectè feratur, vt per Roman. *cons.* 369. *num.* 11. Couarruuias *in cap. alma mater, part.* 1. §. 7. *numero* 5. *versic. prima conclusio*, vbi obseruat Gratianum falsò tribuere hunc textum Hieronymo, cùm sit Origenis *homil.* 14. *ad c.* 24. *Leuit.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 4. *sub n.* 34. Ant. Ricciul. *de iure person. extra gremium Eccles. exist. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 24. *vers. principalis conclusio limitatur primò.* 1

CAP.

Cap. Certum. IX.

Ex V. Synodo.

1 Qvamuis *anathema* aliquando in bonam partem accipiatur, scilicet pro donariis, quæ suspenduntur Deo in templis, vt etiam hodie fieri videmus, frequentius tamen sonat in malam partem, quasi idem sit ac separatio à Deo, vt ex quinta Synodo refert Gratian. *in præsenti*, & comprobant Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 31. *c.* 8. *à n.* 2. Cou. *in c. alma mater*, *p.* 1. §. 8. *n.* 6. Vgolin. *de censuris*, *tab.* 1. *c.* 33. §. 1. *à n.* 3. Soar. *tom.* 5. *disp.* 8. *sect.* 2. *à n* 4. latè Mari. Alter. *de cens. tom.* 1. *lib.* 1. *disp.* 2. *c.* 1. *vers. sed quid*, sic explicantes auctoritatem Pauli 1. *ad Corinth.* 12. *in fine. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha*, vnde eundem loquendi vsum mutuatus est Pontifex Syluerius scribens ad Amatorem Episcopum relatus *in c. Guilisarius* 23. *q.* 4. explicat eleganter Card. Baron. *tom.* 1. *annalium Ecclesiæ anno Christi* 57. *cap.* 135. & sit anathema, i. sit ab omnium commercio separatus, & segregatus, maranatha, i. quia iam Dominus venit, secundum Hieronymum, & Athanasium, vel vsque ad secundum aduentum Domini secundum Augustin. quem nostri communiter sequuntur ex Felin. *in c. p. Rodulphus n.* 58. *de rescript.* Vgolin. *d.* §. 1. *n.* 4. atque alij, quos refert Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 20. §. 3. In quem sensum dicitur etiam anathema quasi detestatio, seu maledictio, dicebaturque de illis sacris hominibus, quorum caput alicui Deorum apud Gentiles deuouebatur, & cum execrationibus vniuersus populus precabatur, vt omnia ciuitatis mala in eum incumberent, vt ex Macrob. *lib.* 3. *Saturn.* prosequitur Budæ. *in annot. reliquis ad Pandectas super l.* 2. *ff. de pœnis*; sicque multi intelligunt auctoritatem Pauli *ad Roman.* 9. *optabam anathema esse à Deo pro fratribus meis.* nam secundùm Hieronymum optabat Paulus Christum suum imitari, & fieri maledictio (licet fieri non posset) sanguinemque suum effundere pro fratribus suis. Inter excommunicationem autem & anathema quæ sit differentia tradit Ioan. de Valboa *ad cap.* 10. *de iudic. num.* 47.

Cap. Resecandæ. XVI.

1 Resecandas esse putridas carnes, & scabiosam ouem à caulis repellendam, ait Hiyronym. *in epist. ad Galat. c.* 5. relatus in hoc text. quem ad hoc referunt Cou. *in c. alma mater*, *part.* 1. *in initio*, *n.* 9. Ribadeneira *in lib. pro defensione Societatis Iesu*, *c.* 13.

Ex hoc text. vulgò colligitur, si numerus, & potentia hæreticorum id expostulet, posse aduersus illos bellum indici, vt funditus extirpentur, & ne eorum pessimo exemplo, prauisque suasionibus Christiana Resp. maius in dies nocumentum accipiat, ita Palat. Rub. *de iusta obtent. Regni Nauarræ*, *part.* 4. §. 4. Villadieg. *in tr. de heret. q.* 6. Albert. Brun. *in simili tr. l.* 3. *c.* 3. Cou. *lib.* 2. *variar. c.* 10. *à fin.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib* 33. *c.* 6. *n.* 4. Victor. *in relect. de Indis*, *p.* 3. *n.* 8. *& seq.* Decian *tr. crim. lib* 5. *c.* 11. *n.* 16. Simanc. *de Cathol. instit. tit.* 45. *&* 46. Sim. Maiol. *in diebus Canicul. tom.* 1. *colloq.* 20. *pag.* 449. *& seqq. & colloc.* 7. *pag.* 191. Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniæ*, *c.* 19. *n.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 13. *q.* 8. *cap.* 13. *q.* 8. Bañes *in* 2. 2. *q.* 10. *col.* 525. Arag. *ibidem pag.* 294. *&* 297. plures quos refert Ioan. Salorzan. *de Indiarum iure*, *lib.* 2. *c.* 19. *n.* 50. *cum seqq.*

Cap. An non districta. XIX.

Nicolaus.

Nicolaus Papa Lothario Regi duas vxores de facto habenti scribit quod vltione districta sit feriendus, cum adulterium Lamech post LXXVII. generationes fuerit punitum, & Cain fratricidium septima generatione in diluuio sit deletum, refert Gratian. *in præsenti*, & explicat Pined. *l.* 1. *monarchia ecclesiast. cap.* 14. §. 3. *pag.* 42. 1

Cap. Inter hæresim, & schisma. XXVI.

Hieronymus.

Schisma propriè dicitur inobedientia Papæ, quæ habet annexam rebellionem in eum, non ex parte rei præceptæ, sed ex parte officij ipsius Pontificis, nempe quando quis recusat subesse Pontifici vti capiti Ecclesiæ, & sic ratione officij, quo fungitur. ita D. Th. 2. 2. *q.* 39. *art.* 2. *ad* 1. Valent. 2. 2. *disp.* 3. *q.* 15. *puncto* 1. Vgolin. *de censur. Papæ reseru. p.* 2. *c.* 1. *vers. nec non schismaticos*, §. 1. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 20. *q.* 4. Sanch. *in præcep. Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 36. *sub num.* 3. 1

Cap. Hæresis. XXVII.

Hieronymus *in epist. ad Galat. c.* 5. relatus *in hoc text.* tradit vnde dicatur hæresis, cuius dictum refert Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccl. exist. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 5. & Farin. *de hæresi*, *q.* 178. *n.* 51. 1

Cap. Hæreticus. XXVIII. *Augustinus.*

Qvis propriè dicatur hæreticus ostendit Aug. *in lib. de vnitate credendi*, *c.* 1. relatus *in hoc text.* & latè tradunt Sanch. *in præcept. Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 7. Ant. Ricciul *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium*, *lib.* 5. *cap.* 1. *cum multis seqq.* 1

Cap. Dixit Apostolus. XXIX.

Avgust. relatus *in hoc text.* scribens Glorio & Eleusio, & aliis, *epist.* 162. ait hæreticos non esse, qui non sua audacia, sed aliena seducuntur in errorem, corrigi tamen parati, vt per Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 26. *n.* 5. Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccl. exist. lib.* 5. *cap.* 7. *n* 4. vbi, *n.* 12. per hunc text. tenet de hæresis substantia esse pertinaciam, nec sufficere solum errorem, vide quæ dixi *in collect. ad c.* 2. *n.* 3. *cum seq de sum. Trinit. in Decretal.* & ibi citatis addo nouissimè R. P. Dominic. Puerinem *tom.* 2. *institutionum de Regularium aristrocratia*, *cap.* 6. *num.* 11. 1

At simplices rustici non sunt ita de facili præsumendi hæretici ex quo animo pertinaci suum errorem defenderint, sed Ecclesiæ se submitterent, vt per Albert. *de agnosc. assert. c.* 22. *n.* 5, *&* 7 Simanch. *in enchirid. c.* 47. Decian *in tr. crimin. lib.* 5. *c.* 57. *n.* 62. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q* 98. *n.* 42. 2

Cap. Qui aliorum. XXXII. *Vrbanus.*

Vrbanus Papa relatus *in hoc text.* ait quod errante damnabilior est, qui eius defendit erro- 1

rem, refert Sayr. *in claui Regia, lib.* 10. *tr.* 2. *c.* 11. *n.* 3.

CAVSA XXV.

QVÆSTIO I.

CAP. Diuinis. II.

1 SVPERSCRIPTIO huius text. vitiosa est dum eius auctorem facit Leonem Papam, cùm esset Gregorius Papa IV. vt obseruat Card. Baronius *annalium Ecclesiæ tomo 9. anno Christi* 839. *pag. mihi* 607.

SVMMARIVM.

1 *Papæ dispensatio non admittitur in legibus diuinis, contra citatos num.* 4.

2 *Dispensatio ab inferiore facta circa legem superioris iustam causam necessariò requirit, vt valeat.*

3 *Causa iusta nulla potest dari in lege diuina à Deo condita ob quam dispensatio fiat.*

5 *Papa leges diuinas declarare potest, vt propter causas occurrentes in aliquibus casibus non obligent.*

6 *Declaratur § sed & naturalia, Inst. de iure naturali.*

7 *Papa declarando dispensans in iis, quæ sunt iuris diuini, sine iusta iusta, inualidè dispensat.*

8 *Legis naturalis præcepta prima, & communia licet deficere non possint, quia perpetuam habent iustitiam, conclusiones tamen ab ipsis deductæ aliquando deficiunt.*

9 *Papa an possit dispensare contra Apostolū, remissiue.*

CAP. Sunt quidam. VI. *Vrbanus.*

1 IN legibus diuinis non admitti Pontificis dispensationem probat Vrbanus Papa relatus *in hoc text.* cui similis *in c. contra statuta, hac ead. caus. & q. c. litteras, de restit spoliat. c. cum ad monasterium, in fi-*
2 *ne, de statu monach.* Ratio est, quia cùm dispensatio ab inferiore facta circa legem superioris iustam causam necessariò requirat, vt valeat secundum ea, quæ dixi *de officio, & potest. Episcopi, part.* 2. *alleg.* 34. *n.* 1. & in lege diuina à Deo condita nulla possit dari causa iusta ob quam dispensatio fiat, quoniam Deus Opt. Max. omnes vidit casus, & causas, qui sub illa lege diuina cadere debebant, & diuina voluntas, à qua huiusmodi lex proficiscitur, sit omninò immu-
3 tabilis: ideo planè sequitur, quod si aliquando casu voluit legis præceptum manere iustissimum est vt maneat, & iustum esse non potest, vt auferatur ab inferiore, ac per consequens propriè dispensatio, quæ vinculum legis tollit, circa præcepta diuinæ legis à Summo Pont. fieri non potest. Quare ita resoluunt D. Thom. *quodlib* 4 *art.* 3. *in corpore, & ad* 1. *& in* 4 *dist.* 15. *q.* 3. *art.* 2. *&* 1. 2. *q.* 97. *art.* 4. *ad* 3. Sot. *in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *art.* 5. *& dist.* 21. *q.* 2. *art.* 2. *& lib.* 1. *de iust. q. vlt. art. vlt.* Viguier *de instit. cap.* 5. § 5. *vers.* 14. *& cap.* 15. *in princip. vers.* 2. *&* 3. Couar. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 6 § 9. *num.* 4. Syluest. *in summa, verbo Papa, q.* 15. *&* 16. Nauar. *consil.* 39. *n.* 16. *de sponsal. in antiq. aliàs cons.* 4. *n.* 16. *de desponsat. impub. in nouis,* Valent. 1. 2. *disp.* 7. *q.* 4. *puncto* 6. *vers. & quod ad priorem, & q.* 8. *puncto* 4. *vers. dispensatio antem, &* 2. 2. *disp.* 10. *quæst.* 3. *puncto* 6. *colum.* 4. *vers. certum est,* Soat. *tomo* 3. *vbi de Eucharistia, q.* 74. *art.* 2. *d.* 43. *sect.* 4. *vers. tertia sententia, & vers. quinto potest,* Magdalen. *de numero testium, part.* 3. *num.* 225. *cum tribus seq.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *num:* 104. Alphons. Holed. *in tract. de clericis, & eorum exemp. part.* 2. *amp.* 32. *& à num.* 42. *& de benef. incompatib. part.* 1. *cap.* 19. *à n.* 13. Menoch. *de arbitr. casu* 421. Perez *l.* 1. *vers. facit tit. q. l.* 8. *Ordin.* plures apud Sanctarel, *var. resolut. q.* 1. *num* 5.

Quamuis iuris interpretes affirment posse Pon- 4
tificem in legibus diuinis ex causa dispensare, ex quorum numero sunt gl. *verbo exemptus in c. à nobis de decim.* vbi Abb. *num.* 4. Doctores *in cap. proposuit, de concess. præbenda,* Beroi, *in cap. quæst. in Ecclesiarum num.* 37. *&* 89. *de constitut.* & *ibi* Felin. *n.* 19. & Dec. *num.* 13. Pinel. *in rub. de rescind. vendit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. Mil. *in repert. lit. D. n.* 23. *& verbo dispensatio, vers. dispensare potest Papa,* Mench. *illustr cap.* 25. *num.* 18. *cum multis seqq.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez *de matr. lib.* 8. *disp.* 6. *num.* 5 eorum enim sententia nullo bono nititur fundamento, nec asserēda est, cùm naturalis ratio dictet subditū non posse legē Superioris etiam in casu particulari tollere, *cap. cum inferior, de maior. & obed.* & eadem sit vel minor propositio Pontificis ad leges diuinas, quàm præbent inferiores præpositi ad leges humanas, vt patet; inferiores autem Prælati in legibus humanis Superiorum non dispensant, ob eam solam rationem quod inferiores sunt, *Clem. ne Romani, de elect.* ergo nec Pontifices in diuinis; accedit quia dispensatio relaxat vinculum legis obligantis in eo casu ex causa, nulla autem dari potest, vt lex diuina, quæ semper iusta est, & æqua, eo casu, quo obligat, relaxetur; ergo in ea dispensatio Pontificis admittenda non est.

Potest tamen Summus Pont. leges diuinas decla- 5
rare, vt propter causas occurrentes in aliquibus casibus non obligent, cùm scilicet ex earum obseruatione maius præceptum offenditur, aut bonum impeditur: licet enim dispensandi potestas circa ius diuinum non sit Summo Pontif. concedenda, potestas tamen interpretandi neganda non est, aliàs enim non dedisset Dominus sufficientem potestatem ad gubernationem suæ Ecclesiæ, quod est absurdum, & ita interpretationem, non dispensationem concedunt Theologi *dictis locis,* & latè probant D. Thom. 2. 2. *q.* 55. *art.* 5. ibi, *non tollitur lex naturalis humana lege, sed declaratur,* Almain. *de potestate Eccles. c.* 13. Hoied *de incomp. benefic. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 5. Turrec. *in sum. de Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 53. post alios Syluest. *d. quæst.* 16. *in fine,* Viguer. *d. vers.*
3. *in princip.* Nec refert quod iura naturalia immuta- 6
bilia sunt, §. *sed & naturalia, instit. de iure natur.* intelligitur enim de primis principiis per se notis, & de primis præceptis, quæ habent intrinsecam malitiam, aut incommutabile bonum, ex occurrentibus necessitatibus, & causis aliquando deficiunt, oportet enim, vt leges hominibus datæ iuxta humanam conditionem, & necessitatem aliquam mutationem patiantur, nec enim Deus summè bonus, & iustus suis legibus obligare vult, cùm aut maius bonum impediunt, aut ex earum obseruatione aliquid sequitur iniquum, & quia ad Deum recursus non est, vt legis interpretatio petatur, oportet vt apud eius Vicarium hæc potestas relinqueretur. Quo fit vt quando Pontifex aliquid concedit, quod prima facie diuinis præceptis videtur aduersari, prout est in votis Religionis ad matrimonium contrahendum, in consanguinitate primi gradus collateralium, in residentia Prælatorum, in beneficiorum pluralitate, & aliis huiusmodi, in aliquo casu licet sub dispensationis nomine id concedat, vera & propria declaratio sit, quam licet non faciat expressis

verbis

verbis, facto tamen concessionis declarat generale præceptum legis diuinæ in eo casu non habere locum,& in huoc sensum accipiendi sunt Doctores nostri asserentes Summum Pontif. & Principes in iure diuino dispensare, non de propria dispensatione,prout est relaxatio legis obligantis, sed de impropria,prout est declaratio.

7 Vnde consequitur quòd si sine iusta causa talis declaratio fiat,seu impropria dispensatio in iis,quæ sunt iuris diuini, non valebit, illi enim,quibus dispensandi facultas conceditur,ad dissipandum potestatem non habent, quia omnis dissipatio extra administrationem concessa est, *l.vlt.ff.de curat.furiosi*, & generalis commissio ad perdendum nihil prodest, *l.filiusfamil. ff. de donat.* cùm ergo Romani Pont. dispensatores sint, vt ex dictis patet, sequitur quod si sine iusta causa in iis,quæ sunt iuris diuini dispensationem declarando concedant,non valebit,nec reddet tutum dispensatum in conscientia, si intelligat causam esse iniustam,quod Syluest.Sot.& nouiores *suprà* obseruant, & ex eo euideotiùs patet,quia cùm in diuinis præceptis Summus Pont.non possit propriè dispensare auferendo vinculum, sed declarare ex causa occurrente legem diuinam deficere,si iusta causa non est apertè sequitur præceptum manere,& iuxta hoc intelligendi sunt S.Antonin.*par.1.tit.17. c.vlt.§.vlt.*Syluest.*verbo beneficium,q.4.* Abb.*in c.non est,de voto*,Doctores *in d.cap.quæ in Ecclesiarum*,vbi Dec.*num.25.* dum aiunt dispensationem à Pontifice factam in lege diuina sine causa non valere, & plures quos refert Cou. *vbi supra n.4.* Hoied. *d.cap.19. num.* 17. & procedunt prædicta omnia non solùm circa impedimenta matrimonij,quæ legis naturalis
8 sunt,sed in omnibus aliis iuris diuini præceptis. Licet enim prima,& communia præcepta legis naturalis deficere non possint, quia perpetuam habent iustitiam, conclusiones tamen ab ipsis deductæ aliquando deficiunt, vel quia malum prohibitum aliquo casu potest reddi bonum,vel quia bonum receptum aliquando amittit rationem boni, vt explicant D.Thom.1.2.q.100.*art.*8. Durant.*in* 1.*dist.47. q.4.*Sot.*de Iustit.lib.2.q.3.art.8.*

9 In gloss. *Apostolo*, ibi, *Hic videtur quòd Papa non possit dispensare contra Apostolorum*, &c. De hoc vide Turrecr.*lib.3.sum. cap.54. & seq.* August. Triumph. *de potestate Ecclesiæ,q* 60.Azot.*instit.moral. part.1. lib.5.cap.15.quæst.*4.Sayr.*in claui Regia, lin.*3. *cap.*10. *n.*6.& faciunt quæ Sanchez *de matr.lib.*7.*disp.*86.*n.* 5.& 6.Marc.*de iurisdict.part.*1.*c.*24. *n.*40.Ioa.Salorzan.*de Indiarum iure,lib.*2.*cap.*11.*n.*25.

Cap. Contra statuta. VII.

Zozimus.

1 ZOzimus Papa relatus *in hoc text.* asserit Romanum Pont.nil posse contra Patrum statuta sancire,quod Couat.*de sponsal.part.*2. *cap.*6. §.9. *num.* 5. intelligendum esse ait quatenus illa statuta ius naturale, vel diuinum referunt, sic etiam intelligit Azot.*instit.moral.part.*2.*lib.*5.*c.*14.*quæst.*4.*vers.si obsicias* vbi ita respondet *ad cap. violatores*, *cap. primo salui,c.quæ ad perpetuam*, *cap.nulli fas, cap. à sanctis, hac ead.causa,& quæst* quatenus Papa dicit se debere instituta Patrum vsque ad animam,& sanguinem tueri,vt id locum habeat in his, quæ sunt fidei, & iuris diuini,Sayr.*in claui Regia,lib.*3.*cap.*10.*num.*6.

QVÆSTIO II.

GLOSSA *in summa huius q.verbo quod autem, in vers.in dubio autem,* ait in dubio semper 1 præsumi priuilegium potius personale, quàm reale,refert D.Barb.*in l.quia tale n.* 4.*ff soluto matr.*Quod autem dicatur priuilegium personale & quod reale,dixi *ad reg.priuilegium,de reg.iuris,l.*6.

In ead.gl.ibi, *Idem in dubio potius præsumo non reuocatum prius priuilegium,quàm reuocatum*.Ita Alciat. *resp.*19.*n.*4.Paris.*cons.*61.*n.fin. lib.*2. Federic.de Senis 2 *cons.*133.*prope fin.vers.item in dub.*& alij quos refert & sequitur Gouzal.*ad reg.*8.*Cancell.gl.*9 §.2.*n.*29.

Cap. Institutionis. VII. *Gregor.*

SIue quæ scripto decreuimus, siue quæ in nostra præsentia videntur esse disposita.] Ergo non est neces- 1 saria scriptura ad substantiam, & valorem gratiæ, sed statim,ac concessa est per verbum,*fiat*,valida est in se,& perfecta quoad substantiam,vt per Cassad. *decis.*4.*n.*1.*de causa possess.*Lud.Gom.*in reg.Cancel.de non iudicando,iuxta formam supplicationis,q.*1.*num.*8. Castil.*l.*41.*Tauri n.*4.& *ibi* Anton.Gom *n.*2.Rebuff. *in praxi benefic.tit.de dispensat. ad plura benefic.in penult.& tit. gratia rationi congrui n.*2. *& tit.de signatura gratiæ p.*2.*num.*15. *& in concord.rub.de mandatis Apost.*§.1.*verbo litteras*,Nauar.*cons.*1.*n.*1. *de priuileg. in nouis & in c.accepta opposit.*8.*n.*30. *de restit.spoliat.* Molin.*de primog.l.*2.*c.*8 *n.*55. Iacob.de Graff. *in aureis dec.p.*1.*l.*1.*c.*23.*n.*51 Auendan.*l.*43. *Tauri gl.*1.*n.* 1.Mascard.*de probat.concl.*845.*n.*20. Gutier.*cons.*9 *n.* 6.Azeued. *l.*2.*n.*11. *&* 12.*tit.*7.*lib* 5. *noua recop* Matien.*ead.l.*2.*gl.*3.*n.*1.Molin. *de Iustit.tom.*3. *disp.*599. *n.*1. Brunor à Sole *in locis communibus lit. G. verbo perficitur,& lit.L.verbo litteræ Apostol.* Sayr. *de Pœnitentia c.*22.*n.*3.*in fine.* Sanch.*de matr.l.*8.*d.*29. *n.*1.

Cap. Ata nos. XXV. *Gelas.*

GElasius Papa relatus *in hoc textu* scribit ciuita- 1 tem,quæ proprium Episcopum occidit,priuari dignitate Episcopali, vt per Clar. §.*fin. quæst.*77.*à num.*36.Couat.*lib.*2.*var.cap.*8.*n.*10.*vers his omnibus*, Menoch.*de arbitr.casu* 356.*num.*55. Farinac.*in praxi crimin.part.*5.*q.*112.*inspect.*3.*n.*131.

Intellige quando is Episcopus erat iam consecra- 2 tus,vt per Cou.*vbi suprà*,Mandos. *ad regul.*16.*Cancellaria,q.*16.*n.*13.Gonzal.*ad regul.*8. *Cancellaria gl.* 9 §.5.*n.*27.Ant.Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium,l.*3.*c.*7.*num.*9.quos refero ego ipse *de officio,& potestate Episcopi, part.*3. *allegat* 57.*n.*237 *secundum Lugdun.impress.*

CAVSA XXVI.

QVÆSTIO I.

Cap. Sortilegi, vnic.

Isidorus.

ISIDORVS *lib.*8.*etymolog.cap* 8. relatus *in hoc* 1 *text.*definit qui sint sortilegi,de quo,& latè de materia sortilegiorum, vide Paul. Grland.*in speciali tract.de sortileg.* Titaq.*de iure primog. quæst.*17.

quæst.17.opin.1.n.84. Sayr. in claui Regia, l.4. c.7.n.7. Cardos. in praxi iudicum, verbo sortilegum, Martin. Delr. disquisit. magic. lib.3.p.1. q.1. cum seq. & lib.4.c.4.q.1. Azor instit. moral. p.1. lib.9.c.21. Soar. tom.1. de Relig. lib.2. de superstit. c.18. ex n.56. Less. de Iustit. lib.2 c.43. dub.9. Sanch. in prac. Decalogi tom.1. l.2.c.38. ex n.56. Hortens. Caualcan. de brachio Regio, p.1.n.84 Farin. in praxi crim. p.1.q.20. à n.72. & de hæc, q.181

Qvæstio III.

Cap. Sors. I.

Augustinus.

1 VVlgò allegantur hic text. ad hoc, quòd sortes diuisuriæ sunt licitæ in casibus, in quibus ius humanum eas non interdicit, vt per Felin. in c. licet causam, ad fin. de probat. & in c. capitulum, n.21. vers. & pro doctrina, de rescript. Soar. tom.1. de Relig. l.2. de superstit. c.12. à n.3. Sanch. in præcepta Decalogi, tom.1. l.2.c.38. n.57.

Cap. Non statim. II.

Hieronymus.

1 HIeronymus super Ioannem, cap.1. relatus in hoc text. scribit quòd exemplo Ionæ, & Matthiæ non oportet sortibus credi, vt per Sayr. in claui Regia. lib 4.c.7.n.7. Et vide quæ latè dixi in collectan. ad c.2. de sortileg. in Decretal.

Cap. Illud. VI.

1 SCribentes anxiè torquentur an Samuel suscitatus per Pythonissam, vt cum Saule loqueretur, sicut 1. Reg. c.28 narrat historia, fuerit ipsius Samuelis anima, an potius phantasma quoddam, & illusio imaginaria diaboli machinationibus facta, de quo vide D. August. lib 2. de doctrina Christ. c.23. & lib.2. de mirabilibus S. Scripturæ, c.11. & lib.2. ad Simplicianũ, q.3. Isid. lib.8 etymolog. cap.9. Dionys. Carthus. super 1. Regum, c.28. art.47. D. Th. p.1.q.98 art.8 ad 2. & 2.2. q.174. art.5 ad 4 & in addit. ad 3.p.q.69 art.3. Victor in relect. de arte magica, n.18 Benzon. lib.2.c.45. Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punit. lib.1. cap.14. ex colum. 1131. Alphons. Mendoza in quodlib. Theolog. q.5. scholast. §.8. Mich. Bettendorp. de apparit. Spirituum, c.11. ex concl. 202. Petr. Canis. de Maria Virgine, lib.5.c.21 Gasp. Casal lib.4. Axiomatum, disp.1.c.5. Sanch. in quadragulo virtutum, tit. de Iustit. art.3. Io. de Lucena in vita S. Francisci Xauerij, lib.8.c.26 Beni. in direct. Inquisit. p 2. commento 68 lit. H. Matt. Delr. disquisit. magicar. lib.2. q.2. pag. mihi 54. & q.6. pag.62. & q.26. pag. 115. cum seqq. Soar. tom.1. de Relig. lib.2. de superstit. c 16 n.15. cum seqq. Petr Leloyher lib 4. spectror. cap.1. Raph. de la Torre in 2.2. D.Th. tom.2. q.95. art.3. disp.3. de Necromantia, in princ. Comitol. respons. moral. lib.6.q.5 Iul Lauor de Iubileo, & Indulgent. p.2 c.29 n.98. & 99 Torreblanc. de Magia lib.2. c 27. ex n.31 vbi ait sibi videri probabilius fuisse veram animam Samuelis, quæ Sauli apparuit, exercente quidem Pythonissa artem suam, sed non eius artis vi, & potentia, sed iussu Dei, atque imperio, vt impio Regi finem vitæ renunciaret.

2 Et quòd sæpe dæmones appareãt fingentes se esse animas defunctorum, vt videntes in errorem inducant, tradunt Sot. lib.8. de Iustit. q.2. art.2. col.4. vers. sed rogas, Pedraza in summa in 1. præcepto §.10. Matt. Delr. disquisit. magic. q.26. sect.7. Sanchez in præcepta Decalogi tom.1. lib.2.c.38 n.23. repugnãt enim naturæ animarum huiusmodi apparitiones, quia, vt ait S.Th. p.1.q.117 art.4. *Non potest anima separata naturali virtute mouere aliquod corpus, cùm enim sit naturalis forma humani corporis, non habet vim mouendi secundum locum, nisi corpus quod informat, & viuificat, quare animæ defunctorum neque assumere corpora, nec cum illis ad viuos venire possunt.* Dæmon autem miraculum vllum facere non potest. S.Th. d. p.1. q.110. art.4. ad 2. Mich. Medina l.1. de recta in Deum fide, c.7. Maiol. tom.2. dierum canicul. colloq.3. & ideo eius potestati repugnat hoc efficere, quia Beatorum animæ in manu Dei sunt, & soli Deo obediunt, damnatorum autem, vt quæ perpetuis (diuino iudicio) sunt addictæ suppliciis sine eius permissione nequit diabolus finere egredi: quæ autem sunt in Purgatorio, vt quæ pessimo carceri à Deo sunt emancipatæ, absque eius licentia exire non possunt, vt docent S. August. in l. de cura pro mort. c.16. Petr. Thyræ. lib.1. de apparit. spirit. cap.11. Petr. Binsfeld. in confess. malefic. dub.2. concl.2. Vnde apparitiones & resurrectiones mortuorum, quæ nobis dæmones & magi obtrudunt, non animas, sed spectra & phantasmata esse tradunt Tertul. lib. de anima, c. fin. S. Thom. d. part.1. quæst.117. art.4. Sot. in 4. dist.34. q.1. art.3. ac proinde quæ dæmonis ministerio reuiuiscunt, pacto finito in fœtida ossa redeunt, vt exemplis comprobat Guillelm. Parisien. in summ. de vniuer. p. fin. Cæsar. lib.12. miracul. cap.3. Spina de strigibus, c.7. aliquando enim ille vt quæ vera cadauera sunt, fingit viuere ipséque illa subingreditur, & sicut nauta solet mouere nauim, sic ipse illa mouet, non aliter quàm motor intus existens, & viuentium similia cogit actione, gestúque imitari, vt tradit Spreng. in mall. p.1.q.3. & p.2.q.1. cap 4.

Cap. Illos planetarios. VIII.

AVgustinus confessionum lib.4.c.3. relatus in hoc text. ait Christianam, & veram pietatem planetarios expellere, & damnare, de quibus vide Mart. Delr. disquisit. magicarum, lib.4.c.3.q.1. pag. mihi 195. Soarez tom.1. de Relig. lib.2. de superstit. cap.11. n.14. Io. Orozco de Cou. in tract. de vera, & falsa prophetia lib.2.c.29. fol.334. col.1. latè Torreblanc. de magia, lib.1.c.5. per tot. vbi multa de cometis, & n.33. ait quod stella noua in Christi natiuitate apparuit, & n.34 & 35. quod stella Magorum vera fuit & non meteologica, licet cursum aliatum non habuerit. 1

Qvæstio III. & IV.

Cap. Igitur genus diuinationis. I.

DE multiplici genere diuinationis, vide Vmbert. in indic. Inquisit. verbo diuinationes Petr. Gregor. syntag. iuris, lib.34. cap.3. & cap.15. Petr. Binsfeld. de confess. malefic. prał.15. causa 3. vers. diuinatio, Læl. Zechi. in summa tit. de fide, cap.15. de superstit. diuinatiua, & cap.21. de diuinat. Iacob. de Graff. in decis. aureis, lib.2. cap.3. à num 6. Gregor. de Valent. 2.2.q.95. disp.6. q.12. Azor. instit. moral. p.1. lib.9. cap.24. Martin. Delr. disquisit. magic. lib.4. cap.2. quæst.1. 1

quæst. 1. 4. 5. 6. & 7. Soarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *de superstit. cap.* 7. 8. *&* 10. Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 38. *à num.* 12.

Geomantia.]Olim in terra stili punctatione fiebat, hodie in abaco, vel tabula sexdecim figurarũ technica depingit, sexdecim additis punctorũ coordinibus singulis figuris respõdẽtibus, quibus futura rimãtur, vt docent Magnus Oliuerius, & Gaspar. Peucetus *in libris de ipsa editis*, Torreblanc. *de magia l.* 1. *cap.* 20. *num.* 16. *&* 17. qui ex aliis fatetur illi disquisitioni nullam prorsus rationem, nullam veri speciem subesse.

Hydromantia.] Captabatur ex aquæ inspectione in qua dæmon futuros casus, & euentus repræsẽtabat, & hæc fiebat vel in aqua æstiua coniectis lapillis, & eorum obseruatis gyris, vel in vasculo aquæ pleno, & annulo filo suspẽso ex constitutis ad latera ictibus, vel in olei guttula aquæ infusa à dæmone, casus & euenta repræsentabantur, vt docent Martio.

4 Delr. ad Senec. *in trag.* Raph de la Torre *tom.* 1. *de virtute oppos. Relig q.* 95. *art.* 3. *disp.* 3. Torreblanc. *d. c.* 20. *ex num.* 5. vbi *ex n.* 11. declarat illud *Genes. cap.* 44. vbi Ioseph ait, *an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia.*

Pyromantia]Dicitur à voce Græca πυρ, quæ ignẽ significat, eo quod per ignem captaretur, & illud maximè quòd de Cælo descendisse cognouerant, quale fulgura, fulmina, & similes ignes elementares, ita Orozco de Couar. *lib.* 2. *de falsa prophetia cap.* 7. Torreblanc. *lib.* 1. *cap.* 19. *per tot.*

Arioli.] Dicuntur illi qui circa aras idolorum diuinabant, quorum proprium fuit munus, de quibus vide Orozco de Couar. *de vera & falsa prophet. l.* 2. *cap.* 31. Torreblanc. *d lib.* 1. *c.* 17. *per tot.*

Haruspices.]Sic dicti ab obseruandis horis in sacrificio, de quibus Torreblanc. *d. lib.* 1. *cap.* 18.

Nam auspicia sunt, &c.] ita Torreblanc. *d. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 5. *cum seq.*

2 *Hi sunt qui vulgò mathematici vocantur*, &c.]Vide Ioan. Orozco de Couarr. *in tract. de vera, & falsa prophetia lib.* 2. *cap.* 19 *fol.* 134. *col.* 1. Martin. Delr. *d. l.* 4. *c.* 3. *q.* 1. *p. mihi* 295.

3 *Sortiteres vocati sunt*, &c.] Vide Ioan. Orozco de Couarr. *d. tract. lib.* 2. *c.* 8. *ad fin.*

Cap. Sciendum. II.

Augustinus.

1 AVgustinus *in lib. de diuinat. dæmonum c.* 3. relatus *in hoc text.* scribit quot modis dæmones futura prænoscant, in qua re late Delri. *disquisit. magic. lib.* 4. *cap.* 2. *q* 2. Pereira *lib.* 3. *de Magia cap.* 5. *n.* 35. Valent. 2. 2. *disp.* 6. *q.* 12. *puncto* 3. *col.* 1. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 7. bene tractantes docent quod dæmon, si futura contingẽtia sint, quandiu non habent causam certam, & determinatam, nequit ea certò prædicere, vt gubernationes, ac Regnorum mutationes, & ea, quæ à libero arbitrio pendent. At potest multa probabilissimè coniectans prædicere. Cùm enim ingenio Angelico & tam exacta omnium naturalũ cognitione, ac tam lunga experientia præditus sit, sagacissimus est ad præsentienda ex his futura. Præterea cùm omnium hominum temperamenta, affectusquè optimè norit, & quod ex ipsis oriri soleat, potest ex his pendentia à libero arbitrio probabilissimè coniectare, atque ita contingit, vt sæpè vera annunciet. Potest etiam ex clandestinis conciliis, verbis, scriptis, deliberationes hominis futura solertissimè conijcere. Potest etiam certò futura nosse, qui diuinatores edocet ex reuelatione Dei per Angelum sibi facta: sæpè enim Deus ad malum pœnæ inferendum vti solet dæmonis ministerio, atque ita id damnum, & durationis tempus ei reuelat, & ideo tunc dæmon initum, & finem eius mali certo prædicere valet.

Quare dæmon cognoscere neqoit eoẽtus liberos siue exemptos à causalitate rerum temporalium, aut futuros non necessarios, sed contingentes, vt docent S. Aug. *lib* 3. *Trin. & in lib. de natura dæmon.* S. Thom. 2. 2. *q.* 95. *art.* 6. *&* 7. Castro *de iusta hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 14. Griland. *de sortileg. q.* 10. *n.* 2. *& q.* 11 *ex n.* 1. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 20. *ex n.* 79. quos refert & sequitur Torreblanc. *de magia lib.* 1. *c.* 30. *ex n.* 14. vbi multa materia huius text. In aliis autem, quæ ex causis necessariis dependent, quæ ab aliis naturalibus nequeunt impediri, vt Solis eclipses, astrorum coniunctiones, & similia, non tantum coniectatione, sed certo dæmon prædicere potest veluti rerum naturaliũ peritissimus, Griland. *de sortileg. q.* 6. *ex n.* 3. Medina *lib.* 2. *de recta in Deum fide c.* 1. Petr. Binsfeld. *in rub. C de malefic. & mathem. notab.* 10. Penia *in directi. Inquis. p.* 2. *commento* 67.

Accipiunt etiam potestatẽ & morbos immittere, &c.] Morbos à dæmone inferri multis sacræ Scripturæ locis probat Torreblanc. *de magia lib.* 2. *cap.* 40. *ex n.* 9. Nam cùm sanitas constet ex cõuentione, dispositione, & adæquatione humorum, poterit Diabolus ea perturbare per se, vel per causas naturales latenter immissas; per se enim aut intus operando in faciẽdo aërem circumstantem, quem homo respirando attrahit, & sic morbum, aut mortem inducere, vt in tempore pestis docet Frãc. Valleriola *lib.* 2. *locorum commun. c.* 2. *& lib.* 3. *c.* 18.

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Arioli quid sit, remissiue.*
2 *Phylacteria quæ dicantur, ostenditur.*
3 *Phylacteriis vtentes excommunicantur.*
4 *Excõmunicatio comminata in quoscunque diuinatores, vel incantatores, ac aduersus clericos sortibus diuinatoriis vtẽtes, est lata sententia, sed contrarium verius, vt n.* 5.

Cap. Siquis ariolos. I.

ARioli quid sit explicat Ioan. Orozco de Couar. *in tractatu de vera & falsa prophetia lib.* 2. *c.* 31. 1

Aut phylacteriis.]Optimè Couar. *lib* 4. *var. c.* 17. 2
num. 12. sic ait, Pharisæi olim apud Iudæos Decalogum in membranulis scribere consueuerunt, & in fronte ligare, vt Religionis intimæ speciem præberent, dicebanturque hæ membranulæ *Phylacteria*, quasi custodientia, in memoria sanè, quod præcepta illa custodire tenebantur, & veluti in custodiam, & monimentum sui haberent, sicut in Matth. *cap.* 13. explicarunt Hieronymus, Chrysostomus, & alij, Iustinus item martyr *in diabolo cum Tryphone aduersus Iudæos pag.* 34. Idque faciebant Pharisæi praue intelligẽtes mandata legis à Domino data per Moysẽ *Deuteron. cap.* 9. Hæc igitur dicebantur Phylacteria, id est, conseruatoria, ad quorum similitudinem, & exemplum arioli, & excãtatores ad seducendos sim-

plices animos quosdā membranulas potius scriptas à dæmone quàm ab Angelis eahibebāt Christiania quasi hæc Phylacteria forēt illis admodum vtilia in tutelam corporis, & animæ. Quæ quidem præter Gelasium omnino prohibet Gregorius III. *in Cōcilio Romano præsidens cap.* 12. Apud Gratianum *in cap. si quis ariolos*, &c. Hactenus Cooar.

3 Phylacteriis igitur vtentes *in præsenti text.* anathemate feriuntur, & *in cap. non oportet infra, hac eadem causa*, & *q.* clerici eis vtentes eiici ab Ecclesia iobentur, vt per D. Aoronin. 2. *p. tit.* 12. *cap.* 1. §. 13. Simanch *de institut. Cathol. tit.* 63. *num.* 19. Martin. Delr *disquisit. magic. lib.* 3. *p.* 2. *q.* 4. *sect.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 40. *n.* 29.

4 *Anathema sit.*] Ergo eacommunicatio comminata in quosconque diuinatores, vel incantatores, ac aduersùs clericos sortibus diuinatoriis vtentes, est latæ sententiæ, vt per Soar. *tom.* 1. *de Relig. l.* 2. *de superstit. cap.* 19. *num.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 4. *c.* 2. *q.* 7. *sect.* 4. vbi probat ex *cap. si quis Episcopus*, & *cap. aliquanti, infra hac eadem causa*, & *q.* & faciont Doctores per me citati *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 174 *n.* 1. asserentes verbū, *sit*, importare canonem latæ sententiæ.

5 Ceterum verius est nollam esse excommunicationem in hos latam, sed tantum ferendā, quia text. *in d. c. si quis Episcopus*, nihil de excommunicatione tract. & *in d. cap. aliquanti*, cum vtatur verbo futuri temporis, *habeatur*, continet sententiam ferendam. Verba autem illa, *anathema sit*, contenta *in hoc textu*, quamuis importare videantur latam excommunicationem, boc tamen iotelligitur nisi proferantur in materia, in qua constat ex aliis textibus oon imponi excommunicationem latam, sed ferendam, vt multis comprobat Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 12. *n.* 2. quod in hoc casu cōtingit, sunt enim multa alia iura declarantia hanc sententiam esse ferendam, vt *in cap.* 2. 3. & *cap. non oportet, hac eadem causa*, & *q.* Quare ita tenent Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 26. *q.* 3. Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 5 *num.* 29. Sanchez *d. lib.* 2. *c.* 38. *n.* 91.

Cap. Qui diuinationes. II.

Ex Conc. Ancyrano.

1 IN subscriptione reatus ibi, *Item ex Cōcil. Ancyrano*, vide latè Martin. Delri. *disquisit. magicarum l.* 5. *sect.* 11. *p. mihi* 411.

Cap. Non liceat Christianis. III.

Ex Concil. Martini.

1 DE materia buius text Martin. Delri. *disquisit. magicar. lib.* 4 *cap.* 3. *q.* 1. *pag.* 295. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 9. *c.* 26. Sayr. *in clau. Regia lib.* 4. *c.* 6. *n.* 6. & *c.* 7. *n.* 1.

Neque in collectionibus herbarum, &c.] Notatur ad hoc quod vana & superstitiosa obseruatio est credere herbas in aliquo die babere virtutem efficaciorem, vel addere circunstantias inotiles, cùm ad hoc causa naturalis nou subeat, nec diuina, vt per Torreblanc. *de magia lib.* 1. *cap* 27 *ex num.* 8 vbi *num.* 10. ait quod naturalis se non extendit vltra naturales effectos vt apud agricolas in plantatione & insertione arborum, apud fabros in incisione lignorum. apud pastores in contusione vellerum, & in prægnatione omnū eo quod ex Cæli influentia, Lunæ conformatione, & terræ dispositione meliores in vno quam io alio euentus experiantur vt tradit Petr. Ciruelo *lib.* 4. *de astrolog. Christiana, cap.* 1. & 3.

Cap. Vontra idolorum. X.

Gregorius.

FEruenti comprehendere Zelo te volumus.] Notatur ad hoc quod potest iudex Ecclesiast. qui alioqui iure de crimine cognitiooem babet, laicum reum capere, & in carcerem mittere, vt per Roman. *sing.* 66. & alios citatos à Couar. *practic. cap.* 10. *num.* 2. *paulo post princ.* 1

SVMMARIVM.

1 *Anquirense Concilium quando fuit celebratum, remissiuè.*
3 *Strigum nocturni conuentus an sint imaginarij, ostenditur, & n.* 4.
4 *Declaratur text. in præsenti.*
6 *Strigum conuentus nocturni subito pronunciato nomine Iesu euanescunt.*
7 *Doctores referuntur de lamiis agentes.*

Cap. Episcopi. XII.

Ex Concil. Anquirensi.

IN superscriptione text. ibi, *Item ex Concilio Anquirensi cap.* 1. vide latè Martin. Delri. *disquisit. magicar. lib.* 5. *sect.* 12. *pag.* 411. *cum seqq.* Sayr. *in clau. Regia lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 13. *in fine*, Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de superst. cap.* 9. *n.* 26. late Torreblanc. *in tract. de magia lib.* 2. *cap.* 36. *ex num.* 5. vbi circa inuestigandum huius text. auctorem multum elaborat, & tandem cooeludit dum certiora haberi non possunt, Concilio Ancyrano tribuendum, eum in eo veniant Burchard. *lib.* 10. *cap.* 1. & Iuo *p.* 11. *cap.* 30. nec non Gratianus Canooom compilator io eios epigraphe, sed ea lege in Concilio tantum tribuamus, quæ solū in eius actis cootenta funt, videlicet ex illo, *Episcopi, eorūque Prelati* vsque ad illud, *à tali peste mundari debet Ecclesia*, quæ babentur in Concilio Aocyraoo *can. vlt.* & referuntur ad litteram *in c. qui. diuinationes* 26. *q.* 10. cætera autem minoris sunt auctoritatis non solum Augustino, aut Damaso indigoa, verum & Concilio Ancyrano, aut quouis alio Canonico aoctore. 1

Ex parochiis suis penitus eradicent.] Vide Soarez c. *lib.* 2. *de superstition. cap.* 19. *n.* 13. 2

Illud etiam non est omitendum, &c.] Ex hoc textu colligunt aliqui nocturnos strigum cooueorus esse imaginarios, nec alia io loca ipsas vere transuehi, sed sola cogitatiooe, & diabolica illusione illis coouētibus interesse, illucque transferri ac proinde Nauar. *in man. cap.* 11. *num.* 38. *vers.* 32. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 7. *num.* 9. aiunt peccare mortaliter id credentes. 3

Verū qoamuis sæpe accidat striges sola imaginatione deferri, non tamen negandum est nonnunquā vere transferri à dæmonē de loco in locum, vt tradūt Patres orthodoxi S. Gregor. *lib.* 1. *Dialog. cap.* 4. *lib.* 2. *in Iob cap.* 9 S Epiphan. *lib.* 1. *contra hæreses cap.* 30. S. August. *lib.* 2. *ad Simplic. q.* 3. & *de ciuit. Dei, lib.* 2. *cap.* 23. & *lib.* 7. *cap. fin*, & *lib.* 8. *cap.* 19. & *lib.* 10. *c.* 9. & *lib.* 18. *cap.* 17 & *lib.* 21. *cap.* 7. Item Theologi tam veteres, quàm recentiores, S. Thom. 2. 2. *q.* 92. & 93. & *lib.* 3. *contra Gentes cap.* 104. & 105. Ioan. Maior 4

in 2.

*in 2.sent.dist.*14.*q.*3.Tostat.*in Matth.*4.*q.*47. Caiet. 2.2.*q.*96.Alponſ.de Castro *de iusta hæret.punit.lib.*1. *cap.* 16. Victor. *in relect. de magia q.*7. Albertio. *de agnosc. assert. q.* 24. Ftaoc. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.*4.*cap.*14. Caiet.2.2.*q.*95. *art.*3. Valent. 2.2.*disp.* 6.*q.*12.*puncto* 2.Azot.*instit moral.p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 25. *q.*3.Martin. Delri.*disquisit. magicar.lib* 2.*q.*16. Soat. *tom.*1.*de Relig.lib.*2.*de superstit. cap.* 16. *num.*23.*cum seqq* Leſſ.*de Iustitia lib.*2.*cap.*44 *dub.* 3. *n.* 15. & 16. Emman. de Valle.*de incant.& ensalm.sect.*3.*c.*5.*n.*5. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1.*lib.*2.*cap.*40.*n.*6. vbi ſubdit explicate Delrium huiuſmodi lamias de loco ad locum vehi à dæmone in forma hirci,vel alterius animalis,vel in arundine vera,aut vero ſcoparum baculo equitantes,quæ à dæmone aguntur,& ſubleuantur , atque adeò tunc conuenientibus nefariis vetè corporaliter intereſſe.Denique iuriſperiti Damhaod. *in praxi cap.* 61. *ex num.* 134. Medic. *in summ.heret,p.*1.*q.*9.Simanch.*de Cathol. instit. tit.*37. *ex num.*6. Nicol. Remig. *lib.*1. *de monol. cap.*14.24. & 29 quas quidem tranſlationes lamiæ ipſi tam in aculeis , quàm ſpontanea confeſſione iureiurando veras eſſe farentur , & ſe ad conuentus corporaliter deferri affitmant nota ſibi pinguedine inuoctæ,vel etiã ſine vnctione inſidentes aliquando ſcopa,aliodine,baculo, etiam vero,à dæmone tamen ſubleuato,vt enarrant Nicol.Remig.*d.lib.*1.*cap.*74.Griland. *de sortileg.q.* 4. *ex num.* 26. Petr. Binsfeld. *in confess. malefic.memb.*1.*concl.*12.quod experientia comprobarut earum,quæ intercepto itinere vel ſoluta impia ſocietate diuino quodam iudicio,in paramis,& campeſtribus locis nudæ repertæ ſunt clara luce ſupina, ita vt pedibus ad patriam tedire eogantur,prout obſeruant Griland *de sortileg.q.*7.*num.*27.& 28.Sptég. *in mall.p.*2. *q.* 3. Ioan. Cæſar. *lib.* 10. *miracul.cap.*1. Nicol.Remig.*lib.*1. *cap.* 14. Spin. *de strigib.cap.*17. *cum seqq.* Binsfeld.*vbi sup.prel.*6.

5 Ad textum verò in præſenti reſpondeot Martin. Delri.Soar.Azor.Leſſi.& Sanch.*citatis locis*,intelligi de credentibus cum illis modis in hoc text.narratis, nempe vt huiuſmodi lamiæ conuiueotur cum Dea Diana,& cum Dea Herodiade,&c.

6 Non obſtat quod conuentus illi ſubito prononciato nomioe Ieſo euaneſcunt,quod fieri non poſſet ſi vera eſſent corpora, qoia reſpondet bene Martin. Delri.lamias nõ ſubitò tunc euaneſcere,ſed præſtrictis ioroentiũ oculis à dæmone celertimè alportari, & ſic dici euaneſcere,id eſt,deſioere videri.

7 Plura de lamiis,ſeu ſtrigibus ſi quis ſcire eupiat, conſulat Lucern.Inquiſit.*verbo secta strigiarum*,Sot. *de Iustit.lib.*8 *q.* 3.*art.* 2. Alpooſ. de Castro *de iusta hereticoram punit.lib.*1.*cap.*16.Ioan.Bodin. *de magorum dæmonomania lib.*2.*cap.*5.*cum seqq* Betnard.Comenſ.*in speciali tractatu de strigibus*, Simaneh.*in enchirid.tit.*11.Penia *in direct.Inquisit. p.* 2. *scholio* 50. *vers.sed à maligno spiritu* , Ioan. Pined. *part.* 1.*de la agricoltura Christiana dialog.*4.§.32.Pedtaza *in summa in* 1.*præceptum Decalogi vers.*11.*si cree.*

8 *Quis enim non in somniis*,&c.]De dioinatiooe per ſomnia dicam ad *cap.non obseruetis*,26.*q.*7.

Quisquis credit,&c.]Notarnt ad hoc quod tranſformationes de vna in aliam ſpeciem abſque Dei permiſſu à dæmone fieri non poſſunt, nam hæ non minus quàm eorum creatio , & productio ad abſolutam Dei poteſtatem pertinẽt,ac proinde dæmoni, & magis omnibus denegantur,S.Thom.*lib.*3.*contra gentes cap.*103.Anan.*lib.*4. *de natura dæmon.* Remig. *lib.*1.*dæmon.c.*15.Binsfeld.*in confess. malefic. concl.* 3. Petr.Tyræ.*lib.*2.*de apparit spirit.ex c.*15.*vsque ad* 24. Nõ obſtat quod legimus Nabuchodonoſor in bouẽ conuerſum,*Dan. cap.*4. & vxorem Loth coouerſam in ſtatuã ſalis, *Genes c.*19. quia hæc Dioina poteotia & virtute facta ſunt,& quamuis de Nabuchodonoſore plerique negent Regem bouioi corporis effigiem induiſſe,ſed duntaxat mente abalienatum vt ſe bouem crederet,Pereira *lib.*5.*in Daniel.*Medin.*lib.*2. *de recta in Deum fide c.*7.tamen verius.eſt Regem in beſtiam transformatum fuiſſe, ſenſuſque & formã accepiſſe bouis , vt pecudum more quadrupes incederet,& fœno veſceretur,& homines fugeret,& ſub dio degeret , vt docet S. Gregor. *lib.*5. *moral.cap.*8. Molin.*in S. Thom.p.*1.*q.*111. De vxore Loth. nullus dubitauit ipſam tranſmutatam,& conuerſam fuiſſe, quia vt habetur Geneſ.*d. c.* 19. *Respiciénsque vxor eius post se versa est in statuã salis*,quæ vſque io præſens perdurat in Segor , & aqua non reſoluitur,nec igne crepitat, nec ruit ventis,nec mutilatione fraudatur , nam ſi quis aduena aliquid ei de corpore diminuerit , ſtatim redintegratur, & patitur menſtrua quaſi eſſet viua, vt optimè recolit Maiol. *tom.*2.*dier. canicul.colloq.*18.quem refert Torteblanc.*de Magia lib.*2 *cap.*16. *num.*8. & 9. vbi *num.*11.*cum.seqq.* agit de pluribus quorum transformationes celebrauit antiquitas, licet vere transformati non eſſent.

Cap. Quicunque. XIII.

Ex Concil.Tolet. XII.

PLerique etiam Sacerdotes,&c.] Vide Farin.*in praxi crim.p.*1.*q.*20.*num.*106.& *seq.*

Exilij perpetuo ergastulo relegentur.] Vide Emmando Valle *de ensalm.& incant.sect.*3.*c.*5.*num.*35.

SVMMARIVM.

1 *Pharaonis magi an veros serpentes, seu potiùs apparentes ope dæmonis apparere fecerint, ostenditur.*

2 *Necromantici, qui dicantur, remissiuè.*

3 *Hydromantici, qui dicantur, remissiuè.*

4 *Anguria obseruantes ex cantu,& volatilibus auiũ, qua pœna puniantur, remissiuè.*

5 *Pythonissam quomodo Samuelem Prophetam suscitasse narret Scriptura, remissiuè.*

Cap. Nec mirum. XIV.

VErtentes virgas in dracones.] Magi Pharaonis 1 *Exodi* 7.ope dæmonis veros ſerpentes apparere fecerunt,quod ex D Augnſtino,& aliis contingere poſſe ait Martin. Delri. *desquisit. magic. lib.*2.*q* 6. vel auferente dæmone clam magorum virgas, & aliunde aſportantes ſerpentes ita celeriter,& occultè,vt vidẽtes crederent virgas in ſerpentes conuerſas, vel potuit dæmon breuiſſime efficere, vt virgæ illæ putrefierent,& ex illis potrefactis ſerpentes illi prodocerentur , vt pote qui ex putrefactione generantur;nam qood ſolus calor multis diebus efficere potuit,id dæmon exiguo tempore poteſt, applicando actioa,quæ ad hoc efficaciora nouit. Alij credunt ſerpentes illos non eſſe veros,ſed apparentes, obiiciente dæmone occultè phaotaſticas corporũ ſimilitudines , quæ vera corpora appareot,vel aliquando nec vera corpora , nec corporum ſimilitudines obiiciente dæmooe ſenſibus externis , ſed illis illudendo , ita vt homo ſe videre exteriùs eredat quod nec videt,nec extat,quod dæmoo operatur commouens humores , qualiter id humorum commotio in

phreneticis

phreneticis, & somniantibus operatur. Vel potest id fieri, si dæmon virtute alicuius rei naturalis occultæ spectantium oculos ita inficiat, aut perturbet vt videatur illis esse quod non est, vel non esse quod est, sicut æger ob palati corruptionē dulces cibos iudicat amaros, ita eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 40. num. 4.* Torreblanc. *de magia, lib. 2. cap. 10. ex num. 18.* Aliquando etiam à profanis & flagitiosis hominibus vera miracula fiūt, sed non nisi Diuina virtute, & ad confirmationem veræ fidei, vel Dei laudem, & voluntatem ostendendam. Vide Bapt. Fulgos. *lib. 1. memorab. cap. 6. de miraculis,* Petr. Gregor. *lib. 13. de Republ. cap. 24. & 25.* Æneæ Reobert. *lib. 1. rerum iudic. c. 5. fol.* 18. Camil. Borrell. *de præstantia Regis Cathol. cap. 55.* Simon. Maiol. *in diebus Canicul. tom. 2. colloq. 2. pag.* 112. Rutil. Benzon *de anno Iubil. lib. 6. cap.* 24. Maluend. *de Antechristo, lib. 6. cap. 1. q. 5. cum seqq. & lib. 7. cap. 15. cum seqq.* Torreblanc. *de magia diuin. lib. 2. cap. 11. & 26.* Soar. *de Fide d. 4. sect. 3. n. 8. & sect. 4.*

2 *Necromantici sunt,* &c.] De Necromanticis vide repert. Inquisit. *verbo necromantia,* Læl. Zech. *in sum. tit. de fide cap. 19. de necromanticis,* Benedict. Pereira *de magia lib. 1. cap. 11. de necromantia,* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 9. cap.* 20. Martin. Delri. *disquisit. magicar. lib. 2. q. 26. sect. 1. cum seqq.* Raph. de la Torre *tom. 1. in 2. 2. D. Thomæ q. 96. art. 3. d. 3 de necromantia.*

3 *Hidromantici.*] De his agit Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 9. cap. 14. vers. solum igitur,* & meminit Ordin. Regia Lusitan. *lib. 5. tit. 3. §. 2.* vbi notat parens meus *n. 6.*

Auguria autem auium, &c.] De auguribus, & diuinatione ex cantu, & volatibus auium, vide Diuū Th. 2. 2. *q. 95. art. 7.* Læl. Zech. *in summa tit. de Fide cap. 15. num.* 8. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 34. c. 3. num.* 7. Decian *tract. crimin. lib. 5. cap. 17. vers. item obseruantes auguria,* Valent. 2. 2. *disp. 6. q. 12. puncto 3.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 4. cap. 2. q. 7. sect. 1. & 2* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 43. dub 7.* Sanch. *d. lib. 2. c. 38. n. 38. cum seq.* Torreblanc *de magia lib. 1. c. 21.*

4 *Elementa concutiunt.*] Intellige non de elementis in totum, sed de parte aliqua, quam à dæmone concuti non negamus, vt imbres, grandines, fulgura, tonitrua, atque alia meteorologica excitentur, nimbos pluuias, tempestatésque sunantes, vt probatur ex Iob *cap. 1. & 2.* Nam, vt ait text. *in cap. sciendum, 26. q. 3. dæmon in aeris affectione sibi nota nobis ignota futuras præuidet tēpestates,* & ideo obtenta Dei licentia posse dæmonem ea omnia præstare probant Theologi *2. sent. dist. 7. & 8.* Castro *lib. 1. de hæret. c. 16.* Spreng. *in mall. p. 2. q. 2. cap. 7.* Pereira *lib. 1. de magia cap. 6.* Griland. *de sortileg q. 6.* Nicol. Remig. *lib. 1. dæmon. cap. 25. & 29.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 34. cap. 11. & 13.* Petr. Binsfeld. *in l. eorū, C. de malef. & mathem.* Torreblanc. *de magia lib. 2. c. 12.*

5 *Præterea quidā quærendū putant quomodo Scriptura narret Pythonissa Samuelē prophetā suscitasse,* &c.] De hoc vide DD. per me citatos *sup. ad c. illud 26. q. 2.*

QVÆSTIO. VI.

Cap. Qui recedunt. VII.

Ex Concil. Arausico.

AMENTIBVS. *etiam,* &c.] Nota quod amentibus, qui antè dignè viuebāt, vel dederunt signa contritionis, posse sacramentum Eucharistiæ administrari, nam censetur adesse sufficiens intentio ad suscipiendum Eucharistiæ sacramentum, vt per D. Thomam *part. 3. q. 81. art. 9.* Sot. *in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 9.* Chamerot. *de Eucharistia c. 9. dub. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 79.* & alios citatos à Bonacin. *de Sacram. disp. 4. q. 6. puncto 1. num. 5.* vbi secus dicunt de iis qui nunquam rationis vsum habuerunt, quia non censentur in necessitate Eucharistiæ, nec eam censentur petiisse implicitè, vel explicitè, cū vsu rationis semper caruerint. Veg. *en espejo de Curas tom. 1. cap. 10. num.* 147. Zambran. *de casibus in articulo mortis occurrentibus, cap. 3. dub. 4.* Filliuc. *in quæst. moral. tom. 1. tract. 4. c. 7. num.* 188. Ioan. Sancii *in selectis disputationibus. disp. 38. num. 1.*

Cap. Is qui pœnitentiam. VIII.

AN & quādo existens in mortis articulo loquelam amissus si contritiōis ostendat signa, possit sacramētaliter absolui, aut sacratissimū Eucharistiæ sacramentum, vel extremæ Vnctionis recipere; Vide Syluestr. *in sum verbo confessor il. 3. num. 16. vers. & si ista,* Sot. *in 4. dist. 12. q. 1. art. 9.* Anton. Bernard. 1
in summa cap. 19. n. 2. Alcoçer. *in sum. cap.* 11. Nauar. 6
in man. cap. 26. num. 28. Viuald. *in candelabro aureo tit. de absolut. num. 70. cum seq.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo absolutio, §. 3.* Coedub. *lib. 1. de Indulgent. q. 29.* Soar. *de pœnit. disp. 13 sect. 1. §. de eo qui Confessionem petit,* Tolet. *in sum. lib. 3. cap. 8. num. 2. in fine,* Cardin. Bellarm. *lib. 2. de pœnit. cap. 7. in fine,* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 11. §. 1. & 2.* Henriq. *in sum. lib. 5. c. 2. §. 7. & lib. 4. cap. 9. in fine,* Fr. Emman. *in explicat Bullæ §. 9. dub. 6.* Rutil. Benzon. *in speculo lib. 1. disp. 5. q. 5. §. vlt.* Pitigian. *p. 2. disput. 17. q. vnica, art. 8. conclus. 4.* Pesant. *in add. ad 3. p. de integ. Confess. q. 10. disp 11.* Sà *verbo absolutio num.* 10. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 8. cap. 3. num.* 28. Ægid. *de sacrament. tom. 2. disp. 7. dub. 10. num.* 99. Bonacin. *in simili tract. disp. 5. q. 5. num.* 7. Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 36. n.* 8. Basil. Pont. *eod. tract. lib. 4. cap. 25. n.* 8. Montesin. *1. 2. disp. 29. q. 5. num.* 176. Zambran. *de casibus in articulo mortis occurrentibus c. 4. dub. 2.* Anton. Rague. *in Lucerna Parochorū tit. de absolutione. q. 97 fol.* 307. Lodou. de san Iuan. *in summ. p. 1. tract. de pœnit. q. 5. art. 19. pag.* 443. Coriolan. *de casibus reseruat. p. 1. sect. 3. num. 7. pag.* 294. Filliuc. *in quæst. moral. ib. tract. 7. cap. 5. num.* 110. Anton. Fernandez *in la instruccion de Confessores docum. 4. n. 31. & 32. fol.* 16. Chapeauil. *de casibus reseru. cap. 10. diffic. 3. q. 1.* Posseuin. *de officio Curati c. 7. n.* 86. Fagundez *in quincumque Eccles. præcepta præc. 1. lib. 3. cap. 1. num.* 16. metipsum *de officio, & potest. Parochi cap. 19. n. 46. & 47.*

QVÆSTIO VII.

Cap. Tempora. II.

Leo.

GLos. singularis, *verbo tuo iudicio, in præsenti text.* tenet posse Episcopum imminuere, 1
seu mutare pœnitentiam impositam à Papa, de qua, & an, & quando verum sit vide Roman. *sing. 460. & sing. 492 num.* 7. Hippolyt. *sing. 182. n.* 3. Nauar. *in man. cap. 26, num.* 22. Dec. *in cap. at si clerici, §. de adulteriis n.* 30. vbi Felin. *n.* 21. *in fin. de iudic.* Cardin. *in Clem. 2. §. ad hæc, num. 22. de pœnit. & remis.* Tiraq. *de pœn. temper. in præfat. n. 26. cum seqq.* Henriq. *in summ. lib. 2. de pœnitent. cap. 22. §. 1.*

§ 1. *iuncto commento litt. H.* Mench. *illustr. lib. 1. c. 25. num. 5.* Salzed. *ad Bernard. reg. 371. vers. sextò amplia.* Menoch. *de arbitr. casu 391. num. 7. & cons. 90. n. 34.* Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciata in addit. ad § 9. num. 102.* Soar. *tom. 4. de pœnit. disput. 38. sect. 10. n. 14.* Zerol. *in praxi Episcop. verbo pœnitentia pag. 297.* Beia *respons. casuum Conscientiæ p. 1. casu 15. num. 25.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo dispensatio different.* 5. Nota etiam quòd potest Confessarius mutare pœnitētiam ab alio etiam Superiore iniunctam eisdem criminibus, etiam reseruatis auditis in confessione, non potest enim Superior ita semper reseruare, quòd etiam postquam à se absoluta sint semel, non possint ab alio absolui: sic docent Hippol. *singul. 182. num. 3.* Soar. *de pœnitent. d. 38. sect. 10. num. 15.* Pesant. *in addit. ad 3. p. q. 28. disp. 2. concl. 1.* Valent. *tom. 4. disput. 7. quæst. 14. puncto 4. ante fin.* Vasquez *in tom. de pœnit. quæst. 94. art. 2. dub. 3. n. 9.* Zerol. *in praxi de pœnit. cap. 15 q. 10. §. dico secundò* Bonacin. *de Sacram disput. 5. q. 5. sect. 3. puncto 3. n. 6.* Chapeauil. *de casibus reseruat. cap. 12. in fine pag. 106.* Anton. Fernandez *en la instrucion de Confessores, docum. 7. n. 4.* latè Ioan Sancius *in pract. & selectis d. d. 14. n. 13.* Dixi, *auditis in confessione*, quia opus est ad mutationē pœnitentiæ confiteri pœnitentem eadē peccata saltem grauiora ob quę creditur probabiliter fuisse iniunctam; qui enim commutat pœnitentiam antiquam auferendo, nouam imponit, at implicat partem sacramentalem confici absque toto sacramēto. Ita Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. l. 1. c. 31. à n. 21. & tom. 1. consil. lib. 1. cons. 2. num. 8. & 14.* Pesant *in addit. ad S. Thom q. 18. disp. 2. concl. 2.* Vasq. *tom. de pœnit. q. 94. art. 2 dub. 2. num. 7.* Soar. *d. disp. 38. sect. 10. num 4.* Ægid. *de sacram. disp. 10. de satisfact. dub. 12.* Valer. Regin. *in praxi de prudentia Confessarij, cap. 20. in fine pag. 421.* Beia *p. 3. casu 1. pag. 12.* Bonacin. *vbi sup. num. 7.* Posseuin. *de officio Curati cap. 7. n. 106.* Filliuc. *in quæst. moralib. tom. 2. tract. 8. cap. 2. num. 50.* Alij non improbabiliter tenent, eam extra confessionem posse commutari, si peccatorum ob quæ fuit iniuncta, cognitionem habeat Confessarius, ex quorum numero sunt Nau. *in man. c. 26. n. 22. & cons. 16. de pœnit.* Chapeau. *de casib. reseru. c. 12. in fine*, Coriol. *in simili tract p. 1. sect. 2. art. 21. n. 2.* Villar. *in summ. tract. 9.* & plures ab eis citati.

Cap. Sacerdos. VI.

Ex Concil. Carthag. IV.

1 *Die autem Dominico non ieiunent*, &c.] Olim ieiunium die Dominica interdictū erat ob Manichæorum hæresim dicentium illud necessariū esse in cōtemptū Resurrectionis Domini nostri Christi, propter quod id ieiunium condemnant text. *in præsenti, & in cap. si quis tanquam, & in c. si quis Presbyter, distinct. 30 & in c. ne quis ieiunet, de consecrat. d. 3.* D. Thom. *2. 2. q. 147. art. 25. ad 3.* ac proinde illud inter superstitiosum superfluum enumerant, Nau. *in man. c. 11. n. 41.* Sayr. *in claui Regia lib. 4. c. 4. n. 2.*

2 Cæterùm cùm iam hodie causa illa à Manichæis data omninò cesset, licitum est die Dominica ieiunare, siue ieiunio exultationis, siue afflictionis, si id non fiat cum scandalo, aut ex errore aliquo, aut contumacia, quasi improbando Ecclesiæ consuetudinē, sed propter aliquem bonum finem, vt peculiarem deuotionem, profectum spiritualem, domationem carnis, &c. probat D. Hieron. *epist. 28. ad Lucinium*, relatus *in c. vtinam, 76. distinctu.* dum hoc ieiunium approbat, & dicit Apostolos illud seruasse, & tradūt Martin. *in C. de ieiunio, q. quando necesse est ieiunare* Martin Ledesm. *2. p. 4. q. 17. art. 4.* Valent. *2. 2. disp. 9. q 2. puncto 4. dub. 2.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 7. cap. 26 q. vlt* Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 4. num. 6.* Less. *de Iust. lib. 4. cap. 2. dub 9. num. 68.* latè Sanch. *in precepta Decalogi tom. 1. lib 2. cap. 37. num. 11. cum seqq.* vbi *n 16.* post Soar. *tom. 2 de Relig. tract. de voto lib. 3. cap. 6. num. 21. in fine*, subdit, quòd votū ieiunandi ordinariè diebus Dominicis est irritū, non verò quando fuerit de ieiunando aliquibus diebus Dominicis ob bonum aliquē finem, secluso scandalo, ac vano singularitatis studio, & *num. 17.* quærit quid in ea quæst. sentiendum sit, an vouens ieiunare die, in qua incidit festum aliquod, vt Annunciationis, si id incidat in Dominica, teneatur die Dominica ieiunare, vel possit id ieiunium ad sabbatum præcedens transferri.

Cap. Si quis Kalendas. XIV.

Zacharias.

Huius text. & eius decisionis meminit Cardin. Baron. *annal. Ecclesiæ tom. 9. anno Christi 743. pag. mihi 716.* & Torreblanc. *de magia lib. 1. c. 17. ex num. 15.* 1

Anathema sit.] Vide quæ dixi *ad c. 1. propè fin. 26. 1.* 2

Cap. Si quis Kalendas. XV.

Augustinus.

Vulgò allegatur hic text. ad hoc quòd infirmitatibus hominum incantationes nihil remedij præstant, de quo vide Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 6. cap. 2. sect. 1. pag. mihi 486.* Emman. do Valle *de incantat. & ensalm. opusc. 1. sect. 2. cap. 5. num. 24.* De salutatoribus an tanquam superstitiosi sint cōdemnandi, seu in aliquibus approbandi, vide Circul. *de superstit. p. 3. cap. 7.* Veracruz *lib. 2. de anima specul. 2.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 1. cap. 3. q. 4. lit. F. vers dico tertiò*, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 25. q. 1.* Sanchez *in precepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 40. num. 45. cum seqq.* Victor. *in relect. de magia num. 28.* Petr Beinsfeld. *in confess. malefic prælud fin.* Mercado *tom. 1. l. 2. class. 3. q. 168. art. 4* Thom. Fieno *de viribus imag. q. 24.* latè Torreblanc. *in tract. de magia lib 2. cap 49. per. tot. & præcipuè ex num 53.* ait quòd huiusmodi salutatores vtplurimū sunt suspecti, nam licèt aliqui, qui in his rebus causam physicam exquirunt, ipsis vocibus, contactibus, afflatibus, osculis, & similibus vim tribuant, ex quorum numero sunt Griland. *de sortileg q. 8.* Pet. Leloyher *lib. 1. spector. cap. 8. & lib. 4. cap. 4 & alij imaginationi*, Medin. *lib. 2. de recta in Deum fide c. 7.* Marsil. Ficin. *lib. 13. Theolog. Plato.* tamen hos omnes modos vt merum delirium damnarunt, Valent. *2. 2. disp. 6. q. 13. puncto 2.* Vairna *lib. 2. de facin. c. 9.* Anan. *l. 4. de natura dæmon.* quia visio sola, vel etiam cum imaginatione nuda ad vulnera sannada satis inefficax est, Vayr. *d. lib 2. cap. 9.* Boxel *lib. de phyltr c. 1.* Bapt. Codron *lib. 2. de morbis venef. c. 2.* Contractus autē per se ad id non minus est inidoneus, Vayr, *vbi supra lib. 3. cap 6.* Verba verò nulla possunt esse, siue voce prolata, siue litteris cōcepta, quę hanc vim naturalem vulnera, vel morbos sanandi, vel noxas pellendi valeant elargiri. S. Thom. *2. 2. q. 96 art. 2.* Circul. *d. p. 3. cap. 3.* Griland. *de sortileg. p. 3.* Velles *de sacra philosoph. cap. 3.* 1

Clericus degradetur.] Vide Soarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. de superstit. cap. 5. num. 8.* 2

SVMMARIVM.

1 *Dies obseruare an, & quando superstitiosum sit, & peccatum mortale, ostenditur.*
2 *Astrologia materiam qui Doctores tractent, referuntur.*
3 *Somnia obseruare, seu illis credere, an & quando superstitiosum sit, remissiuè.*
4 *Herbarum in collectionibus nullæ vanæ obseruantiæ adhibendæ sunt, sed Oratio Dominica, & symbolum recitari debent*

Cap. Non obseruetis. XVII.

Augustinus

1 Ad superstitionem pertinere obseruationẽ dierum, quasi dies quidam sint fausti, quidã verò infausti, probat hic text. & in c. seq. docet D. Thom. 2.2.q.96.art.3.in corpore, & id esse mortale asserunt Nauar. in man. cap. 11 num. 38. Alcoç in sum. cap. 14. ad finem, Circul. de superstitit. part. 3. c. 6. Otoxco de falsa propheta, lib. 2. cap. 16 Sanchez in precepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap 40. num. 15. vbi intelligit quando hoc efficaciter, & certò creditur, nec excusat ignorantia, & n. 16. ex Martin. Delr. disquisit. Magicar. lib. 3. p. 2 q. 4. sect. 6. in fine, plura adducit superstitio-
2 nis diatiæ exempla, veluti si aliqui tangant certis diebus olera scopis ne à eyniphibus, erucis, aut aliis infestis lædãtur, vel nolint die veneris vngues præscindere, vel die Sabcati nete in honorẽ Beatissimę Virginis, cùm tamen alia ferulia tunc exerceant, vel feruauerint oua, quæ in die Parasceue gallinæ pariunt, eo quòd in ignem iniecta vim illius extinguendi habere credunt, & num. 17. subdit vacare superstitioni, obseruare menses, dies, & annos, quibus cõueniẽntior sit cœli dispositio ad negotia aggredienda latè Totteblanc. tract. de magia lib. 1. c. 27. per tot. vbi ex n. 27. refert quòd apud Rabinos varij fuerunt dies ominosi, scilicet dies lunæ aliquotũ mensium, & ex his alier erat quia crediderunt in eo natũ fuisse Cain, apud Athenienses nefastus fuit dies Martis, apud Medos dies Mercurij, apud Phygios dies Iouis, apud Troianos dies Veneris, apud Persas Saturni, ita vt si omnium nationũ diescomputentur quos pro ominosis habuerũt omnes omnino anni dies obscœni, & ominosi fuissent, vt tradit Alex ab Alex. lib. 4. dierum geni al. cap. 20.

3 *Aut Lunæ, Solisque cursum*, &c]De Astrologia latè tractant Blas. Aluarez Mirabal *de la conseruaciõ de la salud cap.* 82. Benedic Peteira *de magia lib.* 3. c. 1. *cum seqq.* Ioan de Torres *en la Philosophia morali de Principes lib.* 6. c. 6. Sayr. *in claui Regia lib.* 4. c. 5. n. 2. Salas 1.2. q. 12. a. 5. *disp.* 2. *sect.* 8. n. 79. Barth. Valent *in el repertorio del mondo lib.* 2. c. *de astrologia*, Raph. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ tom.* 2. q. 95. *art.* 5. *pag.* 231. Farin. *in praxi crimin p.* 1. q. 20. *num.* 11. & *de. heresi q.* 181. *num.* 55. Soat. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de superstit. cap.* 11. *à num.* 7. Azot. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 13. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 4. *cap.* 3. q. 1. Lessi. *de iustitia lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 6. *à num.* 32. Sanch. *in precepta Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 18. *cum multis seq.*

3 *Siue qui attendunt somnialia*, &c.) Somnia obseruare, seu illis credere an & quando superstitiosum sit, & plura alia de somniorum materia tradunt Petr. Binsfel. *in comment. ad l.* 3. *C. de malefic. & mathemat. q.* 2. Circul. *de superstit. part.* 2. *cap.* 6. Benedictus Peeira *de magia lib.* 2. q. 1. *cum seqq. & lib.* 1. *in Daniel.* q. 3. *cum seqq.* Gregor. de Valent. 2. 2. q. 95 *art* 6. q. 12. *disp.* 6. *puncto* 3. *versic. tertio quoad somnia*, Mart. Delr. *disquisit. magicarum l.* 4. *cap.* 3. q. 6. *de constellatione ex somniis*, Soarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de superstit. c.* 13. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib* 9. *cap.* 17 Raph. de la Torre *d. q.* 92. *art.* 6. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 8. Sanch. *d. lib.* 2. c. 38. *à n.* 49.

Aut in collectionibus herbarum, &c] Notatur ad hoc quòd in collectionibus herbarum nullæ vanæ obseruantiæ adhibendæ sunt, sed Oratio Dominica & Symbolum recitari debent, vt per D. Thomam 2. 2. q. 96. *art.* 4. *in fine, in corpore*, Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap* 26. q. 7. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 3. Totteblanc. *de magia lib.* 1. c 27. *ex n.* 8. 4

Cap. Dæmonium. XVIII. & vlt.

Hieronymus.

Dæmonium sustinenti licere petras, vel herbas habere sine incantatione, ait text. *in presenti*, quem Sanch. *in precepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. c 41. *num.* 10. *in fine* procedere dicit, quia petræ, vel herbæ illæ applicantur non quasi vim habeant contra dæmonem, sed ad minuendum, vel auferendum prauum corporis humorem, quo dæmon vexat; eodem modo explicat illud 1. *Regum cap.* 16. vbi narratur Saulem à dæmone obsessum eo liberatum Dauide pulsante citharam, dicens tunc non ita Saulem à dæmone vexatum, non quia sonus citharæ haberet vim fugandi dæmonem, sed ex eo quòd eo pulsu Saul refocillabatur, sicque dæmonis molestias minus sentiebat, vt sentire quoque videtur Azor, *instit. moral. p.* 1. *lib* 9. *cap.* 26. q. 2. *vers. illud verò*, & ideo concludit Angel. *in summ. verbo superstitio num.* 6. quòd si herba aliqua, vel res aliqua corporalis aliquid posset in spiritũ, id esset ex superstitione, quia cùm dæmon spiritualis sit, pati nequit à te aliqua corporali, ac proinde eam nullam vim habere ad dæmones expellendos, ipsósve affligendos concludunt Thyræ. *de dæmoniacis cap.* 48. *per tot.* Azor. *d. q.* 2. *à princip.* Martin Delri, *disquisit. magic. l.* 4. q. 30. *sect.* 3. & *lib* 6. *cap.* 2. q. 3. *sect.* 2. Sanch. *d. num.* 10. *in princip.* Fatentur tamẽ omnes supradicti Doctores applicatis aliquibus naturalibus medicamentis energumeno vexationem dæmonis sedari, atque ita esti directè, & proximè res corporales nihil in dæmones operentur at operantur indirectè, & mediatè iuuando, vt eius vexationes placentur, quod maximè conducet ad intellectum huic nostro textui *suprà* præstitum. 1

CAVSA XXVII.

QVÆSTIO I.

Cap. Sicut bonum. I.

Ex Concil. Carthag. IV.

Concilivm, Carthaginense IV. *cap. vlt.* cuius est inscriptio, *De viduis, quæ cõtinentiã professæ preuaricatæ sunt* multa statuit contra viduas, quę religioso habitu abiecto nuptias egerint ad cuius intellectũ percipiendũ, scire oportet olim etiam viduas, & non tantùm virgines ad vota conti nẽtiæ admissas, & inter sacratas fœminas enumera 1

tas

eas fuisse, quæ tunc ad gradum, siue statum vidualem coaptari dicebantur, vt constat ex auctoritate Clementis Romani *lib.3.const.c.1.& lib.8.c.25.* non minoris ætatis, quàm annorum sexaginta, vt quodammodo propter ætatem ipsam pro rato, & stabili habeamus carere ipsas susceptione nubendi iterum, vt obseruat idem Clemens Roman. *d.cap.1.* subiungens *c.2.* vt de cætero adolescentiores viduæ in gradum vidualem cooptentur ne excusando non posse continere feruorem adolescentiæ, aliquando iterum nubentes in negotio sint. Nihilominus tamen cogebantur, si in minoribus annis constitutæ se deuouissent, vesteque laicali abiecta professæ essent continentiam, vt constat ex text. *in præsenti*; non statim à morte viri ad vidualem gradum adsciscebantur, vt apud Clement. Romanum *lib.8.c.25.* inquit Apostolus Thadæus, *Vidua non ordinetur, sed si iam diu virum amisit*, & Conc. Paris. sub Greg. IV. *anno 829. lib. 1.c.44.* idem statutum erat, *Et abhinc ab omnibus obseruandum statuimus, vt huiusmodi viduæ amissis viris repentè non velentur*, &c. Nec eligebantur ab Ecclesia, nisi vitæ, ac morum examine longo præmisso, cùm enim illæ viduæ Ecclesiæ opibus alerentur, æquum non erat in illis alendis fidelium oblationes, eleemosynasque insumi, quæ turpi vita ignominiam parerent Ecclesiæ. *Vidua*, inquit Paul. *1. ad Timotheum 5. eligatur, quæ non sit minor sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens*, &c. & Clemens Romanus *l. 3. Constitutionum Apost. c. 3.* Veræ autem viduæ sunt, quæ vni nupserunt, quibus plures honestarum actionum testimonium præbent, & veræ viduæ temperantes pudicæ, religiosæ, fideles, quæ liberos honestè educarunt quæ hospites exceperunt laudabiliter, quibus opitulari oportet tanquam Deo dicatis. Quo pacto autem Religiosæ fierent, dixi ad *c. deuotis 20 q.1.*

2 In gloss. *In minoribus annis.* ibi, *sed quare*, &c. Notatur ad hoc quòd minor non restituitur circa Religionis professionem, vt per Cou. *var. resolut. lib.1. c.5.n.1. in fine*, Mantic. *in tr. de restit. in integrum cap. 246.n. vnico*, Sfort. Odd. *in simili tr. part. 2. q.6. art. 4. n.23.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum, n.28. C. de in integr. restit. minor.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.3.q.7.n.17.* Sanchez *de matr. lib.7. disp.37. in med.*

Cap. Neque viduas. III.

Gelasius.

1 Textus iste reperitur *in epist. 5. Symmachi Papæ, n.5.* vt aduertunt Decreti Gregoriani censores, cuius cap. ea summa est, vt tam virgines, quàm viduæ, quæ longo tempore, aut in sancto proposito continentiæ perseuerauerint, aut in monasterio annis plurimis vitam peregerint, seruare compellantur continentiam, nec ad nuptias transire permittantur, vt ex eo colligit Basil. Pont. *de impedimentis matrimonij, cap.5.* quod totum in explicatione huius textus consumit, & aliqua tradit Sayr. *in claui Regia lib.6. cap.1. num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Text. hic & qui proximè sequitur minimè ad rem, de qua Gratianus agit, pertinent.*

2 *Amplexus, & oscula libidinosa sunt mortalia, vbi in eis amor castus desideratur.*

3 *Obstetrices non requiruntur nobiles.*

4 *Adulterij violenta suspicio non inducitur ex solis osculis, & amplexibus quando alia adminicula non concurrunt.*

Cap. Nec aliqua. IV.

Cyprianus.

Text. iste, & qui proximè sequitur ex Cypriani epistola ad Pomponium *de Virginibus* desumpti minimè ad rem, de qua Gratianus agit, pertinent, sed inutiliter adducuntur; nam cum Gratianus agat de matrimonio cum iis, quæ voto castitatis in Religione tenentur, ista pars epistolæ Cypriani de illis agit Deo dicatis, quæ extra matrimonium soluto concubitu miscebantur, vt legenti Cyprianum manifestissimum erit; nam in proximè præcedentibus consilium dederat Cyprianus, vt si se continere non possent, nuberent, nec scandalum fratribus generarent, vt bene obseruat Basil. Pont. *de impedim. matrimonij, c.6.§.1. in princ.* quod totum iuncto §.2. consumit in horum iurium explicatione. 1

Ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, &c. Ergo amplexus, & oscula libidinosa sunt mortalia, vbi in eis amor castus desideratur, vt per Doctores, quos plena manu refert Sanchez *de matrim. lib. 9. disp.46. num.7.* 2

In gloss. *Obstetricum*, ibi, *si enim duæ, vel tres nobiles*, &c. Ergo obstetrices debent esse nobiles, vt sustinuisse quemdam causidicum refert Alex. de Neuo *in c.1.n.9. de frigid. & malefic.* sed ipse meritò recedit ab hac sententia *num.10.* subdens hanc glossam non probare opinionem illius causidici, sed solum obiter dicere duabus, aut tribus matronis nobilibus asserentibus fœminam esse cognitam, standum esse earum testimonio, & non dicere illis non esse credendum, si nobiles minimè sint, refert, & sequitur Sanchez *de matr. lib.7. disp.113. num.3.* 3

In gl. *Concubitus.* ibi, *hic enim est casus, quo per exteriora interior voluntas*, &c. Licet aliqui ex *hac gl.* colligant oscula, & amplexus efficere suspicionem violentam, ita vt ex eis plene probetur adulterium, ex quorum numero sunt Bursat. *cons.218.n.3. volum. 2* Mascard. *de probat. concl.57.n.5. & concl.64. à n.1.* & fauet Cou. *de sponsal. p.2.c.7.§.6.n.3.* dum dicit mulierem reddi valde suspectam ex osculo, ita vt prudentis arbitrio suspicio hæc pro indubitata, & violenta haberi possit. Tamen verius est nõ induci violentam suspicionem adulterij ex solis osculis, & amplexibus, quando alia adminicula non concurrunt, quia ex hoc textu tantum probatur illa oscula esse indicia depravatæ volũtatis adulterandi, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt.41. n.28. cum seqq.* D. Barbos. *in l.2.p.1.n.73 ff. soluto matr.* & alios plures, quos refert, & sequitur Sanchez *de matr. lib.10. disp.12. n.47.* 4

Cap. De viduis. VII.

Ex Concil. Tolet. IV.

Gloss. *verbo propriis, in præsenti textu*, firmare videtur, quòd in iis Religionum Ordinibus, in quibus multa cœnobia subiiciuntur Præfecto Prouinciali, & omnia totius Ordinis cœnobia præfecto Generali, tunc Religiosi non acquirunt ei peculiari monasterio, in quo professi sunt, sed toti Ordini, & Generali incumbet huic, vel illi Monasterio applicare, quia Religiosus non ita profitetur regulam Religionis, vt ita fiat filius, & monachus illius cœnobij, in quo professionem emisit. ita 1

Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. c. 10. quæst.* 4. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 32. n. 53.*

Cap. Viduas autem velare. VIII.

Ex Concil. Martini.

1 DE intellectu huius text. dixi latè *in cap. deuotis 20. quæst. 1. pag. 370.*

Cap. Hi ergo. XIII.

Ex Concil. Tribur.

1 COllige ex text. quòd qui scienter contrahant cum Monialibus, separari debent ab eis, & amplius non debent contrahere, refert Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 6. num. 18.*

Cap. Virginibus. XIV.

1 GLoss. *verbo incesta, in præsenti text.* agit de grauitate criminis accessus ad sacras Virgines secum plures alias aliorum criminum deformitates inuoluentis, incestus scilicet, adulterij, & stupri, de quo Felician. *in Decalog. præc. 6. cap. 7.* Tolet. *in summ. lib. 5. c. 12. n. 5.* Decian. *tract. crimin. lib. 6 cap. 20.* Sayr. *de censur. lib. 8. c. 5. n. 21. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 3. c. 26.* Perez *ad tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 136.* Menoch. *de arbitr. casu* 389. *n. 22.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 29. art. 1.*

Cap. Si quis sacro. XVII.

Ex Concil. Aurelian.

1 V*Nde & verbo Domini*, &c.] Ergo votum solemne professionis ex vi sua, ac iure naturali diuino vim habet matrimonium postea initum irritandi seclusо quocunque iure Ecclesiastico, vt per Cou. *de sponsalib. part. 2. c. 7. §. 4. n. 7.* Petr. Sot. *lect. 5. de matrimon. cap. 5. §. 2. in fin. & §. 3. in princ.* Mariens. *ad rub. tit. 1. gloss. 1. num. 70. lib. 5. noua recopil.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. part. 2. n. 98.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 26. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Diaconissa ante annos 50. non ordinatur.*
2 *Fœmina ipso iure diuino incapaces sunt eorum, quæ sunt Ordinis.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Diaconissæ ita appellabantur propter officium, quòd gerebant, legendi, non autem quòd fuerint speciali ritu consecratæ.*
5 *Diaconissæ dicebantur constitutæ in ministerium mulierum solum propter reuerentiam si opus fuerit, balnei gratia, aut visitationis.*
6 *Diaconissæ in hoc text. dicuntur vxores viduæ Diaconorum.*
7 *Diaconissæ in aliquibus Canonibus antiquis quare ordinari dicantur, ostenditur, & n. 8.*

Cap. Diaconissam. XXIII.

Ex Concil. Chalcedon.

1 COncilium Chalcedonense *cap. 15.* relatum *in hoc text.* præcipit ne Diaconissa ante annos quadraginta ordinetur, pro quo diligens fiat probatio, quod si ordinationem susceperit, & quantocumque tempore obseruauerit ministerium, & postea se nuptiis tradiderit, iniuriam faciens gratiæ Dei, anathema sit, cum eo, qui in nuptiis ipsius conuenerit, idem tradit Imp. *in authent. quomodo oport. Episc. in §. quanta, & in auth. de sanctiss. Episc. §. Diaconissam, & in l. generali, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, referunt Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 11. c. 2. num. 3. versic. primam*, latè Basil. Pon. *de impediment. matrimonij, cap. 10.* nouissimè Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tit. 4. cap. 24 num. 31. & 32.*

2 Vnde ex hoc text. iuncto *cap. Presbyter, & c. mulieres 32. distinct.* Presbyteram mulierem memorantibus, non defuerunt peruersi homines, qui deprehenderent fœminis licuisse ordinari, cùm Diaconissæ, & Presbyteræ mulieris textus hic, & Canones illi meminerint. Verùm hoc quàm falsum sit latè docent Catholici omnes, notantes fœminas ipso iure diuino incapaces esse eorum, quæ sunt ordinis, vt argum. text. *in cap. in noua, de pœnit. & remiss.* comprobant D. Thomas *in addit. ad 3. part. quæst. 39. art. 1.* Victor. *relect. 2. de potestate Ecclesiæ, quæst. 2. num. 3.* Sotus *in 4. distinct. 25. quæst. 1. art. 2. concl. 1.* Angl. *in floribus Theolog. quæst. de Clauibus, art. 1. diffic.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 28.* Henriquez *in summa lib. 1. cap. 21. §. 2. lit. N. & lib. 6. cap. 2. §. 3. & lib. 10. cap. 16. §. 1. lit. A.* Campan. *d. rubr. 11. c. 2. à princ.* Iul. Lauor. *d. cap. 24. num. 34.*

3 Quare ad textum *in præsenti*, respondetur Diaconissam *hic* non ita appellari tanquam illo Ordine initiatam, sed aliis ex causis, & rationibus. Primò
4 propter officium, quod Diaconissæ gerebant legendi, v. g. Homilias, vel Euangelia in choro, ad quod destinabantur certis quibusdam benedictionibus, non autem quod fuerint speciali ritu consecratæ, vt obseruant Henriquez *d. cap. 21. §. 2. lit. P.* Campan. *d. c. 2. n. 4. in princ.*

5 Secundò dicebantur Diaconissæ constitutæ in Monasterium mulierum solùm propter reuerentiam, si opus fuerit balnei gratia, aut visitationis, aut inspectionis corporum, sicuti animaduerterunt Epiphanius *lib. 3. contra hæreses, tom. 2.* Petrus Gregor. *syntagm. iuris, lib. 16. cap. 7 num. 12.* Iul. Lauor. *d. tit. 4. cap. 24. à num. 30.*

6 Tertiò secundùm VValdens. *de Sacrament. tit. 7. cap. 58. num. 7.* Diaconissæ in hoc text. dicuntur vxores viduæ Diaconorum, quemadmodum constat Presbyteras dici vxores Præsbyterorum, vt apertè probat textus *in c. vlt. 32. dist.* Et se huius rei veritatem ab hominibus nonnullis, & Græcis experiisse, qui omnes responderunt Sacerdotis vxorem apud eos ita appellari, refert Campan. *d. §. 2. num. 5.* ita vt sensus sit huiusmodi viduas Diaconorum professionis velum suscipere non posse ante annum quadragesimum, vt pro regula ponit text. *in c. sanctimoniales 20. quæst. 1.*

7 Non obstat quòd Diaconissæ in Canonibus antiquis ordinari dicuntur, vt præter auctoritatem huius text. ibi, *ordinari statuimus*, optimè probat Clem. Roman. *lib. 8. constitut. cap. 36.* his verbis, *de Diaconissis ego Bartholomæus constituo, ô Episcope, impones eis manus Presbyteris, Diaconis, & Diaconissis, & dices Deus æterne Pater Domini nostri Iesu Christi, qui viri & mulieris auctor es, qui Mariam, Deboram, Annam, & Holdam Spiritu sancto impleuisti, qui non duxisti indignum, vt Filius tuus vnigenitus ex muliere nasceretur, qui in tabernaculo testimonij, & in templo custodes fœminas ianuis tuis præesse fecisti; ipse etiam nunc respice hanc ancillam electam ad ministerium, &. da*

ei

et Spiritum sanctum, & mundam affici ab omni inquinatione carnis, vt opus sibi impositum digne perficiat ad gloriam, & laudem Christi tui. Extat etiam earum ordinatio in antiquo libro, qui scribitur, *Ordo Romanus.*

8 Respondemt enim quòd hæc earum ordinatio, quasi benedictio quædam tantum erat, sicut velatæ & quæ Religionis habitum assumunt hodie benedicuntur, fusis etiam precibus; nullaque illis Ordinis potestas conferebatur, vt optimè aduertunt Basil. Pont. *d. cap. 10. vers. sed. cum in Diaconissis*, Iul. Lauor. *d. cap. 24. num. 33.* Quam quidem ordinationem iosolescentibus forsan Diaconissis, ac maiora conantibus, prout innata est fœmineo sexui ambitio, repulerunt Patres, declarantes nullam eam benedictionem esse, nec quicquam Ordinis conferre, vt colligitur ex Conc. Arausicano I. *cap. 26. Diaconissæ omnimodè non ordinandæ, si quæ iam sunt, benedictioni, quæ populo impeditur, capita submittant.* Epaunen. *cap. 21. Viduarum consecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni religione nostra penitus abrogamus.* Aurelian. II. sub Sylverio Papa *cap. 18. Placuit, vt nulli postmodum fœminæ Diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur*, referunt Basil. Cont. *cit. loco*, & Iul. Lauor. *d. cap. 14. num. 36.* vbi *num. seq.* ostendit adhuc post Arausicanum I. mentionem fieri de Diaconissarum ordinatione.

Cap. Quotquot virginitatem. XXIV.

Ex Synodo Acyrana.

1 VVlgò notatur hic text. ad hoc quòd similitudinariam bigamiam incurrit ille, qui post votum solemne castitatis emissum in professione Religionis, vel in sacrorum Ordinum susceptione, matrimonium celebrat cum aliqua, eamque carnaliter cognoscit. Ratio est, quia adstrictus voto solemni censetur spirituali quodam matrimonio coniunctus cum Christo, & Ecclesia, & deinde volens carnaliter cum alia coniugi per matrimonium, censetur celebrare duo matrimonia, quamuis autem secundum, carnale scilicet, inualidum sit per impedimentum procedens à voto solemni, vel sacro Ordine, quia tamen adest effectus intentionis cum opere subsecuto, iudicatur bigamus similitudinariè propter similitudinem ad verè bigamum. Ita Nauar. *in man. cap. 27. num. 195. vers. similitudinaria*, & *consil. 1. num. 7. vers. ex quibus, de bigam. in vtraque edit.* Cou. *in Clem. si furiosus part. 1. § 2. num. 2. vers. tertiò*, Flamin. *de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 3. num. 190.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 56. § 3. num. 4.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 85. num. 8.* Bonacin. *de censur. disp. 7. quæst. 2. puncto 5. num. 2. vers. bigamus*, Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 6. num. 15.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 1 r. cap. 6. num. 12.* Beller. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, § 6. num. 40.*

SVMMARIVM.

1 *Monialis, quæ se cognosci passa est, detruditur in aliud districtius monasterium virginum in pœnitentia.*
2 *Laicus, qui rapuerit Monialem, excommunicatur.*
3 *Clericus Monialem carnaliter cognoscens beneficiis priuatur, & in Monasterium detruditur.*

Cap. Si qua Monacharum. XXVIII.

Gregorius.

IN *aliud districtius monasterium Virginum*, &c.] 1 Notatur ad hoc quod Monialis, quæ se carnaliter cognosci passa est, detruditur in aliud districtius monasterium Virginum in pœnitentia, vt per Dec. *tract. crimin. lib. 6. cap. 20. num 6. in princ.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 146. num. 12.*

Communione priuetur si laicus est.] Notatur ad hoc 2 quòd laicus qui rapuerit Monialem, excommunicatur, vt per Menoch. *de arbitr. casu 389. n. 24* Decian. *dict. lib. 6. cap. 20. num. 6. in princip.* Farinac. *dict. quæst. 146. num 24.*

Si vero clericus, &c.] Notatur ad hoc quòd clericus 3 Monialem carnaliter cognoscens beneficiis priuatur, & in monasterium detruditur, vt per Menoch. *de arbitr. casu 360. n. 57. & casu 389. n. 24.* Dec. *d. lib. 6. c. 20. n. 6. post princ.* Farinac. *d. q. 146. n. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Rapientes, sollicitantes, vel corrumpentes sacras virgines, quas pœnas incurrant, remissiuè, & num. 3.*
2 *Monialis raptor ex sola conatu pœnam ordinariam subibit quacunque ex causa, raptus, seu copula non sit subsequuta.*
4 *Religiosus ad aliam religionem translatus ad pœnitentiam peragendam, cui religioni acquirat vsumfructum bonorum priori religioni acquisitorum, ostenditur, & num. 5.*

Cap. Si quis rapuerit. XXX.

Ex Nouellis Iustiniani.

DE pœnis, quas committunt sacras virgines sollicitantes, rapientes, vel corrumpentes, & de 1 huius criminis grauitate secum aliorum criminum deformitates inuoluentes, vide Decian. *in tractatu crimin. lib. 6. cap. 10.* Felician. *in Decalog. precept. 6. c. 7.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib 3 cap. 26* Menoch. *de arbitr. casu 436. n. 18. & 19.* Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 145. n. 21 cum seqq. & quæst. 146. num. 12. 24 & 26.* Pradil. *in sum. legum pœnalium, part. 1. cap. 6.* Marr. *de iurisdictione, part. 2. cap. 26.*

Illud verò aduertere oportet, quòd raptor Mo- 2 nialis ex solo conatu pœnam ordinariam subibit quacunque ex causa raptus, seu copula non sit subsequuta, vt per Cou. *in Clem. si furiosus, part. 2. in initio, n. 8.* Menoch. *casu 291. num. 35.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 12. n. 18. in fine*, Farinac. *d. quæst. 145. num. 10.*

Ipsi autem capitali periculo subiiciantur.] Ita Clar. 3 *§ fornicatio num. 17.* Menoch *de arbitr. casu 384. & casu 389. num. 42 & casu 502. num. 41.* Farinac. *in praxi criminal. quæst. 146. à num. 3.* Marta *dict. part. 2. cap. 26 num. 7.*

In gl. *Cantiori.* Collige ex gl. quod vbi religiosus 4 transfertur ad aliam religionem, non vt ibi profiteatur, sed quod delictorum suorum pœnitentiam agat, tunc vsusfructus bonorum priori monasterio acquisitorum reddendus posteriori, dum in illo religiosus permanserit, ne monasterio posteriori, cui deseruit, sed in illo inclusus est, onerosus sit; proprietas in priori monasterio remanebit, cum qua consolidabitur vsusfructus mortuo, aut restituto illo religioso, vt per Couar. *in cap. 1. num. 20. de test.* Tapia

ia authent. ingressi, *Cod. de sacrosanct. Eccles. verbo saa*, *c.6. num.*37. Molin. *de iustit. tr.*2. *disp.*140. *col.*2. *vers. quando Religiosus*, Fr. Emman. *q. Regal. tom.*3. *quæst.*5. *art.*5. *& in sum. tom.*2. *cap.*31. *in fine*, Azor. *instit. moral. p.*1. *lic.*12. *cap.*15. *q.*3. Sancb. *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*7. *cap.*32. *num.*46.

5 Intellige de non integro eorum bonorum vsufructu, sed de ea quantitate, quæ ad victum, & vestitum, reliquaque illius religiosi alimenta necessaria sunt, vt per Archid. *hic n.*2. Nauar. *comm.*4. *de Regularibus*, *n.*24. *vers.*11. Menoch. *de arbitr. casu* 436. *n.*18. Fr. Emman. *q. Regul. tom.*2. *q.*79. *art.*2. *& tom.*3. *q.*52. *art.*27. *in fine*. Quantitas autem hæc arbitrio prudentis relinquitur quanta debeat esse secundùm Menoch. *d. casu* 436. *num. vlt.* Fr. Emman. *d. art.*27. *in fine*, Sanchez *d. c.*32. *n.*47. *in fine*, vbi *num.*48. supradictam resolutionem pariter intelligit quando Religiosus is posteriori monasterio esset inutilis, secus si illi deseruiret, itaut obsequia præstita alimentis æquiualerent.

SVMMARIVM.

1 *Monacho non licet in monasterio orarium habere, neque Zonas.*

2 *Orarium nonnulli ex eo dictum putant, quòd oratoribus, id est, prædicatoribus tantum concedatur.*

3 *Presbyteris tantù concedebatur orario vti, nonnunquam Leuitis, Subdiaconis autem minimè.*

4 *Zonæ nomen quid significet in hoc text. ostenditur.*

Cap. Monacho. XXXII.

Ex Aurel. Concil. I.

1 IN Concilio Aurelianen. I. *cap.* 22. vnde sumptus est hic text. statuitur ne Monacho liceat in monasterio orarium habere, neque zonas. Pro cuius explicatione inquirendum à nobis est quid in eo significet orarium, & quid zonæ.

2 Circa orarium nonnulli ex eo dictum putant quod oratoribus, i. Prædicatoribus tantùm concedatur, ita Alcuin. *in lib. de diuinis Offic. cap. quid significent vestimenta*, sequitur Raban. Maur. *lib.*1. *de instit.*
3 *clericor. cap.*19 Amalar. Fortunat. *lib.*2. *cap.*20. Azor. *institut. moral. p.*1. *lib.*10. *cap.*18. *quæst.*10. Conc. Tolet. IV. *c.* 40. vbi dicit Leuitam oportere orarium gestare sinistro humero, eo quod erat, i. prædicat. Presbyteris tantum eo vti concedebatur in Conc. Moguntino sub Carolo Magno *c.*28. ibi, *Vt presbyteri sine intermissione vtantur orariis propter differentiam Sacerdotij dignitatis*, & optimè constat ex Conc. Bracharen. III. *c.*4. vbi orario vtrunque humerum Sacerdotis ambiendum, & eius vsum, quoties accedit, Missarum solemnia, aut pro se Deo sacrificium oblaturus, aut Sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus. Anton. August. *in epitome*, *lib.*6. *tit.*37. *de vestib. Sacerd. c.*5. Steph. Gratian. *discept. forens. c.*298. *n.*54. *cum seqq.* Concedebatur etiam orarium Leuitis, Subdiaconis autem minimè, vt colligitur ex Laodiceno Conc. *c.*22. *&* 23. *c. non oportet cum seqq.* 22. *dist.* & ex Conc. Bracharen. I. *c.*9. vbi prohibet orarium à Diacono portari absconditum infra tunicam, eo quod nihil differre à Subdiacono videatur, non ergo Subdiaconi gestabant orarium, item hoc ipsum colligitur ex dicto Conc. Toler. IV. *c.*40. vbi Leuita vno tantum non duobus vti iubetur orariis, eoque auro, aut coloribus ornato.

4 Zonæ vero nomen nonnulli existimant hoc loco non accipi pro cingulo, quo vsos Monachos dubitari non potest, sed pro Marsupio ad nummos, itaque prohibetur ne Monachus crumenas nummis plenas haberet in monasterio; in monasterio, inquam, nam in itinere prohibitum non erat nummos deferre. Zonas enim apud veteres crumenas dici causa asseruandi nummos fabricatas ex Suetonij, Apulei, Lampridij, Spartiani, Iuuenalis, & aliorum testimoniis probat Sabellic. *ad lib.*2. *Horatij epist.*2. cui adde Gell. *lib.*15. *cap.*12. & auctoritatem Matth. 10. *Neque pecuniam in zonis vestris.* Sed hæc expositio non videtur congruere alteri verbo *orarium*; quid enim zonis crumenisque commune cum orario? nisi dicamus ex aliquorum, si bene memini, correctione pro, *orarium* legendum esse *aurum*, itaut huius text. sensus sit in eo prohiberi Monacho aurum, & zonas nummis plenas possidere, cui paupertas in voto est, atque hæc probabilis satis interpretatio est, quam præstat Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*10. *c.*28. *q.*11. Sed probabilior est inter sacras vestes cingulum recenseri, siue zonam, de qua, & eius significatione mystica plura congerit Stephan. Durant. *de ritibus Eccl. lib.*2. *c.*9. ac proinde vel text. *in præsenti* velle diuersas esse vestes Monachi à vestibus Clerici secularis, & ne vtantur orario, cinguloque vestibus scilicet concessis, Monachis enim erant propria indumenta, quo à secularibus distinguerentur, vt palam est: vel prohibere Monachos vti sacris vestibus, orario scilicet, & zona, vt non quæcunque zona illis interdicatur, sed quæ inter sacras vestes computatur; idque optimè, tum quia Monachis eo tempore non erat concessum prædicandi munus, tum etiam, quia inter monachos primis illis seculis clerici non erant, sed aliunde ab Episcopis destinabatur Presbyter, qui apud illos sacra faceret, id quod etiam tempore Gregorij I. qui Conc. Aurelian. I. subsequutus est, in vsu fuisse constat ex eius epistolis non semel *lib.*3. *epist.*18. *lib.*5. *epist.*41. *&* 46. *lib.*6. *epist.*74. *lib.*7. *indict.*3. *epist.*15. 36. *&* 54 & alibi sæpè, quod adeo verú est, vt qui ex Monachis assumerentur ad Clerum, è monasterio ab Episcopo educerentur, ne vlteriùs inter Monachos habitarent, vt scribit Greg. I. *lib.*7. *epist.*18. *Quisquis autem ex monasterio ad ecclesiasticum Ordinem peruenerit, vlterius illic nec potestatem habeat, nec licentiã aliquam habitandi.*

Cap. Viduitatis. XXXV.

Ex Concil. Aurosico.

COllige ex text. professionem viduitatis coram Episcop. factam post habitum susceptum nulli violare permitti, vt per Fr. Emm. *q. Regul. tom.*2. *q.*63. *a.*1. Ribaden. *in lib. pro defensione Societatis Iesu c.*15. 1

Cap. Vt lex. XL.

Innocent. II.

PRobat hic text. per Ordinem sacrum dirimi matrimonium postea initum, vt per Sanch. *de matr. lib.*7. *disp.*28. *a.*2. & alios citatos *in collect. ad Extrauag. antiqua de voto Ioan. XXII.* 2

Cap. Nuptiarum bonum. XLI.

AVgustinus *in lib. de bono viduitatis ex cap.*9. relatus *in hoc text.* asserit post vota Religiosorum valere coniugia, quod à veritate aberrare toto cœlo videtur, cùm certissima fide tenendum sit matrimonium 3

nium subsequens solemnem Religioois professionem esse irritum, vt ex pluribus Conciliis, & auctoritatibus firmat Sanch. *de matrim. lib. 7 disput. 16. à princip.* & est veritas definita in Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. matrim. can. 9.* & vnanimi consẽsu tradunt Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 5. § 2 lit. l. & §. 9. in princ.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib 13. cap. 12. q. 10. vers. quamquam*, Cardin. Bellarm. *lib. 2. de Monachis c. 22. cum seqq.* Gutier. *de matrimon. cap 94. à n. 5.* Farinac. *in praxi crimin. part. 6. quæst. 138. n. 95.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l 31 num. 120.* Bonacin. *de matrimon. quæst. 3. puncto 4. n. 2.* Iodoc. Cocc. *tomo 2. thesauri Cathol. l. 8. art. 6.* Ægid. de Conink *de Sacram. tom. 2. disput. 31. num. 66* Fernandez *in examine Theologia moralis part. 3 cap. 16. §. 1. sect. 3. vers. dico secundò & sect. 8.* Molfes. *in summa Theolog. moralis tract. 4. c. 9. n. 35. & 37.*

2 Quare dubia redditur hæc Augustini auctoritas, & ad eã variæ explicationes, & solutiones adhiberi solent. In primis non defuerunt, qui librum illum de bono viduitatis Augustini non esse libenius affirmatent, sed Iuliani cuiusdam Pelagij hæretici sectatoris, ex quorum numero fuit Osius Cardin. *in sua docta Catholicæ fidei professionee, cap. 56. de matrimonij impedimentis*; sed contrarium ostendunt veterum omnium testimonia, quæ librum istum, vt Augustinianum fœtũ agnoscunt, quæ quamuis deessent, satis esset Possidonius, qui in indiculo operum Augustini hunc librum posuit.

3 Secundo loco dicunt alij Augostini verba intelligenda esse de voto simplici, nuptias autem post huiusmodi votum validas esse, nõ verò agere Augustinum de voto solemni, sed hoc difficultatem nõ tollit, fatemur enim Augustinũ loqui etiam de nuptiis post votũ simplex; nam votum castitatis priscis illis temporibus fuisse votum simplex, nõ verò solemne.

4 Terrio loco nouam aliam iniit viam Ferdinand. de Mendoça *lib. 2. de conf. Concil. Illiberis. cap. 20.* Augustinum scilicet non agere de matrimoniis earum fœminarum, quæ contrahunt post votum simplex, aut solemne, sed de secundis nuptiis, quas nonnulli parum consideratè damnarunt; sed hæc solutio adeò apertè pugnat cum his quæ Augustinus *citatis locis* dicit vt ferè refutatione non egeat.

5 Denique Card Bellarm. *lib 2. de Monachis, cap 24.* affirmat dici posse Augustinum in hac esse sententia de validitate matrimonij post emissa Religiosorum vota, tamen ignorasse legem Ecclesiasticam irritantem eiusmodi coniugia. Sed potiùs certè dicere debuisset Augustini ætate eiusmodi legem nõ extitisse quàm Augustino duarum maximarum Religionum in Latina Ecclesia erectorem istam legem latuisse.

Cap. Si quis votum. XLIII. & vlt.

Theodorus.

1 GLoss. 1. *statim in princip. hic* tenet votum simplex castitatis dirimere matrimonium quando vterque contrahens eo voto ligatus est. Sed contrarium, immò validum esse matrimonium ab his contractum, est verius, quia vterque non obstãte eo voto potest dominium sui corporis valide transferre, & semel eo translato, licèt neuter possit petere, at reddere tenebitur, & ideò ita tenent Nauar. *in man. c. 22. num. 73.* Verac. *in specul. coniug. part. 1. art. 15. dub. 3.* Matien. *ad rub. tit. 1. gloss. 1. num. 152. l. 5. noua recopil.* Sanchez *de matrimon. l. 7. disput. 11. num. 10.*

In eadem gloss. ibi, *sed quid si vouit quòd nũquam redderet debitũ, si vxorẽ contingeret eum ducere? si post ducat, non tenetur tale votum seruare*, &c. Reprobatur communiter hæc gloss. in hac parte, vt per quamplures, quos plena manu refert, & sequitur Sanchez *de matrim. l. 9. disput. 33. num. 5.* vbi *num. 3.* eam citat.

QVÆSTIO II.

Cap. Sufficiat. II. *Nicol.*

VVLGÒ allegatur hic text. ad hoc quòd 1
mutuus contrahentium consensus est necessarius ad matrimonium, vt per Sanch. *de matrim. l. 2. d. 25.* Pined. *in vita S. Ioannis Baptistæ, §. 38. p. 160.* Surd. *cons. 368. n. 18.* Menoch. *de præsumpt. l. 4. præs. 189. n. 55.* Beia *respons. casuum conscient. p 2. casu 9.* Gutier. *de matrim. c. 46. nu. 1.* Basil. *eod. tr. l. 2. c. 1. cum seqq.* qui præcipuè duo vltimo loco citati probant consensum huiusmodi debere esse liberũ, & ad probandum defectũ consensus pro nullitate matrimonij testes admittũtur qui aliàs nõ admitterentur *l. lex. cons. 156. num. 15. l. 5.* Honded. *cons. 29. num. 24. lib. 1.* Monald. *cons. 5 num. 96.* Rot. *decis. 147. num. 4. & 10. part. 1. recent.* & apud Farin. *l. 2. crimin. decis. 260. num. 21.*

In gloss. 1. ibi, *verba enim tantùm necessaria sunt ad* 2
probationem, &c. Notatur ad hoc quod sufficit consensum matrimonialem signis exprimi, & non desiderantur necessario verba, vt per Couar. *de sponsalib. part. 2. c. 4. in initio n. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1024, num. 2.* Matien. *ad rub. tit. 1. gloss. 1. num. 22. lib. 5. noua recop.* Spin. *in speculo testam gloss. 15. n. 3. & 13.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disput. 31. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Text. iste in Augustini operibus minimè reperitur.*
2 *Virginitas non fuit in opprobrio olim apud Iudæos.*
3 *Beatissima Virgo emisit virginitatis votum, cãque Domino cõsecrauit antequã desponsaretur Ioseph.*
4 *Votum virginitatis Deiparæ fuit absolutum, & nequaquam conditionatum.*
5 *Matrimoniũ verũ fuit inter Beatissimã Virginẽ & Ioseph, & respondetur contrariis numeris seqq.*

Cap. Beata Maria. III.

QVamuis textum istum ex Augustino desũpsisse 1
Gratianum illius inscriptio ostendat, tamen confictus ab illo est, & in Augustini operibus minimè reperitur, sed ne hac occasione videar illius difficultatem effugere, aliqua circa verum eius sensum dicere operæ pretium duxi, & inprimis scire oportet olim in lege veteri apud Iudæos virginitatem nõ fuisse in opprobrio, vt sentiunt Supplem. Gabr. *in 4. dist. 30. quæst. 2. art. 2.* & recentiores ferè omnes cum Abulen. *in cap. 30. Numer. q. 12. & 22.* Gabr. Vasquez *tomo 2. in 3. part. disput. 124. c. 2.* Card. Baron. *in apparatu annalium*, qui testimonio Iosephi docet apud Hebræos virginitatem no prohibitam, sed in pretio habitam: cuius oppositũ rectè scio sensisse D Thomam, qui existimauit pro tempore legis Mosaicæ potiores esse nuptias cælibatu, *part. 3. q. 28. a. 4. ad 1.* & apertiùs *in 4. dist. 30. quæst. 2.* quem sequuntur *ibi* Caiet. & Sot.

Cùmque virginitas illo tempore licita esset, & in 2
honore, & gloria, merito, & laudabiliter Beata Virgo emisit virginitatis votũ, eàmque Domino cõsecrauit

erauit antequam desponsaretur Iosepho, vt docet Augustin. *lib. de sancta virgin cap. 4.* & Nyssen. *orat in sanctam Christi natiuitatem*, ex illo, *quoniam virum nō cognosco*, infert Beatam Virginem non filiorum causa cum Iosepho nupsisse, immo neque eo fine nubere licuisse, & Rupert. *lib. 3. in Cantica, circa fin.* Quia *votum*, inquit, *egregium Deo, prima vouisti votum virginitatis, attamen sponsi nomen admisisti, desponsari viro non renuisti.* idem expresse asserit Hugo Victorinus *lib. de virginit. B. Mariæ cap. 1.* eóque supposito disputat quo pacto potuerit postea inire coniugium cū Iosepho, de quo nos *infra.*

4 Ex quibus sic breuiter prælibatis facilè colligitur votum virginitatis Deiparæ fuisse absolutum, & nequaquam conditionatum, id quod hac cōsideratione explicatur, & confirmatur simul. Illud dicitur esse votum absolutum, cuius obligatio statim locum habet, nullo pacto suspenditur, sed executioni statim mandatum est. Votum verò conditionatum illud est, cuius executio differtur, & quasi suspensa relinquitur pro aliquo tempore. In eo autem differunt votum emissum de re, & secundùm se, & eo tempore licita, à voto de re eo tempore, & loco prohibita, quòd illud prius statim obligare incipit, posterius verò minimè, sed ab eo tēpore quo desinit præceptū prohibere, v. g. si quis vouit rem sibi non licitam, vt cōiugatus aliquis consummato matrimonio custodiā castitatis inconsulta vxore, eius obligatio suspēditur, donec impedimentum cesset, neque aliter vouere potest, nisi pro eo tempore, optans scilicet, vt impedimentum auferatur, quòd id, quod vouit, licitè fieri possit; huiusmodi sunt vota Religiosorū, quæ sunt contra regulam, v. g. peregrinationes, ac similia. At si quis voueat rem sibi licitam, vt ingredi religionem nullis existentibus impedimentis, statim obligatur voto. Accommodemus doctrinam istam instituto nostro. Si virginitas tempore legis Mosaicę prohibita erat, & præceptū extabat de generatione liberorum, vt nonnullos sensisse diximus; plane votū de seruanda virginitate debuit esse conditionale, *si Deus*, scilicet, *facultatem concederet*, suspensaque maneret eius executio, donec Deus suā prohibitionem auferret, sicut de votis Religiosorum contra Regulam dicebamus. At si virginitas eo tempore licita erat, & in honore, & gloria, votum de seruāda virginitate fuit absolutum, & eius obligatio statim cœpit. Neque enim existimandum est ideò conditionale esse, quia ibi intelligitur conditio, *si Deus aliud non decreuerit*: hæc enim conditio, quæ in omni voto, etiamsi non exprimatur, intelligitur, cum res aliqua absolutè bona est, & alterius cōparatione perfectior, non suspendit effectum, neque reddit conditionale votum. Neque enim eādem vim habet ista conditio in voto de re secundùm se, & eo tēpore licita, & in voto de re tunc vouenti prohibita: nam in priori voto non suspendit obligationē eius, quia res est licita, & melior; ergo statim obligat: at in posteriori suspenditur executio vsque ad illud tēpus quo Deus prohibitionē auferat, vt exēplo desiderij explicari facilè potest. Ergo cùm virginitas fuerit eo tempore licita, & in honore, ac laude, & Deipara antequam desponsaretur virginitatem vouerit, planum est votum absolutum fuisse, non conditionale; ea enim conditione, *nisi Deus aliud inferret*, etiamsi expressè apponeretur voto (cùm tamen nil magis efficiat, quam tacitè subintellecta) nō redderet illud votum conditionale, ita eleganter Gabr. Vasquez *in 3. part. disputat. 124. cap. 1. numer. 4. & cap. 4. n. 69.*

5 Quo autem pacto inter Beatam Virginem, atque Iosephum matrimonium celebrari potuerit, restat nunc vt ostendamus, & in primis præmissis illis omnibus per nos eleganter ponderatis ad *cap institutū, hac eadē caus. & quæst.* secure tenēdū inter Beatissimam Virginem, & Iosephum verū fuisse matrimonium, nam si ad primam, & essentialem perfectionem solum requiritur mutua obligatio ad indiuiduam vitam, quæ expresso consensu contrahentiū perficitur, in quo inest implicita, & virtualis obligatio ad vsus matrimonij, nunquam verò aut actus, aut expressus, seu etiam tacitus actualis consēsus ad copulam desideratur, vt *in d. cap. institutum*, probauimus, & in hoc sanctissimo coniugio reperitur mutua obligatio, & implicitus ille consensus, sequitur quòd licet Beata Virgo ob firmissimum virginitatis propositum nihil de matrimonij consūmatione cogitauerit, verum fuit illud coniugium. Probatur *Matth. cap. 1.* ibi *Iosephus autem vir eius*, & ibi, *accipe Mariam coniugem tuam*, & ibi, *coniugem suam*; stant pro hac sententia Patres, Basil. *homil. de humana Christi generatione*, Hieronym. in illud Matth. *cùm esset desponsata*, Chrysost. *homil. 4. in Matth.* explicans illud, *antequam conuenirēt*, Ambros. *l. de instit. virgin. cap. 6. lib. 2. in Lucam in princip.* Bernard. *serm. 2. de laudibus B. Mariæ*, D. Thom. *3. p. q. 29. art. 2.* D. Antonin. *p. 4. tit. 4. c. 6. §. 3.* & latè comprobant Palud. & Sot. *in 4. dist. 30. q. 2. art. 2.* Maior. *ibid. art. 2. q. 2.* Viguer. *instit. cap. 20. §. 9.* Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 1. à num. 4.* Soar. *p. 3. q. 29. art. 3. disp. 2. sect. 1.* Sanchez. *de matrim. lib. 2. disp. 28. num. 1.*

6 Non obstat quòd nonnulli Patres indicant non fuisse matrimonium inter Virginem, & Iosephum quidam enim ex illis non audent concedere Beatam Mariam fuisse Iosephi coniugem vere, & proprie, ex quorum numero sunt Hilarius *Math. 1.* Chrysost. *hom. 4. in Matth.* explicans illud, *Ioseph. fili Dauid*, Hieron. *in cap. 1. Math.* in illud, *virum Mariæ*. Deinde quia Gregorius Nyssenus non audet dicere matrimonium illud sponsalium rationem egressū, *orat. in die natalis Christi colū. 6.* qui etiam cùm Bernard. *homil. 2. de laudibus Mariæ super Missus est*, negant Iosephum virum propriè dici: alii quoque negant Beatam Mariam esse veram vxorem, sed tantùm sponsā, hi sunt Tertullian. *lib. de velandis Virginibus cap. 6.* Epiphan. *hæres. 78.* Gregor. *homil. 26. in Euangelia*, & habetur *cap. si quippe, hac eadm causa. & quæst.* Petr. Chrysolog. *serm. 175.* solo nomine esse maritum dicit non conscientia.

7 Respondetur enim prædicta omnia Patrum testimonia facili negotio, explicari si attendamus nomē coniugis, vel vxoris, vel etiam viri, apud illos non tantùm significare eos, qui legitimo matrimonio iuncti sunt, sed etiam corruptos, & qui consumarunt matrimonium, & in eo sensu negasse Virgini, & incorruptæ nomen coniugis, vel vxoris, & sponsam appellasse, non quod verum matrimonium non fuerit, ac ratum; sed quia consūmatum non fuerit, ita Tertull. & cæteri Patres post eum citati.

8 Nec etiam obstat auctoritas Hieronym. *in cap. gemuit*, & Gregorij *in c. sit quippe, in princ. hac eadē causa & quæst.* qui videntur affirmare inter Beatam Virginem, & Iosephum nuptias non fuisse, quia respondetur nuptias aliquādo accipi pro ipso cōtractu matrimonij *l. nuptias 1. de regul. iuris*; aliquando vero solemnitate, & pompa, qua mulier ad domum viri traducitur ad consummationem matrimonij, vt colligitur ex *l. mulierē 5. ff. de ritu nupt. iuncta l. Seia 57. ff. de don. inter vir. & vxor. l. si donationem 21. l. sancimus 24. C. de nupt.* & hoc posteriori modo accipitur hoc verbum in prædicta auctoritate.

CAP.

Cap. Si quis desponsauerit. XI.

1 AGit hic text. de impedimento publicæ honestatis orto ex mattimonio tato, de quo latè Sanch. *de matr.lib.7. disp.70.per tot.* & dixi *de officio, & potest.Epis.c.p.3.alleg.51.n.174.cum seqq.*

Cap. Non est dubium. XVI.

1 DEclaratot *in collect.ad cap.institutum,hac eadem quest.num.12.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium consummatum significat indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam.*
2 *Societas quadam in bonis acquirendis contracta censetur inter maritum,& vxorem.*
3 *Societas qua contracta censetur inter virum,& vxorem, non est vera, itaut habeat priuilegia omnia societatis omnium bonorum.*

Cap. Cùm societas. XVII.

Leo.

1 PRobat hic text. mattimonium consummatum significare indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam,vt pet Cooatsuuiam *de sponsal.part.2.cap.7.§. 4.num.14.* Sanchez *de matr.lib.2. disp.13. n.1.* Ratio est,quia sicut propter corporum commixtionem designat illam admitabilem,& indissulubilem vninnem Christi cum Ecclesia pet natoram, qua scilicet Verbum caro factum est,*cap.debitum,de bigam.* Sot. *in 4.distinct.26. quest.2. art.1.* ita plane vinculum sactamenti in eodem mattimonio omnino manet indissolubile.Magnum est enim discrimen inter triplex mattimonium, quia mattimonium infidelium,quod non tantum dicitur,solo natutali vinculo constat;mattimonium autem ante copulam præter vinculum natutale,habet quoque vinculum Sactamenti, licet dissolubile. Mattimonium denique fidelium post copulam præter natutale vinculum, habet vinculum sactamenti omnino indissolubile. Vnde ptouenit quod licet mattimonium solo consensu perfectum sit,*cap.sufficiat,sup.hac ead.quest.* quoad significationem tamen sactamenti non omnino petfectum est, patitut enim defectum respectu significationis, vt optime aduertit Caiet.*in opusculo 27 quest.25. vers. quoad 1.* iuxta quem sensum accipiendi sunt textus *in præsenti,& in cap.non dubium,hac eadem quest.*dum negate videntur mattimonium esse perfectum absque catnis copula,quicquid Sot.*in 4.dist.26.q.2.art. 4.col.penult.*alitet interpretetur.

2 In gloss.1. ibi, *sic matrimonium se habet ad instar societatis.* Notatur ad hoc quod inter maritum, & vxotem societas quædam in bonis acquirendis conttacta censetur, vt per Conatiuuiam *de sponsalibus, part.2.cap.7.§ 1.num.5.*Non tamen est veta, & propria,itaut habeat priuilegia omnia societatis omnium bonorum,vt pet Pyrrhum *in consuetud. Aurelian de societate inter virum,& vxorem,cap.1.*Cassan. *in consuetud. Burgund.rub.4 §.2. num.16.* Ioan.Gate, *de expen.cap. 13. num.14. & in tract. de coniugali acquestu,num.30.cum seqq.*Matt.*in votis nouiss.decis.voto 93.num.14.* D.Barbos.*in l.1.ff.solut. matrim.p.1.n.34. & 38.*Valasq.*de partitionibus,cap.5. num.3.cum seqq.*

Cap. Lex diuinæ. XVIII.

Benedictus.

NEque *osculum parit propinquitatem,quod nullam facit sanguinis commixtionem.*] Notatur ad hoc quòd copula per quam vna caro efficiuntur coniuges, debet esse carnalis per seminis emissionem intra claustrum fœminæ,vt per Sanch.*de matr.lib.2.d. 21.n.5.vers.probatur primò.*Vnde ex sola vasis fæminei penetratione non emisso intrà virili semine,minimè otiri affinitatem,tenent idem Sanch.*lib.7.disp. 64 n.8. & 20.*& plures per me citati *de officio, & potest.Episcopi,p.3.alleg.51.n.167.cum seqq.*

Cap. Sunt, qui dicunt. XIX.

Gregorius.

SI *verò vtrisque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare?*] Notatur ad hoc, quòd licitum est votum simplex castitatis à coniugibus mutuo consensu emissum,vt per Sot.*in 4.dist. 27.q.1. art.4. vers. at verò citra mortem,*Petr. de Ledesm.*de matr.q.64.art.4.dub.1.concl.5.*Sanch.*de matrim.lib.9.d.37.n.17.& eod lib.9.disp.4.n.5.* per hunc text. tradit posse coniuges mutuo consensu separari quoad thorum duplici concurrente moderatione, altera est dummodo legitima adsit causa, vt amor continentiæ seruandæ, secus quando odio, aut indignatione ducti coniuges communi consensu separantur, altera ne patiatur vterque aut alterutet incontinentiæ periculum.

SVMMARIVM.

1 *Professio coniugis de licentia spontanea alterius emissa valida est,etiam quando coniux manens in seculo nullum votum emisit.*
2 *Adulterium quando committitur ab vno coniuge,potest alius religionem ingredi, & profiteri inuito altero.*
3 *Spoliatus sua vxore ante omnia est restituendus quando agit iudicio possessorio, secus si agat petitorio,quia tunc non statim restituetur, sed audietur exceptio viri professi allegantis adulterium vxoris.*
4 *Uxor adultera petenti non est restituendus vbi de eius licentia,licet minus legitima,innocens transiret ad Religionem,Ordinesve.*
5 *Adulterium sufficit esse notorium ne reuocetur innocens à Religione, vel ab ordine sacro suscepto ad vsum coniugalem.*
6 *Professus vir reuocatus ab vxore manente in seculo, tenetur illi debitum reddere, non verò huic reuocato petenti reddere tenetur.*
7 *Professus inualidè, quia reuocatus fuit ab vxore, ea mortua potest validè aliud matrimonium inire, licet culpam lethalem incurrat tanquam violator voti simplicis castitatis.*

Cap. Agathosa. XVI.

NE *fortè cum eius voluntate conuersus sit, &c.*] 1
Notatur ad hoc quod valida est coniugis professio de licentia spontanea alterius emissa quando coniux manens in seculo nullum votum emisit,

ponderando Greg. *in pręf.* loquntum fuisse disiũctiuè nimitum si vxor consensum præstitit, aut pariter conuersa est, nam in quocunque illorum euentuum valida est professio, ita Henriq. *in summ. lib.* 11. *c.* 15. § 9 Azor. *instit moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 1. *quæst.* 6. *vers. si queras*, Bartholom. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum, lib.* 5. *quæs.* 67. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 33.
2 *num.* 4.

Nec quoddam fornicationis crimen, &c.] Notatur ad hoc, quòd vbi alter coniugum committit adulterium, innocens potest religionem ingredi, & profiteri altero inuito, vt per Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.* 11. *n.* 2. *cum seqq.* Barthol. à S. Fausto *in Thesauro Relig. lib.* 5. *q.* 49. *vers. secundus*, Nauar. *cons.* 8. *de Regular. in antiq. aliàs cons.* 7. *de conuers. coniug. in nouis* Sayr. *in floribus dec. sub tit. de Regul. dec.* 11. Stephan. Gratian.
3 *discept. forens. cap.* 102. *num.* 24.

In gloss. *Non quondam.* ibi, *hîc petitorio agebatur, & ideo ex cap. de fornicatione aliàs primo restitueretur.* Notatur ad hoc, quòd spoliatus sua vxore ante omnia est restituendus quando agit iudicio possessorio, allegans scilicet spolium, & petens se restitui; si enim agat petitorio, non statim restituetur, sed audietur exceptio viri professi allegantis adulte-
4 rium vxoris, vt per Sanch. *de matr. lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 18. Intellige nisi de licentia vxoris, quamuis minus legitima, innocens transiret ad religionem, Ordinesve, tunc enim non esset restituendus vxor adulteræ petenti, licet adulterium sit occultum, sed exceptio illius debet audiri, & eo probato absoluendus est, quia tunc non est spoliatio cùm vxor consensum præstiterit, ita Nau. *cons.* 5. *in fine, de conuers. coniug. in antiq. aliàs cons.* 14. *in fine, eod. tit. in nouis*, Sanch. *d. lib.*
5 9. *disp.* 11. *n.* 6.

In gloss. *Fornicationis.* ibi, *publica* Notatur ad hoc quòd sufficit adulterium esse notorium ne reuocetur innocens à Religione vel ab Ordine sacro suscepto ad vsum coniugalem, vt per Natt. *cons* 116. *n. vnico*, Barthol. de Ledesma *de matr. dub.* 64 *post* 3. *conclus* §. *sciendum est secundò*, Nauar. *d. cons.* 14. *in fin.* quos refert Sanch. *d. lib.* 9. *disp.* 11. *n.* 8. vbi declarat, & *disp.* 12. *num.* 12. refert multos per hanc gloss. tenentes sufficere coniugi innocenti ad diuortium, quoad habitationem propria auctoritate celebrandum si adulterium sit notorium, quod tamen ipse
6 certis conclusionibus declarat.

In gloss. *Debeat* ibi, *Sed nunquid iste redditus vxori poterit ab ea exigere debitum*, &c. Notatur ad hoc, quòd vir professus reuocatus ab vxore manente in seculo tenetur illi debitum reddere, vt per Scot. Palud. & Palac. quos refert, & sequitur Bartholom. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 67. *in fine, & q.* 69. resoluit huic reuocato petenti debitum, alterum reddere non teneri, & *q.* 70. tenet hunc reuocatum non posse debi-
7 tum petere.

In eadem gloss. ibi, *sed nunquid ea mortua*, &c. Notatur ad hoc quòd vir inualidè professus, & reuocatus ab vxore ea mortua potest validè aliud matrimonium inire, licet culpam lethalem incurrat tanquam violator voti simplicis castitatis, vt per Nauar. *in man. cap.* 12. *num.* 60. *& cons* 4. *num.* 4. *aliàs cons.* 5. *num.* 4. *de conuers. coniug* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 101. Henriq. *lib.* 12. *de matrim. cap.* 5. §. 10. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1. *quæst.* 3. *vers. si queras*, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 34. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi sine licentia viro, & vxori causa Religionis diuertere non licet.*

2 *Episcopi licentia requisita vbi vir, & vxor causa Religionis diuertunt, non est necessaria ad professionis valorem.*

3 *Verba*, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat, *non inducunt preceptum.*

4 *Coniux si est professus de licentia alterius non intrantis Religionem, nec vouentis continentiam, poterit reuocari, quamuis ex Episcopi licentia id effectum sit; si verò alterum fecit, non poterit reuocari, quamuis Episcopi licentia defuerit.*

CAP. Si vir, & vxor. XXIII.

Eugenius II.

EVgenius Papa II. *in Synodo Romana, c.* 36. relatus 1
in hoc text. ait sine Episcopi licentia viro, & vxori causa Religionis diuertere non licere, refert Mariol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 5. dum tenet ad coniugum conuersiones validandas decretum Episcopi requiri, & *n.* 7. subdit deficiente huiusmodi Episcopi decreto nudum coniugis consensum non sufficere.

Cæterùm optimè Sanchez *de matr. lib.* 7. *disp.* 32. 2
n. 3. explicat posse eam licentiam esse ad tria requisita. Primum est ad valorem professionis: secundum, vt rectè fiat, quia sub præcepto sit ea petenda: tertium ne coniux quamuis legitimè professus possit reuocari ad coniugem manentem in seculo, sicut reuocari potest quando coniux manens in seculo non vouit continentiam, at concessit licentiam. Quantum ad primum censeo eam Episcopi licentiam non esse necessariam ad professionis valorem, quia in hoc text. vbi ea licentia petitur, non irritatur professio aliter facta, idque apertè colligitur ex *c.* 1. *de conu. coniug. in fine*, à contrario sensu, vbi dicitur virum, qui ignorante Episcopo de licentia vxoris professus est, reuocandum non esse, si vxor vouerit castitatem; sentit ergo text. ex defectu licentiæ Episcopi nil offici professioni. Ita tenent *in præsenti* Archid. *n.* 1. Bellarm. *n. vnico*, & Turrecrem. *n. vnico*, Ioan Andr. *in d. cap.* 1. *num.* 1. Butr. *num.* 5. Abb. *n.* 3. & Cardin. *q.* 2. Sot. *in* 4. *dist.* 27. *q.* 1. *art.* 4. *col.* 15. *paulò ante vers. ad autem.*

Quoad secundum videntur verba illa huius text. 3
nullatenus sine Episcopi conscientia fiat, inducere præceptum; at dicendum est non esse præceptum, sed de honestate desiderari licentiam Episcopi, vt docent *hic* Archid *num.* 1. *super verb. fiat*, & *ibi* Bellar. *num. vnico*, Ioan. Andr. *in dict. cap.* 1. *num.* 1. & *ibi* Cardin. *quæstione* 2. qui duo vltimo loco citati asserunt consuetudine receptum esse, vt ea licentia non petatur.

Quoad tertium existimo nihil ad rem facere defectum licentiæ Episcopi, aut interuenisse quoad reuocationem: & ita si coniux est professus ex licentia alterius non intrantis Religionem, nec vouentis continentiam, poterit reuocari, quamuis ex Episcopi licentia id effectum sit; si verò alterum fecit, non poterit reuocari, quamuis Episcopi licentia defuerit. quod clarè sentit Host. *in d. cap. statim in princip. super verbo ignorante*, explicat, id est, maximè Episcopo ignorante, quasi dicat idem esse si sciente, atque ita scientiam eius, vel ignorantiam nihil conferre, & melius Butr. *ibi num* 5. vbi ait si nondum facta esset professio, posse Episcopum reuocare donec cognoscat an legitimus fuerit ingressus; sentit ergo facta professione non esse reuocationi locum, quod Episcopi auctoritas in ingressu desiderata sit.

CAP.

Cap. Si tu abstines. XXIV.

Ioan. Chrysostomus.

1 COlligi videtur ex hoc text. quod quando vir adulterij causam dedit negando debitum congale, tuoc ob vxoris adulterium non permittitur ei dioortium, vt per D. Th. 1. *ad Corinth. q. sect. 4. paulo post princip.* Angel. *verbo debitum, n. 7. in fine,* Barthol. à Ledesma *dub. 65. de matr. ad finem, § aly addunt,* & dicit esse probabilem Ludouic. Lopez *de instruct. conscient. p. 2. tr. de matr. cap. 54. vbi de diuortio quoad habitationem colum. 4. vers. praterea aliud.*

2 Cæterùm contrarium, immo tunc permitti viro diuortrium, verius existimo, quia hæc causa adulterandi est remota, & potius occasio, cum eo non tendat, vt fœmina foroicetur, & ideo D. Chrysost. relatus *in hoc text.* nomine licentiæ occasionem intellexit, vt explicat gl. *in præsenti verbo licentiam,* tum quia vrgentior est occasio, quando vxor è domo expellitur alimentisque priuatur, tunc enim debito, cohabitatione, & alimentis defraudatur, & tamen ea non obstante dimitti potest vxor foroicans, vt bene tradunt Gaet. *in repet. cap. ad limina,* 30. *q.* 1. §. 4. *n.* 217. Castro *lib. 2. de lege pœnali, cap 4. paulò ante, § vt igitur* Sot. *in 4. dist. 36. q. vnic. art. 1. vers. secundus casus.* Quare hanc partem melius sustinent D. Anton. *p. 4. tit. 1. cap. 21. § 6. casu* 7. Syluest. *in summa verbo diuortium q. 9. in fine.* Veract. *in speculo coniug. p. 3. art. 1. concl. 3. casu* 2. Iacob. de Graff. *in aureis dec. p. 2. lib. 1. cap. 12. n. 75.* Vega *tom. 1. summa c. 13. casu* 18. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Continentiæ vota non licet vxori suscipere, nisi eandem vitam vir eius elegerit.*
2 *Monasterium non succedit in Regnum, Comitatum, vel Ducatum.*
3 *Comes origine si postea fiat clericus, siue Episcopus non per hoc desinit esse comes.*
4 *Nobilitas, & alia prærogatiua, siue iura sanguinis non transeunt in monasterium.*

Cap. Scripsit nobis. XXVI.

Nicolaus.

1 VVlgo allegatur hic text. ad hoc quod continentiæ vota non licet vxori suscipere, oisi eandem vitam vir eios elegerit, de cuius materia agunt. Gomez *l. 40. Tauri n. 66.* Molin. *de primogen. lib. 1. c. 13. n.* 80 D. Barbos. *in l. cum prætor. § vlt. n. 222. ff. de iud.* Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 13. n. 7. vers. posterior obiectio est.*

2 In gloss. *Dignitate.* ibi, *& est argumentum quod ius Regni non transit ad monasterium,* &c. Notatur ad hoc quod monastetium non succedit in Regno, Ducatu, vel Comitatu, vt per Bald. *in cap. cum in magistrum, n. 3. de elect. & in l. fin. § hoc etiam, num. 4. C. de Episc. & cleric. & in l. data opera, n. 44. C. qui accusare non pos.* Paul. *in auth. ingressi, n. 10. C. de sacrosanct. Eccles* & *ibi.* Alberic. *n. 3.* Felin. Barbat. Roman. quos refert, & sequitor Tiraq. *de nobilit. c. 26. n. 3.* Molin. *d. c. 13. n. 81.* Gregor. Lopez *l. 2. verbo siendo, tit. 13. par. 2.* Cifuentes *l. 40. Tauri q. 6.* & *in* Anton. Gom. *n. 66.* Gam. *Lusit. dec. 6. n. 3.* Sanch. *in præcepta Decal. tom. 2. lib. 7. c. 15. n. 12. in princ.*

Illud tamen adiertere oportet quod licet hoc procedat in monacho, tamen secus est in eo, qui ad clericatum promouetur, Comes enim origine, si postea fiat clericus, siue Episcopus, non per hoc desinit esse Comes, & ideo non admittit Comitatum, etiamsi habeat ipsum in feudum ab Imp. sicut tradunt Bald. *in c. inter dilectos, n. 5. de fide instrum.* Cephal. *cons. 1. vol. 1.* Beller. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericorum § 19. n. 16.* 3

In ead. gloss. ibi, *sed ad successores sanguinis,* &c. Notatur ad hoc quod nobilitas, & aliæ prærogatiuæ siue iura sanguinis non transeunt in moaasterium, vt per Felin. *in c. in præsentia, n. 44. de probat.* Afflict. *decision. 320. num. 7.* Bellet. *dicto tit. de bonis cleric. § 22. num. 2.* 4

Cap. Decreta. XXVIII.

Gregorius.

COllige ex text. vinculum mattimonij rati omnino dirimi solemni Religionis professione alterius sponsi, vt per Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 18. n. 3.* & alios per me citatos *in Remiss. ad Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. can. 6.* 1

Matrimonium reputatur ratum, & non consummatum ad effectum vt vnus ex contraheotibus alio contradicente possit ingredi religionem si post illum contractum coram Parocho, & testibus copula oon intercessit, quamuis prius non semel etiam cum promissione de contrahendo fuerint fornicati, ita S. Cong Conc. *sub die* 18. *Nouembris* 1618.

Matrimonium ratum non consummatum, licet per ingressum Religionis dissoluatur, tamen fallit quoad Iesuitas, qui si ingrediantur Congregationem post dictum matrimonium, qoia post longum tempus emittunt professionem non dissoluitur, ne vnus diu expectare cogatur, ita eadem S. Congreg. Coocil. 26. *Aprilis* 1621.

Cap. Quod autem. XXIX.

GLoss. *verbo probare, in præsenti text.* tenet potius credendum esse vxori neganti copulam, quàm viro affirmanti, si vxor per aspectum probet, vt per Syluest. *in sum. verbo diuortium q. 18. num. 21.* Aot. Cuch. *lib. 3. instit. maior. tit. 12. n. 264.* Franch. Marc. *Delph. dec. 677 n. 1.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 2. num. 15. & 16.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 109. num. 6.* 1

Cap. Qui dormierit. XXX.

Ex Concil. Aurel.

GLoss. *verbo, qui dormierit, in præsenti text.* tradit incestuosum coniugem cum consanguioea alterius coniugis non posse ab ea debitum petere, at teneri reddere, subdens quod hic text. dum decidit nefas esse honc incestuosum reddere debitum, intelligendum esse, id est, petere, refert, & sequitur Sanch. *de matr. lib. 9. disp. 27. num. 1.* 1

Cap. Quidam desponsauit. XXXI.

Ex Concil. Triburien.

GLoss. *verbo sed mœchus, in præsenti text.* resoluit adulterium cum sponsa de futuro non committi, vt per Cou *de sponsalib. p. 2. c. 1. n. 38.* Ant. Gom. 1

l.80.Tauri n.47.verſ.dubium tamen eſt, Clar. §. *adulterium, verſ.ſed hac omnia*. Aotoo. Cuch *lib 5.inſtitut. maior.tit.10.num.4*. Perez *l.1. § item deducitar tit.1. lib.5.Ordinam*. Azeued. *l.3.num.5.tit. 20. lib.8.noua recop*. Henriq. *lib.11.de matrim. cap.13.§.4*. Sanchez *de matrim.lib.2.diſput.2.num.2*. quicquid dicat Fario.
2 *in praxi crimin.p.5.q. 141.num. 52.* Cum ſpooſa ve-
rò de præſenti, quæ à proprio viro nondum cognita
ab alio poſt hoiuſmodi ſponſalia fornlcata eſt, cõ-
mittitur adolterium, ſicut reſoluũt Palat. *in repet. rub.
de donat.inter virum, & vxor.* §.20. Cald. *d.§.adulteriũ
num.9*. D. Barboſ. *in l.2.part.1. num. 133.ff.ſolat.matr.*
Perez *l.2.gl.2.tit.20.lib.5.Ordin.*

Cap. Raptor. XXXIII.

1 COllige ex text. iuncta expoſitione gl. *verbo noluerit, in præſenti*, iuſtam cauſam diſſoluendi ſponſalia eſſe ſi ſpooſa vi præciſa cognita ſit, vt per Couar. *de ſponſalib.p.2.cap.5.in ints.num.62*. Nauar. *in manuali cap.22.n.27.verſ.nono*, Bartbolom. à Ledeſma *de matrim.d.13.caſu.7*. Vinald. *in candel. aureo part.1. de ſponſalib.cap.5.num.33*. Henriq. *in ſumma lib.11.de matrim. cap.14.§ 6*. Fr. Emman. *in ſum.tom.1.cap.245. a.7*. Saoch. *de matrim.lib.1.diſp.55.n.6.*

Cap. Statutum. XXXIV.

Ex Concil. Tolet.

1 PRobat hic text. raptorem alienæ ſponſæ nec cum rapta, nec cum quacunque alia poſſe matrimonium inire, vt per Paludan. *in 4.diſt. 34. q.1.art.2. num.13*. Palai. *in 4.diſt.34.diſput. 2.colum. 12.verſ.autem raptus*, Caiet. 2.2 *q.154. art. 7. ad fin.* Veracruc. *in ſpeculo coniug.p.1.art.15.concl.2*. Matien *ad rub.tit. 1.gloſſ.a.142.lib.5.noua recop*. Sot. *in 4. diſt. 37. quæſt. vnica art.1.col.4.verſ.de raptore*, vbi reddit rationem quod qui alienum matrimonium perturbare auſus eſt iure proprio contrahendi merito priuetur, vt in quo deliquit, puniatur, refert, & ſequitur Saoch. *de matrim.lib.7. d.12.n.43.*

2 *Et ipſa eidem criminis conſentiens.* &c.] Ergo à contrario ſenſu nec ipſa ſponſa rapta ſi poſtmodum aſſeoſum raptoi præbeat, poterit alio matrimonio copulari, vt per Palat. *citato loco*, Verac. *d.art.15.concl.1.* Sanch. *d.d.12.n.44.*

3 Non explicant tamen clarè Doctores an hic text. intelligatur de raptore ſolius ſponſæ de præſenti, ao etiam de futuro, nam gl. *hic verbo rapuerit*, & Hugo ac Archid. *ſtatim in princip.* Bellam. *num. vnico*, & Turrecrem. *numer. etiam vnic.* hunc text. de raptu vtriuſque ſpooſæ videntur intelligere. At Paludan. *in 4.diſt.34.q. 1.art.2. num. 13*. explicans hoc impedimentum, ita ait, *raptus alienæ ſponſæ, id eſt, vxoris alienæ*, & ita videtur innuere ſolum intelligi de raptu alienæ ſpooſæ de præſeoti, quod ſibi placere ait Sanch. *d. diſp. 12.num 45*. vbi ſubdit ex Palat. Veracruc. *citatis locis*, habere locum huiuſmodi impedimentum ſiue ſpooſa illa ſit virgo, ſiue corrupta.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non eſſe verum, & perfectum ante conſummationem tenuit Gratianus, ſed contrariũ verius, vt n.4.*
2 *Matrimonij præcipuus finis eſt bonum prolis.*
3 *Sacramentũ eſt ſacræ rei ſignum gratiam conferens*
5 *Perfectio cuiuſcunque actus eſt duplex, altera eſſentialis, altera accidentalis.*
6 *Copula reſpecta matrimonij dupliciter poteſt, cõſiderari, vel quoad obligationem, & poteſtatẽ, vel quoad actum.*
7 *Proles licet ſit præcipuus finis matrimonij, quæ niſi per copula obtineri non poteſt, non ſequitur eſſe de eſſentia, quia finis rei intentione quidem primus eſt, executione vltimus.*
8 *Matrimonium eſt inſtitutum in officium naturæ, & ita ſecundum ſe conſideratur, cui Sacramentum aduenit.*
9 *Matrimonium ſignificat duplicem vnionem inter Chriſtum, & Eccleſiam.*
10 *Conditio appoſita contra bonum prolis non ideo eſt contra ſubſtantiam, quia impedit actum, & executionem, ſed quia opponitur obligationi, & poteſtati.*
11 *Impotentes ideo non ſunt habiles ad matrimonium quia ſuppoſita perpetua impotentia iam in eo matrimonio non reperitur obligatio, & poteſtas ad vſum ipſius.*
12 *Declaratur text. in cap. non dubium, & in cap. cùm ſocietas 27.q.2.*

Cap. Inſtitutum. XXXIX.

GRatianus *in hoc text.verſ.poteſt, & in cap.ſi quip-* 1
pe, verſ.illud, hæc eadem cauſa, & quæſt. multis
auctoritatibus concludit non eſſe verum, & perfe-
ctum matrimonium ante conſummationẽ, ſed tunc
matrimonium verè inter virum, & fœminã celebra-
ri, & contrahi cum inuicem ex affectu commiſcen-
tur, vt conſtat ex *cap.quod autem hanc eandẽ clauſ. &
q.* nonnihil ab his diſceſſit ex recentioribus Mich.
de Medina *lib.5 de continentia ſacrorum hominũ c 61.*
vbi non eſſe perfectum, ac verum matrimonium ſi-
ne copula docet, atque ideo inter Ioſephum, & Vir-
ginem oon fuiſſe verum matrimonium in eo tamen
differre ſe dicit à Gratiano, quod Gratianus aſſerat
matrimonium oon contrahi niſi cùm conſũmatur:
at Medina etiam ante conſummationẽ coorrahi di-
cit, non tamen eſſe verum, nec perfectum ſine con-
ſenſu io copulam, Id ipſum ſenſerunt noonulli hæ-
retici, quos confutat VValdenſ. *t.2. qui eſt de Sacra-
ment. cap.130.* pro quibus multa argomenta confici 2
ſoleot. Primum eſt ad finem matrimonij, nam cùm
præcipous eius finis ſit booum prolis, vt probant D.
Thom. *p.3.q.99.art.3*. Durand. *in 4 diſt.31.q.2.n.6.
& ibidem* Sot. *art.2*. finis autem hic ante conſumma-
tionem obtineri noo poſſit, ſit conſequens vt ad eſ-
ſentiam matrimonij obtineri videatur. II. Matri-
mooium verũ Sacramentũ eſt, ſed non videtur per-
fectum Sacrameotum ante copulã: ergo neqoe per-
fectum matrimooium, maiorem probant D. Paul. *ad.
Epheſ.cap.ad abolendam.de hæretic.* Concil. Trident.
ſeſſ.24.de reform.matr.can.5. minor verò ex eo paret
quoniam eſſentiale eſt omnibus Sacramentis, vt ſig-
nificent, atque ideò difiniuntur ab Aoguſt. *lib.1.de
Ciuitate Dei cap.3.* vt ſit ſacræ rei ſignum gratiã cõ-
ferens, refertur *in cap..ſacrificium, de conſecrat.diſt.4.*
probant Magiſt. & omnes Theologi *in 4.diſt.1.q.1.*
matrimonij vero integra, & perfecta ſignificatio eſt,
vt ſignificet omnem vnionem, quæ eſt inter Chri-
ſtum, & Eccleſiam per carnis aſſumptionem, quæ
tantum reperitur io matrimonio cooſummato, vt
probat *cap debitum, de bigam.* Vgo *de Sacram.lib.2.
p. 2.* Sot *in 4. diſt.26.q.2. art.4.* conſequentia bona
eſt. III. Si copula ad eſſentiam matrimonij non
pertineret, conditio per quam impeditur neque eſſet
contra

contra ſubſtātiam,neque vitiatet matrimonium,ſed vtrumque facit, ergo ad eſſentiam pertinet. Maior patet.Minor probatur *in cap.vlt.de condit.appoſ.*conſequentia bona eſt. Confirmatur magis hoc argumentum ex eo quòd non aliter valere poteſt matrimonium quàm ſi cōſenſus ſaltem virtualis ad copulam præſtetur,vt probant omnes Theologi *in 4.diſt.* 31.*q*.2. ergo ſequitur matrimonium perfectum non eſſe niſi conſummatum.I V.Niſi hæc pars vera eſſet impotentes valetent contrahere,vt patet, ſed iſtorū matrimoninm non valet,vt conſtat ex *tit.de frigidis, & malef.*Igitur,&c.V.& vltimò adduci ſolēt in hāc ſententiam veluti expreſſæ auctoritates Auguſtini *in cap.non dnbium*.27. *q*.2. dum air non eſſe dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commixtio ſexus non docetur fuiſſe,ſimilis auctoritas Leonis,quæ habetur *in c.ſocietas*, & Ambroſij *in cap.in matrimonijs,ead.cauſ.& q.*quæ auctoritates mirandum in modū torſerunt Theologos,& noſtros,vt videre licet ex Sot.*d.art*.4.& Con *de ſpōſal.p.*2.*c*.7.§.4.*n*.13.

4 His tamen non obſtantibus veritas,& Catholica ſententia eſt in contrarium,quam in primis probant D.Chryſoſt.relatus *in cap.matrimonium*, Ambroſ. *in cap cum initiatur*, Iſidor.*in cap. coniuges* 27. *quæſt*. 2. Auguſt.*lib*.10.*de bono coniug*.D. Thom. 3.*p.q*.48.*art*. 1.Durand.Sot.& omnes *d.diſt*.31.*q*.2. Sot. *d. art*. 4. Viguet.*de inſtit.cap*.16.§.7.*verſ.ergo,imped*.2. Doctores noſtri *in rub. de ſponſal*. Bart. & Socin. *in l. cum fuerit,ff de condit. & demonſtr.* Dec. & Cagnol. *in l. nuptias ff de regul.iuris*,Alexand.*conſ*. 149. *in princip. lib* 5.Salicet.*in princip. num*.15. *Inſtit.de patria poteſt.* Couat.*de ſponſalib.p.*2. *cap*. 1. §. *vnic. in princ.*Catechiſm.Rom.*tit.de matrimon.verſ.ex his, in fine*, cum aliis citatis à Sanch.*de matrimon.lib*.2.*diſp*.28.Quæ ſententia vltra Sanctorum auctoritates probatur à Iureconſ.Vlpiano *in d.l.cum fuerit* 15.*& in d.l.denique* 6.*ff.de ritu nupt.*Paul *in l.ideoque* 7.*ff.eod* dum ait dotem,& donationem de dote, quæ perfectum matrimonium præſupponūt,iuxta *l.*2.*ff.de iure dotium*, virgini poſſe competere,idem probat *d.l.nuptias*, & ex Summis Pontif.Nicol.*in cap.ſufficiat* 27.*q*.2. *cap. cum apud* , *cap.tua,de ſponſal.c.pen.& vltim.de ſponſa duorum*. Sunt etiā pro hac parte manifeſtiſſimæ rationes,& argumenta,quorum primum deſumitur ex definitione, & ſubſtantia matrimonij ſubſiſtentis in mutua obligatione ad indiuiduum , quæ planè reperitur ante copulam , deinde conſtat veriſſimum fuiſſe matrimonium inter Beatiſſimam Virginem,& Ioſephum,vt probat,*c.Beata* 27.*q*.2.

5 Pro reſolutiona verò argumentorum, & perfecta rei cognitione duo præmittere oportet. Primum quòd perfectio cuiuſcunque actus eſt duplex,altera eſſentialis,altera accidentalis;eſſentialis eſt illa, per quam actus ſecundùm ſuam eſſentiam ſubſiſtit , vt in homine rationabilitas,in venditione cōſenſus de re,& pretio:accidentalis verò eſt illa , quæ conſiſtit in operationibus, & executione actus iam facti , & accidit rei iam exiſtenti,prout eſt in naturalibus hominem actualiter rationari,& ſentire, & in contractibus traditio quæ non pertinet ad primam perfectionem,ſed ad conſummationem,§.*cum autem*, *Inſtit.de empt.*quod ipſū in matrimonio reperitur,etenim eſſentialis perfectio conſiſtit in mutua obligatione,accidentalis verò in conſummatione, & aliis operationibus,quod bene docet D.Th. 3.*p.q*.42.*art*. 4.Sot.*vbi ſuprà*. Secundò præmittendum eſt copulā reſpectu matrimonij dupliciter poſſe conſiderari, vel quoad obligationem & poteſtatem , vel quoad actum : priori modo obligatio , & poteſtas ad copulam eſſentialiter pertinet ad matrimonium, & conſenſus, vel mutua illa obligatio,quæ efficitur ad indiuiduam vitæ conſuetudinem virtualiter, & implicite continet obligationem,& poteſtatem ad copulam,D.Thom.3 *p.q*.48.*art*.1.Durand.& Sot.*dictis locis* poſteriori verò modo ſcilicet actus copulæ,nō pertinet ad primam,& eſſentialem perfectionē matrimonij,ſed ad ſecundam accidentalem.

Quibus ſuppoſitis optimè contrariæ,ſeu diuerſæ Sanctorum Patrum,& Doctorum auctoritates conciliantur,qui videntur diſſentire,& defenditur Gratian.*in præſenti*, & in aliis text. concordantibus , & argumenta omnia ſuprà adducta facilè reſoluuntur. Nam ad primum dicendum eſt quòd licèt proles ſit præcipuus finis matrimonij , quæ niſi per copulam obtineri non poſſit , non ſequitur eſſe de eſſentia, quia finis rei intētione quidem primus eſt,executione vltimus,vt patet ex D.Thom.*d.q*.44.*art*.3.*ad* 1.& ideò ſemper eſt extra rem,idem D.Thom.1.2.*q*.100. *art*.9.Durand.2.*ſentent diſt*.29.*q*.4.Sot. *de Iuſtit. lib*. 2 *q*.4 *art*.4. Couar.*var.lib*.4 *c*.19.*n*.11.& 12. *& cap*. 20.*n*.12. 6

Ad ſecundum reſpondetur primo ex ſententia D.Thom.*vbi ſuprà*,matrimonium eſſe inſtitutum in officium naturæ,& ita ſecundum ſe conſiderari, Sacramentum vero eidem adueniſſe, & ideo ſignificationes prædictæ ad eſſentiam matrimonij per ſe nō pertinere. Deinde reſpondetur eſſentiale eſſe quidem ſacramēto vt ſignificet,ſed aliquæ ſignificationes in ipſo continentur,aliquæ vero ſignificationes non continentur. Priores pertinent ad eſſentiam, prout eſt in Baptiſmo interna ablutio, quæ per externā ſignificatur,in matrimonio indiuidua cōiunctio,quæ per externam pactionem oſtenditur,vt habetur *in cap.in omni,hac ead.cauſa,& quæſt.*ſignificationes vero nō contentæ ſunt aliæ fere omnes,vnde cum illa ſignificatio vnionis inter Chriſtum,& Eccleſiam per carnis aſſumptionem non contineatur in matrimonio per ſe,plane non eſt de eſſentia.Vltimo reſpondetur matrimoniū ſignificare duplicem vnionem inter Chriſtum, & Eccleſiam alterā per charitatem,& dilectionem, iuxta illud Pauli *ad Epheſ.* 5. *diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiā*; explicat eleganter Magiſt.*in* 4 *diſt*. 26.*cap*. 1. & *ibi* omnes Theologi , vt refert Sot.*q*.2.*art*.4. Couar.*de ſponſalib p*.1.*c*.10.*num*.9.*& c*.7.§.4.*num*.3. & hæc ſignificatio reperitur in matrimonio quæ ſola ſufficit ad perfectionem primam,alia verò accidentalis eſt, ſine qua verum eſt Sacramentum. 8 9

Ad tertium reſpondetur negando ſequelam , quia conditio,quæ ponitur contra bonum prolis,nō ideo eſt contra ſubſtātiam,quia impedit actum,& executionem,ſed quia opponitur obligationi,& potentiæ, is enim,qui talem adiicit conditionem, non vult ſe obligare ad copulam, & bonum prolis , & cùm ea obligatio virtualiter contineatur in ſubſtātia matrimonij,ſequitur quod contraria pactio,& cōditio recte dicitur contra ſubſtantiam , vt bene docet D. Thom.2. *q*.48.*art*. 1.*ad* 3.Durand. & Sot,*vbi ſuprà*, & alij *d*.26.*q*.2. 10

Ad quartum patet reſponſio ex proximè dictis *in reſp.ad*,3.quoniam ideo impotentes non ſunt habiles ad matrimonium,quia ſuppoſita perpetua impotentia iam in eo matrimonio nō reperitur obligatio,& poteſtas ad vſus ipſius nā cùm impoſſibilis obligatio nulla ſit,& impotentia eam faciat impoſſibilem, planè eſt nulla,atque ideo ſubſtantiam offendit,non ſolùm actum,ſicut reſpondet Durand *in* 4 *diſt*.34 *q*. 2.& *ibid*.Richard.Palod.& Sot.*art*.2.Specul.*coniug. par*.1.*art*.30. & eſt ab omnibus receptum. 11

Ad

12 Ad quintum,& vltimum ex auctoritate Augusti, & Leonis, respoodet ex aliis Conar. *d.num.* 13. corrigendo litteram,aliter verò post D.Thom.intelligit Sot. *d.art.*4. dum ait quòd verbum,*commixtio, ibidem*, non intelligitur de coniunctione carnali,sed de fœdere matrimonij ; vel illa verba ad matrimonium nó pertinere, quæ in prædictis auctoritatibus leguntur , intelligenda esse de matrimonio omninò perfecto secundũ perfectioné etiam accidentalem. Alij respoodeot text.*in d.cap.non dubium*, apud Augustinum nonextare, vt aduertunt Decreti Gregoriani censores, extare tamen apud Leonem *d.c.cum societas*,quod correctum habetur *epist.*90.*& 92.Leonis I.ad Rusticum* , addúntque eundem Pontif. Leonem I.illis verbis solùm contendere vnitaté Christi cum Ecclesia qerfectè repræsentari in coniugio cõsummato , non verò ante consummationem. Vnde bigamus qui propter defectum Sacramenti reiicitur ab Ordinibus suscipiendis,ille dicitur qui duo consummauit matrimonia ; qui verò secundis nuptiis copulatus est, & altera ex vxoribus obiit ante cõsũmationem,bigamus non est,*cap.Valentino clerico* 34. *dist.cap. debitum , de bigam.non ordin.*quo modo intelligi possunt *cap.cùm initiatur, cap.in omni, & cap. quapropter , & cap.si quis* 37.*q*.2.dum dicunt matrimonium consummatione perfici , in ordine scilicet ad mysteriom, vt dicit Innoc.*in d.cap.debitum*.Quidam autem modernus oon abs re nouam effert ad prædictum Leouis locum interpretationem , nam cùm ibi ageret de coniunctione com concubina, & ancilla, cum qua permanente in statu seruitutis verum coniugium esse noo poterat , vt ostendimos *ad cap.non omnis*.32.*q*.2.inquit etiam inter patronum,& concubioam ex eo non posse esse repræsentationem coniunctionis Christi cum Ecclesia, quia nó est inter illos matrimonium , non iotercedit auté matrimonium , quia non præcessit ouptiale mysterium, idest, nuptiæ celebratæ oon sunt. Nuptiæ enim , vt *ibi*,inqoit Leo,sunt inter ingenuos,& æqaales.Quæ quidem interpretationes licèt defendi possint, proprietatem aliqnatenus offendunt , atque ideò facilè dici potest prædictas auctoritates agere de muliere imporente,quæ matrimonio apta non est ex supradicta ratione.

SVMMARIVM.

1 *Religionis ingressu,*
2 *Recessu ad remotam regionem,*
3 *Lepra,seu alia corporis deformitate,*
4 *Fornicatione,*
5 *Absolutione mutua,*
6 *Matrimonio cum alia contracto,*

} *sponsalia dissoluuntur.*

Cap. Si quippe. XLV.

Gregorius.

2 GLoss.singularis *verbo queritur vtrùm,in præsenti textu*,enumerat plures causas,quibus sponsalia dissoluuntur, & primo loco per ingressum in Religiunem ,tam ex parte ingredientis ,quàm ex parte manentis io seculo,vt per Hentiq.*in summ.lib.*11.*de matrim.cap.*14.§.3.*in commento*, Sanch,*de matr.lib.*1. *disp.*42.*n*.5. Gutier .*eod. tract.cap.*25.*n*.1. Bonacin.*in simili tract.q*.1. *puncto* 5.*num*,1.

In ead. gloss.ibi , *Secundus casus si alter recedit ad remotam regionem* , &c.Vide Sanch.*de matrim.lib.*1. *disp.*54 *per tot.*Gutier,*eod.tract.cap.* 3. Valer.Regin. *in praxi fori pœnit.lib.*31.*num.*261. Rebell *de obligat. iustitia p.*2. *lib.* 4 *q*.8. *sect.*3. *num.*15.Bonacin. *d.q.*1. *puncto*.6. *in fine.*

3 In ead.gloss.ibi,*Tertius casus si alter incurrit leprã, vel aliquam deformitatem corporis*,&c.Vide Sanchez *de matrim.lib.*1.*disp.*57.*per tot* Gutier.*eod tract.c.*32. *num*.3.Molin.*de iustit.tract.*2.*disput.*272.*num.*4.*&* 5. Bonacin. *d.q.*1. *puncto* 8.*num*.9. Idem si animi , vel existimationis notabilis deformitas sponsorũ alteri superueniat , vt docet Anton. Cuch. *lib.*5.*institut. moral.tit.* 10.*n*.63. Sanch *d. disp.*57. *num.*2.*circa fin.* Aluarez de Valasco *de priuileg. pauperũ* , *p*.1.*q*.14.*n*. 6.vbi per totam illam quæstionem differit an spõsalia de futuro propter superuenientem alterius ex sponsis paupertatem dissoluantur.

4 Io ead gloss. ibi , *Quartus si fornicetur.* &c. Vide Sanch. *d.lib.*1.*disp.*55.*per tot.* Menoch.*de arbitr.casu* 455.*num*.5.Rebello *d.q*.8 *sect.*2.*num*.8.Gutier.*de matrim. cap.*31. *num*.1. Valer. Reginald. *d.lib.* 31.*num.* 262. Coninch.*de matrim.disp.*23.*dub*.7.Bonac.*d.q.*1. *puncto* 8.*à num*.1.

5 In eadem gloss.ibi,*quintus secundùm quosdam est si mutuò se absoluerint.* Ita Nald. *verbo sponsalia num*.4. Coninch *de matrim. disp*.13. *dub.* 1. *n*. 2. Sanch.*d.l.* 1.*disp*.52.*n* 8. Gutier. *de matrimon.c*.24. Lessi *de Iustit. lib.*1. *cap*.42. *dub*.12.*n*.57. Bonacin. *d.q.puncto* 10.*n*.1.

6 In eadem gloss.ibi ,*sextus si contraxit cum alio per verba de presenti*. Vide Sanch.*d.lib*.1. *disp*.48. Lessi. *d.lib.*2.*cap*.40.*num*.74 Menoch.*de arbitr.casu* 455.*n*. 9.Gutier. *de matrimon.cap*.17.*num*.1.Coninch.*d.disput.* 23. *dub.* 4. *num.* 28. Bonacio. *d. q.* 1. *puncto* 7.*à num*.1.

CAVSA XXVIII.

Qvæstio I.

Cap. Si quis gentilis. II.

Ex decreto Eutychiani.

1 SANCHEZ *de matrim. lib.*7. *disp.*73. *num*. 4.referens verba huius text.videlicet, *Si quis gentilis vxorem dimiserit ante Baptismum,in potestate eius erit eã habere,vel non habere*,illum ita esse intelligendum ait, Si dimissa est per repudium,& nolit ad fidem coouerti, potest conuersus cum illa habitare , si possit absque periculo,vel oon habitare.

Cap. Vxor legitima. IV.

Augustinus.

1 PEr hunc text tenet Bartholom. à Ledesma *de matrimon. p.*56.*statim in princ.fundament.*3. integrum esse coniugi ad fidẽ coouerso prius matrimonium dissoluere,ac ad aliud transire,vbi alter adhuc infidelis habitare oon vult sine pertractione ad peccatum mortale, subdens non exigi ad hoc motioné violentam, quali homo dicitur cogi ad peccatũ, sed satis esse suggestionem, aut suasiooem. Verùm probabilius videtur pertractiooem ad peccatum mortale non dici quando infidelis suggerit fideli,vel leuiter suadet aliquod peccatum mortale,quia *c.quantò; & cap.gaudemus, de diuort;*expressè dicunt , quando infidelis

infidelis pertrabit fidelem ad peccatum mortale attractio motionem quandam violentam importat, & præpositio illa, *per*, petit consummationem; quare desideratur talis persuasio, vt vim aliquam inferat, ita Verae. *in speculo coniug. p. 2. art. 31. concl. 1. 2. & 3.* Petr. de Ledesma *de matr. q. 59. art. 5. dub. vnico, concl. 2.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 74. n. 7.* vbi ait textum *in præsenti* non probare illud, quod ex eo colligere intendit Barthol. à Ledesma *citato loco*, quia intelligitur quando iis verbis aliqoid pertractionis ad peccatum inest, ioata *d. cap. quanto, & d. c. gaudemus*, & idem Sanch. bene subdit pertractionem hanc esse quoties fidelis attenta propria fragilitate periculo lapsus exponitur, siue monitione leui, siue quodammodo violenta, & importuna, aut suggestione infidelis; vnde dicit periculum hoc non æqua lance in omnibus librandum esse, fœmina enim faciliùs habetur, & inter ipsas fœminas, seu viros qoidam aliis proniores ad ruinam in peccatum sunt, facilè autem periculum hoc coniectabimus cùm infidelis recens conuersus facillimos ad ruinam, vtpote qui neque in fide, neqoe in boois moribus radices egerit, sed pessimos imbiberit, illisque assuefactus sit.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges sunt pares in diuortio causa adulterij celebrandi.*
2 *Diuortium licitum est ob adulterium spirituale.*
3 *Coniux Catholicus tenetur diuertere ab heretico nolente resipiscere etiam propria auctoritate.*
4 *Crimen ob nullum aliud a fornicatione carnali, vel spirituali licet coniugibus diuertere, si coniux illo implicitus non pertrahat alterum ad peccandum.*

Cap. Idololatria. V.

1 IDololatriæ crimen quàm execrabile sit, & Deo Opt. Max. semper infestum, & alia de idolorum vanitate vide Tertull. *in peculiari libro de idololatria*, S. Cyprian. *in orat. contra idola*, S. Anastas. *in tract. de vanitate idolorum*, Petr. Nani, *in polyanthea, verbo idololatria*, S. Th. 2. 2 *q. 94. art. 1. cum seqq.* S. Antonin. *p. 1. cap. 3. tit. 2.* §. 7. Abolens. *cap. 1. in Exodum q. 7.* Perera *ibid. disp. 7.* vbi tradunt Hebræos propter idololatriam, quam inter Ægyptios didicerant, & exercuerant, tot diuinis suppliciis afflictos; Masquard. *de Iudæis, p. 3. c. 1. n. 23. & seqq.* Petr. Crespet. *in sum. Fidei, verbo idololatria*, Cordub *lib. 1. q. 57. dub. 5. pag. 500.* Anton. Posseuin. *in bibliotheca, tom. 1. lib. 10. c. 3. pag. 431.* Anton. de Herrera *in histor. generali Indiarum, decad. 3. lib. 2. c. 15. pag. 83.* vbi docent quid sit idololatria, vnde prouenerit, & quos effectus operetur, Simanch. *de Cathol. instit. tit. 32.* vbi de materia, & pœnia idololatriæ, Azor *instit. moral. p. 1. lib. 9. c. 11. cum seqq.* vbi quid sit idololatria, Marr *de iurisd. p. 1. cap. 24. ex n. 29.* vbi quòd licitum sit idololatras debellare, Thom. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 37.* Mart. Delr. *in adag. sacris tom. 1. adag. 855. pag. 461.* vbi concludit idolum inde dictum quòd cultoribus nihil nisi dolorem, & turbelam afferat & Deum ad iram prouocet, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisit. lib. 1. tit. 3. c. 2. per tot.* vbi curiosè recenset eos omnes, qui idololatriæ crimen in mundo commiserunt, Fr. Raph. de la Torre *in 1. 2. S. Th. tom. 2. q. 94. art. 3. ex pag. 98. vsque ad 124.* vbi quod idololatria continet odiom Dei, & blasphemiam, & est grauior infidelitate, Fr. Thom. Maluenda *de Antichristo lib. 1. cap. 3. pag. 6. & 7.* vbi quod Belial fuit princeps idolorum, *& lib. 7. cap. 3. pag. 349* vbi quod Antichristus idola auferet, & alia de grauitate huius criminis, Sim. Maiol. *in diebus Canicularibus, tom. 2. colloq. 2. per tot. præcipuè pag. 21. & 23.* vbi de varietate, & abominatione idolorum, Card. Bellarm. *lib. 1. de verb. Dei, c. 13. pag. 17. & lib. 4. de Rom. Pont. c. 19. pag. 340.* vbi de idololatriæ punitione, Franc. Torreblanc. *de magia, lib. 2. cap. 17. & 18.* Torquemada *in Monarchia Indorum, lib. 6. cap. 5. & cap. 33.* vbi de idololatria diuersarum nationum.

Et vir vxorem dimittere, & vxor virum.] Notatur ad hoc quod coniuges sunt pares in diuortio causa adulterij celebrandi, ac proinde sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere, ita è contra vxor innocens à viro adultero, vt per Cou. *de sponsalibus, p. 2. cap. 7.* § 5. *n. 8.* Roland. *cons. 50. num. 5. & 6. vol. 1.* Roias *sing. 214. in fine*, Barthol. à Ledesma *dub. 68. de matr. concl. 1.* Petr. de Ledesma *de matr. q. 62. art. 4.* Philiarch. *de officio Sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 2. c. 17.* §. *sed dubium est*, Iacob. de Graff. *in aureis dec. p. 2. lib. 1. cap. 12. num. 55.* Henriq. *in sum. lib. 11 de matr. c. 16.* §. 3. Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap 240. n. 2.* Bursat. *cons. 218. num. 8. vol. 2.* Perez *l. 2. ad fin. tit. 15. lib. 8. Ordin.* Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. quæst. 1.* §. 4 *num. 205.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. p. 2. n. 3.* Sanch. *de matr. lib. 10. disp. 3. n. 6.* 2

Veluti si aliquem cogat vxor sacrificare idolis.] Notatur ad hoc quod licitum est diuortium ob adulterium spirituale, quale est hæresis, vel apostasia à fide, in qua alter coniux labitur, dum in ea lapsus crimina non resipiscit, vt per Sanchez *de matr. lib. 10. disp. 15. n. 3.* vbi *n. 4.* declarat quoad omnia, id est, mutua obsequia, habitationem, & debitum, esse licitum 3
diuortium, & *n. 5. & 6.* subdit teneri coniugem Ca- 4
tholicum diuertere ab hæretico nolente resipiscere etiam propria auctoritate, nec concedi restitutionem hæretico spolium allegant obiecta sibi hæresis exceptione.

Ex quo intelligitur quòd propter illicitas concupiscentias, &c.] Ergo diuortium conceditur inter coniuges ob alia crimina adulterio paria, de quo vide Sanch. *dict. lib. 10. disp. 17. n. 1.* at *n. 3.* conclusionem firmat ob nullum crimen aliud à fornicatione carnali, vel spirituali licere coniugibus diuertere, si coniux illo implicitus non pertrahat alterum ad peccatum, & *n. 15.* respondet textum *in præsenti*, procedere quando coniux illis criminibus implicitus nititur alterum ad ea peccata pertrahere, nam isto casu licitum esse coniugi diuertere, tenet gloss. *hic verbo sacrificare*, & resoluunt Nauar. *in man. cap. 22. n. 22. vers. 22.* Philiarch. *de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 17. in initio*, Petr. Sot. *lib. 12. de matr. ad fin.* Hieron. Llamas *methodo curationis, part. 3. cap. 12.* §. 1. *in fine*, Henriquez *in sum. lib. 11. de matr. c. 17.* § 7. D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. p. 2. num. 30.* Sanchez *d. lib. 10. disp. 17. n. 5.* 5

Cap. Non solùm. V.

VVlgo colligitor ex hoc text. virum teneri sub culpa lethali vxorem in adulterio persistentem deserere, quia scandali maximam ansam præberet, cùm omnes merito, ac iure optimo suspicari poterunt ipsum virum criminia vxoris conscium, ipsi conniuere, patrocinarique, ipsumque lenonem esse. Quare ita docent D. Th. *in 4. dist. 35. q. vnica, a. 2.* Couar. *de sponsalib. part. 2. cap. 7.* § 2. *num. 4* Nauar. *in man. cap. 16. num. 28.* Clar. §. *adulterium, versic. caueat etiam*, Perez *l. 2. vers. quæritur vlterius quanto tempore, tit. 15. l. 8. Ordinam.* Petr. de Ledesma *de matrim.* 1

*quæst.*62.*art.*2.*concl.*2.Mantiens. *in rub.tit.*1.*gloss.*1.*n.* 201.*lib.*5.§.*non.recop.*D.Barbos. *in l.*2. *p.*1. *in princ.n.* 202.*ff solut. matr.* Sanch *de matr.lib.*10. *disp.*13.*n.*4. vbi *num. seqq.* conclusionibus quinque hoc exponit.

Cap. Si infidelis. VII.

Augustinus.

1 GLoss. *verbo libertatem, in præsenti textu*, tenet quod statim ac infidelis renuit legitimè habitare cum fideli coniuge, dissoluitur matrimonium, minimè expectato transitu fidelis ad aliud matrimonium, vt per Ang *in sum. verbo matrimonium* 3. *impedim.*10.*n.*3.Ant.Cuch.*lib.*5.*instit.maior.tit.*12.*n.* 100.Fr.Emmao.*in sum.tom.*1.*cap.*230.*in fine.*

2 Cæterùm contra opinionem huius gl. receptum est non dissolui prius matrimonium donec fidelis ad alias nuptias transeat, vt multis comprobât Couar. *de sponsalibus, part.*2.*cap.*7.§.4.*n.*5.Nauar. *in man. cap.*22.*num.*49.& *cons.*1.*num.*6.& 9.& *cons.*2.*num.*5. *de conuers.infidel.in antiq.aliàs cons.*1. *num.*5.& *cons.* 3.*num.*6.& 9.*in nouis sub eodem tit.*Lancel. *in institut. iuris Canon. lib.*2. *tit. de diuort.* §. *quod si conuersum, verbo compelletur*, Barthol à Ledesma *dub.*56.*de matr. conclus.*3. Viuald. *in candel. aureo part.*1.*vbi de matr. num.*221.Petr.de Ledesma *de matr.q.*59. *art.*5.*dubio vnico, concl.*5.Valent.*tom.*4.*disp.*10. *puncto* 7.*col.*2.& *in suis contr. lib. vnic. de indissolubilitate matrimonij, cap.*2.Henriq *in sum.lib.*11.*cap.*8. §.4. latè Sanchez *de matr.lib.*7.*disp.*75.*num.*4.vbi *num.seqq.* multipliciter declarat.

Cap. Iam nunc. VIII. cum seqq.

Ambrosius.

1 NOtari volgò solet hic text. ad hoc quòd coniux conuersus ad fidem, non tenetur amplius cum infideli cohabitare, sed potest petere thori separationem, vt per Angel. *in sum. verbo matrimonium* 3. *imped.*10.*num.*3. Syluest. *eodem verbo* 8.*quæst.*10.*dist.* 5.Couar. *de sponsalib.part.*2.*cap.*6. §.11.*num.*1.& *cap.* 7.§.4.*num.*5 Matien. *ad rub.tit.*1.*gloss.*1.*num.*160.*lib.* 5.*nouæ recop.*Gaet. *in repet.cap. ad limina* 30.*quæst.*1.§. 4.*quæst.*171.*num.*425. latè Sanchez *de matrimon.lib.* 7.*disput.*73. *n.*7. Antun. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.*2. *c.*2.*n.*30.adiicientes tempore primitiuæ Ecclesiæ fuisse consilium traditum à D. Paul. 1. *ad Corinth.* 7. ne in hoc euentu diuerteret fidelis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæorum vxores ab ipsis separari debent, nisi ab Episcopo admoniti fidem suscipere Iudæi voluerint.*

2 *Apostolorum tempore, & sexcentis postea annis permittebatur habitatio coniugis ad fidem conuersi cum infideli propter spem eius conuersionis, quando habitare volebat absque Dei contumelia.*

3 *Toletana Synodo, de qua in hoc textu, decretum fuit ne vxores fideles habitare permitterentur cum Iudæis, fidem admittere renuentibus, & de aliis infidelibus nihil ibi statutum est, eo quod non ita obstinati in sua perfidia essent.*

4 *Ecclesiæ consuetudine iam receptum est, ut præceptum inductum ne coniux ad fidem conuersus permittatur cum infideli cuiuscunque secta habitare.*

5 *Coniugi alterutro fidem profitenti hodie nec licet permanere in consortio coniugis infidelis, sed tenetur ab eo nolente ad fidem conuerti, diuertere.*

6 *Infidelis monitio, seu interrogatio, an velit conuerti, necessaria est, vt possit fidelis matrimonium dissoluere, & aliud inire.*

7 *Pater, vel mater Iudæa ad fidem conuersus potest petere communem sobolem altero parente Iudæo inuito, ad Baptismum reduci.*

8 *Filij vt debeant baptizari, sufficit, vt vnus tantum ex parentibus sit fidelis.*

9 *Matre Iudæa inuita baptizari potest paruulus, si defuncto eius patre, fuerit auus, qui petat eum baptizari.*

Cap. Iudæi. X.

Ex Concil. Tolet. IV.

COllige ex text. vxores Iudæorum ab ipsis separati debere, nisi ab Episcopo admoniti fidem suscipere Iudæi voluerint, vt per Sanch. *de matr.lib.* 7.*disp.*73. *n.*11. vbi ait gl. *in præsenti, verbo Iudæi*, ad hunc text. diuersas tradere expositiones. Prima est hunc text. loqui quando mulier sola conuertitur, vnde diuersum est, quando vir solus conuerteretur, quia cum mulieres faciliores sint, ac magis subditæ viris, multo magis præsentaneum peruersionis periculum ipsis imminet ex viris infidelitate, quam è contra. Secunda expositio est, vt intelligatur, quando Iudæus habitare nequit absque creatoris contumelia, vel si vniuersaliter intelligatur esse correctum per *c. quando, de diuert.* quòd multo post tempore in lucem editum est. Tertia est, vt intelligatur quando tempore contractus matrimonij vterque coniux fidelis erat, & mox vir à fide apostata effectus transiit ad Iudæorum sectam. Quarta expositio posset esse hic sermonem non esse de vniuersis infidelibus, sed de solis Iudæis, qui obstinatiores sunt in sua perfidia, & ideo hic text. non videtur extendendus ad reliquos infideles, in quibus non militat eadem separationis ratio. Quare dicta gl. manifestè est eius sententiæ, vt hodie liberum sit infidelem relinquere, aut cum illo habitare, quando infidelis absque Dei contumelia, & attractione ad peccatum, eligit habitationem, quod etiam expresse tenet sequens secundam expositionem Monald. *in sum. vbi de matr. tit. de dispari cultu, vers. item sicut notauit.* vbi subdit non esse discrimen inter infideles quoscumque, & Iudæos si velint cum conuerso ad fidem coniuge habitare absque creatoris contumelia: idem sequitur Abulen. 1. *Reg* 8. *q.*81. sequens secundam expositionem, idem tenet Verac. *in speculo coniug.p.*2. *art.*32. *concl.*3. & in fine totius articuli amplectitur vltimam expositionem traditam. 1

Cæterùm verius est tria sæcula esse distinguenda. 2
Primum est ab Apostolorum tempore, & sexcentis postea annis, quo spatio frequens erat conuersio, & Iudæorum, & quorumuis aliorum infidelium, atque ideo eo tēpore permittebatur iuxta consilium Diui Pauli 1. *ad Corinth.* 7. habitatio coniugis ad fidem conuersi cum infideli propter spem eius conuersionis quando habitare volebat absque Dei contumelia, nec pertrahens fidelem ad peccatum, & eo sæculo floruit D. Augustinus relatus *in c. si enim, sup. hac ead causa, & q.* & ita tenuit hanc partem.

Secundum sæculum subsequutum est, quo rarissime Hebræi ad fidem reducebantur, erantque peruicaciores in sua perfidia, quo tempore edita est Synodi Toletanæ constitutio *in præsenti textu* relata, qua decretum est, ne vxores fideles habitare permitterentur 3

mitterentur cum Iudæis fidem admittere renuenti-
bus ; at de cæteris infidelibus nihil ibi statutum est
4 quod non ita obstinati in sua perfidia essent, vt me-
ritò eorum conuersio desperanda esset. Tertium tan-
dem seculū successit, quo Ecclesiæ consuetudine re-
ceptum est, ac præceptum inductum ne coniux ad
fidem conuersus permittatur cum infideli cuiuscū-
que sectæ habitare; eo quòd successu temporis expe-
rientia docuerit non modicum peruersionis periculū
imminere coniugi alteri fideli ex infidelis consortio.
Ne hic Ecclesiasticus mos aduersatur in aliquo cō-
silio D. Pauli, quia ne dum consilia, sed etiá pręcepta
possunt tractu, vel successu temporis necessitate id
suadente variari, vt *in cap. non debet, de consang. & affin. & in c. quia sancta §. verum 63. distinct.* Couar.
in c. alma mater, part. 2. in initio n. 2.

5 Quare hodie non licet alterutri coniugi fidem
profitente permanere in consortio coniugis infide-
lis, sed tenetur ab eo nolente ad fidē conuerti, diuer-
tere, quantumuis possit absque Creatoris contume-
lia habitare. Et ratio diuersitatis huius est, quòd ini-
tio nascētis Ecclesiæ tá efficax gratia, & effectus ad
fidem in tyronibus fidei erat, vt formidāda minimè
esset eorū peruersio, quin potiùs probabilissimè spe-
randa infidelis coniugis conuersio ex fidelis cōsor-
tio ; quæ refrigescente postea charitate, ac feruore
mutata sunt: adde in principio magnam fore tran-
quilli status Reipublicæ perturbationem, si, quando
tanta erat infidelium copia, non liceret coniugi ad
fidem reducto habitatio cum infideli, valdéque à
suscipiēda fide deterrerentur infideles præcepto im-
posito dimittendi coniuges infideles, & ideò ita me-
ritò tenent D. Thom. *in 4. dist. 39 q. vnica art. 3. ad 2.*
Syluest. *verbo matrimonium 8. quæst. 10. dict. 5. in fine,*
Bartholom. à Ledesma *de matr. dub. 55. post. 3. concl.*
Henriquez *in summ. lib. 11. cap. 15. §. 12.* Fr. Emman.
etiam in sum. tom. 1. c. 230. num. vltim. Anton. Ricciul.
de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existēt. lib. 2. cap. 2. n. 30. latè, & eleganter Sanchez *de matrimon. lib. 7. disp. 73. n. 11. & 12.* ex quo loco omnia ferè su-
pradicta desumpsi cum alibi meliùs reperiri, nec ab
vllo componi possint.

6 *Quòd si admoniti fuerint, & noluerint, separentur.*]
Collige ex text. in his verbis necessariam esse moni-
tionem infidelis, aut interrogationem an velit con-
uerti, vt possit fidelis matrimoniū dissoluere, & aliud
inire, vt per Archid. *num. 2.* Bellam. *paulo post princip.*
Turrect. *art. 3. num. 3. in præsenti.* Syluest. *verbo Ma-
trimon. 3. imped. 10. dict. 8.* Armil. *eodem verbo n. 38.*
Nauar. *consil. 2. num. 4. aliàs consil. 1. num. 4. de conuers.
infidel.* Anton. Cuch. *lib. 5. institut. maior. tit. 12. n. 103.*
Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 176. n. 430.*
Barthol. de Ledesma *dub. 59. de matrimon. statim in
princip. fundam. 2.* Petr. de Ledesma *de matrim. quæst. 59. artic. 4. in fine, in solut. ad 4.* Henriquez *lib. 11. de
matrimon. c. 8. §. 5. in commento lit. S.* Fr. Emman. *in sū-
ma tom. 1. c. 230. in fine,* Sanchez *dict. lib. 7. disp. 74. n. 12.* vbi *num. 13* hoc benè temperat, nisi aliunde mo-
raliter constet obstinatio infidelis, quia tūc monitio
non desideratur.

7 *Filij autem, qui ex talibus*, &c.] Notatur ad hoc
quòd vbi pater, vel mater Iudæa ad fidem conuersa
est, potest petere communem sobolem altero parē-
te Iudæo inuito ad Baptismum perduci, vt per Azor.
institutionum moralium part. 1. lib 8 cap. 25. quæs. 3. vbi
ampliat hoc procedere etiam quòd vterque parens
iam infidelis, quàm fidelis, prohibeat filiū baptiza-
ri, adhuc enim contra eorum voluntatem Ecclesia
habet ius cogendi, vt baptizetur, refert, & sequitur
Farinac. *fragment. crimin. part. 2. verbo Iudæi n. 631.*

Et quòd ad effectum, vt possint filij baptizari, suffi- 8
ciat vt vnus tantum ex parentibus sit fidelis, tradunt
Sot. *dist. 5. quæst. vnica, art. 10. conclus. 2. in 4. argum.*
Vrsill. *ad Afflict. decis. 251. num. 6.* Bertazol. *cons. 250. num. 8. lib. 1.* Pascal. *de patria potestate part. 1. cap. 7. n. 8.* Quod procedit, siue parens sit immediatus, siue
mediatus, vt reprobata opinione Nauar. *consil. 4. de
conuers. infid.* fuisse in Curia resolutum testantur ad-
denies ad eundē *citato loco*, vbi inuita matre Iudæa 9
fuit Baptizatus paruulus, propterea quòd defuncto
eius patre, aderat auus paternus, qui petebat illum
baptizari, refert Anton. Ricciul. *de iure personarum
extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. cap. 31. n. 23. cum
sequentib.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi filios adhuc in Iudaismo permanentes habent potestate, sicut habent Christiani.*
2 *Filij infantes Iudæorum ipsis inuitis non possunt cogi ad Baptismum antequam ad annos discretionis perueniant.*
3 *Infans qua ætate dicatur habere vsum rationis, remissiuè.*
4 *Filij ad fidem conuersi per Baptismum eximuntur à patria potestate, & efficiuntur sui iuris quoad actus sibi præiudiciales.*

Cap. Iudæorum. XI.

GLoss. 1. *in præsenti text.* firmat Iudæos habere fi- 1
lios adhuc in Iudaismo permanētes in potesta-
te, sicut habent Christiani, vt per Natt. *cons. 620. n. 8. in fine,* Tiraquel. *de iure primog. quæst. 66. n. 2.* Mar-
quard. *de Iudæis cap. 4. num. 10.* Paris. *cons. 2. num. 9. lib. 4.* Roland. *cons. 35. num. 27. cum sequentibus, lib. 2.* Vr-
sill. *ad Afflict. decis. 151. in princip.* Bursat. *cons. 120. num. 6. lib. 2.* Viui. *opin 391. num. 1.* Mascard. *de probat. concl. 944. nu. 24.* Card. Tusc. *verbo Iudæus concl. 371. num. 25. cum seqq.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 18. n. 6.*
Philip. Paschal. *de patria potestate part. 1. c. 7. n. 4.* An- 2
ton. Ricciul. *de iure personarum lib. 2. c. 29. n. 1.* & ideò
ipsis Iudæis inuitis eorum filij infantes antequā ad
annos discretionis deueniant, non possunt cogi ad
Baptismum, sicutl resoluūt Calder. *consil. 3. de Iudæis*
patis. *cons. 2. num. 38. & 41. lib. 4.* Viui. *opin. 393. n. 1. cum seqq.* Aestaur. *de Imperat. q. 110. casu 315.* Natt.
consil. 434. Quadam puella, lib. 2. Iacob. Port. Imola
cons. 4. nu. 34 Bursat. *cons. 152. n. 11. & 70.* Marquard.
de Iude. part. 3. cap. 2. n. 6. Ascan. *Clement. in tractatu
de patria potest. effect. 7. nu. 6.* Philip. Paschal. *in simili
tract. part. 1. cap. 2. sub num. 3.* Nauar. *cons. 4. de conuers.
infid.* Cornel. Benincas. *in tract. de paupert. in 5. spec. in
iud. num. 8.* Cuch. *institut. maior. lib. 5. tit. de Baptismo
num. 130.* Mench. *illustr. lib. 1. cap. 8. num. 12.* Perez *l. 18. verbo tornar alla Fe Catholic. tit. 3. lib. 8. Ordinam.* latè
Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ec-* 3
clesia existent. lib. 2. c. 32. per tot. & c. 33. disputat qua
ætate infās dicatur habere vsum rationis ad hoc, vt
possit inuitis parētibus baptizari Soar. *tom. 1. de Sa-
cram. disput. 25. sect. 3. vers. secundò infertur, & sect. 4.*
Vasq. *tom. 2. de sacram. Baptismi disp. 155. c. 2.* Petr. de
Cabrera *de Sacram. q 68. art. 10. disp. vnica concl. 4. §. 7.* Barthol. ab Angel. *in exā. cōfess. dial. 2. §. 27.* Hēriq.
in sum. lib. 1. cap. 25. Mutthin. *in sua Theolog. moral. de
sacram. Baptismi quæs. 14.* Azori. *institut. moral. p. 1. lib. 8. c. 25. quæst. 2.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tom. 1. tr. 4. c. 1. n. 50.* Petr. de Ledesma *in sum. p. 1. de Sacram. vbi
de sacrā. Bapt. c. 8. à concl. 10.* Posseuin. *de officio Curati*

cap.6.n.14. Bonac. *de Sacram. disp.2.q.2. puncto 6.* Zãbran. *in suis decis. cas. concient. in artic. mortis c.1.dub.11.* Limitant tamen aliqui, nisi paruulus sit io extrémo mortis periculo, tũc enim baptizari poterit, pręsertim secretò & occultè, cũ iã videatur parens moraliter amisisse ius in filiũ, quia quod parum distat, nihil distare videtur. Soar. *d. sect. 3. vers. ex his autem,* Vasq. *d. disp. 115. cap. 3. num. 22. & cap. 4. num. 49.* Limitant etiam Soar. *d. sect. 4. vers. dico secundò,* & Vasq. *d. disput. 155. cap. 4. n. 46.* si iofideles sint serui Priocipis Christiani, vel alterius particularis, tunc eius filij licitè possunt baptizari inoitis parentibus, nam domioi tenentur sua mancipia baptizare, & Christianè educare. Soar. *d. d. 25. sect. 6.* Ægid. de Coninch. *quæst. 68. num. 87.* Henriq. *in sum. lib. 2. de Baptismo c. 25.* Acosta *de procur. Indor. salute lib. 6. c. 3. pag. 574.* Card. Tolet. *in sum. lib. 2. c. 21. n. 2.* Viui. *lib. 2. opin. 151.* Emman. Soar. *in thesauro commun. opin. verbo Iudæorũ liberi,* Seuall. *commun. contra commun. quæst. 753. n. 1. & 7. tom. 2. & quæst. fin. num. 188. tom. 4.* Cardos. *in praxi iudicium, & aduocat. verbo Sacramentũ n. 22.* Marq. *in gubernat. Christ. lib. 1. cap. 2. pag. 8.* Nald. *in sum. verbo Baptismus quæst. 6.* Stephao. Gratiao. *discept. forens. c. 658.* Soar. *in 3. part. tom. 3. disp. 25. sect. 3. cum tribus seqq.* Gabr. Vasq. *tom. 2. in 3. part. disput. 155. cap. 5.* Axori. *instit. moral. part. 1. lib. 8. c. 25. quæs. 11.* Ludou. Torres *de fide disput. 53. art. 12. dub. 1. col. 648.* Lurca *in 2. 2. sect. 1. disp. 37.* Fr. Thom. à Iesu *de procur. omn. gent. salute lib. 5. part. 1. dub. 6. pag. 210.* latè & eleganter Solorzan. *de Indiarum iure lib. 2. cap. 17. num. 23. cum seq.*

4 Filij verò ad fidem conuersi per Baptismum eximuotur à patria potestate, & efficiuntur sui iuris quoad actus sibi præiudiciales, vt expressè tenet hęc gloss & resoluunt Abb. *in cap. fin. num. 3. de hæretic.* Felin. *in cap. Iudæi el 2. sub num. 6. vers. sed per conuersionem, de Iudæ.* Vrsil *de Afflict. decis. 151. num. 9.* Ascan. *Clem. de patria potestate effect. 77. à num. 55.* Surd *dict. tit. 1. quæst. 18. num. 4.* Ricciul. *dict. lib. 2. cap. 29 num. 5.*

Cap. Sępè malorum. XII.

1 DE prohibita communione cum Iudæis agit Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. cap. 38.* Illud aduertere oportet quòd quamuis liceat Christiaois seruum Iudæũ habere, vt constat ex *c. etsi Iudæi, de Iudæis*, non tameo debere cum eo morari, itaut eum habeat familiarem, sicut per hunc text. docent Angel. *verbo Iudæus num. 3.* Armil. *n. 7.* Tabien. *quæst. 3. n. 4.* Syluest. *quæst. 3. dub. 1.* vbi reddit ratiooem, quòd Iudæi obstinatiores sint, & difficiliùs ad fidem redeãt, ac sint ad subuertendum peritiores, refert Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 31. n. 6.*

2 Ex hoc text. vulgò colligitur quòd conuersatio praua bonos mores corrumpit, vt per Camil. Borrel. *de Regis Catholicis præst. cap. 69. nu. 23.* & est elegans auctoritas Seoecæ *de ira lib. 3.* qui ita ait: *Sumuntur à conuersationibus mores, & mores, & vt quædam in contactis corpore vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit.* Et maloiũ consortia sæpè bonos corrumpunt, Tiraquel. *l. 5. connub. gloss. 1. part. 5. num. 29.* Camill. Borrell. *in addit. ad Bellug. in speculo Princip. rub. 11. §. viso, lit. C. vers. item hæreticus*, hinc Seneca *de tranquillitate vitæ, tit. de exercit. anim.* ait: *Serpunt enim vitia, & in proximum quemquam transiliunt, & contactu nocent.*

SVMMARIVM

1 *Azymis Iudæorum vesci interdictum est Christianis nisi in casu extremæ necessitatis.*
2 *Azymos panes non licet Christiano accipere à Iudæo, si hæc acceptio fiat, vt detur aliqua significatio Paschalis solemnitatis, quæ ab eis celebratur.*
3 *Christianis non licet aliquid ministrare Iudæis ea intentione, vt illud in cultum Iudaicæ religionis expendatur.*
4 *Christiano nullatenus licet dare, vel vendere Iudæo agnum hac intentione, vt immoletur, vel ramos, aut aulæos, vt deseruiant ad Synagogæ ornatum,*
5 *Habitare simul cum Iudæis interdictum est Christianis.*
6 *Medicos Iudæos accersere ad medendum morbis Christianorum est interdictum, nisi in casu necessitatis.*
7 *Medicinam à Iudæo accipere quando sit interdictũ Christiano, ostenditur.*
8 *Balnea intrare simul cum Iudæo, an & quando liceat Christiano, ostenditur.*

Cap. Nullus. XIII.

Ex sexta Synodo.

AZyma *Iudæorum manducet*, &c.] Notatur ad 1
hoc quod azymis Iodæorum vesci interdictum
est Christianis, vt per Syluest. *verbo Iudæus quæst. 1.*
dict. 3. Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 31.*
num. 7. in princip. vbi explicant etiamsi seorsum à Iu-
dæis comedantur à fidelibus, & limitant in casu ex-
tremæ oecessitatis. Quod adeo vetum est, vt oec 2
etiam liceat Christiano accipere à Iudæo panes azy-
mos, si hæc acceptio fiat, vt detur aliqua sigoificatio
Paschalis solemnitatis, quæ ab eis celebratur, quia
hoc esset cũ eis iudaizare, secuodùm Anton. Ricciul. 3
d. lib. 2. cap. 39. num. 10. Vnde etiam prouenit, vt nec
liceat Christiaois aliquid ministrare Iudæis ea intẽ-
tione; vt illud in cultum Iudaicæ religionis expẽda-
tur, hoc enim est directè io eorũ cultu communica-
re, vt per D. Thom. *2. 2. c. 169. art. 2. ad 4.* Valent. *2. 2.*
disput. 2. q. 10. puncto 5. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.*
340. col. penult. vers. quando aliquid, Sanchez *in præce-*
pta Decalogi tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 1. Azor. *instit. moral. p.*
1. lib. 8. cap. 22. q. 4. Anton. Ricciul. *de iure personarum*
extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. c. 29. à princip.
hinc inferentes, pręcipuè tres vltimo loco cirati, nul- 4
latenus licere Christiano dare, vel vẽdere Iudæo ag-
oum hac intentiooe vt immoletur, vel ramos, aut au-
læos, vt deseruiãt ad Synagogæ ornatum, aut cedros
à spinis nõ tactos, quos ipsi vocãt immaculatos, hac
intentione, vt eis vti possint in eorum sacrificiis.

Aut cum eis habitet.] Notatur ad hoc quod ioter-
dictum est Christianis simul cum Iudæis habitare, vt 5
per Alphons. Aluar. Guerrero *in speculo iuris Pontif. tit. de Iudæis, & eorum ritibus,* Saochez *dict. lib. 2. c. 31. n. 5.* Aoton. Ricciul. *dict. lib. 2. cap. 41. num. 2. cum sequentib.*

Aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet.] No- 6
tatur ad hoc quod interdictum est accersere medicos Iodæos ad medendum morbis Christianorum, vt per Aluys. de Leo *in l. 1. sub numer. 15. C. de Iudæis,* Marquard. *de Iuda part. 3. cap. 2. num. 10.* Anton. Ricciul. *dict. lib. 2. cap. 41. à num. 8. cum seqq.* Sanchez *dict. lib. 2. cap. 31. num. 8.* vbi post Rosell. *verbo Iudæus 1. n. 1.* Angel. *verbo Iudæus num. 8.* Armill. *eodem verbo num. 9* Syluest. *quæst. 1. dict. 4.* id limitat in casu necessitatis

ratis,qualis esset,vbi non adesset alios medicus, vel non fuisset sufficienter peritus pro præsenti morbo, eandem quoque necessitatem iudicat, si morbi granitas multis medicis indigeret,& nõ esset copia Catholicorum,quia tunc perinde est ac Catbolicos nõ
7 esse sufficientes pro eo morbo, Anton.Ricciul.*dict.c.* 41.*an.*19.

Aut medicinam ab eis percipiat.] Notatur ad hoc quod prohibetur Christianis accipere medicinam à Iudæo,quod aliquibus placet intelligendum,quando emuntur à iudæo præparatæ ,quia tecipiendo præparatas cõtrahitur quædam familiaritas cum eo, ita sentire videtur gloss.*in præsenti,verbo percipiat*,& expresè tenent Angel. *verbo Iudæus* 7. Armill. *eod. verbo num* 9.Tabien.*quæst.*5.*num.*6.Sanchez *d. c.*35. *num.*9.Ricciul.*d.lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 12. Vnde clarè sentiunt nõ interdici quamcumque aliam acceptionem medicinæ quando Iudæus eam non applicat, seu præparat,quicquid dicat Azor.*institut moralium part.* 2.*lib.*8.*cap.* 22. *quæs.* 5. dum tenet licere nobis emere etiam medicinas præparatas, dummodo non sint spontè oblatæ,nam illum optime carpit Sanch. *d.num.*9.

Aut cum eis in balneo lauet,&c.] Intellige quando Christianus simul accederet cum iudæo , vel propter iudæum , tunc enim accessus esset ex causa familiaritatis,quæ proprie interdicitur in hoc textu, secus si necessitas cogat,veluti si quis causa sanitatis ingrediatur balneum,in quo Iudæi quoque simul ingrediũtur, immo etsi causa solùm recreationis foret,dummodo Catholicus non accedat cum Iudæo, nec propter Iudæum , nec ei in balneo se familiarem exhibeat,quia text.*in præsenti* tantùm interdicit Catholicum simul cum Iudæo in balneo lauari,quo vitetur inter eos familiaritas,at non dicuntur simul lauari,itaut familiaritas aliqua contrahatur,quando prædicto modo se in eodem balneo lauant,ita Philiarch.*de officio Sacerdot.tom.*1 *part.*2.*lib.*3.*cap.*21.*ad finem*, Sanchez *dict. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 11. Anton. Ricciul.*dict.lib.*2.*cap.*41. *num.*23.vbi *num.*24. subdit arguendos esse , qui necessitate cessante simul cum Iudæis ad natandum accedunt,quãdo hoc fit ex antecedenti consilio.

SVMMARIVM.

1 *Conuiuia Iudæorum petere , vel ad conuiuia Iudæos inuitare,prohibitum est Christianis.*

2 *Iudæus , & Catholicus in eodem diuersorio reperti, possunt in eadem mensa manducare.*

3 *Manducare cum Iudæis possunt missi ad conuersionem eorum,seu infidelium procurandam.*

4 *Cap.ad mensam* 11.*quæst.*3.*intelligitur de illis, qui conuersionis gratia cum infidelibus manducant.*

5 *Loqui cum Iudæis , & infidelibus non est prohibitum , comedere autem cum eis maximè , quia maior familiaritas est in cibo sumendo , quàm in colloquendo , & faciliùs quis decipitur inter epulas.*

6 *Peccatum est facere contra errantem conscientiam.*

Cap. Omnes deinceps. XIV.

Ex Concil. Agathensi.

Collige ex textu prohibitum esse Christiano inuitare ad conuiuim Iudæos,vel ad eorum conuiuia accedere,vt per Follet.*in constit.Neapol. tit.de Iudæis num.*12.Alphons.Aluar.Guerrero *in speculo iuris Pontificij tit.de conuersatione fidelium cum infidelibus pag.mihi* 259 Anton.Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.lib.* 2.*cap.*41.*num.*25. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1.*lib.*2.*c.*41 *n.* 12. vbi intelligit non solùm quãdo iudæi cibos discernunt aliquos respuentes,vt arbitrantur Rosel.*in sum. verbo Iudæus* 1.*num.*1. Angel.*eodem verbo num.*1.Tabiena *etiam in sum.eod. verbo quæst.* 2. *num.* 2. Armil. *num.*4.Azor.*institutionum moralium part.*1.*lib.*8.*cap.* 22.*quæs* 3. Sed etiam quãdo sine vllo ciborum delectu manducant,vt bene tradit Syluest. *verbo Iudæus quæst.*1.*dict.* 2.ex ea ratione,quia nõ sola discretio ciborum est huius prohibitionis causa,sed vitatio familiaritatis cum iudæis,ex qua peruersionis periculum creatur,secundùm Antonium Ricciulum *dict.c.* 41.*n.*27.

Declara tamen huius textus decisionem,ne scilicet procedat, si casu Iudæus,& Catholicus in codẽ 2
diuersorio reperti manducarent in eadẽ mensa,quia text.*in præsenti* tantùm iubet , vt Iudæorum conuiuia fideles vitent,nec Iudæos ad conuiuia excipiãt, at Iudæus nullus in hoc euentu conuiuiũ Catholico facit,nec Catholicus Iudæo,& ideo sic resoluunt Philiarch.*de offic.Sacerd.tom.*1.*part.*2.*lib.*3.*cap.*12.*in fin.*Sanch. *dict.lib.* 2 *cap.*31.*num.*13. Anton.Ricciul. *dict.cap.*41.*n.*29.vbi dicit opinionem Torrectem.*in cap.nullus,hac eadem causa,& quæstione*, contrarium tenentis , procedere posse quando Iudæi simul , & Christiani recreationis causa intrarent cauponam,vt simul comederẽt,in quo casu Christianos à peccato non excusat.

Declara etiam , & excipe ab hac prohibitione 3
missi ad conuersionem Iudæorum , seu infidelium procurandam, qui cum illis manducare possunt , vt familiaritate cum eis contracta faciliùs valeant eos ad veram fidem attrahere,ita eis cõceditur *in c. quã sit,de Iudæis*,vbi Host. *in princip.* Butr. *num.* 6. Abb. *num.*2.& Socin.*num.*1.Sanchez *dict.lib.* 2.*cap.*31. *n.* 26. Anton.Ricciul.*dict.lib.*2.*cap.*41. *num.* 30. & ideo Christus Dominus cum publicanis,& peccatoribus manducare,& bibere dignatus est , quia ad illorum conuersionem veneral,*c.infideles* 23.*quæst.*4.Vnde iã 4
constat quod licet text.*in cap. ad mensam* 11.*quæst.*3. videatur concedere simpliciter licentiam manducãdi cum infidelibus,debet tamen intelligi de illis,qui conuersionis gratia cũ infidelibus manducant,prout intelligunt Turrecrem.*sub.n.*5.& Præpos.*num.*6. *eodem cap.ad mensam*, Alphons. Aluarez Guerreto *in speculo iuris Pontificij tit. de Iudæis , & eorum ritibus, pag.mihi* 259.quod est intelligẽdum,dummodo cibi allati edantur vt res à Deo creatæ,secus si edãtur tãquã res idolo consecratæ, quia tunc fame mori magis debemus,quàm illis vesci ,ad notata *in c.sicut satius* 32.*q.*4

In gloss.*Iudæorum*.ibi,*sed quare loquimur cum eis*, 5
cùm nec comedamus cum eis, &c. Assignat hæc glossa rationem quare non est prohibitum loqui cum Iudæis , & infidelibus , & est prohibitum comedere cum eis , quia scilicet maior familiaritas est in cibo sumendo,quam in colloquendo,& faciliùs quis decipitur inter epulas,sequuntur Hostien. *in dict. cap. quàm sit* , *numer.* 3. *de Iuda.* & *ibi* Ioannes Andreas *num.* 5. ac Abbas *num.* 3. Turrecrem. *in cap. nullus num.*4.*hac eadem causa,& quæstione* , Alphons.Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij tit.de conuersatione fidelium cum infidelibus,pag.mihi* 259.Quàm periculosum sit cũ Iudæis conuersari grauissima,& impiissima crimina & sacrilegia, quæ quotidie in opprobrium Christianorũ committunt ostendũt,quorum detestãda exempla referũt Decian.*in tract.crim.*

lib. 5. cap. 10. num. 30. & 31. & cap. 12. ex num. 4. Sim. Maiol. *in tract. de perfidia Iudaeorum*, Camill. Borrel. *de praestantia Regis Cathol. cap. 69. ex n. 32.* latè Iacob. Gretser. *in lib. de Cruce tom. 2. lib. 1. cap. 98. & in horto S. Crucis p. 1. pag. 92. & seqq.* vbi inter alia referunt propter sacrilegia in Crucem à Iudaeis illata, & infantes in ludibrium Passionis Christi Domini in illa mactatos, grauissimas pœnas de eis sumpsisse Philippum Augustum Regem Galliae, & Benedictum Papam. Vnde Ferdinãdus & Elisabetha Reges Catholici è Castellae Regnis, & Emmanuel Portugaliae Rex è suo Regno Iudaeos exulare iusserũt eo quòd Baptismi optionẽ sibi oblatã recipere recusarũt, vt referunt Simanch. *de Cathol. instit. tit. 35. num. 8.* Illescas *in historia Pontificali p. 2. lib. 6. cap. 28. §. 2.* Sim. Maiol. *in colloq. de perfidia Iudaeorum pag. 188.* Fr. Ioan. à Ponte *in conuent. vtriusque Monarchia lib. 1. cap. 8. pag. 47. & 50. & lib. 3. cap. 3. pag. 21. & 22.* Greg. Lopez Madeira *in Monarch. Hisp. cap. 6. fol. 41.* Fr. Iacob. Bleda *in historia Maurorum lib. 5. cap. 27.* Bernard. de Aldrete *de antiq. Hispan. lib. 3. cap. 28. pag. 464.* Camill. Borrell. *d. cap. 69. num. 44.* Ferdin. Nauarrete *in discurs. Politicis disc. 2.* Ioan. Solorzano. *de Indiarum iure lib. 2. cap. 19. num. 89.* Et hac tempestate Philippus III. videns de Maurorum moribus, perfidia, & proditione aliqua incommoda, vel pericula Christianis imminere, iussit è tota Hispania exire Maurorum reliquias, licèt omnes iam Baptismali inundatione lustratas, quorum numerus ad quingẽta vel sexcenta millia peruenisse narratur, vt constat ex peculiaribus commentariis, quos de historia, iustitia, & laudibus huius expulsionis scripserũt peculiariter, Fr. Iacob. Bleda, Marcus Guadalasaia, Petr. Asnarius, & Fr. Damianus Afonseia, Paschal. *in tract. de viribus patria potest. p. 1. cap. 7. num. 25.* Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. lib. 4. cap. 18. pag. 570.* Did. de Guzman *in lib de vita & exitu Margarita Regina Cathol. p. 2. cap. 10.* Fr. Thom. è Iesu *de procur. omnium gent. sal. lib. 10. in prafat. pag. 643.* Marquez *in gubernat. Christ. lib. 1. cap. 3. pag. 16.* Salazar de Mendoza *de origine dignit. Hispan. lib. 4. cap. vlt. §. 6. pag. 183.* Fr. Ioan. de Salazar *in Politica Hispania prop. 2 §. 2. pag. 31.* Petr Fernandez Nauarrete *in suis politicis discurs. c. 7.* Calist. Ramirez *de lege Regia. §. 32. n. 12. & 13.*

6 In gloss. *Conscientiam.* ibi, *sed dico quòd nec contra conscientiam erroneam est faciendum, &c.* Notatur ad hoc quòd est peccatum facere contra errantem conscientiam, vt per Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. c. 8. q. 3.* Sayr. *in claui Regia lib. 1. c. 4. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Gratianus nonnũquam vel memoria lapsu, vel scriptorum vitio, seu quòd codices, ex quibus opus hoc concinnauit, innumeris mẽdis scaterẽt, nimis succinctè, ac deprauatè aliorum dicta refert.*

2 *Matrimonium fidelis cum Iudaeo, seu alio infideli est vetitum.*

3 *Matrimonium inter baptizatum, & catechumenam est irritum.*

4 *Catechumenus non est fidelis.*

5 *Indulgentiarum capax non est catechumenus.*

6 *Excommunicationis vinculo nõ ligantur catechumeni*

7 *Catechumeni Ecclesiasticis constitutionibus minimè ligantur.*

8 *Catechumeni non tenentur pracepto* c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.

9 *Catechumenum si contingat ad priorem sectam reuerti, non poterit apostasia pœna damnari.*

CAP. Caue. XV.

Ambrosius.

GRatianus in referendis Sanctorum Patrum auctoritatibus hoc aureo Decretorũ libro insertis, aliàs diligentissimus, nonnunquam vel memoriæ lapsu, vel scriptorum vitio, seu quòd codices, ex quibus opus hoc concinnauit, innumeris mendis scaterent, nimis succinctè, ac deprauatè aliorum dicta retulit, sic *in hoc text.* Ambrosij verba reperiuntur ab eodem transcripta, vt plane percipiamus plenissimũ Ambrosij sensum apud Gratianum deficere, nisi ad originale recurramus, ex quo textum *in praesenti* suae integritati restituit Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 6. §. 11. n. 2.* in haec verba. *Caue Christiane Gentili, aut Iudaeo filiam tuam tradere, Caue, inquam, Gentilem, aut Iudaeam, atque alienigenam, hoc est, haereticam, & omnem alienam à fide tua vxorem accersas tibi. Prima coniugij fides, castitatis gratia est, si idola colat, quorũ praedicantur adulteria si Christum neget, qui praeceptor, & remunerator pudicitia, quomodo potest deligere pudicitiam. Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis Sacramento Baptismatis. Simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus Deus.* Hactenus Ambros. relatus *in praesẽti*, sed suae integritati restitutus, vt refert Couar. *citato loco.* 1

2 Collige ex text. & duobus sequentibus matrimonium fidelis cum Iudaeo, seu alio infideli esse vetitũ vt per Couar. *d. §. 11. in princ.* Marquard. *de Iuda. p. 3. cap. 3 sub. num. 13. vers. quid autem si fidelis*, Mozz. *de contractibus tract. de matrimon. tit. qui possunt contrahere matrimoniũ. sub n. 35. vers. aliud & tertium caput est*, Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 71. à princ.* Azor. *instit moral. p. 1. lib. 8. cap. 11. q. 5. & p. 2. lib. 5. cap. 2. q. 2.* Ludou. Besa *respons. casuum conscientia p. 4. casu 30.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 1. q. 117.* Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 139. num. 36.* Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesia exist. lib. 2. c. 2. n. 8. vers. tertia conclus.*

3 *Si Christiana sit, &c.*] Notatur ad hoc quòd matrimonium inter baptizatum & catechumenã est irritum, secundum gloss. *vers. verbo si Christiana, in praesenti*, quae explicat, idest, *catechizata*, & ita docent Syluest. *verbo matrimonium 3. imped. 10. in init.* Nauar. *in man. c. 22. n. 46.* Anton Cuch. *instit. maior. lib. 5. tit. 12. n. 92.* Gaet. *in repet. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 169. n. 423.* Henriq. *in summ. lib. 11. cap. 13. 3.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 117 in fin.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 71. sub n. 7.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. c. 2. n. 9. & lib. 3. c. 4. num. 7.*

4 In gloss. *Si Christiana.* ibi *&, ita est argum. quòd catechumenus non est fidelis.* Ita Diuus Chrysostom. *in Ioannem homil. 24.* vbi sit catechumenum alienum esse à fideli, & nihil habere cum eo, D. Gregorius Nazianzen. *in orat. in S. Laurentium*, vbi scribit catechumenum esse in vestibulo pietatis, nec adhuc vocari fidelẽ, & faciunt adducta per Menoch. *de arbitr. casu 290. n. 17. cum seqq.* Steph. de Gaeta *in repet. c. ad limina 30. q. 1. 5. n. 209.* Mari. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 5. c. 2. pag. 462. sublit. D. versic. illud quoque*, Sanch. *in praecepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 37. num. 36. & 37.* Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesia existent. lib. 3. c. 4. n. 7. cum seq.*

5 Vnde infertur primò catechumenũ indulgentiarum capacem non esse, vt per Diuum Antonin. *p. 3. tit. 11. cap. 5. §. 6.* Augustin. de Ancona *de potestate Eccles. quaest. 33 art. 2.* Soar. *tom. 4. de pœnis. disput. 53. sect. 4. num. 8.* Sanchez *d. lib. 4. cap. 37. num. 36. & 37.* Anton. Ricciul. *d. lib. 3. cap. 1. per tot.* vbi tribus con-
clusioni

clusionibus materiam declarat. Quamois contrariũ velint Naoar. *in coment. de Iubil. not. 31. num.48.& notab.32.n.10.* Hentiq. *in sum.l.7.de Indulg.c.20.§.8.*

6 Secundo infertur catechumenos non ligari vinculo excommunicationis, vt per Nauar. *in man.c.27. num.13.* Vgolin. *de censur.tab.17.§.5.n.3 & de censur. Pontifici reseruatis p.1. cap. 9. num.3.* Mari. Alter. *de censur.tom.1.lib.3.c.4.pag.398. litt. A.* Aot. Ricciul. *d.lib.3.cap.4.n.26.*

7 Tertio infertur catechumenos Ecclesiasticis constitutionibus minime ligari, vt per Menoch. *de arb. casu 290. num. 17. & 18.* Azor. *instit. moral. p.lib.7. cap.28. q.3.* Sanch. *in precepta Decalogi tom.1.lib.1. cap.12.num.14.in fine,* Mari. Alter. *de censuris tom.1. lib.5.cap.2.lit. D.vers.sequitur sexto,pag.461.* Antoo. Ricciul. *d.lib.3.cap.4. num.23.* vbi 25. post Sot. *in 4. dist.18.q.1 art.3.concl.1.* Stephao. de Gaeta *in reper. dicti c.ad limina §.5.n.209* subdit præterea catechu-

8 menos non teneri præcepto *cap. omnis vtriusque sexus,de pœnit.& remiss. & n.33.* ex hoc pariter infert vota cathecũenotũ nõ posse dispẽsari per Prælatos.

9 Quarto infertur, quod si contingat cathecumenum ad priorem sexum reuerti, non poterit apostasiæ pœna damnari, vt per Simaoch. *de Catholic.instit.tit.31.de heret.num.6.* Farin. *de heresi q.117.n.31.* Anton. Ricciul. *d.lib.3.cap.4.n.28.* Contra Alphons. de Castro *de iusta hereticorum punitione lib. 1.cap 8.* Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis p.2. §.1.ante n.4.* Mari. Alter. *de censur.tom.1.lib.5.cap.1.pag.163. litt.D.vers.illud quoque.*

CAP. Non oportet. XVI.

Ex Concil. Agathensi.

1 GLoss. *verbo hereticis,in præsenti textu,* ait, quod licet infidelis matrimonium contrahi cũ Christiana prohibeatur, contractum tamen tenet. Azor. *instit. moral. part.2. lib.5. cap.2. quæst.2.* quia non est irritum, nec iure naturali diuino, vt tenet. Turrecrem. *in cap.si quis sub num.2.hac eadem causa & quæstione.* Couat. *de sponsalib.p.2 cap.6.§.11.n.1.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremiũ Ecclesiæ existent.lib.2.c.2. num. 8.* nec iure diuino: sic resoluunt Cooar. *dict.§.11.num.1.* Moz. *de contractibus tract. de matrimon.tit.qui possint matrimon.contrahere num.27.* Vgolin. *de Sacrament.tit.de matrimon. cap.19.num.6.* Matien. *ad rub.tit.1. gloss. n.159.lib.5. noua.recopil.* Sanchez *de matrimon. lib.7. dispnt.71. num.7.vers. & ideo huius sententia,* Antoo. Ricciul. *dict.cap.2.n.18.* nec denique lege aliqua Ecclesiastica, quia nulla reperitur expressa, quæ contractum irritet, secundum Cardin. Bellarmin. *in controuers.de matrimon.l.1.c.23. ante tertiam propositionem.versic.tam.vero.quod non sit cultus,* Veract. *in speculo coniug. part.1. art.32. dub.1 conclus.4.* Hentiquez *in summa lib.12. cap.23. §.3.in fine,* Sanchez *dicta disp.71.sub num.8.* Anton. Ricciul. *dict.cap.2.num.21.* vbi tamen *num.22.* ita ait, *Matrimonium inter fidelem, & Iudaum, vel infidelem non baptiꝫatum.licet non sit irritum certa, & expressa lege Ecclesiastica, est tamen irritũ moribus, & consuetudine Christiani populi,qua vim.legis habet,* vt cõmuni consensu firmant omnes Doctores modo relati.

CAP. Si quis Iudaicæ. XVII.& vlt.

Ex Concil.Vrbanen.

1 VVlgo notatur hic text. ad hoc quod Iudæus contrahens matrimonium cum Christiana separari statim debet, vt per Marqoard. *de Iuda.part.2. cap.3.à num.1.* Decian. *in tractatu crimin.lib.5.c.12. num. 23. in princip.* Farinac. *in praxi criminal.part.5. q.139.n.36.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.lib.2.cap.2.à princip.*

QVÆSTIO.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium infidelium quantumuis consummatũ potest dissolui, si alter coniux ad fidem conuertatur, alter autem in infidelitate pertinax aut omnino cohabitationẽ respuat, aut habuare nolit absque Creatoris contumelia, vel absque,eo quod coniugem fidelem ad peccatum lethale pertrahat.*

2 *Declaratur text.in præsenti, & concordatur cũ c.si infidelis, immediatè sequenti.*

CAP. Si quis habuerit. I. & seq.

Ex Concil. Meldensi.

TExt. iste dum probat non posse quem post Baptismum alteram ducere viuente ea, quæ ante Baptismũ sibi fuerit copulata, aduersari videtur *c.si infidelis,* immediate sequenti, dum tenet, quod si cõuersus ad fidem vxorem habuit infidelem, quæ odio Christianæ fidei noluerit morari cũ ipso, licite potest se alij copulare. Qua in re certissima est conclusio matrimonium infidelium quantumuis consummatum posse dissolui, si alter coniux ad fidem conuertatur, alter autem in fidelitate pertinax, aut omnino cohabitationẽ respuat, aut habitare nolit absque Creatoris contomelia, vel absque eo quod coniugem fidelem ad peccatum lethale pertrahat, & tunc iam egrũ est conuerso ad alias nuptias migrare. Probatur ex testimonio D. Pauli *ad Cor.7. Quod si infidelis discedit, discedat, non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi.* Quem locum ita intelligit D, Ambros. *ibidem,* & Innoc. III. *in.quanto, de diuort.* his verbis, *Si alter infidelium coniugum ad fidem Catholicã conuertatur, altero, vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad peccatũ morale ei cohabitare volenti, qui relinquitur ad secunda, si voluerit, vota transibit. Et in hoc casu intelligimus quod ait Apostolus, Si infidelis discedat, frater enim, vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi, & canone in quo dicitur cõtumelia Creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur.* Idemq; definit idemmet Pontifex *in cap.gaudemus, vers.qui autem, de diuort.* & constat is intellectus quippe si infideli discedẽte aut nolẽte legitimè habitare fidelis ita alligatus esset eo matrimonio, vt nõ posset ad aliud transire, seruituti subiectus esset propter infidelis malitiam contra Pauli testimoniũ. Vnde posse dissolui matrimoniũ in his euẽntibus non est ex iure aliquo Pontificio, matrimonium enim consommatum non potest iure Pontificio dissolui, quamuis in infidelitate initum sit, saltem legẽ generali, sed dissoluitur ex priuilegio Christi id in fidei fauorem concedentis, quod priuilegium explicauit in verbis allegatis ita intellectis ab Ecclesia: & ita haberi hoc ex Christi priuilegio docent Galleg. *de cognat.spirit. cap.3.num.71.* Veract. *in speculo coniug.part.1.art.28. concl.1.& col.ante penult.* Petr. de Ledes. *de matrimon. quæst.59.art.5. concl.4.* Bartholon à Ledesma *dub.56. de matrim.post.2.conclus.* Sanchez *de matrimon.lib.7. disput. 74. n.4.* vbi plures rationes refert huius priuilegij.

nilegij, ac dispensationis Christi in matrimonij indissolubilitate.

2 Iuxta quã resolutionem patet intellectus ad textum *in præsenti*, vt scilicet procedat, quando conuersus ad fidem vxorem habuit infidelem volentem secum habitare; at vero text. *in cap. si infideles*, intelligitur iuxta interpretationem Pontificiam *in d. cap. quanto, & in d. cap. gaudemus, de diuort.* nempe quando infidelis aut omnino recidit, aut habitare vult cum Creatoris contumelia, aut pertrahendo ad peccatum, ita Sot. *in 4. dist. 39. q. vnica art. 4. col. 5. vers. propter canonem*, Sanchez *d. disp. 74. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Text. iste falso tribuitur D. Gregorio, nõ enim apud ipsum reperitur.*

2 *Fidelis dicitur relinqui ab infideli nolente habitare sine Dei contumelia, vel sine pertractione ad peccatum.*

3 *Infidelis quãdo conuerti renuit, vult tamẽ habitare sine contumelia Creatoris, & sine pertractione ad peccatum, nõ licet alteri ad Fidem conuerso, matrimoniũ illud dissoluere, nec aliud inire, sed contrarium verius, vt n. 4.*

5 *Matrimonium illis casibus, quibus licet fideli dissoluere, & ad aliud transire, non dissoluitur statim, nisi postquam fidelis ad alias nuptias transierit.*

6 *Infidelis si ante matrimonium à fideli contractum transeat ad alias nuptias, illæ erunt irrita.*

7 *Sententia iudicis nõ desideratur, vt infideli renuente conuerti, possit fidelis matrimonium dissoluere, & ad aliud transire.*

8 *Infideli licet dissoluto semel fidelis matrimonio ad aliud transire.*

CAP. Si infideles. II. & vlt.

Gregorius.

1 FAlsò hic text. tribuitur D. Gregorio, non enim apud ipsum reperitur, vt attestatur Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 74. n. 4. paulo post princ.* de cuius materia, & intellectu egi *supra ad cap. 1. hac eadem causa, & quæstione.*

2 *Contumelia quippè creatoris soluit ius matrimonij, circa eum, qui relinquitur.*] Dicitur etiã fidelis relinqui ab Infideli nolẽte habitare sine Dei contumelia, vel sine pertractione ad peccatum, quippe quod tũc vere dicitur infidelis discedere, quia etsi non recedat corpore, cogit tamen fidelem recedere, nam fidelis tunc tenetur recedere ab infidelis cõsortio, atque ita præbens causam necessariæ fugæ, ipsum fugat, ac consequenter infidelis dicitur recedere à fideli, quẽ fugat, ita Sanch. *d. disp. 74. num. 4.*

3 *Non tamen illa viuente alteram ducère poterit, &c.*] Notatur ad hoc quod quando infidelis conuerti renuit, vult tamen habitare sine contumelia Creatoris & sine pertractione ad peccatum, non licet alteri ad Fidem conuerso matrimonium illud dissoluere, nec aliud inire, vt per Siluest. *verbo matrimonium 8. q. 10. dicto sexto*, Nauar. *in man. c. 22. num. 49. Philiarch. de officio Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 5. in fine.* Petr. de Ledesma *de matrimon. q. 59. art. 4. dubio 2. conclus. vnica*, Gaeta *in repet. cap ad limina 30. quæst. 1. §. 4. q. 375. num. 419.* Mariens. *ad rub tit. 1. gloss. 1. num. 160. lib. 5. nouæ recop.*

4 Cæterũ verior sententia illa est, quæ dictat quod quamuis tempore primitiuæ Ecclesiæ, quo licebat fideli habitare cum infideli volenti habitationem absque Creatoris cõtumelia, & sine pertractione ad peccatum, nõ posset dissolui matrimonium volenti infideli ita habitare, etsi conuerti ad Fidem renueret at postquã iã non licet talis habitatio nisi infidelis conuerti eligat ad Fidem, potest dirimi vinculum prioris matrimonij, & ad aliud transiri, quoties infidelis conuerti respuit, quamuis pacifice habitare velit sine Dei contumelia, nec pertrahens fidelẽ ad peccatum. Ratio est, quia iuxta Pauli testimonium *1. ad Corinth. 7.* tunc fidelis non est subiectus seruituti prioris matrimonij, sed liber est ad aliud ineundum, quoties infidelis discedit, ac relinquit fidelem, tunc autem dicitur fidelis relictus, ac desertus ab infideli recedente, quoties vel infidelis omnino recedit, vel eam cohabitationem eligit, quæ fideli illicita est. Cum ergo hodie illicitum sit fideli habitare cum coniuge infideli in fidelitate pertinaci, etsi velit sine Dei contumelia, & pertractione ad peccatũ habitare, infidelis nolens cõuerti dicetur re vera recedere, & fidelem relinquere, & consequenter integrum erit fideli id matrimonium dissoluere, & ad aliud transire, vt latè ratiocinatur Sanch. *d. disp. 74. num. 9.*

In gl. *Ius.* ibi. *immo etiam prius credo solutum, &c.* 5
Tenet hæc gloss. quod illis in casibus, quibus licet fideli matrimonium dissoluere, & ad aliud transire, statim dissoluitur matrimoniũ non expectato transitu fidelis ad aliud matrimonium, vt per Abbat. *in cap gaudemus, de diuort. num. 15. vb.* Præpos. *§. qui autem num. 4.* Cuch. *lib. 5. instit. maior. tit. 12. n. 100.* Fr. Eman. *in summa tom. 1. cap. 230. in fine.* Sed communis sententia melius sustinet non dissolui prius matrimonium, donec fidelis ad alias nuptias trãseat, ita vt generatio vnius sit corruptio alterius; quare si fidelis nunquam mutet statum, perseuerabit prius matrimonij vinculum, & quotiescunque infidelis conuersus fuerit ad Fidem, tenebitur fidelis illũ tãquam verum coniugem admittere. Ratio est, quia *in cap. quanto, de diuort.* declarauit Innocentius III. textum *in præsenti*, decidentem contumeliam Creatoris soluere ius matrimonij circa eũ, qui relinquitur, vt intelligatur tũc fas esse fideli ad alias nuptias trãsire; sentit ergo Pontifex tonc nõ esse ipso facto dissolutum prius matrimoniũ, sed ius esse fideli ad illud dissoluendum, alio matrimonio inito, & ideo hanc partem tenet Syluest. *in summa verbo matrimonium. 8. q. 10. dicto 6.* Sot. *in 4. dist. 39. q. vnica art. 4. colum. 6. vers. nihilominus.* Nauar. *in man. cap. 22. n. 49. & cons. 2. num. 6. & 9. & cons. 2. num. 5. de conuers. in fidel. in antiq. alias concil. 1. num. 5. & cons. 3. num. 6. & 9. eod. tit in nouis*, Valent. *p. 4. disp. 10. q. 1. punct. 7. colum. 2. & in suis controuers. lib. vnic. de indissolubilit. matrimonij cap. 2.* Henriq. *in summa lib. 11. de matrim. cap. 8. §. 4.* Viuald. *in candel. aureo p. 2.* vbi *de matrim. num. 221.* Barthol. à Ledesma *dub. 56. de matrimon. concl. 3.* & plures alij quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib. 7. disp. 75. num. 4.*

Vnde infertur si ante matrimonium à fideli contractum transeat infidelis ad alias nuptias, eas fore irritas, & ita si postmodũ ad Fidem conuertatur, esse eum ab illis separandum, & reddendũ coniugi prius conuerso: quia priuilegium hoc dissoluendi matrimonium prius per alias nuptias sequentes, non concessum est à Christo infideli, sed fideli in fauorem Fidei, vt expressè probat text. *in præsenti*, & quamuis matrimonium claudicare nequeat quoad vinculum, sed eo dissoluto ex parte vnius coniugis dissoluatur quoque ex parte alterius, tamen claudicare 6
potest

potest quoad effectum, & obligationem, vt altero coniuge solo adultero claudicat matrimoniū, quoad obligationem cohabitandi, cū soli innocenti diuertere liceat; & ideo ita teneat Sot. *in 4. dist. 39. q. vnica art. 4. column. 7. paulò ante verf. ad verbū*, Nauar. *conf. 1. num. 10. in solut. ad 2. in antiq. aliàs conf. 3. eodem num. 10. sub tit. de conuers. infidel.* Veracruc. *in speculo coniug. p. 2. art. 34.* Pett. de Ledesm. *de matrim. q. 59. art. 5. in corol. illato ex 5. concl.* Sanchez *d. lib. 7. disp. 75. num. 6.*

7 In gl. *Soluit*, ibi, *Ecclesia tamē debet sentētiare*, &c. Hæc gloss. non approbat primam opinionem ab ea relatam, ac proinde innuit nullam iudicis sententiā desiderari, vt infideli tenuente conuerti, (seu iuxta aliam opinionem) habitare sine Dei contumelia, vel pertractione ad peccandum, possit fidelis matrimoniū dissoluere, ad aliudque transire, quia *in hoc sexu* habetur contumeliā creatoris soluere ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, & huoc liberum esse ad alias nuptias migrare, nun ergo desideratur sententia aliqua iudicis; & ideo ita tenent Sot. *in 4. dist. 39. q. vnica art. 4. colum. 6. vers. nihilominus*, Nauar. *conf. 2. num. 5. in antiq. aliàs conf. 1. num. 5. in nouis sub tit. de conuers. infidel.* Veracruc. *in speculo coniug. p. 2. art. 33. concl. 3.* Sanchez *ed. lib. 7. disp. 74. n. 11.*

In gloss. *Et in matrimonium*, ibi, *si illud contrahat postquam conuersus cū alia contraxit*. Notatur ad hoc quod licet infideli dissoluto semel fideli matrimonio ad aliud transire, vt per Vetac. *d. p. 2. art. 34. concl. 2.* Vignet. *lib. instit. cap. 16. § 7. vers. 9. impedim. 10.* Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 8 § 5. in fine*, Sanch. *d. lib. 7. disp. 77. num. 6.*

QVÆSTIO III.

CAP. Oportet. I. & seq.

1 IN his duobus Capitulis referuntur sententiæ Hieronymi, & Augustini adinuicem se contrariantium in illa quæst. vtrū bigamus sit reputandus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram; de qua dixi late ad *cap. vnius uxoris 1. sup. 26. dist. pag. 103.*

CAVSA XXIX.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractū per errorem personæ, vel conditionis minimè valet.*
2 *Error excludit consensum.*
3 *Consensu deficiente actus non tenet.*
4 *Error personæ dirimit iure naturæ matrimonium.*
5 *Error circa qualitatem, quæ refunditur in personæ errorem, matrimonium dirimit.*

1 EX principio huius quæstionis vulgo colligitur matrimonium contractum per errorem personæ, vel conditionis minimè valere, vt per Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 3. § 7. in princ.* Pett. de Ledesma *de matrimonio quæst. 50. art. 2. dub. 2.* Sanchez *eod. tract. lib. 7. disp. 18.* Gutier. *eodem tractat. cap. 89.* Bonacin. *in simili tract. q. 3. punct. 2.* Valer. Reg. *in praxi fori pœn. lib. 31. n. 92.*

His ita respondetur, &c. Notatur ad hoc quòd error excludit consensum, de quo Parif. *conf. 150. n. 22. vol. 4.* Bertazol. *in tractatu clausul. instrum. claus. 11. el. 3. n. 2.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resol. 2. n. 6.* Surd. *conf. 66. num. 12.* Seraphin. *decis. 1190. num. 2.* Anton. Monach. *decis. 59. n. 10.* Cardin. Tusch. *tom. 2. litt. C. concl. 754.* 2

Notatur etiam ad hoc quod consensu deficiente actus non tenet, vt per Bald. *in l. fin. num. 3. C. ad Maced.* Gom. *in reg. de impetrant. benefic. per obitū famil.* Cardin. *q. 11. sub num. 2. vers. nam ex quo consensus.* Gonzal. *ad Regul. octauam Cancellaria, gl. 47. n. 1.* 3

In gloss. *Quod autem*. ibi *nam similiter*, &c. Tenet hæc gloss. quòd error personæ dirimit solo iure Ecclesiastico matrimonium, ac proinde subdit integrū esse Pontifici statuere, vt is error non dirimat. Verū omnino dicendum est iure naturæ dirimere, quippe quod error libertatem, & consensum aufert, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omnium iudic.* & errātis nullus est consensus, nec voluntas, *l. cum testamentum, l. non idcircò, C. de iuris, & facti ignor.* & ideò hāc partem sustinet Syluest. *in summa, verbo matrimonium 6 q. 1. vers. error personæ*, Brunel. *de sponsalib. concl. 32. num. 2*; Veracruc. *in speculo coniug. p. 1. art. 19. paulo post princ. concl. 2.* Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. § 4 n. 312. 321. 328. & 382.* Pett. de Ledesma *de matrimon. q. 51. art. 2. dub. 2. concl. vnica*, Viuald. *in candel. aureo p. 1. vbi de matrim. numer. 117.* Barthol à Ledesma *de matrim. dub. 36. concl. 1.* Henriquez *in summa lib. 11. c. 10. § 3. & lib. 12. cap. 4. § 1.* Sanchez *d. lib. 7. disp. 18. n. 12.* vbi *num. 51* post Gaet. Veracruc. & alios *suprà* citatos contra hanc gloss. tenet non posse Ecclesiam statuere ne error personæ dirimat matrimonium, quia nequit efficere, vt absque cōnsensu matrimonium consistat, quem error personæ tollit. 4

In ead. gloss. ibi, *nisi prius habita noritia*, &c. Collige ex gl. quod si qualitas illa in qua erratur designat indiuiduam personam, tunc error circa qualitatem refunditur in personæ errorem, ac matrimoniū dirimit, etiam si nulla præuia habeatur notitia personæ illius indiuiduæ circa quam erratur, quia satis est ea notitia personæ cum qua initur matrimoniū, quæ concipitur eo tempore, quo de matrimonio contrahendo conuenitur, vt circa illam possit errari, & parum videtur ad id referri an antea, an potius iūe habita sit notitia, siquidem in vtroque euentu habetur iam ante matrimonium. Intellectus enim apprehendit eo modo, quo sensus repræsentat obiectum, ac proinde si tempore, quo præstatur consensus, repræsentat sensus, vt talis Regis filiū, ita apprehendit intellectus, ac voluntatem ducit, vt in personam illam indiuiduā filij talis Regis consentiat, quare ita tenet Tolet. *lib. 7. summæ cap. 3. num. 2. d. 3.* Viuald. *in candelabro aureo p. 1. vbi de matrim. n. 117.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 18. num. 18*, Contra Nauar. *in man. cap. 22. num. 32.* Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. quæst. 1. § 4. num. 326.* Greg. Lopez *l. 10. verbo filio tit. 2. part. 4.* existimantes illam præuiam notitiam desiderari. Vnde colligitur, errorem esse personæ si fœminæ scienti quempiam multos filios habere, quorum nullus est sibi notus, aliquis eorum mentiatur dicens se esse illius primogenitū, verè enim fœmina errore ducta illi nubit, existimans esse personā illius primogeniti quam apprehendit, & in maritum eligit, vt per hanc gloss. tenet Greg. Lopez *l. 10. verbo è veniesse tit. 2. p. 4.* Matienz. *ad rub. tit. 1. gl. 1. n. 154. lib. 5. noua recop.* Sanch *d. l. 7. disp. 18. n. 19.* Nec refert si primogenitus ille, cui conuentum erat fœminam nupturam, si post conuentionem vita functus, ac secundo genitus qui tunc primogenitus est supponitur fœminæ igno- 5

rantis

ranti, erit enim error personæ, quia consensus fertur in priorem, cum quo pactũ initium fuerat, qui qualitate illa primogenituræ tempore pacti iudicabatur; nec minus est error personæ, quamuis persona circa quam erratur, iam obierit, & ideo sic docent gloss. *verbo putatur, in præsenti*, Sot. *in 4. dist. 30. q. 1. art. 1. paulo ante solut. ad argũ. vers. respondetur* Bartholmo. à Ledes. *de matrim. dub. 30. post. 3.* concl. Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 123. conclus. 2. num. 3.* Sanc. *d. lib. 7. disp. 18. num. 30.*

QVÆSTIO II.

1 GLoss. *verbo secunda. propè fin. in summ. huius quæst.* referens opinioñe Hugonis dicentis valere matrimonium liberæ cum adscriptitio, ait leges contradicere; atque ita videntur sentire legibus contrarium decidentibus standum esse, Ius enim Ciuile non permittebat matrimoniũ liberæ cum adscriptitio alieno. *auth. de nup. §. ascriptitio collat. 4.* vbi additur id non esse matrimoniũ. Cæterùm verius est quod quando seruitus non est vera, sed adscriptitia, vel originaria, eius error non dirimit matrimoniũ, vt melius sustinent Ordinarij ferè omnes *in cap. 2. de coniug. seru.* vbi Ioan. Andr. *num. 3.* Ancharan. *num. 2.* Butr. *num. 4.* Abb. *num. 5.* Card. *num. 2 quæst. 3.* Præpos. *num. 6. q. 5.* Alexand. de Neuo *num. 7.* Henric. *num. 3.* Brunel. *de sponsalib. conclus. 32. num. 3. casu. 3.* Anton. Cuch. *lib. 5. instit. maior. tit. 12. n. 55.* Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. § 4. n. 332.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 19. n. 9.*

CAP. Omnibus. I.

Iulius.

1 GLoss. *verbo legem, in præsenti text.* ait irregularem effici, qui cum serua contrahit, vt per Syluest. *in sum. verbo irregularitas, q. 16.* Nauar. *in mã. cap. 27. num. 196.* Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 1. num. 5.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 158. n. 3.* Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 19. num. 14.*

CAP. Si quis liber. II.

Zacharias.

VVlgò allegari solet hic text. ad hoc quòd seruitus nõ præstat naturale impedimentum matrimonio ineundo, ac proinde validum est matrimonium seruorum inter se, & matrimonium liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo non ignorata seruitutis conditione, ita Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 19. n. 13.* vbi *in fine* post gl. *in præsenti* Sot. *in 4. dist. 35. quæst. vnica art. 1. col. 3. vers. contra hanc.* Syluest. *verb. matr. 8. quæst. 2. dicto. 1.* & alios, subdit iure Canonico, quod in hac re præualet, corrigi *l. cum ancillis. C. de incest. nup.* decidentem non posse constare matrimonium inter liberum, & seruum.

SVMMARIVM.

1 *Seruus consequitur libertatem, & matrimonium consistit cùm illud init cum persona libera ignara seruitutis domino tradente in matrimonium, vel sciente, & tacente seruitutem.*

2 *Ingenuus si ducat seruam ignarus seruitutis, poterit cognita seruitute resilire, at si serua velit, inuito ingenuo resilire, cogenda est ab Ecclesia stare matrimonio.*

3 *Princeps secularis fidelibus suis subditis non potest aliquot matrimonij impedimenta statuere.*

CAP. Si quis ingenuus. IV.

Ex Concil. apud Vermeriam.

GLoss. *in præsenti text. verbo faciat, in vers. sed si dominus eius*, tenet seruum cõsequi libertatem, & matrimonium consistere cùm illud init cum persona libera ignara seruitutis domino tradente in matrimonium, vel sciente, & tacente seruitutem, vt per Sot. *in 4. dist. 35. q. vnica art. 2. colum. 3. vers. ex his colligitur*, Anton. Cuch. *lib. 5. instit. maior. tit. 12. num. 48.* Veracruc. *in speculo coniug. part. 1. art. 30. vers. sed est dubium circa hoc*, Barthulom. à Ledesma *de matrimõ. dub. 31. concl. 6.* Petr. Ledesma *de matrimon. quæst. 52. art. 1. dub. vlt.* Henriquez *in sum. lib. 11. de matrimonio cap. 10. § 4. vers. 4. & 5.* Fr. Emman. *etiam in summ. tom. 1. cap. 223. n. 4. concl. 4.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 20. num. 14.* 2

In ead. gloss. ibi, *sed pone quod libera contraxit*, &c. Notatur ad hoc quod si ingenuus ducat seruã ignarus seruitutis, poterit cognita seruitute resilire, at si serua velit inuito ingenuo resilire, cogenda est ab Ecclesia stare matrimonio, vt resoluunt D D. *in c. fin. de coniug. seruor.* & præcipuè Butr. *in fine*, Ancharan. *num. 4. vers. quærit. gloss.* & Abb. Alexand. de Neuo *in fine.* D. Anton. *2. p. tit. 1. cap. 3. in princ.* Syluest. *in sum. verbo, matrimonium, 8. q. 2. dicto 8.* Nauar. *in manuali cap. 22. num. 43.* Anton. Cuch. *instit. maior. lib. 5. tit. 12. num. 51.* Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 10. § 5.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 15. num. 4. vers. quintò probatur.* vbi subdit quod licet hi Doctores non satis explicent in hoc casu matrimonij inter ingenuum, & seruam, an decipiens teneatur ante compulsionem stare matrimonio, solum enim dicunt cogendum esse ab Ecclesia, credit tamen teneri decipientem ante omnem iudicis sententiam, ac compulsionem stare illi contractui si deceptus velit, quia iura non compellunt ad id in pœnã doli, sed naturali quadam æquitate, & quia bono communi ita expedit. 4

In gloss. *Habeat.* ibi, *sed illud secundum leges non tenet, sed secundum Canones tenet, quia matrimonia iure poli reguntur.* Collige ex gloss. non posse Principem secularem fidelibus suis subditis aliquot matrimonij impedimenta statuere, vt resolunt Ordinarij per text. *ibi in cap. 1. de sponsalib.* & præcipuè Butr. *num. 15.* Abb. *num. 9.* Alexand. de Neuo *num. 21. & 22.* Præposit. *num. 7.* & Felin. *num. 10. & 11.* Turrecrem. *in cap. 1. 30. quæst. 3. art. 6. in solut. ad 1. num. 17.* Couar. *de sponsalib. p. 2. cap. 6. § 10. num. 16.* Sot. *in 4. dist. 42. q. 2. art. 2. ad. 2.* Brunel. *de sponsalib. concl. 19. num. 1.* Peguer. *in quæst. crimin. cap. 42. num. 2* Contra gloss. *verbo, & legibus, in c. si quis ancillam*, immediatè præcedenti Victor. *in relect. de matrim. 1. p. 2. partis n. 12.* Petr. Sot. *lect. 4. ad fin. de matrimon.* Petr. de Ledesma *de matrimon. q. 50. art. dub. 1.* Bartholom. à Ledesma *dub. 29 de matrimon. concl. 1. in fine*, Henriquez *in sum. lib. 12. de matrimon. cap. 1. § 4.* & alios, quos refert, & sequitur Sanch. *de matr. lib. 7. d. 3. n. 2.* 3

SVMMARIVM.

1 *Dubitans probabiliter de seruitute vxoris, tenetur ei reddere debitum, etiam iudice non præcipiente, nullùmque præiudicium ex hoc sibi infert, vt n. 2.*

3 Con

3 *Coniux de nullitate matrimonij litem mouens, ea pendente tenetur alia alimenta vxori præbere, quæ ante litem tenebatur.*

Cap. Cuius rei. VI.

Gregorius.

1 GLoss. *verbo nouissimè, vers. nam pendente accusatione, in præsenti text.*, tenet quod probabiliter dubitans de seruitute vxoris tenetur ei reddere debitum similis gloss. *verbo audiuit, in cap. 3. de coniug. seruo.* vbi Hostiens. *super eod. verbo*, Ioan. Andr. *in fine*, Butr. *num.* 6. Ancharan. *etiam n.* 6. Henric. *n.* 10. *cum seq.* & Alexand. de Neuo *num.* 11. D. Anton. 3. *p. tit.* 1. *c.* 3. §. 2. Syluest. *in summa verbo matrimonium*, 8. *q.* 3. *dicto* 2. 4. *&* 5. Petr. de Ledesma *de matrim quæst.* 45. *art.* 1. *dub.* 2. *ad vltim. prima sententia*, Cordub. *lib.* 3. *quæstionarij q* 8. *fol.* 183. *colum.* 1. *vers. ex supradictis*, Contra D. Thom. *in dist.* 36. *in fine in exposit. litteræ*, Sot. *de secrete memb.* 3. *q.* 2. *post primam concl. vers. respondetur quòd Prælatus*, Abb. *in d. cap.* 2. *n.* 6. Præpos. *num.* 10. *vers. venio ad secundam partem glossæ*, Angel. *verbo, matrimonium* 3. *imped.* 4. *num.* 8 *&* 9. Gregor. Lopez *l.* 4. *verbo de partir. tit.* 5. *part.* 4. Couar. *de sponsalib p.* 2 *cap.* 7. §. 2. *in fine*, Nauar. *in cap. si quis autem, de pœnit. dist.* 7. *num.* 84. Henriquez *in summa lib.* 11. *de matrimon. cap.* 10. § 5. *& cap.* 1. §. 14 *& lib.* 12. *c.* 6. §. 7. Bartholom. à Ledesma *de matrim. dub.* 20. *concl.* 1. *in fine*, existimantes non teneri hunc reddere quamuis Ecclesia percipiat.

2 Dubium tamen est inter Doctores, qui sequuntur huius gloss. sententiam, an teneatur hic reddere debitum, quamuis Ecclesiæ præceptum non constringat illum. nam hæc gl. & alia *d. verbo audiuit*, Host. Ioan. Andr. Butr. Henric. & Alexand. de Neuo *cit. ats locis*, dicunt sibi præiudicare si sponte, nec eo præcepto compulsus reddat, & consequenter sentiunt non teneri reddere, vt euitet illud damnum. Alij verò docent non tantum posse, sed etiam teneri coniugem in hoc dubio reddere debitum, etiam iudice non præcipiente, nec sibi præiudicium inferre, quam sententiam probabiliorem dicit Sanch. *in matr. lib.* 2. *disp.* 43. *num.* 8.

In ead. gloss. ibi, *& pendente causa non negabit ei alimenta*, &c. Notatur ad hoc quod coniux de nullitate matrimonij litem mouens, ea pendente tenetur illa alimenta vxori præstare, quæ ante litem tenebatur, vt per Butr. *in d. c.* 2. *in fine*, Ioan. Andr. *etiam in fine*, Abb. *n.* 6. Alexand. de Neuo *num.* 12. & alios, quos refert, & sequitur Sanchez *de matr. lib.* 2. *d.* 41. *num.* 51.

Cap. Perlatum. VII.

Ex Concil. Tribur.

1 GLoss. *verbo Diuortij, vers. item quæritur, in præsenti text.* tenet non esse integrum viro se venundare inuita vxore, vt per Angl. *in floribus Theolog. p.* 1. *vbi de matr. q.* 10. *de errore conditionis, art.* 3. *concl.* 1. Cæterùm verius est integrum esse viro se venundare renitente vxore, quia vir subditur vxori in iis solis, quæ ad debiti redditionem pertinent, atque in cæteris est sui iuris; at venditio hæc non vergit in præiudicium debiti coniugalis, esto vir in eius fraudem se venundaret, tenetur enim vxori ad omnia quæ lex matrimonij petit, à quibus retrahi nequit domini præcepto; igitur, &c. & ita docent *in præsenti*, Archid. & Bellam. vterque *num. vnico*, Turrecr. *art.* 1. *num.* 1. *&* 2. *in solut. ad* 1. D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 3. §. 1. Syluest. *in summa verbo, matrimonium*. 8. *quæst.* 2. *in fine*, Sot. *in* 4. *distinct.* 35. *quæst. vnica, art.* 3. *concl. vnica*, Petr. de Ledesma *de matrimonio, quæst.* 52. *art.* 3. *concl. vnica*, Viuald. *in candelabro aureo, part.* 1. *vbi de matr. num.* 121. Henriquez *in summa, lib.* 11. *de matrim. cap.* 10. §. 5. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *de matrimonio, lib.* 7. *disp.* 23. *num.* 2 vbi *n.* 3. Post Petr. de Ledesma *d. art.* 3. *in solut. ad vltim.* subdit etiam venditionem absque iusta causa factam non vacare culpa lethali, eo quod in dedecus graue vxoris, & familiæ, ac iniuriam redundet nulla iusta causa præponderanti, & *num.* 5. reprobato Henriquez *citato loco*, tenet quod non præbebit iustum diuortij causam si vir in vxoris fraudem se venundet.

In gloss. *Secundum secularem.* ibi, *secundum quam non illa vxor, vel filij rediguntur in seruitutem*, &c. 2
Notatur ad hoc quod vxor venditioni mariti consentiens non redigitur ob id in seruitutem, vt per Turrecrem. *hic art.* 3. *n.* 4. Sot. *in* 4. *distinct.* 35. *quæst. vnica, art.* 3. *ad* 2. & alios plures quos refert, & sequitur Sanchez *d. lib.* 7. *disp.* 23. *num.* 7.

Cap. Dictum est. VIII. & vlt.

Ex Concil. Cabilon. II.

ET *per voluntatem dominorum.*] Ergo à contrario sensu videtur integrum non esse seruis contra domini voluntatem matrimonium contrahere. At certa res est posse seruos inuitis dominis matrimonio copulari, vt resoluunt Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 21. *num.* 3 Gutier. *eodem tract. cap.* 91. Bonacio. *in simili tract. quæst.* 3. *puncto* 3. *num.* 7. Et ad hunc text. respondendum est cum gloss. *hic verbo voluntatem*, supplendum esse, *maximè*, atque ita sensus est nunquam ea matrimonia dissoluenda esse, præsertim autem quando domini consensere, refert Sanchez, *d. disp.* 21. *num.* 19. *in princ.* 1

In gloss. *Habeat*, ibi, *sed quid si domini sint in diuersis prouinciis, credo alterum compellendum, vt vendat reliquo*, &c. Notatur ad hoc quod si vterque coniux seruus sit diuersi domini, & diuersa loca inhabitantis itaut mutuo conuenire nequeat obsequiis dominorum satisfaciendo, tunc vt euitetur fornicationis periculum, cogendus est alter dominus per Ecclesiam vendere alteri volenti emere, vt per Turrecrem. *in præsenti, num.* 3. Rosell. *verbo seruus* 3. *num.* 2. Sanchez *de lib.* 7. *disp.* 22. *num.* 16. 2

CAVSA XXX.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Coniux; qui absque necessitate proprium filium baptizauit, aut tenuit tanquam patrinus in Baptismate, vel Confirmatione, separari debet, & priuatur iure exigendi debitum.*

2 *Exorcismo cognatio spiritualis non contrahitur.*

3 *Fidelis baptizans, vel tenens in Baptismo filium infidelis, ex patre sua contrahit cognationem cum parentibus infidelibus illius pueri, qui baptizatur; quamuis illi non contrahant, sed contrarium verius vt num.* 4.

Cap. Peruenit ad nos. I.

Deuſdedit.

COlligi videtur ex hoc text. quod coniux qui
1 abſque neceſſitate proprium filium baptizauit, aut tenuit tanquam patrinus in Baptiſmo, vel Confirmatione, ſeparari debet, ac proinde priuatur ratione illius cognationis, nimirum compaternitatis ortæ inter illum, & alterum coniugem, iure exigendi debitum, ita etiam ea ratione text. *in c. ſi vir. de cognat. ſpirit.* tenent gloſſ. *verbo non fraudentur, in cap. noſſe, inf. hac eadem cauſa, & quæſt.* vbi ait quod ille qui leuat filium ſuum de ſacro fonte, perdit ius exigendi, ſi verò petat, licet petendo peccet, debet tamen vxor ei reddere omnes, *in dict. cap. ſi vir*, & præcipuè Hoſtienſ. *num. 3. ſuper verbo patrocinari*, Ioan. Andr. *num. 5* Butr. *num. 6.* Abb. *num. 5.* Alexand. de Neuo *num. 8.* & Henric. *num. 3.* Sylueſt. *in ſumm. verbo matrimonium 8. quæſt. 7. d. 1. & 2.* Nauar. *in man. cap. 16. num 34.* Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. quæſt. 6 § 4. num. 349.* Mantienſ. *ad rub. tit. 1. gloſſ. 1. n. 143. lib. 5. noua recop.* Philiarch. *de offic. Sacerd. tomo 1. p. 2. lib. 2. cap. 11. ad fin.* Petr. de Ledeſma *de matrim. 56. art. 1. dub. 4 concl. 2* Iacob. de Graff. *in aureis dec. p. 2. lib. 1. cap. 5. num. 31.* Viuald. *in candelabro aureo, p. 2. vbi de matrim. num 149.* Henriquez *in ſumm. lib. 11. de matrim. cap. 15. § 11. & lib. 3. de Confirmat. cap. 3. in fine*, Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 143. n. 10.* Sanch. *de matrim. lib. 9. diſp 26. num. 7.* vbi fatetur in rigore hanc ſententiam nullo text. probari, cum text. *in præſenti*, & omnes de hac re agentes, præcipuè *c. noſſe, & c. ad limina*, cum aliis, *hac ead. cauſa, & quæſt.* corriganiur per *d. cap. ſi vir*, & concludit quod ad hanc ſententiam amplectendam mouetur, quia vniuerſi Doctores Iuriſperiti, atque omnes ferè Theologi antiqui, & neoterici illam ſequuntur.

A primo pabulo, &c.] Ergo per exorciſmum cognatio ſpiritualis non contrahitur, vt colligit Pa-
2 lud. *in 4. diſt. 42. q. 1. art. 1. num. 7.* Cæterum dicendum eſt per ſolum catechiſmum contrahi, *c. 2. de cognat. ſpirit. cap. 2. eod. tit. in 6.* D. Thom. *in 4 diſt. 42. quæſt. 1. art. 2. in corpore*, & *ibi* Durand. *quæſt. 1. art. 2. num. 7.* Veracr. *in ſpeculo coniug. art. 22. dub. 3.* Bartholom. à Ledeſma *de matr. dub. 46. § penul. in fine*, Henriq. *in ſumma, lib. 2. de Baptiſmo, cap 15. § 4. in commento lit. M.* Matienſ. *ad rub. tit. 1. gloſſ. 1. num. 249. lib. 5. noua recopil.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 10. num. 5.* vbi cum Durand. *citato loco*, ait non obſtare textum *in præſenti.* quia verba eius proximè relata vſque ad finem copulatiuè, & non deſiunctiuè accipienda ſunt, itaut per omnia illa contrahatur cognatio, ſed quaſi initium ſumat in ipſo exorciſmo.

In gloſſ. *Ex lauacro.* ibi, *H. tamen, & R. dicunt quod*
3 *inter me, & Iudæum, cuius filium de ſacro fonte ſuſcipio, contrahatur compaternitas*, & notatur ad hoc quod fidelis baptizans, vel tenens in Baptiſmo filium infidelis, ex parte ſua contrahit cognationem cum parentibus infidelibus illius pueri, qui baptizatur, quamuis non contrahant, ac proinde non poteſt conſiſtere matrimonium inter parentes illos poſtea baptizatos cum fideli, qui eorum filium baptizauerat, aut ſuſceperat: ita Archid. *hic n. 3. & in cap 1 n. 1. de cognat. ſpirit. lib. 6.* Syluest. *in ſumma verbo matrimonium 8. quæſt. 7. dub. 2.* Veracr. *in ſpeculo coniug. p. 1. art. 56. concl. 6.* Gaet. *in repet. cap. ad limina, hac ead. q. § 4. q 151. n. 398.* Viuald. *in candelabro aureo, p. 2. vbi de matr. num. 163.* Henriquez *lib. 12. de matr. cap. 11. § 3. in fine*, Matienſ. *ad rub. tit. 1. gloſſ. 1. n. 169. lib. 5. noua recop.*

4 Cæterum verius eſt contra hanc gloſſ. tenere infidelem incapacem eſſe cognationis ſpiritualis non ſolùm actiuæ, ſed etiam paſſiuæ, itaut ſiue infidelis baptizet, aut leuet filium fidelis, ipſe non contrahat cum baptizante, ſiue leuante cognationem ſpiritualem. Ratio eſt, quia cùm cognatio ſpiritualis conſiſtat in quadam relatione perſonarum, neceſſario requiritur quod adſit perſona, cui poſſit relatio fieri, *l. 1. ff. de incol. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, quo fit vt ſi conſiſtere poteſt ex parte alterius, quia deſtructo vno ex correlatiuis, deſtruitur & aliud, ex adductis per me *tract. Axiom. iuris vſufreq. axiom. 61. num. 1.* & ideo hanc partem ſuſtinent Sot. *in 4. diſt. 42. q. 1. art. 3. col. pen. verſ. pen. verſ. poſtremo ex his* Galleg. *de cognat. ſpirit. c. 8. n. 11.* Petr. de Ledeſma *de matr. q. 56. art. 3. in fine*, Bartbol. à Ledeſma *de matr. dub. 46. poſt 2. concluſ. notab. 1.* Fr. Emman. *in ſumma, tom. 1. cap. 226. num. vlt.* Sanchez *de matrimonio, lib. 7. diſput. 60. num. 14.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib. 2. cap. 4. n. 8.*

5 In gloſſ. *In archiuis.* ibi, *ad archa dictum eſt archiuum, vbi ſcilicet reponuntur libri, & per tales fit fides.* Ita Maſcard. *de probat. concl. 399. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Filium ſuum leuans de ſacro fonte perdit ius exigendi, ſi vero petat, licet petendo peccet, debet tamen vxor ei reddere.*

2 *Ius exigendi debitum ipſo facto perditur, ſtatim quod pater leuat filium de ſacro fonte, licet per ſententiam Eccleſiæ non ſit ablatum.*

3 *Debiti petitio interdicitur vtrique coniugi cognationis, affinitatiſve impedimento innodato.*

4 *Coniux quando communi voto caſtitatem vouerit, altero eorum fornicante, an iudex eccleſiaſticus ex officio poſſit compellere eos ad cohabitandum, quo incontinentiæ conſulat, oſtenditur.*

Cap. Noe. III.

GLoſſ. notabilis *hic verbo non fraudentur, verſ. ſed nunquid*, tenet quod ille, qui leuat filium ſuum de ſacro fonte, perdit ius exigendi: ſi vero petat, licet petendo peccet, debet tamen vxor ei reddere, vt per DD. quos plena manu citaui *ſupra* ad *cap. 1. hac ead. cauſa, & quæſt.* 1

2 In ead gloſſ. ibi, *Tu dicas quod ſtatim in ipſo facto perditum eſt ius exigendi, licet per ſententiam Eccleſiæ non ſit ablatum*, &c. ita Sanchez *de matrimonio, lib. 9. diſp. 30. num. 2.*

3 In ead gloſſ. ibi, *item ſi vterque leuauit filium ſuum de ſacro fonte, neuter habet ius petendi*, &c. Collige ex gloſſ. vtrique cognationis, affinitatiſve impedimento innodato interdici debiti petitionem, cùm enim delictorum compenſatio hac in re locum minimè habeat, delictum alterius coniugis alterum non releuabit, vt per Abb. *in cap. ſi vir, num. 5. de cognat. ſpirit.* vbi Alexand. de Neuo *n. 7.* Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in fine*, Nauar. *in man. c. 17. n. 34.* Petr. Sot. *lect. 11. de matrim. § ſecundum de hac cognatione*, Barth. à Ledeſma *dub. 44. de matrim verſ. de vſu verò*, Gaet. *in repet. c. ad limina, inf. hac ead. cauſa, & q. § 4 n. 379.* Iacob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. lib. 2. cap. 83. in fine*, Petr. de Ledeſma *de matrimon. quæſt 56. art. 1. dub. 5.* Matienſ. *in rub. tit. 1. gloſſ. 1. num. 143. lib. 5. noua recop.* Sanch *de matrim. lib. 9. diſp. 28 num 2.* vbi ait quod licèt quatuor DD. vltimo loco citati, loquantur

quando

quando per fraudé, & malitiosè, vt se defraudêt, id coniuges efficiunt, ipse tamé indistinctè tenetur vtrúque coniugem in hoc casu arceri à debiti petitione siue fraudulenter, & malitiosè, siue absque dicta malitia cognationem, aut affinitatem culpa sua contraxerit, subditque idem dicendum esse si alter solus id cognationis, aut affinitatis impedimentum incurrerit, aut interueniente copula alterius, qui coosensũ præstitit.

4 In ead. gloss. ibi, *Resp. quòd non potest petere, sed Ecclesia coget reliquum reddere debitum.* &c. Notatur ad hoc quòd quando vterque coniux communi volũtate castitatem vouit altero eorum fornicante, licèt alter à voto nõ eximatur, nec fas sit petere coniugis restitutionem, potest tamen iudex ecclesiasticus ex officio compellere eos, ad cohabitandũ, quo incõtinentiæ consulat, vt per Hostiens. *in c. sua il 2. n. 2. super verbo commerari, de iureiur.* vbi Ioan. Andr. *in fine,* Anchar. *num.* 4. Bellam. *n.* 4. Sed hanc sententiã meritò reprobant Abb. *in c. carissimus n.* 7. *de conuers. coniug.* Alex. de Neuo *in c. ex litteris n.* 7. & *ibi* Præpos. *n.* 5. *de diuort.* Greg Lop. *l.* 8. *ad fin. tit.* 2. *p.* 4. quia *d. c. ex litteris,* quod hæc gloss. pro se allegat, loquitur vbi absque voto matrimoniũ ob alterius adulteriũ separatum fuit, tunc enim si innocens in adulteriũ labatur compensatione hincinde facta ad pristinum statum matrimonium restituitur; secus vbi obligatio est Deo per votum acquisita. Et disparitatis ratio est, quia in priori casu separatio fuit in fauorē innocẽtis, quo nocẽte effecto cessat fauor, atque delicta cõpensantur; in posteriori autem fuit in cultum Dei, cui castitas dicata est, ac proinde nulla est cõpẽsatio. Et ideo Sanchez *de matrimon. lib.* 9 *disp.* 37. *num.* 12. sequens Alex. de Neuo *in d. cap. tua n.* 9. & 10. sentit minimè posse hos cogi ad cohabitandum, sed aliis medis, aut procurata voti dispensatione illi incontinentiæ periculo subueniendum esse.

Cap. De eo. V.

Ex Concil. Mogutin.

1 Concil. Moguntinense *cap.* 10. in claustro Sancti Albani habitũ, relatum *in hoc text.* statuit quòd si alter coniux, vel ambo filium suom ex industria de sacro fonte susceperint, ad priorẽdum scilicet alterum coniugem debito coniugali, vel eodem animo insidiandi matrimonio, qui superuixerit, si præuaricator siue insidiator esset, de cætero contrahere non poterit, ita colligunt Veracruc. *in speculo coniug. p.* 1. *c.* 26. *concl.* 1. Maiol. *lib.* 3. *ne irregul. c.* 25. *n.* 16. *vers. crimina impedientia,* V golin. *de matrim. cap.* 20. *n.* 4. Viuald. *in candel. aureo p.* 1. *vbi de matrim. n.* 104. Matienz. *ad rub tit.* 1. *gl.* 1. *n.* 143. *lib.* 5. *noua. recop.* quos refert, & sequitur Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 6. *num.* 8. vbi subdit quod sic lenãs si dissoluto matrimonio aliud inierit, erit validum, Bonac. *in simili tract.* 9. 3. *puncto* 14. *n.* 17. idem resoluentes si fiat patrinus filij alter coniux tenens eum in Cõfirmatione eodem animo insidiandi matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicã auctoritatẽ, si necesse fuerit, facere liberè conceditur.*
2 *Baptismus est Sacramentum maxima necessitatis.*
3 *Baptismũ à laico, fœmina, vel etiã infideli collatũ extra necessitatem, validum est, quamuis conferẽs mortale peccatum committat.*
4 *Pœnitentiæ minister etiam in necessitate esse nõ potest quilibet homo, sed solum Sacerdos.*
5 *Respondetur cuidam obiectioni.*
6 *Cognationẽ spirituale cum baptizato, eiúsque parẽtibus, contrahunt laici in necessitate baptizantes.*
7 *Coniugi in necessitate baptizanti filium communẽ, nimirũ suum, & alterius coniugis, minimè interdicitur petitio debiti.*
8 *Coniux nõ dicitur in necessitate baptizare filiũ in absentia Sacerdotum, si quilibet alius adesset, qui posset, & vellet baptizare.*
9 *Parens si in casu necessitatis quando nullus adest, qui patrinus sit, id munus obeat erga communẽ filiũ, aut solius alterius coniugis, an priuetur petitione debiti, ostenditur.*

Cap. Ad limina. VII. *Ioan. VIII.*

1 Ioannes Papa VIII. Anselmo Lemouicioæ Ecclesiæ Episcopo, scribens ait baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicã auctoritatem si necesse fuerit, facere libere concedi, vt refert Gratian. *in præsenti,* consonant *cap. super quibusdam* 30. *q.* 3. & *c. in necessitates,* & *in cap. à quodam Iudeo, de consec. dist* 4. cum multis aliis, quæ adducunt citati à Viuald. *in candel aureo p.* 1. *tit de baptismo n.* 39. & à Bonac. *de Sacr. disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 5. *n.* 4. eam ratione communiter afferentes, quia Baptismus est Sacramentũ maximæ necessitatis, ideóque conuenientissimum fuisse, vt in materia communi, aqua scilicet, quæ vbique facile reperitur, & in simplicissima actione, atque verbis institueretur, & prætereа vt minister communis esset, eiúsque ministeriũ cuilibet concederetur, ad simile autem de sacramento Pœnitentiæ, quod etiam necessitatis est, respondent non esse tantæ necessitatis cùm constet per contritionẽ suppleri posse defectum absolutionis sacramentalis, at verò in Baptismo saltem paruulorum non ita, iuxta illud Christi Domini, *nisi quis renatus,* &c. refertur *in cap. debitum, de Baptismo.* 2

3 Non obstat quod supradicta recepta solutio concludere videtur solũ supposito articulo necessitatis, non ita eo cessante, cùm tamen apud omnes constet etiam extra necessitatem Baptismũ à laico, fœmina vel etiam infideli collatum validum esse, quamuis conferens mortale peccatũ committat, quod deducitur ex *d. c. à quodam,* & *ex cap Romanus, de consec. dist.* 4. faciunt elegantissima verba Augustini *lib.* 2. *contra Armen. cap.* 13. dum inquit, sed etsi nulla necessitas vsurpetur, & à quolibet detur, quod datum fuerit, nõ potest dici non datum, quamuis rectè dici possit illicite datũ, comprobat Conc. Trid. *sess.* 7. *de Baptisme canon.* 4. D. Tho. 3. *p. q.* 67. *art.* 3 *ad* 1. Nau. *in man. c.* 22. *n.* 7. Soar. *de Sacram. disp.* 23 *sect.* 1. Quia respondetur ex communi sensu, & traditione Ecclesiæ semper intellectum fuisse Cristum Dominum ita sacramentum Baptismi instituisse, vt validè à quolibet semper præstaretur, quod Apostolica facta declarantur, Ananias enim, qui laicus fuisse creditur, Saulũ baptizauit *Act. cap.* 9. & 10. Petrus iussit familiam Cornelij à fratribus, qui secum venerunt, baptizari, & Athanasius puer adhuc nonnullos baptizauit, vt late prosequitur Soat. *vbi proximè,* cõprobans id in hoc Sacramento præ cæteris congruentissimũ fuisse; quamuis enim Pœnitentiæ sacramentũ sit necessariũ, nõ tamen tanta in eo reperitur necessitas nõ solùm quoad vltimam salutem, sed etiã quoad alios effectus diuinæ gratiæ, cùm Baptismum ianua sit, & fundamentũ omnium Sacramentorũ, iuxta text. *in c. vlt. de Presbyt. non baptiz.* Vnde etiam ea stante nõ

 potest

4 potest pœnitentiæ minister esse quilibet homo, sed solùm Sacerdos, neque etiã in qualibet necessitate, sed solùm in extrema, & deinde quia Baptismus nõ potest iterari, pœnitẽtia sic; vnde in pœnitẽtia nullum est periculum si non valeat ex eo quòd nõ erat tanta necessitas quanta requiritur, Baptismus verò nõ est iterabilis, & ita oportebat, vt omnia certa sint, quæ ad illud conficiendũ pertinebant, vt iis positis statim valeat, siue subsit necessitas, siue non, quod latiùs explicat Soar. *sect.* 5.

5 Ex quibus omnibus non possum non mirari Caluini insaniam, qui cùm doceret omnes Christianos etiã laicos pariter omnium Sacramentorũ idoneos esse ministros, de Baptismo tamẽ agens negat illud etiã in necessitatis articulo ministrari posse nisi ab illis, qui ministri sunt Ecclesiæ ad hoc instituti, cõtra quẽ latè scribit Soar *d. sect.* 1. Neque obstat præcipuum, quo Caluinus mouetur, fundamentũ ex auctoritate Christi Domini, *Euntes*, &c. quo loco Apostolos solos videtur Christus instituisse huius Sacramẽti ministros, sed respõdetur benè Apostolica facta declarasse mandatũ illud, vt suprà ostẽdimus, manet igitur stante necessitate laicum, vel etiã hæreticum, aut fœminã validè, & licitè baptizare, seruata tamen ordine, ita vt præsente clerico nõ laicus neque præsente fideli infidelis, neque præsente vir n fœmina baptizet: si autẽ prætermisso hoc ordine, vel ex necessitate laicus, aut infidelis, aut fœmina seruata Ecclesiæ forma baptizent, Baptismus valet, illi tamẽ peccãt mortaliter sic ministrantes, vt resoluũt Nauar. Sot. & Soar. *dict. locis*, & plures alij, quos refert & sequitur Bonac. *de Sacr. disp.* 2. *q.* 2 *punct.* 5. *n.* 9.

6 Huiusmodi autẽ laici in necessitate baptizantes contrahunt cognationem spiritualẽ subsequẽs matrimonium dirimentem cum baptizato, eiusque parentibus, vt benè resoluũt Greg. Lop. *l.* 1. *verbo clerego. tit.* 7. *p.* 4. Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 6. § 4. *n.* 4. Galleg. *de cognat. spirit. c.* 11. *n.* 5. Gaet. *in repet. huius cap* § 4. *q.* 144. *num.* 383. Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *q.* 2. *c.* 11. Barthol à Ledes. *de matrim. dub.* 44. *ad fin.* Henriq *in sum. lib.* 11. *de mat. c.* 11 §. 1. Matien *ad rub. tit.* 1. *gloss.* 1. *n.* 170. *lib.* 5. *noua recop.* Nau. *in man. c.* 16. *n* 34. *in fine*, & *cap.* 22. *n.* 40. *in fine*, & *cons.* 52. *n.* 2. *de sponsalib in antiq. alias cons.* 5. *n.* 2. *de cognat spirit in nouis*, Petr. de Ledesma *de matr. q.* 56. *art.* 1. *dub.* 2 Llamas *in methodo Cur.* 3 *p. c.* 8 § 19. *in fine*, Viuald. *in candel. aureo p.* 1. *vbi de baptismo n.* 42. & *vbi de matr. n.* 155. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 226. *num.* 11. *concl.* 5. & 6. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 62. *n* 10. vbi *n.* 12. cum quinque Doctoribus vltimo loco citatis subdit ideò patrem, qui in necessitate filium suæ concubinæ baptizauit, non posse eam ducere.

7 Quamuis autem inter ipsos cõiuges oriatur etiã cognatio spiritualis, quæ si matrimoniũ præcederet ipsũ dirimeret, vbi eorũ alter in necessitate baptizauerit filium communem, nimirũ suum, & alterius coniugis minimè tamen interdicitur petitio debiti, vt expresse dicitur *in hoc text.* in quo ea ratio præstatur, quia non est æquum coniugẽ, qui culpæ immunis fuit, suæque satisfecit obligationi, baptizans prolem ne in æternum periret, id damnũ sentire, vt sibi interdicatur debiti petitio, quæ pœna est delicti & quamuis hic text. loquatur de eo, qui propriũ filium, & vxoris suæ simul baptizauit: at ratio in eo subiũcta militat etiam in casu, quo coniux baptizat filium solius alterius cõiugis in necessitate, atque ideò dicendũ est tunc arceri à debiti petitione; quare ita tenẽt Sot. *in* 4. *dist.* 42. *q.* 1. *art.* 1. *concl.* 3. Petr. de Ledesma *de matrim. q.* 56. *art.* 1. *dub.* 3. Nauar *in man. cap.* 22. *n.* 40. *ad fin.* Henriquez *in sum. lib.* 2. *de Baptismo c.* 18 §. 3. Sanchez *de matrim. lib* 7. *disput.* 26. *n.* 3. vbi subdit cum Henriquez *citato loco*, eadẽ ratione idem dicendum esse si coniux iam ad fidẽ conuersus vxorem, quam infidelitatis tempore duxerat, baptizet occurrenti eadem necessitate.

8 *Absentia Sacerdotum nimia necessitate cogente baptizauit.*] Ergo videtur non incurri priuatio petendi debitum, quamuis alius adesset, qui posset, & vellet baptizare, si is non esset Sacerdos. Cæterùm dicendum est tunc non occurrere dictam necessitatẽ, atque ita incurri prædictam pœnã, ea ea ratione, quia text. hic ponderat patrem rectè fecisse, & ne infans absque Baptismo decederet, at dũ adest alius volẽs baptizare, pater non est culpæ immunis, nec puer eã patitur necessitatem decedẽdi absque Baptismo si à parente suo non baptizetur; quare rectè ea necessitas tunc intelligitur esse quando nullus adest, qui id munus obeat, atque ita periculum esset, vt proles absque Baptismo obiret. ita explicant Host. *in cap si vir nu.* 3. *super verb. si ex malitia, de cognat. spirit.* vbi Ioan. Andr. *num.* 4. Præpos. *etiam n* 4. & Henriq *n.* 3. Brunell. *de sponsalib. concl.* 20. *n.* 13. plures quos refert; & sequitur Sanchez *d. num.* 2. vbi subdit quòd quãdo infans censetur esse in præsentissimo mortis periculo, parẽs verò miseratione commotus ne absque Baptismo decedat, pene indeliberato accurrit, quamuis adessent alij, qui id munus præstare possent non priuatur iure debitum petendi, quia tantũ abest, vt delinquat, quin potius mereatur.

9 Virum autem idem dicendũ sit si in casu necessitatis quando nullus adest, qui patrinus sit, parẽs id munus obeat erga communem filiũ, aut solius alterius coniugis; Pars negatiua probari videtur ex eo, quia ratio huius text. ne infans absque Baptismo decedens pereat in æternum, non habet locum in hoc euentu cùm patrinus nõ sit de Baptismi necessitate, & ideo hanc partẽ sustinet Henriq. *in sum. lib.* 11. *de matr. c.* 15. § 11. & *lib.* 1. *de Baptismo c.* 18. *in fine.* Verum pars affirmatiua verior est, quia licet ad valorẽ Baptismi non sit necessarius patrinus, est tamen in præcepto, & vbi nullus adest, qui id præstet, rectè facit parens id præstando, & quamuis in Baptismo priuato id necessariũ non sit, tamen vt seruetur Sacramenti significatio, præstantius est patrinũ adhiberi; quare text. hic loquens de baptizante, intelligendus est de concurrente ad Baptismũ, vt ille rectè administretur, prout communi Doctorũ sententia resoluit, & hanc affirmatiuam partẽ sustinet Sãchez *d. disp.* 26. *n.* 3. vbi *n.* 4. subdit se illud verissimũ putare, nempe patrem, qui non vt susceptor, & intẽdens exercere cæremoniã Ecclesiæ, sed materialiter teneret, vt posset esse infãs, qui baptizatur, in matris vlnis, vel in lecto, aut humi, nullatenus arceri à debiti petitione, quia non est verus susceptor, nec contrahit cognationem spiritualem, nec culpæ est reus.

Cap. Omnes. VIII. *Symmach.*

1 Symmachus Papa, relatus *in hoc text.* ait quòd ille, qui recipit pœnitentiã à Sacerdote, ita est filius eius spiritualis, sicut ille, quem emergit, vel sicut ille, quem suscepit de sacro fonte. Vnde colligunt D. Thom. *in* 4. *dist.* 42. *quæst. art.* 2. *ad* 8. Turrec. *in sum. huius causa*, & *quæst. art.* 2. *n.* 4. Palud. *in* 4. *dist* 42. *q.* 1. *art.* 1. *concl.* 2. *num.* 7. Viguer. *instit. c.* 16. §. 7. *vers.* 9. *impedim* 8 *in fine*, Galleg. *de cognat. spirit. c* 10 *n.* 11. esse graue scelus accedere ad filiam Confessionis, sicut ad filiam Baptismi, & addit Galleg. esse incestum cum sacrilegio, quæ circunstantia cùm notabiliter

litet aggrauet,est proinde necessariò fatẽdū,vt benè resoluunt Barth.à Ledesma *de sacramento Pœnitentia vbi de Confessione dub.*10.*col.pen.*Viuald.*in candel.aureo part.*1.*vbi de Confess.n.*50. Henriquez *in sum. lib.* 1.*de matrim.c.* 11.§. 1.Fr.Emman.*etiam in sum.tom.* 1.*c.*209.*n.*1.

Cap. Si quis IX. & seq. *Cælestin.*

1 EX *hoc text.& cap.sequenti*,quod incipit ,*non debet,vel.*vulgo colligitur Presbyterum carnaliter cognoscentem filiam spiritualem,cuius sacram confessionem audiuit,crimen admittere depositione dignum,vt per Simanch.*de Cathol.instit.tit.*40.*num.*15. Nau. *cons.*1.*n.*6. *aliàs cons.*2.*n.de heret.* Fr.Emman. *quæst. Regul.tom.*2.*quæst.*26.*art.*1. Azor.*instit. moral. p.*2.*lib.*6.*c.*7.*quæst.*13. Farinac. *in praxi crimin. p.*5.*q.* 136.*n.*27.Bernard.& Salzed.*in pract.cap.*85.*per tot.in nouiss.impress.* Seraphin. de Freitas *in addit. ad Illustr. D. Roderic. à Cunha in tractat. de sollicitantibus mulieres in confession.q.*24.*n.*39.Ioan.Sancti.*in practicis disputation.disp.*11.*n.*2,*vers.alij verè,in med.*vbi addit quod iã ex consuetudine talis nõ infligitur pœna.Et licèt contra Confessores sollicitãtes pœnitẽtes ad turpia & inhonestos actus in confessione, tãquam de hæresi suspectos inquiri, & multis pœnis puniri præcepissent Pius IV. *constit. sua incip. Cùm super*,& Paulus V.*alia constit. incip. Dilecte fili ,sub dat.*16.*Septemb.*1608.& Gregorius XV. *alia constit. incip. Vniuersi Dominici gregis ,sub dat.* 30. *Augusti* 1621.quarum memini *in meo tractat.de officio,& potest.Parochi c.*19.*n.*48.tamen in easdem non incidet sollicitans ad venerea extra confessionem filiam suã spirituale ratione pœnitentiæ,si sollicitauit alia occasione quàm occasione seu prætextu,vel simulatione confessionis,vt si mulier trãsacta confessione domi suæ visitauit vt eam prouocet ad peccatum , aut si eam litteris,vel internunciis ad libidinem prouocauit,ita Iacob de Graff.*in aureis decis.part.*1.*lib.*2.*c.*48.*num.*16.*& de casibus reseruatis lib.*1.*cap.*12. *num.* 59.Sanctarel.*de heresi cap.*44.*n.*15.Illustriss.D.Roderic.à Cunha *de sollicitantib.mulieres in cõfessione,q.*5. *num.*15.quos refero *d cap.*19.*num.*5. vbi *num.*53.tesolui Confessorẽ,qui carnaliter cognouit pœnitentem,non teneri in confessione hanc circumstantiam exprimere.

2 Vtrùm Confessarius habens copulam cum filis confessionis,teneatur confiteri illam circunstantiã? Vide Nauar.*cons.*2.*nu.* 6.*de heret.*Simanch. *de instit. Cathol.tit.*40.*nn.*15. Bermond.*de publicis concub.rub. de incestu,num.*23. Galleg.*de cognat.spirit. c.* 10.*n.* 13. Decian.*in tract.crimin.lib.*6.*cap.*23.*num.*1. Fr.Emmã. *quæst.Regul.tom.*2. *quæst.* 27.*art.*1.*& in sum.tom.* 1. *c.* 209.*n.*1.*in* 2.*edit.*Sot.*in* 4.*dist.*42.*quæst.*1.*art.*2.*col.*3. *vers.quòd si Canonem.*Henriquez *in sum.lib.*4 *c.*14.§. 4.*& lib.* 5.*c.*7.§.6.*& lib.*12.*c.*11.§.1.Iacob.de Graff. *in aureis decis.part.*1.*lib.*1.*cap. num.* 32.*& tom.* 1. *lib. cons.*1.*num.*13.Bened.Ægid.*de priuileg.honest art.*11. *n.*18.Param.*de origine Inquis.in disp. de sollicitat. mulieris in confessione n.*3 quæ habetur *in fine libri*, Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.* 31.*n.*148.Sanch. *de matrim.lib.*7.*disput.*55.*per tot.* Nugn. *in addit.ad* 3. *part.tom.*2.*q.*9.*art.*2.*dub.*3.*in fine*,Illustriss.D.Roder. à Cunha *d.tractat. de sollicitantib. mulieres in confessione q.*5.*n* 52.*&* 53.latè Ioan.Sancti *in practicis disputat. disp.* 11.*per tot.*Homobon.de bonis *de examine eccles.p.*1.*tract.*5.*c.*12 *q.*75. Ragoc.*in Lucerna Parochorum*,vbi de sacrament.Pœnitent *q.*43.Fagund. *in quinque Ecclesiæ precepta,prec.*1.*lib.*4.*c.* 3.*n.*33.metipsum *de officio, & potest. Parochi,c.*19.*n.*53.

Qvæstio II.

1 GLoss. *verbo sponsalia, in sum.huius quæst.* tenet matrimonium esse irritum,quando pubes non est potens ad copulam coniugalem habendam,vt per Verac. *in speculo coniug.part.*1.*art.*39.*concl.*1. Verùm id matrimonium valere contra hanc gl. meritò sustinent omnes ferè *in cap.puberes n.*5.*de desponsat.impub.* vbi Innoc.*in fine*, Hostiens.*num.*5.Ioan.Andr.*num.*8.*in fine*, Butr. *n.* 3. Anchar.*n.*5.Alex.de Neno *nu.*8.Cardin *n.vnico*,& Præpos.*ad fin.*Syluest.*in sum.verbo matrimonium* 5.*q.* 7.Couar.*de sponsal.p.*2.*c.*5.*in initio n.*1. Nau.*cons.*39. *n.*14.*de sponsalib.in antiq. & cons.*4.*numer.* 14 *de desponsat.impub.in non.*Mascard. *de probat. conclus.* 891 *num.*10.Henriquez *in sum.lib.*11.*cap.*13 § 10.*in commento lit.E*, *& lib.* 12.*cap.*7.§.1. Sanchez *de matrim. lib.*7.*d.*104.*n.*15.

Cap. Vbi non est. Vnic.

1 GLoss.*verbo nihil,in præsenti text.*tenet quòd promittens matrimonium pro absente , & inscio etiam præstito iuramento non est periurij reus, sed tenetur bona fide,& absque fraude,& fictione adhibere omnem diligentiam, quã rei qualitas exposcit quòd si alter adbuc nolit,liber manet , ita Sot. *in* 4. *dist.*29.*q.*1.*art.*4.*ad* 3.Cou.*in c.quamuis pactum p.* 2. §.5.*num.*1.Marant.*disp.*7.*n.* 19.Petr. de Ledesma *de matrim.q* 43.*art.*2.*dub.vlt.concl.*1. Gutier. *de iuram. confirmat.p.*1.*c.*44.*n.*1.Sanchez *de matrim. lib.* 1.*disp.* 54.*nu.*11. An & quando promissio facti alieni valida sit, fuit eleganter resolutum *in Rota in vna Anconitana pecuniaria* 10. *Iunij* 1613. *coram bonæ memor. Buratto.*vbi bona adnotatio D.mei Ioãnis Francisci Ferentili in Romana Curia Aduocati.

Qvæstio III.

Svmmarivm.

1 *Patri spirituali non minor reuerentia,& dilectio debetur quàm carnali.*
2 *Patrem spiritualem interimens non minus puniendus est,quam qui carnalem interficit.*
3 *Pater spiritualis tenetur alere filium spiritualem.*
4 *Pater spiritualis non potest à filio spirituali in ius vocari absque venia.*
5 *Testis an possit esse filius spiritualis in causa patris spiritualis,remissiuè.*
6 *Filius spiritualis an faciat deficere conditionẽ fideicõmissi,si grauatus sine liberis decederet ostẽditur.*
7 *Filius spiritualis an possit necem defuncti patris spiritualis vendicare,remissiuè.*

Cap. Ita diligere. I. *Nicol.*

1 NICOLAVS.Papa respondens ad consulta Bulgarorum *c* .2.relatus *in hoc text.statim in princ.*dicit quod ita diligere debet homo eũ,qui suscipit de sacro fonte,sicut patrem , vnde vulgo colligi solet patri spirituali non minorem reuerentiam,& dilectionem deberi quam carnali,vt per Alexand.*cons.*143.*n.*6.*vol.*2.Tiraq.*in l. si vnquam,verbo susceperis liberos n.*27.*C.de reuocand. donat.& de pœnis temper.caus.*21.*n.*2.Salzed. *ad Bernard.in pract.c.*85.*lit.B.in nouiss. impress.*

Ex quibus primo infertur illũ,qui interemit pa-

trem spiritualem non minus puniendum esse, quàm qui carnalem, gloss. *verbo parentem, in cap. aut factã, de pœnit. dist.* 1 Alex. *in addit. ad Bart. in l. Diuus*, vbi
2 Hippolyt. de Marsil. *in fine, ff. de parricid.* Carret. *in praxi tit de homicid. § nonò quæro*, *n.* 10. Plaça *de delictis cap.* 22. *num.* 18. *& cap.* 40. *n.* 11. *vers. tertio suffragatur*, Roias *de successionib cap.* 28. *n.* 9. Tiraquell. *de pœnis temper. causa* 21. *num.* 2. Salxed. *loco citato*, Baiard. *ad Clar. §. parricidium n.* 2. Decian. *in tract. crimin lib.* 9. *cap.* 9. *n.* 6. Farinac. *in praxi crimin q.* 120. *num.* 16. vbi subdit hoc non reperiri iure fulcitũ, ac propterea existimat occidentem patrem spiritualem grauius puniendum quam simplicem homicidam, propter qualitatem spiritualis coniunctionis, non autem vt parricidam.

3 Secundò infertur patrem spiritualem teneri alere filium spiritualem, Tiraquell. *dicta causa* 21. *n* 9. *& dicto verbo susceperit liberos*, *n.* 31. Roias *de successionibus cap.* 21. *n.* 32. *& c.* 28. *n.* 6. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis in princip. num.* 19 *ff. de liber. agnosc.*

4 Tertio infertur patrem spiritualem non posse à filio spirituali in ius vocari sine venia, Tiraquell. *dicto verbo susceperit liberos n.* 28. *&* 36. Duen. *reg.* 351. *ampl.* 2. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *consider.* 16. *vers. & non solum*, Ascan. *Clem. de patria potest. effectu* 3. *sub num.* 7. Franc. Viui. *decis.* 30. *n.* 18.

5 An autẽ filius spiritualis possit esse testis in causa patris spiritualis, dixi *sup. ad cap. si testes* 4 *quæst.* 2. *num.* 21.

6 An etiam filius spiritualis faciat deficere conditionem fidei commissi si grauatus sine liberis decederet; negatiuè respõdent Card. Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 11. *tit.* 8. *num.* 14. Alexand. Trentacinq. *de substitutionib. part.* 4. *cap* 7. *num.* 19. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 11. *num.* 4 Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 82. *in fine*, Intrigl. *de substit. centur.* 3. *quæst.* 61. *num.* 2. Bernard. Græu. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 136. *n.* 36. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst.* 412.

7 An denique filius spiritualis possit necem defuncti patris spiritualis vendicare, vide Plaç. *de delict. cap.* 40. *num.* 11. Clar. §. *fin. quæst.* 14 *num.* 25.

Et eos, qui adoptione filij sunt] Plura de cognatione legali, quæ ex adoptione prouenit, & qualiter contrahatur, & vtrùm impediat matrimonium, tractant Doctores, quos plena manu citaui ad *rub. & tit. de cognat. legali, in Decretal.*

Cap. Pitacium. II.

1 Gloss. notabilis *verbo sororis, in præsenti text*, tenet in nullo impedimento iure diuino naturali matrimonium dirimente posse pontificem dispẽsare, vt per D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *c.* 11. § 1. *statim in princip. & cap.* 14. §. 2. *conclus.* 3, Syluest. *verbo Papa quæst.* 17. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib.* 1. *art.* 45. *lit. A. & art.* 46. *lit. B.* Sot. *in* 4. *dist.* 40. *quæst. vnic. art.* 3. *col.* 3. *vers. in cap. ergo*, Couar. *de sponsalib. part.* 2, *cap.* 6. §. 10. *num.* 10. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 84. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 2 *n.* 12. *vers. si impedimentum procedebat* Gaet. *in repet. c. ad lumina* 30. *quæst.* 1. §. 4. *q.* 134. *num* 361. Menoch. *cons.* 17. *num.* 1. *&* 9. Sanchez *de matrimon. lib.* 8 *disput.* 6. *num.* 10.

2 In gloss. *Multo magis*, ibi, *pater spiritualis est magis diligendus, quàm carnalis*. Vide quæ dixi ad *c. ita diligere, in princip. hac eadem causa, & quæst.* & in specie hanc gloss. dicunt in hoc singularem Barbat. *in lib.* 1. *col.* 7 *ff. de verborum signific. & in repet. l. cum acutissimi, col.* 117. *C. in fideicom.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 85 *littera B, in nouiss. impress.*

Qvæstio IV.

Cap. Quod autem. VI. & vlt.

Vrbanus. I I.

Ntsrdictvm. esse vxorẽ simul cum 1
viro filium alicuius in Baptismate suscipere, per hunc text. tenet Gal. *de cognat. spirit. c.* 9. *n.* 8. & saltem eos peccare venialiter cũ materia sit leuis, affirmat Soar. 3. *part. q.* 67. *art.* 8. *col.* 3. *versic. secundo explicat.* Verùm nullã esse culpã melius asserit Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 57. *num.* 5. v bi ex pluribus Doctoribus antiquis probat attento iure antiquo posse vtrumque coniugem simul eo munere fungi, licèt non ita decens sit. Post Concilium verò Trid. id absque dubio licere, ac proinde virum, & vxorem minime peccare suscipientes alienum puerum in Baptismo, resoluunt Nauar. *in man. cap.* 22. *n.* 39. Sanchez *dict. n.* 5 Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ l.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de matrim. n.* 8 Bonacin *de matrimon. quæst.* 3. *puncto.* 5. §. 2. *n.* 5. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *allegat.* 30. *num.* 57. Et posse patrinum matrimoniũ contrahere cum ea, cum qua simul alienum filium suscepit, declarauit. f. m. Pius. V. *in sua bulla incip. Cum illius vicem, sub dat* 4. *Kalend. Decemb.* 1566. vt attestantor Sanchez *d. lib* 7. *disput.* 54. *n.* 12. Bonacin. *d.* §. 2. *n.* 6.

Qvæstio. V.

Cap. Aliter. I. *Euaristus.*

De intellectu vide Anton. de Fuertes *Ca-* 1
non lect. lib. 2. *cap.* 5.

Et à parentibus, & propinquioribus spon- 2
sotur, &c.] Euaristus Papa scribens Episcopis Africæ *epist.* 1. relatus *in hoc text.* testatur pro nupta non haberi puellam quam pater nõ despõsat, & simile statuit Leo Pontifex *in c. qualis, hac eadem caus. & quæst.* & D. Ambros. cuius dictum refertur *in cap. honorantur* 32. *quæst.* 2. ait non esse virginalis pudoris maritum eligere, sed iudicium parentum expectare, multáque S. Scripturæ exempla ad hoc confirmandum affert Cardin Bellarm. *lib.* 1. *de matrim. c.* 19. *prop.* 3. quem citat Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disp.* 23. *n.* 9. *vers.* 3. Vnde cum in hoc teneantur filij obedire parentibus, eo quòd res sit grauis, erit peccatum lethale si filius inuitis parentibus inierit matrimonium secundum Sot. *in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *in fine*, Nauar. *in man. c.* 14. *n.* 15. Verac. *in speculo coniug. p.* 3. *art.* 20. *conclus.* 3. Salon. 2 2. *post q.* 61. *& q.* 5. *de dominio art.* 5. *concl.* 1. *pag.* 525. Henriq. *in sum. lib.* 11. *de matrim. c.* 7. §. 6. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *l.* 4. *c.* 21. Petr. de Ledesma *de matrim. q.* 47. *art.* 6. *dub.* 2. Iacob. de Graff. *in aureis. decision. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 56. *n.* 19, Fr. Emman *in summa tom.* 1. *cap.* 14. *n.* 2. & hanc sententiam esse probabilissimam asserit Sanch. *de matrimon. l.* 4. *disput.* 23. *num.* 9. quamuis *num.* 10. probabilios credat teneri filios sub. culpa lethali consiliũ parentum circa matrimonium petere, non tamen illud sequi.

A Sacerdote benedicatur, &c.] Ergo est præceptum 3
recipiendi benedictiones nuptiales, de quo vide Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 81. *num.* 6.

In Gloss. *Contubernia.* ibi, *quandoque tamen præsu-* 4
mit canon pro matrimonio, &c. Vide Menoch. *cons.* 199. *n.* 48. *& de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 1. *num.* 68.

Cap.

Cap. Nostrates. III.

Nicolaus.

1 EX hoc text.*in versic. peccatum*, vulgò colligitur culpam lethalem non esse matrimonium consummare siue petendo, siue reddendo ante benedictiones Ecclesiæ si desit contemptus, ita docent Nauar.*in man.c.22.n.83.* Con.*de sponsalib.p.2.c.7.§.2.n.2.* Vitald *in candelabro aureo, part.1.* vbi de matr.*c.39. vers. deinde disceptari solet*, Fusc.*de visitat.lib.2.c.3.n.21.* Perez *l.1.vers. quæri potest tit.1.lib.5. Ordin.* Matiens.*ad rub.tit.1.gloss.1.n.98.lib.5.noua recopil.* Petr. de Ledesma *de matr. q.45. art.5.puncto 3.dub.1.& in sum.p.1.de Sacramen.* vbi de sacramento matrimonij *cap.6.concl.7.prope fin.* Spin. *in speculo testam.gloss.15. princ.n.18.* Cened.*ad Decretal.collect.49.n.3.& pract. ac canonic.qq.lib.1.q.30.prope fin.* Henriquez *in sum. lib.11.c.5.§.7.in fine,& c.7.§.3.& c.16.§.3.* Rebell.*de obligat.instit.p.2.lib.2. q.7 n.2.* Ægid.de Coniock *de Sacram.tom.2.disp.27.n.71.cum seqq.* Sanch.*de matr. lib.3.disp.12.n.4.* Guiler.*eo.tr.c.48.n.3.& c.109.n.13.* Bonac.*in simili tr.q.4.puncto 6.n.1.in fine,& n.4.vers. rogabis quartò*, Basil.Pont.*de impedim.matr.c.26.§.2. vers.ex quibus.* Ego ipse *de offic.& potest. Episcopi p.2. alleg.32.num.181.*

In gloss.*Inuitatis.* Notatur ad huc quòd testes in matrimonio non exiguntur rogati, vt per Gregor. Lop.*l.1.verbo sin testigos, tit.3.p 4.* Nauar.*consl.20.n. 1.de sponsalib.in antiq.alias consl.11.num.1.de clandest. desponsat.in nouis*, Segura Daualos *in direct.iudic.p.2. cap.15.num.53.* Henriq.*in sum.lib.11.cap.3.§ 9.* Sanchez *de matrim.lib.3. disp.41.num.7.* Gutier.*eod.tr. c.55.in fine*, Bonacin.*in simili tract. quæst.2. puncto 8. num.44.* Posseuin.*de officio Curati, cap.10.n.22.versic. quæres*, metipsum *de offic.& potest. Episcopi, p.2.alleg. 32.num.139.*

Cap. Nullum. VI.

Ex Concil. Arelatensi.

2 VUlgò allegari solet hic text. ad hoc quòd matrimonium sine dote regulariter non solet contrahi, vt per Surd.*dec.62.n.14.* cùm pauci, nullive sint qui sine dote vxores ducere velint, *l.si donaturus §.1.de condict.causa data, l.4.§.sed etsi mulier.ff de doli mali except.l.1.ff soluto matr.* nouissimè Aluarez de Valasco *de priuilegiis pauperum, p.2.q.17.n.49.*

In gloss.*Dos.* ibi, *ex hoc dicunt quidam quòd semper aliquid dandum est in dotem, & si nimia paupertas cogat, saltem dabis vnum denarium, quòd non concede, & hoc est consilium.* Vide Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.8.consid.40.* Tiraq.*de nobil.c.20.n.363.*

Cap. Fœminæ. VII.

Isidorus.

1 GLoss.*verbo annulum, vers. vel nisi sit de consuetudine loci, in præsenti text.* tenet quod si consuetudo loci sit, vt annuli traditio significet sponsalia, vel matrimonium, præsumitur iuxta loci consuetudinem, vt per Butr.*in c.fin.n.8. de desponsat.impub.* vbi Abb. *num.7.* Alexand. de Neuo *num.12.* & Cardin. *quæst.1.* Couar.*de sponsalib.p.2. cap.4.in initio, num.3.* Veracruc.*in speculo coniug.p.1.art.16. dub.3.* Barthol. à Ledesma *dub 9. de matr.* Menoch. *de præsumpt. lib.3.præsumpt.2.n.6.* Sanch.*de matr.lib.1.disp.22.n.2.*

Cap. Nec illud. VIII.

Ambrosius.

GLoss.*verbo vxor, vers. sed quid dices, in præsenti text.* innuit olim iure antiquo attento matrimonium per epistolam celebratum validum fuisse, vt per Con.*de sponsalib. p.2.c.4. in initio, n.11.in fine*, Perez *l.1.vers. quid autem si in matr.tit.1. lib.5.Ordin.pag.2.* Sanchez *de matr.lib.2.disp.12. num.1.* vbi subdit quòd si antequam perueniat epistola ad alium contrahentem, reuocatus sit consensus siue tacitè, siue expresse, dicendum est idem, quod ipse tradiderat *disp. præcedenti à n.6. vsque ad n. 14.* dum egerat quando matrimoniū contrahitur per procuratorem. 1

Verum autem post Concilium Trident.*sess.24.de reform.matr.c.1.* validum sit matrimonium per epistolam celebratum, solet ab aliquibus in dubium reuocari, & valere probabilius existimo, quia plures Doctores, qui post Tridentinum scripsere indistinctè asserunt matrimonium contractum per epistolam validum esse, quod tamen minime assererent si Tridentinum illud anullasset, hi sunt Nauar. *consl. 2.num.9.in antiq.alias consl.6.num.9.in nouis, sub tit.de cognat.spirit.* Matienso.*ad rub.tit.1. gloss.1.n.32. lib.5. nouæ recopil.* Vega *lib.4.summæ casu 264.* Molin.*de Iustit.tr.2. disp.254. in princip.* tum quia in propriis terminis explicantes casus in quibus celebrato per epistolam matrimonio potest vtriusque consensus coram eodem Parocho, & testibus præstari, hoc ipsum clare tradunt Henriquez *in sum.lib.11.de matr. c.2.§.6.* Sanchez *d.lib.1.disp.12. n.3.* Quamuis contrarium, imo post Conc.Trident. validum non esse matrimonium per epistolam celebratum, teneant Petr.de Ledesma *de matrim.quæst.45.n.3. dub.vlt.ad primum*, Bartholom. à Ledesma *dub.18. de matrim.* Fr.Emman.*in sum.tom.1.cap.216.n.1.& c.220.n.3.* 2

CAVSA XXXI.

QVÆSTIO I.

Ca. Nullus I. cum seqq.

Leo.

HOc in cap. & sequentibus agitur, an & quando adulterio pullutam possit à suo corruptore duci, & an crimen machinationis mortis alterius coniugis dirimat matrimonium, in quibus resoluendis immorandum non est, cùm de illis latè dixerim *ad titulum de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, in Decretalibus.* 1

Cap. De his, qui. VIII.

Ex Concil. Neocæsar.

IN Conc. Neocæsariensi *cap.3.& 7.* quod refertur *in hoc text.* legitur imponendam esse pœnitentiam his, qui sæpius nubunt, & Presbyterum conuiuio secundarum nuptiarum interesse non debere, ex quo deduci videtur secundas nuptias illicitas esse, contra Catholicam veritatem, & plura Sanctorum Patrum testimonia, de quibus *cap.seq.* 1

2 Gloss. igitur *in præsenti, verbo dicunt*, existimat textum istum Intelligendum de illis, qui simul non successiuè plures accipiunt vxores, sed hæc interpretatio ipso textu refellitur, indicaretur enim illo probari duo matrimonia simul cùm talis leuis imponatur pœnitentia, nec separari Iubeantur, nec ostenditur cur præciperetur Presbyteris, ne eorum nuptiis interessent, & non fidelibus omnibus, cùm secundæ nuptiæ primis constantibus nullæ sint, & damnatæ.

3 Quare Card. Bellarm. *lib. 2, de Conc. c.* 8 *argum.* 4. *&* 8. *& lib. 1. de matr. c.* 9. respondet hoc text. non prohiberi secundum matrimonium, sed solemnitatem secundi, cui solemnitati propriè competit nuptiarum nomen. Celebritas enim nuptiarum tantùm semel in Ecclesia Dei fieri consueuit, teste Isidor. *lib. 1. de offic. c.* 9. & probatur *in c. capellanum, de secundis nupt.* ac proinde ait text. *in præsenti* prohibere ne Presbyter celebritati secundi matrimonij intersit, quin potiùs pœnitentiam iniungat his, qui contra morem Ecclesiæ secundo matrimonio solemnitatem adhibuerint, sic explicans Laodiceni Concilij canonem *argum* 8.

4 Verùm licet hæc explicatio bene conueniat sensui, & verbis huius text. commodior tamen videtur interpretatio Card. Baron. *annalium Ecclesiæ, tomo* 3. *anno* 314. *n.* 91. dum inquit, quòd sicut Laodicenum Conc. *cit. loco* propter emissum incontinentiæ signum certi temporis pœnitentiam iniungit, ita hic text. à bigamis pœnitentiam requirit, non quòd secundùm matrimonium contrahendo peccent, sed quòd suam incontinentiam manifestent, & bigamiam, quæ in humanæ imbecillitatis remedium instituta est, licentius vsurpent. Non itaque secundæ nuptiæ reprobantur, sed ob incontinentiam quam præ se ferunt, aliqua pœnitentia præscripti temporis puniuntur, sequitur Sanchez *de matr. lib. 7. disp.* 81. *n.* 4. *in princ.* Idquod etiam multò post Laodicenum, & Neocæsariense Conc. statuit in sua Ecclesia Basil. *ad Amphilochium c.* 4. in quo bigamis annus pœnitentiæ, trigamis autem tres, & quatuor anni præscripti, & apud nonnullas Ecclesias consuetudine dicit receptum, vt trigamis quinquennij segregatio designetur, ita tamen vt inter audientes, hoc est, catechumenos, numerentur, & postea in congregatione fidelium esse permittantur.

Cap. Hac ratione. IX. & seq.

Ioan. Chrysostomus.

1 Chrysostomus relatus *in hoc text.*, & Hieron. *in c. quomodo, immediatè sequenti*, videntur asserere secundas nuptias illicitas esse, dum ille eas secundùm veritatis rationem verè scortationem esse affirmat, & hic dum ait à Paulo permissas esse ob incontinentiæ periculum.

2 Cæterùm à Catholicis mentibus alienum debet esse hanc sententiam asseruisse sanctissimos, & doctissimos illos Patres, quibus persuasum semper secundas nuptias defuncta prima vxore licere aduersus antiquum Montani errorem, vt videre est apud D. Chrysost. *homil. 20. in epist. ad Ephes.* & D. Hieron, *in apologia contra Iouinianum*, & refertur *in cap. aperiant hac eadem causa, & quæst. & epist. 11. ad Agerunchiam c.* 3. Extat etiam aperta Apostoli doctrina 1. *ad Cor. 7. quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege viri, cui vult nubat, tantùm in domino.* Constat quoque eadem veritas ex Conc. Illiberitano *cap. 72. & Nicæno, cap.* 8. Carthagin. IV. *cap.* 1. Tolet. III. *cap.* 10. & ex aliis adductis per Sanchez *de matr. lib. 7. disp.* 81. *à num.* 2.

Quibus non obstat Chrysostomus, & Hieronymus relati *in hoc text. & in dicto cap. quomodo*, nam omissa responsione Illustriss. Cardin. Bellarm. *lib. 1. de matr. cap.* 9. asserentis ea testimonia tanquam heretici, aut ab hæreticis corrupta, non Chrysostomi esse, tentari potest sanctissimos, & doctissimos illos Patres adeo continentiam commendaram voluisse, vt secundas nuptias, quibus inest aliquod incontinentiæ signum exaggerando minus probasse videantur, itaque illa per ampliationem, & exaggerationem quandam continentiæ dicta accipienda sunt, pro pacto Sanchez *d. disp.* 81. *n.* 4. respondens ad plura iura per eum citata *n.* 1. quibus probari videbatur secundas nuptias minime esse licitas, ob idque secundum matrimonium contrahentibus imponendam esse pœnitentiam, ait in omnibus iuribus, auctoritatibus, & testimoniis non damnari secundas nuptias quòd illicitæ sint, nec per se reprobari, sed per accidens ob nimiam concupiscentiam, & intemperantiam, ex quibus illarum repetitio proficiscitur, atque ob illam intemperentiam imponi pœnitentiam. 2

In gloss. *Hac ratione.* ibi, *sicut Moyses permisit dare libellum repudij, vt vitaretur homicidium.* Vide quæ dixi *ad cap. cum in lege 23. quæst.* 4.

CAVSA XXXII.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Vir tenetur sub culpa lethali vxorem in adulterio persistentem deserere, ac proinde abstinere à copula coniugali, siue petendo, siue reddendo.*

2 *Coniux innocens copulam habens cum coniuge adultero etiam occulto, sed sibi conscio, siue petendo, siue reddendo debitum, censetur condonare adulterij iniuriam, nisi reddiderit compulsus Ecclesiæ præcepto.*

3 *Coniugi innocenti licet quoad habitationem propria auctoritate ab adultero diuertere, vbi adeo notorium sit adulterium, vt nulla prorsus tergiuersatione celari possit.*

Cap. Sicut crudelis. I.

Ioan. Chrysost.

EX hoc text. vulgo colligitur virum teneri sub culpa lethali vxorem in adulterio persistentem deserere, ac proinde abstinere à copula coniugali, siue petendo, siue reddendo, in idem citantur *cap. dixit Dominus, cap. si quis vxorem il 1. & 2. hac eadem causa, & quæst.* tradunt Cou. *de sponsalibus, part. 2. cap. 7. §. 2. num.* 4. Nau. *in man. c. 16. num.* 28. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 84. num.* 6. Perez *l. 2. vers. quæritur vlteriùs quanto tempore, tit. 15. lib. 8. Ordin. pag.* 308. Petr. de Ledesma *de matr. q. 62. art. 2. concl.* 2. D. Barbos. *in l. 2. ff. soluto matr. part. 1. in princ. n.* 102. Matiens. *ad rub. tit. 1. gl. 1. n. 101. lib. 5. noua recopil.* Paul. Comitol. *responsor. moral. lib. 1. quæst. 141. num.* 4. late Sanchez *de matr. lib. 10. disp. 13. num.* 4. vbi *numeris seqq.* super hac re aliquas constituit conclusiones. 1

In

2 In gloss. *Patronus* 1. ibi, *ego consulo quod non reddat, nisi ad mandatum Ecclesiæ, ne videatur approbare mores eius*. Notatur ad hoc quod coniux innocens copulam habens cum coniuge adultero etiam occulto, sed sibi conscio, siue petendo, siue reddendo debitum, censetur condonare adulterij iniuriam, nisi reddiderit compulsus Ecclesiæ præcepto, quia tunc non videtur remittere, ac proinde minime amittit ius diuortij, & accusandi criminaliter, aut ciuiliter. Ratio est, quia hæc condonatio proficisci debet ex liberali innocentis voluntate, at in necessitate nemo liberalis existit, *l. rem legatam, ff. de adimen. leg.* & ideo ita tenent D.Thom. *in 4. dist. 25. q. vnic. art. 3. in corpore*, Syluest. *verbo diuortium, quæst. 8. num. 11. ad fin.* Petr. à Ledesma *de matrim. quæst. 62. art. 3. notab. 2.* Barthol. à Ledesma *dub. 65. de matr. post. 3. concl. casu 6. & dub. 67. concl. 3.* Gaet. *in repet. cap. ad limina* 30. *q. 1. §. 4. num. 216.* Henriquez *in summ. lib. 11. de matr. cap. 17. §. 5. casu 6.* Sanchez *de matr. lib. 10. disp. 14. num. 13.* vbi *num. 15.* subdit condonationem similiter non esse quando vxor reddit debitum viro, qui adulterij reus est, graui eius metu perculsa, & *num. 21.* subiungit eam conditionem inniti præsumptioni, ac proinde si fit animus non condonandi adulterium per copulam, aut aliquos condonationis actus, reuera non erit in foro conscientiæ condonatio, quamuis in foro externo, quod contrarius gestis animus latitat, iudicabitur vera condonatio.

In eadem gloss. ibi, *nisi publice*, &c. Notatur ad hoc quod coniugi innocenti, licet quoad habitationem propria auctoritate ab adultero diuertere, vbi adeo notorium sit adulterium, vt nulla prorsus tergiuersatione celari possit, nullusque inficiationi sit locus, vt per Sot. *in 4. dist. 36. q. vnica, art. 3. concl. 2.* Couar. *de sponsalibus, p. 2. cap. 7. §. 5. num. 12.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 84. num. 9.* Petr. de Ledesma *de matrimon. quæst. 62. art. 3. in fin.* Barthol. à Ledesma *de matrim. dub. 67. concl. 2.* Henriq. *in summ. lib. 11. de matrimon. cap. 17. §. 2. in illo commento litt. 1.* Ludouic. Lopez *in instruct. conscient. p. 2. de matrimon. c. 54. vbi de diuort. quoad habitationem, colum. 2.* Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 216.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 240. n. 4.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. p. 2. n. 26.* quorum Sot. Gaet. Barthol. à Ledesm. Henriq. Iacob. de Graff. & Ludou. Lopez exemplum apponunt quando coniux publice moratur cum adulterante, & hæc gl. & Couar. quando coniux est conuictus per sententiam de adulterio, vel si iudicio coniux fassus sit sponte adulterium.

Cap. Dixit Dominus. II.

Hieronymus.

1 *Vbicunque est igitur fornicatio, vel fornicationis suspicio*, &c.] Intellige violenta, hæc enim desideratur, vt coniux innocens possit in foro conscientiæ ab adultero diuertere, eique debitum denegare, itaut non sufficiat quæcunque suspicio probabilis, ita D.Thom. *in 4. dist. 35. q. vnica, art. 3. ad 4.* Sot. *in 4. dist. 36. q. vnica, art. 3. post 3. concl. vers. circa singulis*, Barthol. à Ledesma *dub. 67. de matr. in notab. post 1. concl.* Gaeta *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 205.* Cantera *in q. crimin. cap. 4. num. 5 a.* Henriquez *in sum. lib. 11. de matr. cap. 17. num. 1.* Mascard. *de probat. concl. 17. num. 6.* Sanchez *de matrimon. lib. 10. disp. 12. num. 41.* vbi *num. 43. ex cap. litteris, de præsumpt.* declarat quando dicatur suspicio violenta sufficiens ad diuortij sententiam, & *num. seqq.* ostendit ex quibus indicatur.

Libere vxor dimittitur.] Notatur ad hoc quod 2 coniux adulterij sui coniugis conscius potest in foro conscientiæ secluso scandalo ab eius habitatione diuertere, quamuis adulterium sit occultum, nec ad id aliqua iudicis sententia desideratur, quod probatur ex illa particula, *libere*, quæ denotat nullam requiri licentiam, & sententiam, ex latè adductis per me *in pract. de dictionib. vsufreq. dict. 190. à princ. secundum Lugdun. impress.* & ideo ita resoluunt Nauar. *in man. cap. 22. num. 23. in fine, & cons. 5. in fine, alias cons. 14. in fine, de conuers. coniug.* Henriq. *d. lib. 11. c. 17. §. 2.* D.Barbos. *in rub. ff. soluto matr. p. 2. n. 26.* Sanch. *de lib. 13. disp. 12. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Coniuges sunt pares in diuortio causa adulterij celebrando.*

2 *Vxor innocens an teneatur diuertere à viro in adulterio persistenti, sicut tenetur ipse vir vxorem adulteram pertinacem dimittere, ostenditur, & num. 3. & 4.*

Cap. Si quis vxorem. III.

Similiter si virum vxor suum inuenerit adulterum, non ad imparia iudicatur.] Notatur ad hoc quod 1 coniuges sunt pares in diuortio causa adulterij celebrando, ac proinde sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere, ita è contra, vxor innocens à viro adultero, vt per gloss. *hic verbo ad imparia.* Couar. *de sponsalib. p. 2. cap. 7. § 5. num* 8. Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 17. § sed dubium est*, Perez *l. 1. ad fin. tit. 15. lib. 8. Ordinam.* Gaet. *in repet. cap. ad limina. 30. q. 1. § 4. n. 205.* Roland *cons. 50. n. 5. & 6. volum. 1.* Barthol. à Ledesma *dub. 68. de matrim. concl. 1.* Petr. de Ledesma *de matr. quæst. 62. art. 4.* D.Barbos. *in rub. ff. soluto matr. 2. num. 3.* Sanchez *de matr. lib. 10. disp. 3. num. 6.*

Vnde per hunc text. quidem arbitrantur vxorem 2 innocentem teneri diuertere à viro in adulterio persistenti, sicut tenetur ipse vir vxorem adulteram pertinacem dimittere, quos refert Sanchez *dict. lib. 10. disp. 13. n. 27.* Alij verò existimant regulariter, & vt plurimum, non teneri ad hoc vxorem, quoniam cum sit viro subdita, non est moraliter spes correctionis viri, sed timor peioris exitus, si ab vxore dimittatur, teneri tamen vbi esset spes emendæ ex ea dimissione consequuturæ, quia præceptum correctionis fraternæ ipsam obligat, quo media sibi possibilia adhibeat, vt vir ab adulterio resipiscat, sic Nauar. Barth. à Ledesm. Petr. de Ledesma, Philiarch. & alij quos refert Sanch. *d. disp. 13. num. 28.*

Sed reiectis huiusmodi sententiis verior illa est 3 opinio, quæ habet nunquam vxorem adstringi hoc præcepto dimittendi viri adulteri pertinacis, aut abstinendi ab actu coniugali. Ratio est, quia quoad hoc inter virum, & vxorem dicersa datur, nam obligatio viri ad dimittendam adulteram pertinacem nascitur ex solo præcepto vitandi scandali, ne vir censeatur conniuens, & patrocinans vxoris adulterio, ex adductis per Sanch. *d. lib. 10. disp. 13. à n. 8.* quod in vxore non dimittente virum, nec ei debitum negante cessat prorsus, tum quia si vir obligatur præcepto dimittendi ad hoc, vt incertitudinem prolis caueat, sicut aliqui non improbabiliter volūt, ea ratio deficit in vxore respectu viri adulterantis, vxor enim semper certos edit partus, dum adultera non est. Quare hanc partem merito sustinent D. Antonin. *3. part. tit. 1. cap. 20. §. 9.* Sot. *in 4. dist. 36.*

quæst.vnica,art.2. post 1. concl.vers. altero vero membro,Iacob.de Graff.*in aureis dec.part.1. lib.2.cap.*84. *num*.7. Gaet.*in repet. cap. ad limina* 30. *quæst*.1.§.4. *num*.218.Henriquez *in sum.lib*.11. *de matr.c*.17.§.3. *in commento lit*.Q.Matiens.*ad rub.tit*.1.*gloss*.1.*n*.101. *lib.5.noua recop*.Fr.Emman.*in sum.tom*.1.*cap*.240.*n*.6. & alij,quos refert, & sequitur Sanchez *de matr.lib*. 10.*disp*.13.*num*.29.

4 Quæ quidem sententia retenta non obstat text. *in præsenti*, quia intelligendus est quoad facultatem diuortij celebrandi ratione adulterij, non autem quoad obligationem;vt bene considerat Saochex *d. num*.29.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem vir potest recipere post pœnitentiam adulterij.*
2 *Cautionis appellatione venit sola cautio absque pignore,& fideiussore.*
3 *Caluati quasi dehonestati,& tonsurati dicuntur.*
4 *Iuramentum si vir timeat, ac subinde eo præstito satis consulatur vxoris incolumitati, non est opus alia cautione.*

Cap. De Benedicto. V.

Pelagius.

1 PElagius Papa relatus *in hoc text*. Malleo Subdiacono scribens ei præcipit, vt Benedictum vxorem alienam illicitè detinentem, ac ipsam punire non differat caluatos ab inuicem separando, quam si eius maritus recipere voluerit, sub cautela recipiat;sin minus,in monasterium detrudatur,de cuius materia vide Clar.§.*fornicatio,n*.30.D.Barbos.*in rub. ff.solute matr.part.*2.*num*.2.*cum seqq*.Farinac.*in praxi crimin.part*.5.*q*.143.*n*.53.

2 *Sub cautela recipiat.*]Etiam absque pignore,& fideiussoribus,cùm enim hic text. agens de cautione præstanda ex solo iudicis officio, cautionis meminerit,nulla particula addita, sat erit sola cautio absque pignore,& fideiussore,iuxta ea,quæ *in tr.de appellatiua verborum vtriusque iuris signif.verbo cautio*, & in nostris terminis ita sentiunt gloss. *in præsenti, verbo sub cautela*,Felin.*in rub.de trenga,& pace,n*.10. *declar*.2.Syluest.*in sum. verbo matr*.10. *q.vlt*.Plaç.*de delict.lib*.1.*c*.7.*n*.2.*vers*.3.Gaet.*in repet.cap.ad limina* 30.*q*.1.§.4.*n*.243.ex quibus glos.Syluest.& Gaet.*cit. locis*,aiunt nudam promissionem in his terminis sufficere. Verùm hac in re nihil certum firmari potest,immo totum hoc negotium arbitrio iudicis est relinquendum,qui eo spectare debet, vt coniux incolumem vitam transigat,siue ad partis instantiam, siue ex officio procedat,eam tenetur cautionem exigere, qua interim hoc comparandum existimauerit,ac proinde si sat sit iuratoria, ea contentus esse debet,sin minus,vltiorem postulabit, vt optime resoluit Sanchez *de matr.lib*.10.*disp*.18.*n*.44.

3 In gl.*Et caluatos*.ibi,*Pannis abscissis,i.dehonestatos, & tonsuratos*,&c.Vide Tiraq *l*.13.*connub.n*.11.Farin. *in praxi crimin.part*.5.*q*.140.*n*.19.

4 In gl.*Sub cautela*.ibi,*vel etiam iuramentum si fortè illud magis timet vir*.Notatur ad hoc quod si vir iuramentum timeat,ac subinde eo præstito satis consulatur vxoris incolumitati, non est opus alia cautione,vt per Syluest. *in sum. verbo matrimonium*.10. *q.vlt*.Bursat.*cons*.207.*n*.57.*col*.2. Sanchez *d.lib*. 10. *disp*.10.*num*.41.

Cap. Quod autem. VII.

Augustinus.

QVis non intelligat debere maritum ignoscere,&c.] 1
Intellige de honestatis debito,vt enim innocens minimè tenetur vxorem adulteram etiam emendatam, & peracta pœnitentia ad suam pristinam amicitiam reuocare,vt per Petr.de Ledesma *de matr.q*.62.*art*.6.*concl*.1,Petr. Sot.*lect*.2. *de matr.col. penult*.Henriquez *in sum.lib*. 11.*de matr.c*.17.§ 2.& 3.Surd.*de aliment.tit*.7.*q*.21.*num*.7.& 8.D.Barbos.*in rub.ff.solute matr.p*.2.*n*.20. & 25. & plures,quos refert,& sequitur Saochex *de matr.lib*.10. *disp*.13.*n*.1. Non obstat quod charitatis lege remittenda est venia petenti,& resipiscenti, quia respondet Sanchez *vbi proximè*, id verum esse quoad odium animi, & aliqua externa beneuolentiæ signa, secus quoad pœnas delicto debitas in iudicio exigendas.

In gloss.*Pœnitentes*. ibi, *sed post Baptismum*,&c.] 2
Notatur ad hoc quod crimina quoad exterioris, & iudicialis fori accusationem minimè tolluntur per Baptismum,vt per Dec. *in c.quæ in Ecclesiarum n*.83. & 84.*de constit.& cons*.130. Couat.*lib* 2. *var.cap*.10. *num*.4.Clar.§.*fin.q* 51.*num*.19.Tiraq.*de pœnis temper. causa* 25.*num*.2. & 3. Gam. *de Sacramentis præstand. vltimo supplicio damnatis,q*.3.*num*.3.Farinac.*in praxi crimin.p*.3.*quæst*.98.*num*.145. Anton.Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib*. 4.*c*. 68.*num*.17.

SVMMARIVM.

1 *Confessionem suam incontinenti potest quis mutare,*
2 *Iurans soluere an teneatur ex vi iuramenti soluere die prorogato,ostenditur,& num.seqq.*
3 *Prorogatio censetur facta cum omnibus clausulis, & qualitatibus,quæ inerant contractui, vel termino prorogato.*
4 *Excommunicatio, quæ per lapsum termini fuerat incurrenda,si terminus prorogetur, incurretur in fine illius spatij,quod per prorogationem adiectum est.*
5 *Fideiussores dati ad aliquam delegationem, non extenduntur, neque censentur dati ad illius prorogationem.*

Cap. Apud misericordem. X.

Gregorius.

GLoss.*verbo reuertatur, vers. item & hic est argumentum, in præsenti textu*, tenet quod confes- 1
sionem suam incontinenti potest quis mutare, vt per Couarruuiam *lib*.2.*var.cap*.13.*num*.8. Tiraquel. *de retract.tit*.2.§.1.*gloss*.5. *num*.14. Menoch.*de arbitrar.casu* 108. *num*.5. Mascard. *de prob. conclus*. 350. *num*.10.

In ead.gloss.ibi, *si iuraui me ad diem certum soluturum pecuniam*,&c. Dubium est,an qui iurauit sol- 2
uere, teneatur ex vi iuramenti ad soluendum die prorogatorio quo Cardin.*in Clem*.1.§.*nos itaque,q*.5. *de iure iurand* Bald.*cons*.436.*lib*.1.Dec.*in cap.de causis, num*. 7. *de offic. deleg*. resoluunt periurium non committere, quia alia fieret extensio iuramenti ad tempus prorogatum ab eo,qui iurauit non comprehensum,& ita ad euentum incogitatum, contra *reg. l.cum Aquiliana, & l.qui cum tutoribus,9.in princip. & §.1.ff.de transact.cum similibus.*

Contra

Contrariam sententiam tenent Felin.*in c.1.col.2. de iureiur. in c. 2.n.34. de sponsal.* communis, vt per Dec.*vbi suprà num. 7. vers. sed aduertendum*, Beroi. *num.32.* & alij *in d.cap. de causis*. Couat.*in c.quamuis pactum,de pactis lib.6.p.1.in initio num. 6.vers.quinto*, Guriet.*de iuramen.confirm.p.2.cap.59.num.* 20. quæ quidē opinio multò probabilior est ex eo,qoia, qui iurauit creditori soluere intra mensem,duo iurauit, nempè & solutionem,& eam non differendam vltra mensem, vnde quamuis tempus fuerit prorogatum, nihilominus ad intatā solutionem ex vi iuramenti
3 manet obligatus , quod quidem confirmatur ex *l. Celsus* 48.§.1. *vers. sed ipsa , ff. de dolo*. Facit deinde, quia prorogatio cēsetur facta eum omnibus clausulis,& qoalitatibus,quæ inerant contractui , vel termino prorogato , ex *l.lego,C.locati*, docet post alios Cou.*d. n. 6.in princ.*

4 Sic sane idem dicendum est in excommunicatione,vel censura aliqua,quæ per lapsum termini fuerat incurrenda , etenim si terminus prorogetur, eadem curretur in fioe illios spatij , quod per prorogationem adiectum est,vt resoluunt Beroi.*n.31.cum seq.in d c.de causis*, Gutier.*d.c.*49. *n.* 11. & alij citati à Couat.*d n.6.*

5 Non obstat illud quod pro confirmatione primæ sententiæ *suprà* adduximus , quia respondetur illud tempus protogatum saltē virtualiter à iurante fuisse comprehensum,& cogitatum,quia si ille iurauit soluere intra mensem , à fortiori iorauit soluere post mensem casu,quo propter difficultatem ex sua parte ad soluendum intra mensem vltra illum fieret prorogatio à creditore. Nec obstat text.*in l. Labeo §.fin.ff. de arbitr.& in l.item quæritur* 14 §.*qui impleto ff.locati*, vbi habetur fide iussores datos ad aliqnam delegationem non extendi , nec censeri datos ad illius prorogationem , ac proinde qood prorogatio facta per creditorem debitori liberat fideiussorē,qui obligatus erat,vt resoluunt specul. *tit. de fideiussoribus* §. 1.*vers.illud*,Bald.& alij de quibus per Blanch.*de compromiss. quæst.7.num.17.in fine*, Tiraquel.*in l.boues §. hoc sermone in regul.à num.128.ff. de verborum significatione*, Couat. *d. num. 6.* Gutier.*d.cap.49.num.15.* Anton.Gom. *tom.2.variar.cap.3.num.17.column.vlt.* &*cap.13.num.vlt. vers. sexto*; ergo similiter eadem prorogatio liberabit debitorem à iuramēto.Respondetur enim negando consequentiam,cuius rei ratio est,quia protogatio debet solum nocere,vel prodesse illis, qui in ea consenserunt,& sic non debet nocere fideiussoribus,qui nullum prēstiterunt consensum prorogationi,vt illa iura probant,nos verò agimus de ipso debitore , qui iurauerat , & qui eidem prorogationi à creditore sibi factæ consensit,ita resoluunt Cou.*d.n. 6.* & cæteri modò citati , quibus adde Anton.Gabr.*comm.tit.de dilation.concl.2.n.24.* Franc. Marc. *decision.* 538. *num.* 4. Capell. & addit. *decis.*181.

Cap. Nuptiæ. XII.

Ambrosius.

1 VNde *& in arca Noe*, &c.]De forma , capacitate, descriptione, & figura arcæ Noe agit latissimè Ioan.Buteot.*in sua geometria in princip.pag.5.* & Fr.Ioan. Pineda *in Monarchia Ecclesiastica lib. 1. capite 16.* §.2. vbi *capite* 16. tractat ad longum de diluuio.

Cap. Non est culpandus. XIV. & vlt.

Hieronymus.

CIrca excusandom Oseam fornicariam habentem vxorem , *Osea cap.* 1. laborant Theologi; 1
quidam enim aiunt quòd Deus nō dispeosauit cum Propheta, vt posset licitè fornicari , sed eam ei dedisse vxorem, quod videtur deduci ex verbis eiusdē *cap.*1.ibi, *accipe vxorem*,&c.ita vt quæ antea fornicaria,& meretrix erat,vxor esse inciperet, ita interpretati videtur D. Hieron *super Oseam lib. 1. cap. 1.* relatus à Gratiano *in præsenti*, dum loquit Prophetā nō perdidisse pudicitiam fornicariæ copulatum,sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam antea nō habebat,ita etiam colligitur ex D.Thom.2.2.*q.*154. *art.2.ad 2.* & latiùs Victor.*relect.7.de matr. p. 1.n.4.* Sayr.*in claui Regia lib.8.c.2.n.5.*

Sed obstant verba sequentia eiusdem *cap.*1. dum 2
postquam Deus Oseæ dixit,*Vade, accipe tibi vxorem fornicariam*,addit,*& fac filios fornicationum*, vnde videtur colligi non solùm antea fuisse fornicariam,sed etiam coïtum com ea fornicarium fuisse,& illicitū, subindéque filios inde susceptos fornicationis filios, & illegitimos esse,ex iis,quæ notantur *in l.filium definimus ff.de his, qui sunt sui , vel alien. iuris*. Confirmatur , quia , vt fornicaria illa fieret legitima vxor Oseæ, necessarius erat vtriusque consensus , ex reg. *l.nuptias ff.de regulis iuris,c.sufficiat*,ibi,*qui solus si defuerit & c.27.q.2.*

Quare alij varias adducunt interpretationes,non 3
defuerunt enim qui existimauerint fornicationem manente ipsius deformitate per Deum dispensabilem. At verò Nicol.de Lyra inquit dici illam mulierem fornicariam,quia gentilis erat.

Verum retenta priori illa cōmuni interpretatione, ad primom respondetur filios fornicationis appellari,non quia ex fornicatione nati sint ,sed propter turpitudinem status,in quo erat ante matrimonium vt interpretatur Sot.*in 4.d.27.q.1.a.2.col.1.ad 2.& de iustit.lib.5.q.1.a.8.ad fin.* omissa controuersia illa , & grauissima disputatione,an possit Deus matrimonium inter duos sine ipsorum consensu efficere,de qua *supra* citati.& plenè Sanch.*de matr..lib.2. disp.* 26.ad nostrum propositum dicendum est inter Oseam,& fornicariam matrimonium non perfecisse sine eorum consensu, sed potius cùm omnia disponat suauiter interno affectu eos induxisse,vt consensu verbo,aut signo aliquo exprimerent,quemadmodum etiam de matrimonio inter primos parentes probabilis est sententia , vt de vtroque post D. Th. explicant Victor.& Sot.*dictis locis* , Henriq. *in sum. lib.11.cap. 2. §.3.* Sanch.*d.disp. 26.n.4.& 5.* 4

QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Diabolus per temporum incrementa quotidie discit.*
2 *Cardinales Rauennaten. sunt abusiuè Cardinales ad instar Regis scachorum , qui non propriè dicitur Rex, sed abusiuè.*
3 *Cardinalium appellatione non veniunt nisi S.R.E. Cardinales.*

Cap. Pudor. I: *Ambros.*

GLoss.*verbo falleret,in fine hic*,ait quòd diabolus 1
per temporū incrementa quotidie discit,cuius meminit

fœmina verò octnagesimo, & in dubio credendum marem esse, & fœtum esse animatum. Denique hac in re securior mihi videtur illorũ opinio, quos *suprà* retuli *in princ.d.5.num.*2.vbi vide.

Cap. Moyses. IX.

1 Collige ex text. teneri vt homicidam, qui abortui fœtus ia animati causã dederit, vt per Conar.*in Clem.si furiosus,p.*2.§.3.*n.* 1. Cacbetan.*Pedem. decis.*59.*num.*2 Farinac.*in praxi crimin.part.*5.*q.*122. *num.*149.Paul.Zach.*in quæstionib.medicolegalib.lib.*1. *tit.*2.*q.*9.*num.* 2. vbi *num.*9.subdit quod interimens abortu animatum fœtum, hominẽ occidisse dici debet. Et ideo irregularitatem incurrere illum, qui abortui fœtus iam animati causam dederit, non ita si nondum animatus fuerat, resoluunt S.Thom.2.2. *q.*64.*art.*8.*ad* 2. Couar.*d.num.* 1. Fr.Emman.*in sum. tom.*1.*cap.*174.*num.*4.*vers.y el que dubdare*, Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1.*lib.*1.*cap.* 10.*n.*43. Portel. *in addit.ad dubia Regul.verbo abortus num.*1.Hieron. Roderic.*in compendio,quæst.Regul.resol.*4.*num.*9 Sayt. *de censur.lib.*7.*cap.*1.*num.*12.*& cap.*2.*num.* 5. Auil.*in similis tract.p.*7.*disp.*6.*sect.*4. *dub.*1. Soar. *eod. tractat. disp.*44. *sect.*2. *num.*13. vbi aduertit constitutionem Sixti V. volentem isto casu irregularitatem intrare etiam quod fœtus non animatus, esse correctam, & ad viam iuris redactam per Gregorium XIII.

2 Quando autem fœtus dicatur animatus, & in dubio non constito an fœtus fuerit animatus, vel inanimatus, quid præsumendum dixi *in summ.dist.*5. *num.* 2. *&* 3.*& ad cap.quod verò,sup. hac eadem causa,& quæst.*

SVMMARIVM.

1 *Concordatur text.in præsenti cum c.si quis* 33. *dist. & cap.ab omnibus,*34.*dist.& num.seqq.*
2 *Leo in hoc text.aliter accepit nomen concubinæ quã Patres Concilij Toletani I, secundum Cardin. Bellarminum.*
3 *Concubinam,& ancillam in statu seruitutis manentem, cum qua rem habet patronus, pro eodem vsurpasse Leonem in hoc decreto conuenientius est dicere*
4 *Connubia inter impares minus legitima existimãtur.*

Cap. Nonomnis. XII. *Leo.*

1 Leo Papa ad Rusticum Narbonensem Episcopũ *epist.*90.aliàs 92.*cap.* 4. relatus *in hoc text.* totus est in probando legitimo matrimonio copulari illã, quæ concubinam habenti traditur, ac proinde planè sentiens coniunctionem cum concubina matrimonium non esse, quod ex diametro videtur esse contra illa, quæ notaui ad *cap.si quis* 33.*dist.& ad cap.omnibus,*34.*dist.*& expressam decisionem Concilij Toletani I. *in c. is qui, ead. dist.* dum eum, qui concubinam habuerit pro vxore, nõ repellit à Cõmunione.

2 Cardin.igitur Bellarmin. *lib.* 2. *de Concil. cap.* 8. *argument.*11. respondet Leonem aliter accepisse nomen concubinæ, quàm Patres Concilij Toletani I. Leo enim concubinam vocat eam, quæ assumitur ad consortium thori sine mutuo consensu perpetuo viuendi, Concilium autem vocat concubinam eam, quæ dicitur cum eo consensu, sed priuatim expresso, non per publica instrumenta, concubinæ enim nomen variæ significationis est, pro loco, & tempore commodè interpretandum,

Verùm licèt hæc interpretatio sufficiens videatur, 3
conuenientiùs tamen est dicere in isto decreto Leonem pro eodem vsurpasse concubinam, & ancillam in statu seruitutis manentem, cũ qua rem habet patronus, id enim in primis constat ex illis verbis huius decreti, *aliud est vxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, & aliud libera,*& ad id probandum adducit quod dictum est in Genesi ad Abraham, *Ejice ancillam,& filium eius, non enim heres erit filius ancillæ cũ filio liberæ;* idem etiam illa verba ostendunt, *nisi fortè illa mulier ingenua facta,& dotata legitimè,& publicis nuptiis honestata videatur,*& hoc ipsum colligitur ex *cap. ancillam, hac ead.causa, & quæst. Ancillã à thoro eiicere,& vxorem certæ ingenuitatis acquirere, non est plicatio coniugij, sed profectus potius honestatis.* Cum autem inter alia media, quibus ancilla statum ingenuitatis acquirit, illud principale sit, quãdo patronus eam ducit in vxorem, ita vt si ille carnaliter ancillã cognoscens nolit eam ingenuã fieri, sed in seruitute manere, clarum exinde præbeat signum se nõ velle cum illa matrimonium contrahere; si enim vellet copula maritali cum illa coniungi, eã certe ad ingenuitatis statum eueberet absque dubio. Ideo, inquit Leo, nuptiarum fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales, dicit itaque concubinam, id est, ancillam, quando ingenua facta copulatur patrono, vxorem non esse, sed seruam, atque ideo eum, qui tradit nuptui filiam concubinam habenti, id est, habenti ancillam, cum qua permanente in seruitute miscetur, non tradere illam coniugato, quia coniũgi maritali affectu, & illã in seruitutis statu permanere fieri nequit ex ipsa natura matrimonij. Quod mihi optimè probat D.Ambros.*serm.*65.*Mulier igitur tua si talibus moribus prædita est, vt mereretur consortiũ, mereatur & nomen vxoris: præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen vxoris, ne tu adulter sis potiùs quam maritus.*

Nuptiarũ autẽ fœdera inter ingenuos legitima sunt, & inter coæquales.] Connubia inter impares minus legitima existimari ex hoc text.colligũt Tiraquell.*l. 5.connub.gloss.*1.*p.*5.*n.*16.*cum seqq.& l.*6.*gloss.* 2. *p.* 6. vbi etiam indicat locũ vnde sumatur hic text. Menoch.*cons.*385.*num.*6.*& de præsumpt.lib.*2.*præsumpt.* 10.*num.*40.Sanchez *de matrimon.lib.*2.*disp.*16. *n.*2. Vnde Cleobolus vnus ex septem Sapientibus aiebat, *Par pari iugato coniux, quod impar est dissidet.* Et Ouid. *in epistol. Deianiræ ad Herculem,* 4

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Non enim erit heres filius ancillæ,&c.]Declara cum Conar.*de sponsal.p.*2.*cap.*8. §. 4.*num.* 15. Duen. *reg.* 366. *vers. amplia secundo.* 5

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium verum est Sacramentũ nouæ legis,& gratiam confert.*
2 *Simonia est pro Sacramento matrimonij pecuniã accipere.*
3 *Dos datur pro matrimonio, quatenus contractus est, quo se coniuges obligant ad obsequia, & onera temporalia.*
4 *Sponsalia, vel matrimonium pro filiis præsentibus,& tacentibus à patre contracta valida sunt.*

Cap. Honorantur. XIII. *Ambros.*

Gloss. *verbo honorantur, in præsenti text.* ait licitum esse pro sacramento matrimonij pecuniã recipere, huius erroris fundamentum illud adducẽs. 1
quod

quod Sacramentum matrimonij nō confert gratiam. Similis gloss. *verbo spiritualia* 1. q. 1. *& in cap. vendentes* 1. q. 3. *& verbo benedictionibus, in cap. cum Ecclesia, de simon. & verbo Sacramentis, in c. alma mater, de sent. excommun. lib. 6.* & videntur tenere Hostiens. *in summ. de sacrament. non iter.* Præpos. *in cap. de illis* 1. *de condit. appos.* Durand. *in* 4. *dist.* 26. *q.* 3. Verum falsa est hæc sententia, & hæreticum fundamentum. Probatur, quia simonia est pro Sacramentis pecuniam recipere, prout tenere communiter Doctores resoluit Bonacio. *var. tract. tit. de simonia q.* 4. *§.* 1. *n.* 1. Sed matrimonium verum est Sacramentū nouæ legis, & gratiam confert, sicut de Fide definitum est in Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. matrim. can.* 1. & tradunt Couar. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 1. *§. vnico num.* 2. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 20. Perez *l.* 1. *gloss. que es el paraiso pag.* 20. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Iodoc. Cocc. *in thesauro Catholico tom.* 2. *lib.* 9. *art.* 2. Saochez *de matrim. l.* 2. *disp.* 10. Gutier. *eodem tract. c.* 41. Bonacin. *in simili tract. q.* 2. *puncto* 1. *num.* 2. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *different.* 18. *num.* 5. Rebell. *de obligat. iustit. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *cap.* 1. *à num.* 2 Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.* 2. *disp.* 24 *dub.* 2. *à num.* 5. Fernandez *in examine Theologiæ moralis p.* 3. *cap.* 18. *num.* 1. *&* 7.

2 Ergo necessarió dicendum est simoniam esse pro sacramento matrimonij pecuniam accipere, vt bene contra hanc gloss. resoluunt Sylnestr. *in summa verbo simonia q.* 8. Sot. *lib.* 9. *de iustit. q.* 6. *art.* 1. *in fine,* Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simon. cap.* 10. *num.* 10. *& seqq.* Rip. *in tractat. de simonia p.* 1. *art.* 2. *num.* 10. Filliuc. *tract.* 45. *cap.* 3. *quæsito* 3. Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12.

3 *vbi de simonia, cap.* 3. Bonacin. *citato loco.* Non obstat quod pro matrimonio dos datur, quia respondent Doctores citati quod matrimonium licet sit verum Sacramentum inter Catholicos, est tamen verus contractus, quo se coniuges obligant non solum ad indiuiduam vitam, sed etiā ad alia obsequia & opera temporalia, quæ nihil commune habent cum Sacramento, pro quibus pecunia rectè datur, *l. pro oneribus, C. de iure dot. cap. salubriter, de vsuris.*

4 In gloss. *Non de sponsalibus.* Notatur ad hoc quod parens si contrahat sponsalia, vel matrimonium pro filiis præsentibus, & tacentibus, illa valida sunt etiam si nullum aliud signū concurrat, quia præsentia, & taciturnitas filiorum inter optimo consensus reputatur, vt per Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 20. *vers. imme interdum, & num.* 21. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *d.* 23. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Vota omnia tam realia, quam personalia filiorū impuberum, pater ad libitum reuocare potest.*

2 *Votum Religionis ante pubertatem emissum potest à patre, seu tutore irritari.*

3 *Vota, & iuramenta statim irritari debent, vbi primū venerint in notitiam illorum, qui ea irritare possunt, aliàs censebuntur confirmata.*

Cap. Mulier. XIV.

1 Collige ex text. posse patrem vota omnia tam realia, quam personalia filiorum impuberū ad libitum reuocare, vt per D. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 9. Sylnest. *in sum. verbo votum* 5. *q.* 6. *& verbo votum* 4. *q.* 1. Nauar. *in manual. cap.* 12. *num.* 64. Sot. *de iustitia lib.* 7. *q.* 3 *art.* 1. Ludou. Lopez *instr. conscient. part.* 1. *cap.* 46. *cum seq.* Sayr. *in claui Regia lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 23. *&* 28. Soar. *de Relig. tract. de voto lib.* 6. *cap.* 6. *per tot.* Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 14. *n.* 82. inter quos omnes receptum est etiam votum Religionis ante 2 pubertatem emissū posse à patre, seu tutore irritari, immo ipsos impuberes huius voti, & aliorum posse petere irritationem, idem in iuramentis prædictorū resoluunt Soarez *lib.* 2. *de iurament. cap.* 38. *num.* 9. Lessi. *d. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 61. *vers. impuberum,* licet contradicat Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *disp.* 38. *nu.* 17. Omnia autem supradicta procedunt in filiisfamilias existente in potestate patris, non vero in iis, qui sūt emancipati, & iam sui iuris effecti, ita vt suo ū bonorum iam habeāt administrationem, sicut aduertit Soarez *d. lib.* 6. *c.* 5. *n.* 1.

Illud maximè aduertere oportet quod prædicta 3 vota, & iuramenta statim debent irritari vbi primū venerint in notitiam illorum, qui ea irritare possūt, aliàs censebuntur confirmata; ita vt post illorū confirmationem non possint amplius sine causa licitè irritari, si tamen irritentur, erit valida irritatio, & subditus tenetur obedire, & iuramentum non exequi, quia confirmatio non soluit ius subiectionis, ita optimè Sayr. *dist. lib.* 5. *cap.* 8. *numero* 6. *vers. illud autem,* faciuntque Soarez *d. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 19. *& seq.*

In gloss. 1. ibi, *cum potest,* &c. Singularis est hæc gloss. secundùm Nauar. *in man. cap.* 12. *num.* 25. quod tanta deliberatio sufficit vt quis per votū se obliget Deo, quāta requiritur vt se obliget diabolo per peccatum, idque tanquam certissimum obseruant Antonin. *p.* 2. *tit.* 11 *cap.* 2. Caiet. 2. 2. *q.* 88. *art.* 1. Syluest. *verbo votum* 2. *num.* 13. Sot. *lib.* 13. *de iustit quæst.* 1. *art.* 2. *colum.* 4. Sed profectò hæc gloss. non agit de deliberatione, sed de iudicio rationis, quo ipsa deliberatio perficitur, quod lōgè aliud est, nec illa Doctorum sententia io se est vera. ad cuius euidentiam sciendum est nullum actum hominis esse voluntariū, nisi ex voluntate deliberata procedat, S. Thom. 1. 2. *q.* 1. *art.* 1. *& q.* 18. *art.* 9. Voluntas autem deliberata quæ sit vt sciatur, est notandum quod quando quis vult facere aliquod opus, ratio, seu intellectus (idem enim vtrumque significat) præmittit inquisitionem de mediis congruis ad illud opus, eadémque media intra se confert, hæc mediorum inquisitio, & collatio est actus rationis, qui appellantur consiliū, S. Thom. 1. 2. *q.* 14. *art.* 1. & tunc incipit deliberatio, mox ratio ipsa iudicat hoc, vel illud medium esse proferendum, & hic actus dicitur iudicium in quo deliberatio ipsa perficitur, Sot. *lib.* 7. *de iustit. q.* 1. *art.* 2. *colum.* 4. post iudicium autem rationis, & sic post perfectam deliberationem voluntas, quæ altera potētia est animi, eligit medium illud quod ratio sibi proponit præferendum, S. Thom. *vbi supra,* vnde actus hic dicitur electio, in quo quidem actu propositum constat, Sot. *vbi supra colum. penult.* Sciendum est rursus actus nostros dupliciter procedere ex voluntate deliberata, vel enim procedunt directè, & per se, qu ales sunt omnes actus, qui ab agente præcogitantur, & hi actus dicuntur voluntarij per se, vel procedunt indirectè, & per accidens, quales sunt actus, qui cùm possent, & debuissent ab agente præcogitari, ex passione tamen, seu ignorantia crassa non fuerunt præcogitati, & hi actus sunt voluntarij per accidens: sic sanè tota differentia inter actus voluntarios per se, & per accidens in eo consistit, quod priores constant ex voluntate deliberata actualiter, posteriores autē ex voluntate deliberata virtualiter. Colligitur hæc distinctio actuum voluntariorum ex S. Thom. 1. 2. *q.* 6. *art.* 3. & iterum *q.* 77 *art.* 7. idem colligitur ex Gratiano dum distinguit inter peccata ex

ex voluntate, & peccata ex infirmitate *in sum. 35. q. 1* intendit Iutec. *in l. 8.* ibi, *delictorum, quæ tam sponte, quam ignorantia contrahuntur, ff. de legibus.* His præmissis est resoluendum contra prædictos DD. multò maiorem deliberationem requiri, vt quis per votum se obliget Deo, quàm vt per peccatum se obliget diabolo, constat siquidem quòd licet peccatum non sit nisi voluntarium, ex Aug. relato à Gratiano *vbi supra*, sufficit tamen quòd sit voluntarium per antecedens, *c. sæpe 50. dist. l. si putator 31. ff. ad l. Aquil.* & sic sufficit deliberatio virtualis; contra verò votum non dicitur nisi per se sit voluntarium, *c. sicut tenor*, ibi, *spontanea voluntate, de Regular.*

QVÆSTIO IV.

CAP. Nemo blandiatur. IV.

Ambrosius.

1 Gloss. *verbo tolerabilior, in pres. text.* probat crimina facta palàm, esse occultis grauiora, de quo Tiraq. *de pœnis temper. causa 44. n. 53. & causa 57. à princip.*

SVMMARIVM.

1 *Coniux quando ita voluptate captus ad suam accedit, vt paratus sit ad accedendum, quamuis sua non esset, est culpa lethalis.*
2 *Coniug'is actus solùm voluptatis gratia exercitus nec, ines matrimonij transgrediens, est culpa venialis.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Amator vehemens dicitur, qui tantum vxorem diligit, vt apud se disponat, quod si ipsa esset fortè vxor alterius, non minus carnaliter se cum ea commisceret.*
5 *Abortus periculum est si ad mulierem, quæ recens concepit, vir accedat.*
6 *Equa sola inter animalia tempore prægnationis appetit concubitum.*
7 *Coniugali actu vti tempore prægnationis quando sit peccatum, remissiuè.*

CAP. Origo. V.

Hieron.

1 Adulter est in suam vxorem amator ardentior. Ex his verbis colligunt aliqui actum coniugalem ob libidinem explendam exercitum culpam esse mortalem, sed hanc materiam duabus explicat conclusionibus Sanc. *de matr. lib. 9. disp. 11. n. 3. & 4.* quarum prima est quòd quando voluptas limites matrimonij excedit, quia sc. coniux ita voluptate captus ad suam accedit, vt paratus sit ad accedendum, quam-
2 uis sua non esset, est culpa lethalis; secunda verò conclusio habet quòd quando actus coniugalis solius voluptatis gratia exercitus nec fines matrimo-
3 nij transgrediens, est culpa venialis, & *n. 8.* intelligit text. *in præsenti* vocari adulterum illum, qui in suam vxorem est amator ardentior non reatu criminis, sed similitudine adulterinæ libidinis, ardet enim is coniux in vxorem more adulteri in concubinam. Vel fortè meliùs dici potest intelligendum esse hunc text. vbi voluptas matrimonij terminos exce-

dit, secundum Durand. *in 4. dist. 31. quæst. 4. num. 5.* & *ibi* Richard. *art. 5. quæst. 3.*

In gl. *Amator.* ibi, *Vehemens amator dicitur, qui tantum vxorem diligit, vt apud se disponat quod si ipsa esset fortè vxor alterius, non minus carnaliter se cum ea commisceret.* Ita Sayr. *in claui Regia, lib. 8. c. 3. ad fin.* 4

In gl. *Non perdant.* ibi, *Perit enim partus ex frequenti concussione.* Vide Tiraq. *l. 15. connub. n. 141.* vbi ex Hippocratis, ac aliorum medicorum sententia probat periculum esse abortus, si ad mulierem, quæ recens concepit, vir accedat, & quàm detestandum id sit multis testimoniis, vsque *ad n. 146.* confirmat, atque *l. 9. connub n. 85.* probat multis adductis inter animalia solùm equam tempore prægnationis appetere concubitum, refert Sanch. *de matr. lib. 9. disp. 22. n. 2.* vbi disputat, an & quando vti actu coniugali tempore prægnationis sit peccatum. 5

CAP. Obiiciuntur. VII.

August.

De polygamia, seu pluralitate vxorum sanctorũ PP. legis veteris agunt DD. latè disputantes an illi culpæ immunes fuissent; pro cuius quæstionis solutione, omissa eorum opinione, qui negant esse contra legem naturalem huiusmodi pluralitatem, quia loquuntur expressè cõtra text. *in c. gaudemus, de diuort.* ad quem nullam etiam reddunt responsionẽ, nisi quòd Pontifex in ratione errauerit, vt scribat Abul. *lib. 1. Regum. c. 8. q. 27.* & alij quos improbant *infrà* referendi, dicendum est supposita diuina reuelatione, seu dispensatione polygamiam licitam fieri, & consequenter dispensationem non cadere neque versari circa sextum Decalogi præceptum, sed circa aliud, quo vxorum pluralitas vetita est, quod quidẽ licet naturale sit, non tamen deducitur ex primis principiis per consequentias adeò proximas, vt dispensatione diuina licitum fieri non possit, ax auctoritate D. August. *de bono coniug. c. 16.* probat Colon. Conc. *de sacro matr. § caterum, fol. 177.* similitudinem adducens, quòd quemadmodum non repugnat naturali rationi quòd plures vno domino seruiant, quamuis repugnet vnum seruum duobus seruire dominis, ita non repugnat plures vxores vno viro sociari, supposita prædicta diuina reuelatione, licet repugnaret vnam vxorem pluribus viris copulari, vltra generalem etiam rationem multiplicandi populum, fuit prædictæ dispensationis suo tempore, scilicet in lege Veteri mystica significatio, agebatur enim vt significaretur in Christo synagogam simul & gentium multitudinem esse coniũgendam, ideoque plures vxores Patriarchis concedebantur, non tamen quòd vna vxor plures haberet viros, quarò cùm iam hodie in lege gratiæ cesset huius significationis ratio, minimè iam pluralitas vxorum licita est; explicant latè Colonien. Conc. *d. loco.* Sot. *in 4. dist. 33. q. 1. art. 2.* Cou. *de sponsalib. p. 2. c. 7. §. 3. à n. 1.* Henriq. *in sum. lib. 1 2. c. 6. §. 2.* Gutier. *canon. lib. 2. c. 7. à n. 31.* Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 8.* Menoch. *de arbitr. casu 420. n 2. cum seqq.* Gutier. *de matr. cap. 106* Basil. Pont. *de impedim. matr. c. 13. & in suo nouiss. tr. de matrimonij sacramento lib. 7. cap. 49.* 1

Vnde iam patet intellectus ad text. *in præsenti*, vbi D. Ambrosius, seu verius D. Augustin. *lib. 22. contra Faustum, c. 47. & 48.* hanc vxorum pluralitatem ex consuetudine licitam fuisse tradit; obstat enim, quia cùm huiusmodi pluralitas legi naturali repugnet, *d. c. gaudemus*, atque etiam diuinæ institutioni in vno Adamo, et Eua, *Genes. 2.* nunquam consuetudine licita reddi potuit, ex reg. *cap. vlt. in princ. de consuetud.* Quare ex dictis interpretandus est Augustinus 2

quòd loquatur supposita diuina dispensatione, seu reuelatione, de qua *in d.c.gaudemus*, fuit enim Abrahamo, Iacobo, & aliis antiquis Patribus expressa Dei reuelatione vxorum pluralitas concessa, illorúmque exemplo eadem dispensatio per reliquos posteros deriuata est, tum ea dictis rationibus, tum etiam, vt populus ille, qui tunc verum Deum colebat, & exiguus erat, multiplicaretur iuxta diuinam promissionem, & per consequens semper mos ille fundamentum habet in diuina reuelatione, seu dispensatione, vt bene explicat D.Thom.D. Antonin. Driedon.& alij, quos, refert, & sequitur Couar.*d §.3.n.1.& Sanchez d.lib.7. disput.80.n.16.*

3 Ex dictis etiam interpretanda veniunt omnia sacræ paginæ loca, quibus sanctos Patres concubinas habuisse legimus, prout *Genes.c.25.Iudicum cap.19.2.Regum cap.3.& 16.* cum concordantibus, quòd scilicet concubinæ illæ dicebantur vxores minus principales, quæ ducebantur sine solemnitate illa, qua principalis vxor ducebatur, scilicet conuiuij per septem dies, de quo Lyra intelligit illud Genes.cap. 29. *Imple hebdomadam dierum huius copula*, iuncta auctoritate Iudicum cap. 14. *Vxorum Sampsonis septem diebus conuiuij flebant*, vt post Magistr. & Lip. *Genes.c.22.* explicant Gutier. *d.c 7.num.32.* & Henriquez *d. cap.6 §.2.lit.S.* Couar.*de sponsalib.p.2.c.14.in princip. n.9.*

CAP. Sicut satius. VIII.

1 AVgustinus *de bono coniugali cap. 16.* relatus *in hoc text.* ait quòd melius est fame mori, quàm idolothytis vesci, cuius dictum communiter Doctores intelligunt quando formaliter eduntur, idest, vt ibi idolo consecrantur in eius cultum, ita Syluest. *in sum.verbo Iudæus, quæst.1.dicto 2.* Rosell. *eodem verbo n.1.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1. lib. 2.c.31. num.7.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extragremium Ecclesiæ existent. lib.2. cap.41. num.25.* quod ea eo patet, quia cessante scandalo, & iniuria Saluatoris, esto adhuc præceptum illud Apostolorum perseueraret, licitum esset in extrema necessitate carnibus illis vesci, quia cùm præceptum de conseruanda vita sit de iure naturali, & prohibitio illa solùm esset de iure positiuo, quando duo præcepta simul concurrunt, quorum vnum est de iure naturali, & alterum de iure positiuo, iuri naturali, quod præualet, est standum, vt per Molin. *de iust. tractat.5.disp. 62.in fine*, Ægid.de Conink *in tract.de Fide disp.15. num. 54.& 64.*

CAP. Liberorum. XIV. *Hieron.*

1 HVnc text. quatenus probat voluptates, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatas esse, intelligit gloss. *verbo damnatæ, hic*, de veniali culpa, quam sequitur Tiraquell. *l.2.connub. gloss.1.part.2.num.66.* Sanchez *de matrim. lib 9.disp. 11.num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Partus sequitur conditionem matris.*
2 *Fœmina in conceptione est pars debilior.*
3 *Libera vt sit soboles, sufficit vt per minimum temporis spatium in conceptione, vsque ad partum mater libera fuerit.*
4 *Fœmineus sexus debilior est quoad honores.*

CAP. Liberi. XV. & vlt.

EX hoc text. in illis verbis, ibi, *semper qui nascitur deteriorem partem sumit*, iuncta explicatione gloss. *hic verbo deteriorem*, vulgò colligitur partú sequi conditioné matris, vt per Sanch. *de matrim.lib. 7.disp.24.num.8.* vbi ait citata verba huius text. dum innuunt vt filij ex matrimonio habiti sequantur deteriorem partẽ, esse sic intelligenda, idest, debiliorem, qualis est fœmina, quam expositionem apertè colligi ex hoc text. subiungit, quia priùs in eo dicitur filios ex libero, & ancilla habitos esse conditionis seruilis, & statim adiungitur, *semper enim qui nascitur deteriorem partem sumit.* Vide Sayr. *in claui Regia lib. 9. cap.6 num.26.* 1 2

In gloss. *Deteriorẽ partem sumit*. ibi, *& sufficit si per momentum fuit in libero ventre*. Notatur ad hoc quòd sufficit, vt per minimum temporis momentum à conceptione, vsque ad partum mater libera fuerit, vt soboles libera sit, ita tenent Doctores *in cap. fin. de seruis non ordinan.* vbi Host. *num.1.* Ioan. Andr. *n.7.* Butr. *num.2.* Abb. *num.vnico*, Card in. *num.vnico, oppos.1.* Sot. *in 4. distinct.35.quæst.vnica, art.4.colum.2. immediatè ante vers.addit verè*, Molin. *de iust.tract. 2.disp.33.ad fin.* vbi bene subdit id in fauoré libertatis constitutũ esse natura rei postulante potiùs solius partus tẽpus spectandũ, refert. Sanchez *d.lib.7. disp.24.num.10.* vbi *num.11.* intelligit quando ea vi natalium, & status matris esset futura soboles libera, aut seruituti subdita, tunc enim satis est libertas matris minimo temporis momento, quo fœtus fuit in vtero, vt liber sit; secus autem quando [illegible] iure sequelæ status materni futurũ est, vt [illegible] fi. seruus. 3

In ead. gloss. ibi, *vel dic verum deter[illegible] idest, debiliorẽ, quia fœmineus sexus debilior est [illegible] honores* Vide Tiraq. *de nobilit.cap.18.num.21. & l.1.connub. gl.1.p.1.num.57.*

QVÆSTIO.

CAP. proposito. IV. *August.*

1 AVGVSTINVS *de Ciuitate Dei lib 1.c.8.* relatus *in hoc text.* ostẽdit quòd sicut virgo, quæ proposuit se deceptori suo supponere, mente est corrupta, sed integra corpore; sic, quæ inuita patitur violentiam hostis, est integra mente, etsi corpore corrumpatur, quod probat exẽplo Lucretiæ, cuius dictum referunt Sayr. *in claui Regia lib. 1.cap.1.num.4. & lib.3.cap.4.n.6.* Sanch. *de matrim. lib.10.disp. 5.n.13. cum seq.*

2 In gloss. *Vnum admisit* ibi, *immo & ipsa, nisi absolutè fuerit coacta*. Ergo adulterium commissum ab vxore metu cadente in constantem virum oppressa nõ debet ei imputari ad diuortij, & dotis amittendæ pœnam, vt colligi videtur ea *hoc text.* vbi Augustinus Lucretiam excusat ab adulterio, dicens solum accedentem ad ipsam fuisse adulterum, eo quòd coacta sit, ita Abb. *consil.4. num. 3. volum.1.* Iacob de Graff. *in aureis decis.p.2. lib.1. cap.12. num.72. casu 2.*& dicit fortè verum Gregor. Lopez *l.7.verbo per fuerza tit. 9.part.2.* & hanc sententiã probabilẽ asserit Sanch. *d. lib.10. disp.15. num.15.* Cæterùm probabilius est metum non excusare quin liceat viro diuortium facere, quia re vera non excusat à culpa mortali adulterij, & fidei fractæ, quæ causa diuortij sunt; & ad illam culpam mortalem Canones attendunt; vnde cautè hæc gloss. & illam sequentes Archid & Bellã. dixerunt

dixerunt excosare metum à pœna legali adolterij, quæ dolum desiderat, at secundum Canones esse adulterium, quasi seoserint non excusare a pœnis Canonicis, quæ culpam considerant, quales sunt diuortium, & dotis amissio, & ideo hanc partem sustinent Cou. *de sponsal. lib. p. 1. c. 5. in initio, n. 3.* Gaet. *in rep. c. ad limina 35. q. 1. §. 4. n. 217.* Barthol. à Ledesma *dub. 65. de matr. post 3 concl. casu 5.* Henr. *in sum. l. 11. de matr. c. 17. §. 5* Azeued. *l. 1. n. 22. tit. 20. lib. 8. nouæ recop.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp. 5. n. 16.*

Cap. Si Paulus. XI.

Hieronymus.

1 COlligitur vulgo ex hoc text. quod mores, quos in alio reprobat, in se approbare non debet, similis text. *in l. arenam, C. de inoffic. test. c. significasti, de adulter.* Inan. Mari. Nouar. *q. forens. lib. 1. q. 104. n. 15.* vt enim Tullius *in Salust.* ait, carere debet omni vitio, qui in alium paratus est dicere.

2 *Cum omnia possit Deus, suscitare Virginem non potest post ruinam.*] Vide Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 20. n. 12.* Pined. *in vita S. Ioan. Baptistæ, lib. 3. c. 3. §. 2. pag. mihi 270.* Less. *de iustit. lib. 4. c. 3. dub. 16. n. 116.*

3 Vnde vulgò colligitur nec D. O. M. facere posse vt factum infectum sit, prout tenent Alex. de Ales *lib. 1. sent. dist. 42. & p. 1. suæ sum. q. 21. membr. 5. art. 4.* Alphons. Modir. *in §. lex est, Inst. de iure naturali disp. 100. n. 2. cum tribus seqq.* Et Plin. *lib. 2. naturalis historiæ, c. 7. in fine,* sic ait. *Imperfectæ verò in homine naturæ præcipua solatia, nec Deum quidem posse omnia, namq; nec sibi potest mortem consciscere si velit.* Et paulo post, *Nec facere vt qui vixit, non vixerit, qui honores gessit, non gesserit, nullumque habere in præterita ius, præterquam obliuionis.* Et Plinius quoque iunior *in panegyrico ad Traian.* sic dicit. *At in præteritum subuenire, nec Dei quidem possunt.*

Cap. Nec solo. XII.

Augustin.

1 N*Ec solo tactu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur, & appetit fœmina.*] Circa tactum sciendum est illum de se & intrinsece non esse malum, sed indifferentem, quia formaliter nomine tactuum expressa est quædam actio sensus, quæ de se mala non est, & potest fieri licitè causa est honesta, & illicitè si inhonesta sit, secundum D. Th. 2. 2. *q. 154. art. 4.* quem omnes sequuntur. Vnde esse peccata mortalia tactus ob delectationem veneream habitos inter solutos, sicut & ipsam copulam, resoluit Sanch. *de matr. lib. 9. disp. 46. num. 4. cum seqq.*

2 Sic etiam aspectus obiecti turpis mortales esse, sicut & tactos ob delectationem resoluunt Tabien. *in sum. verbo cogitatio, q. 8. n. 9.* Armil. *verbo impudicitia, n. 1.* Iacob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. lib. 2. c. 75. n. 10. & c. 78. n. 16.* Nauar. *in c. si cui, de pœnit. dist. 1. n. 9.* & alij quos refert Sanch. *d. disp. 46. n. 21.* vbi dicit satis probabilem, sed *n. seq.* ait discrimen esse inter visum, & tactum.

Cap. Si vxorem. XVIII.

1 E*Xcepta fornicatione.*] Ex his verbis colligit Sanc. *de matr. lib. 10. disp. 17. n. 3.* quod ob nullum crimen aliud à fornicatione carnali, vel spirituali, licet coniugibus diuertere si coniux illo implicitus non

pertrahat alterum ad peccandum.

Item idem Sanch. *d. lib. 10. disp. 18. n. 18* colligit ex hoc text. ob nullum infortunium esse coniugem dimittendum, nisi existente graui periculo, quia intelligitur hic text. quando id periculum non imminet. 2

In gl. 1. Vtrum coniux sanus teneatur cum leproso habitare, vide late Sanch. *de matr. l. b. 9. disp. 24. num. 26. cum seqq.* 3

In ead. gl. ibi, *quod autem dicitur extra eod. c. 1. quod non cogitur sequi, potest intelligi in eo casu, quando reliquus hoc non petit, nam si peteret, bene teneretur sequi.* Ita Alexand. de Neuo *n. 11.* & Præpos. *n. 4. in eod. c. 1. de coniug. lepros.* Sanch. *disp. 24. n. 32. in fine.* 4

Cap. Præcepit. XIX.

Hieronymus.

EX hoc text. vulgo colligitur coniuges esse pares in diuortio causa adulterij celebrandi, ac proinde sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere, ita è contra vxor innocens à viro adultero, vt per Roland. *cons. 50. n. 5. & 6. vol. 1* Bursat. *cons. 218. n. 8. vol. 2.* Gaet. *in repet. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 205.* Petr de Ledesma *de matr. q. 12. art. 4.* D. Barbos. *in rub. ff soluto matr. p. 2. n. 3.* quos refert, & sequitur Sanch. *de matr. lib. 10. disp. 3. n. 6.* 1

Cap. Apud nos. XX.

QVod non licet fœminis, æque non licere viris, ex hoc text. colligit Tiraq. *l. 15. connub. n. 168.* Sayr. *in claui Regia, lib. 8. cap. 3. num. 1.*

Cap. Christiana. XXXIII. & vlt.

Innocent.

PRobatur in hoc cap. quod vxor potest æque accusare virum suum, sicut è conuerso poterit vir vxorem, de quo vide Farin. *in praxi crimin. p. 6. q. 141. n. 105.* Sayr. *in claui Regia l. b. 8. c. 3. n. 1.* Lod. Beia. *resp. casuum conscient. p. 2. casu 27.*

Qvæstio. VI.

Cap. Nihil iniquius. I.

Augustinus.

EX hoc text. colligi videtur viro adultero licitum esse vxorem adulteram in foro etiam conscientiæ criminaliter accusare, cùm August. relatus *in præsenti text.* dicat nihil iniquius esse quàm virum eodem vitio laborantem accusare adulteram de eodem crimine. Sed contrarium verius est, & expresse docent Petr. de Ledesma *de matr. q. 62. art. 1. d. 3.* Barthol. à Ledesma *dub. 68. ad fin. de matr.* Henriq. *in sum. lib. 11. c. 17. §. 3. ad fin.* Constat enim viro accusante vxorem adulteram criminaliter minimè admitti exceptionem similis adulterij, quia in hac accusatione sunt dispares, secundum Sot *in 4. dist. 37. q. vnica, a. 3. ad fin. corporis,* Cou. *de sponsal. p. 2. c. 7. §. 6. n. 5.* Petr. de Ledesma *de matr. q. 62. a. 1. dub. 3.* Perez *l. 1. verbo tres bienes tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 21.* & quoad accusationem criminalem non compensari adulteria coniugum resoluunt plures, quos plena manu refert Cened. *ad Decret. collect. 166. n. 4 vers. ex* 1

quibus resolue. intelligenda igitur venit auctoritas Augustini *in praesenti*, & iura similia quoad poenas ciuiles, videlicet separationis thori, amissionis dotis & bonorum adulterae, & donationis propter nuptias, in his enim mutua adulteria compensati resoluunt Couar. *de sponsal.p.2.c.7.§.6.n.5.* Roias *sing.214 in fine*, Quesad. *in suis q.iuris c.18.n.vnic.sasn 5.* Garc. *reg.596.n.9.* Azeued. *n.24.& l.4. n.30. tit.20. lib.8. noua recop.* Philiarch. *de officio Sacerd. tom.1. part.2. lib.4.c.19.§.quartò peccat*, Suid. *de aliment.tit.7.q.16. n.74.* Cened. *d.collect.166.n.4.* D. Barb. *in l.2.in princ. p.1.n.97.& 99. & l. viro atque vxore 40.n.2.ff.soluto matrim.*

Cap. Non moechaberis. V. & vlt.

1 Ex hoc text. vulgo colligitur maritum caput esse vxoris vt per Nouar. *q.forens.lib.1.q.133.n.2.* Vnde mariti radiis illustrati vxorem probat *l.foemina 8. l.nuptia 12.ff.de senatorib.l.mulieres 6. C. de incol.lib. 10.l.mulier.13.C.de dignitat.lib.12.* Piehard. *in desp. de nobilit.commun.inter vir.& vxor.n.35.cum seq.*

Quaestio VII.

Cap. Interueniente. I.

Hieron.

1 Notari solet hic text. ad hoc quod propter adulterium fit inter coniuges separatio thori, vt per Sanch. *de matr. lib.10.disp.3. n.2. vers.prima*, Farinac. *in praxi crimin. p.5. q.143.n.9. cum seqq.* Et mulieri, quae de adulterio accusatur, litis sumptus debentur, & alimenta, ad eaque maritus tenetur, vt per Cornel. Benincas. *de priuileg. pauper.spec.2. in iudicio n.5.* Ioseph. Lud. *dec.46. n.4.* Palat. *in repet.c.per vestras, §.39.n.1.& 5.* Clat. *§.adulterium, n.17.* Thom. Triuisan. *dec. 16.n.6.lib.2.* D. Barb. *in l.1.p.1. n.58. ad fin.ff.soluto matr.* Valasc. *consf.1. n.4.* Costa *ad remed. subsidiar.remed.100.n.12.* Gutiet. *canon.lib.1.q.24.n.7* Alex. Trentacinq. *var.resol.lib.1.tit.de aliment. resol. 1.n.37.* Ceuall. *commu. contra commu. q.734. n.22. cum seq.* Sebast. Guazin. *de defens. reorum lib.1. defens.6. circa priuilegia carceratorum c.1.n.1.* Fontanel. *de pactis nuptialib.tom.2.claus.6.p.4.gl.2.n.66.& 67.*

Summarium.

1 *Coniuges sunt pares in diuortio causa adulterij celebrandi.*

2 *Actio nulla acquiritur coniugi adultero, vt repetat innocentem, qui post diuortij sententiam adulteratus est, integrum tamen erit iudici, vt eos conciliet ex officio illos cogens quò fornicationis periculo consulatur.*

3 *Vir fornicans post diuortij sententiam, quae transiit in rem iudicatam, minimè tenetur admittere vxorem ob adulterium à se derelictam.*

Cap. Apostolus. III.

1 Augustinus *super epist.1.D. Pauli ad Corinth.c.7.* relatus *in hoc text.* probat coniuges esse pares in diuortio causa adulterij celebrandi, ac proinde, sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere, ita è contra vxor innocens à viro adultero, vt pe- c

Roland. *consf.50.n.5.& 6.vol.1.* Gaet. *in repetit.c.ad limina 30.q.1.§ 4.n.205.* D. Barb. *in rub.ff.soluto matr. p.2.n.3.* & alios plures, quos refert, & sequitur Sanchez *de matr.lib.10.disp.3.n.6.*

2 In gl. *Viro*, Collige ex gl. nullam actionem acquiri coniugi adultero, vt repetat innocentem, qui post diuortij sententiam adulteratus est, atque ita ea delicta minimè compensari, integrum tamen esse iudici, vt eos conciliet ex officio suo illos cogens, quo fornicationis periculo consulatur, vt per Archid. *n. vnic.super gl.mulieri*, Bellam. *n.2.* & Turrec. *art.1.n.1. in praesenti*, Philiarc. *de officio Sacerd.tom.1.p.2.lib.2.c. 17.ad fin.* Petr. de Ledesma *de matr. q.62. art.6. dub. vnico, concl.2.* Batthol. à Ledesma *dub.70. de matr.ad fin.* Henriq. *in sum.lib.11.de matr.c.17. §.3.* Sanch *de matr.lib.10.disp.9.n.30.* vbi intelligit quando sententia illa diuortij transit in rem iudicatam, eo quod decendium appellationi concessum fit transactum, vel si fuerint tres sententiae latae.

3 Ex hac gloss etiam colligunt praecitati Doctores virum fornicantem post diuortij sententiam, quae transiit in rem iudicatam, minimè teneri admittere vxorem ob adulterium à se derelictam, prout eos refert Sanchez *d.disp.9.n.32.*

Cap. Omnes. VII. *Hieron.*

1 Gloss. *verbo sodomita, in praesenti text.* disputat adeo obscurè quaestionem illam, vtrùm peccatum sodomiae sufficientem causam diuortio inter coniuges praebeat, vt nesciatur cum qua opinione remaneat, quicquid sit, illa verior est sodomiam sufficere ad diuortium, vt per Sot. *in 4.dist.36. q.vnica, art.1.vers.vtrum verè*, Petr. Sot. *lect.12. de matr.col. penult.vers.tertium est*, Iacob. de Graff. *in aureis dec.p. 1.lib.2.c.84.n.15.* Petr. de Ledesma *de matr. q.62.art. 2.dub.4.* Batthol. à Ledesma *dub.64.de matr. concl.2.* Franc. Marc. *dec.529 n.7. p.1.* Couar. *de sponsalib.p.2. c.7.§.1.n.6.* Clar. *§.Sodomia, vers.penult.* Gaet. *in repet. c.ad limina 30.q.1.§.4.n.206.* Menoch. *de arbitr. casu 286.n 15.* D. Barb. *in rubr.ff.soluto matr.p.2.n.30.* Farinac. *in praxi crim.q.143.n.83.* latè Sanch. *de matr. l. 10.disp.4.n.3.cum seqq.* vbi n.9. post multos, quos refert, & sequitur tenet per hanc gl. non satis esse ad diuortium pollutionem extraordinariam habitam cum tertia alia persona.

Cap. Offerebat. XII.

2 Ambrosius *de Patriarchis lib.1. de Abraham c. 6.* relatus *in hoc text.* factum Loth à culpa vendicat, qui, vt refertur *Genes.19.* sodomitis libidine furentibus abutendi hospitibus, quos domi exceperat, proprias filias stuprandas obtulit, illum etiam à culpa excusant Caiet. *2.2.q.78.art.4.notab.3.ad fin.* idem Caiet. Honcal. & Oleaster Collusitanus noster *in d. locum Genes.19.* Couat. *de sponsalib. p.1.c.4. in initio n. vlt.ad fin.* Valent. *2.2.disp.5.q.21. puncto 4.col.2. vers. & hoc ipsum*, Molin. *de iustit.tr.2.disp.335.in fine*, Aragon. *2.2.q.62. art.7. col.15. in solut.ad 2.* Carbon. *de restit.q.69.post 3.concl.* at in modo excusandi discrepant; nam Ambr. Aragon. & Carbon. excusant, quod minus delictum fit secundùm naturam coire, quàm contra naturam delinquere. Alij verò, quod Loth non suaserit filiarum stuprum, sed materiam minoris mali obtulerit; sic Caiet. Oleast. Cou. Valent. nuper allegati. Alij deniq; eum excusandi modum explicant, vt Loth minimè obtulerit filias ea mente, vt sodomitae illis abuterentur, sed quo ea submissione illius deflecti ab hospitum sodomitico abusu temperaren

ratentur, vt si quispiam in se vehementer indignanti pugionem offerat, dicens, Me eneca, non eo animo, vt is mortem inferat, sed vt ea submissione placatus iram sedet, sic Caiet. & Oncal. *in eundem locum Gen. cap.* 19. Molina *proximè cit. loco.* Vide quæ *suprà* dixi *ad c. duo mala* 13. *dist. n.* 12. *&* 13.

2 *Hospitalem gratiam,* &c.] De hospitalitatis iure, & vtilitate agunt Cæli. Rhodigin. *lib.* 19. *lect. antiq. c.* 16. *& lib.* 18. *c.* 5. Alex. ab Alex. *lib.* 4. *dierum Genial. c.* 10. Io. Bussæ. *in virid. Christ. virt. verbo hospitalitas,* Marul. *de memorab. l.* 1. *c.* 7. Ant. Sabelic. *l.* 7. *c.* 6. Theatrum vitæ hum. *vol.* 14. *lib.* 2. *ex pag.* 2897. Th. Bozi. *de signis Eccl. Dei, lib.* 23. *c.* 14. *circa fin.* Dec. *resp.* 66. *n.* 37. *vol.* 3. Rutil. Benzoni. *d. an. Iubil. lib.* 6. *c.* 6. *ex pag.* 622. Marquez *in guber. Christiano, lib.* 1. *c.* 27. *pag.* 161.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo loci excusat delinquentem à pœna.*

2 *Intellige in iis, quæ sunt prohibita de iure positiuo, secus in prohibitis de iure naturali, vel diuino.*

3 *Consuetudo excusat à pœna temporali, non verò à pœna peccati, vel æternali.*

Cap. Flagitia. XIII.

Augustinus.

1 GLoss. *verb. quæ si omnes, in præsenti text.* tenet consuetudinem loci excusare delinquentem à pœna, similis gl. *verbo migrasse, in fine, in c. cum venerabilis, de consuet. & verbo antiqua, in c. sanè, de temporib. ordinat.* tradunt Franc. Cremens. *sing.* 150. *incip. mos puerorum,* Petr. *sing.* 83. *n.* 4. Marc. Ant. *sing.* 13. *n.* 2. *&* 3. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 42. *n.* 1. *cum seqq.* Ant. Gabr. *com. opin. lib.* 7. *tit. de criminalib. concl.* 7. *n.* 19. *&* 25. *in fine,* Octauo. Cachetan, *cons.* 66. *n.* 37. *&* 38 *in fin.* Lud Peguera *dec. crimin.* 34. *n.* 1. Bertazol. *cons.* 132. *n.* 1. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 400. *post n.* 9

2 Intellige in iis, quæ sũt prohibita de iure positiuo, secus autẽ in prohibitis à iure naturali, vel diuino, vt ex hac gl. colligunt Tiraq. *de pœnis temper. causa* 42. *n.* 15. Ludou. Peguera *d. dec. crim.* 34. *num.* 3 *&* 5.

3 Declara consuetudinem excusare à pœna temporali, non verò à pœna peccati, & æternali, vt per Grammat. *dec.* 50. *n.* 3. *& seq.* Tiraq. *d. causa* 42. *n.* 2. *cum seqq.* Roland. *cons.* 75. *n.* 47. *lib.* 1. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 95. *num.* 42.

SVMMARIVM.

1 *Adulterij crimen est damnabile, & grauissimum.*

2 *Adulterium grauius est inter omnia crimina, quæ contra proximum committuntur.*

3 *Adulterij crimen est adeò exosum, vt bruta etiam animalia illud detestentur.*

4 *Homicidium grauius est adulterio.*

5 *Declaratur l. codicillis, aliàs l. Lucius* 88. *§. matre, ff. de legat.* 2.

6 *Declaratur l. transigere, C. de transact.*

Cap. Quid in omnibus. XVI.

Ex epist. 1. Clementis.

1 EX hoc text. colligitur adulterium crimen esse damnabile, & grauissimum, vt per Farinac. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 141. *n.* 3. *cum seqq.* vbi hunc text.

citat, & inter omnia crimina, quæ cõtra proximum 2
committuntur illud grauius asserunt D. Thom. 2. 2. *q.* 73. *art.* 3. Gou. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 7. *§.* 7. *n.* 16. Tiraq. *de nobilit. c.* 23. *n.* 10. Spin. *in speculo testam. gl.* 16. *princ. n.* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 290. *à princ.* quod adeo exosum est, vt bruta etiam animalia illud detesten-
tur, vt commemorant Tiraq. 13. *connub. à princip.* 3
Menoch. omnino videndus *de arbitr. casu* 429. *à princip.* Less. *de iustit. lib.* 4 *cap* 4. *dubitat.* 10. *num.* 71.

In gl. 1. Probat hæc gl. homicidium grauius esse 4
adulterio, quia illud est contra primum mandatum secundæ tabulæ, hoc vero contra tertium, quam ab omnibus receptam, quoad hoc prædicant Nauar. *in cap. inter verba* 11. *q.* 3. *concl.* 4. *sub num.* 25. Bart. *in l. transigere, num.* 2. *Cod. de transact.* vbi Padil. *num.* 76. D. Thom. 1. 2. *q.* 100. *art.* 6. *in corpore ad finem,* Sot. *de Iustit. lib.* 5. *q.* 1. *a.* 3. Corras. alios referens *lib.* 2. *misc.*
cap. 1. Quibus primo non obstat generalitas huius 5
text. quia latè respondent supracitati Doctores. Secundo non obstat text. *in l. codicillis, alias l. Lucius* 88. *§. matre, ff. de legat.* 2. ibi, *& alius mihi deteriora fecit,* iunctis præcedentibus verbis, in quibus agitur de homicidio, & iuncto etiam intellectu aliorum de adulterio intelligentium verbum illud, *deteriora,* quos refert Dec. *in c. at si clerici, de iudic. §. de adulteriis, n.* 5. post alios Tiraq. *d. l.* 12. *connub. n.* 27. Padil. *vbi proximè n.* 72. quia respondetur, quod in eo text. nec constat dictum verbum, *deteriora,* agere de adulterio cùm possit intelligi de aliis criminibus homicidio grauioribus, vt bene aduertit Nauar. *d. n.* 23. nec si id constaret ex littera eiusdem text. adhuc concluderet adulterium de se, & secundum æstimationem communem moralem esse grauius homicidio, cùm dictum verbum, *deteriora,* & alia *ibidem* contenta in eadem oratione non sint Iureconsulti, aut Legislatoris, sed cuiusdam priuati, nempe testatoris ex priuata tantum opinione, & domestico dolore pluris sibi æstimantis, & ægrius ferentis adulterium vxoris, quàm occisionem filij, de qua *ibi,* cùm tamen hæc illo grauior sit de se, vtpote priuans
bono externo maiori, & magis necessario ad con- 6
suetudinem speciei, & omnino irreparabili secundum legem ordinariam, vt in terminis resoluunt Corras. & Padil. *d. locis.* Tandem non obstat text. *in d. l. transigere;* nam licet ibi transactio, quæ super homicidio, & aliis grauissimis criminibus pœnam sanguinis inferentibus admittitur, reprobetur in adulterio, tamen id non contingit ex eo, quod adulterium sit grauius homicidio, vt minus bene existimarunt alij post gl. *in rub. ff. ad legem Iuliam de adulter.* quos merito ex dictis improbat Bart. *in d. l. transigere n.* 2. sed potius contingit ex aliis rationibus, quæ facilè videri possunt apud eundẽ, & apud Paul. *ibi n.* 4. & alios communiter, vt per Fulgos. *n.* 5. & Padil. *n.* 77. *ibidem,* & Clar. *in pract. lib.* 5. *§. final. q.* 58. *sub n.* 11. Cabed. *Lusitan. dec.* 215 *n.* 7. *part.* 1. Sanch. *de matr. lib.* 10. *disput.* 6 *à n.* 10. de qua etiam re agit remissiuè D Barbos. *in l.* 2. *in princ. part.* 1. *n.* 115. *ff. soluto matr.* Cuiac. *lib.* 6. *obseruat. c.* 6. *ad fin.* & alij plures, vt per Cened. *ad Decretum collect.* 12. *sub n.* 6.

Cap. Vxor à viro. XVII.

Ambrosius.

AMbros. *in comment. ad* 1. *Corinth.* 7. ex quo loco 1
desumitur hic text. illi, qui ob adulteriũ dimittit vxorem, nuptias permittit, quo testimonio contra veritatem Catholicam tot Conciliorũ decretis, & Pontificum constitutionibus approbatam, de qui-

bus Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 80. à princ.* vtuntur hæretici, nec hæretici solùm, sed Catholici, videlicet Catherinus, Ioan. Arboreus *lib. 1. Theosoph. c. 35.* Couar. *de sponsalibus, part. 2. cap. 7. §. 7. n. 12.* & recensiores in Gregorianum decretum adnotationes eandem sententiam Ambrosio tribuerunt.

2 Quare nonnulli huius text. difficultate oppressi commentaria illa in Paulum non esse Ambrosij scripta, sed Ambrosio potiùs adscripta asseruerunt; at Cassiodor. *de diuinis lect. cap.* 8. Ambrosium in Paulum commentarios edidisse testatur; alij maculatos ab hæreticis, & illi insertam, aut iotrusam potiùs esse sententiam existimant.

3 Verùm placet Ambrosium dum docet vxorem non posse adulterum maritum dimittere, & alij nubere, posse tamen maritum rationem habuisse legis Iuliæ, & Imperatorum, ac forensis iudicij suo tempore receptissimi, non verò Christi, atque cœlestis; cùm enim de diuina egit, semper docuit æquam viri & mulieris esse rationem, vt constat ex *lib. de Abraham cap. 4. & 7. & in Lucam cap.* 16. Et ideo cùm *in hoc text.* dicit Ambr. *Non enim permittitur mulieri, vt nubat si virum suum causa fornicationis dimiserit, quia inferior non omninò hac lege vtitur, quia potior,* de permissione ciuili, & lege loquitur, quæ potiorem habet causam viri, quàm vxoris, vt & Augustinus testatur *lib. de adult. coniug. c. 8.* & Chrysost. *in sermone de bello repudij.* Cùm autem ad finem de viro subdit, *Quia viro licet ducere vxorem si dimiserit vxo-*
1 *rem peccantem, quia non ita lege constringitur vir sicut mulier,* verissimum est de Ciuili lege, quam optimè nouerat Ambr. Iurisprudentiæ studiis ab ineunte ætate deditus, eo loci loquutum fuisse, quam interpretationem tetigit Francisc. Turrian. *lib. 5. pro epistolis Pontificum, c. 11.* sibique olim placuisse dicit, & eam multis exornauit Ferdinandus de Mendoça *lib. 2. de confirmat. Concil. Illiber. cap. 20 per totum.*

Cap. Quod proposuisti. XVIII.

Gregorius III.

GRegorius III. cùm quæreretur à Bonifacio Episcopo, quid faciendum viro esset, cuius vxor infirmitate correpta non poterat reddere debitum, respondit *epist. 14.* vt aliam ducat, prioris tamen curam non abiiciat, sicut habetur *in hoc text.* vbi Gratianus istud caput Gregorij non solùm sacris Canonibus, sed etiam Apostolicis, & Euangelicis doctrinis aduersari dicit, quas refert Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 80. à princ.*

2 Sed ne cum Gratiano Gregorium de imperitia sacrorum Canonum parum modestè arguamus, vno è duobus modis diuinaos potius illum interpretari posse censeo; si enim nacti essemus epistolas, aut consultationes Bonifacij, quibus ille respondet, facilius legitimam eius text. interpretationem assignare possemus. Dico ergo vel intelligendum cum Archidiacono, Turrec. & Card. Bellarm. *lib. 4. de Romano Pontif. cap. 14.* & aliis, de fœmina infirmitate arctationis correpta, i. quæ ita arcta erat, vt à viro cognosci non posset; meritoque dicit Pontifex bonum viro, si sic permanserit, solebant enim, quas vt vxores habere non poterant, retinere vt sorores, i. sine copula maritali, & actibus, vt ostendi ad *c. 1. 33. quæst. 1.* & in effectu Sot. *in 4. dist. 33. quæst. 1. art. 2. in fine corporis,* Menoch. *de arb. casu 420. n. 95.* Bellarm. *lib. 1. de matr. cap. 11. in fine,* quos refert Sanchez *dict. disp. 80. num. 16. vers. ad 5.* tenent priorem non fuisse legitimam vxorem ob impedimentum perpetuum, idque solum declarasse Pontificem. Quòd si obiicias non videri iudicare prius matrimonium nullum cùm dicat non debere virum à priore vxore debitum subsidium auferre, respondebitur cum gloss. *hic verbo nubat,* intelligi de dote restituenda, aut si de alio subsidio accipiatur, esse consilium. In hunc ferè explicandi modum coincidit alius, quem præstat Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 5. quæst. 3. vers. octauò obiicitur,* dum ait Gratianum fuisse deceptum, quòd putauerit huiusmodi Gregorij decretum locum habere in vxore, quæ post matrimonium contractum infirmitate correpta viro suo debitum reddere non potuit, cùm tamen, vt rectè gloss. annotat *in cap. de libellis 20. dist.* Gregorius loquutus fuerat de ea, quæ ante matrimonium per infirmitatem inepta erat, & inhabilis ad copulam coniugalem, quæ in Schola Theologorum, & iuris Canonici interpretum dici solet arcta, hoc enim modo loquutus est etiam Gregorius I. *in epist. ad Augustinum Anglorum Episcopum* & refertur *in cap. requisisti 33. quæst. 1.* Dico etiam explicari posse de fœmina nondum cognita, & de matrimonio rato non consummato, quæ in grauem aliquem morbum inciderit, eùmque perpetuum, coniux volebat ad secunda vota transire, idque indultum à Gregorio. Aliquando enim Pontifices in matrimonio nondum consummato dispensarunt; forsanque cùm olim ferè omnes dispensationes, quæ nunc Pontifici reseruatæ sunt, penes Episcopos essent, nonnullique in dissoluendis matrimoniis non consummatis ex infirmitate accedente potestate abuterentur, vel nonnulli seculares ea dissoluere propria auctoritate licere sibi existimarent, id vetuit Conc. Aurelianen. II. c. 11. *Matrimonia contracta, infirmitate accedente nulla voluntatis contrarietate soluantur.* Ex quo suspicari possumus iudicasse nonnullos sicut sponsalia ob morbum superuenientem dissoluuntur, dissolui etiam matrimonium, cuius oppositum declarat Concilium, non tamen inde colligi potest duo simul constitisse matrimonia, sed vno dissoluto, aut quod dissolutum iudicabant, alterum contractum.

Cap. Si quis viduam. XX.

PRobat hic text. incestum cum consanguineis propriæ vxoris matrimonio ineundo impedimentum præstare, vt per Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 15. à prin.* & quamuis omnes textus *toto tit. de eo qui cognouit consanguineam vxoris,* vbi id impedimentum statutum est, de solo viro cognoscente vxoris consanguineam loquantur, tamen absque dubio idem prorsus impedimentum incurretur, si è contra vxor incestum committat cum consanguineis viri, cùm eadem prorsus sit ratio, prout resoluunt Sarmien. *lib. 7. select. c. 10. statim in prin.* Verac. *in speculo coniug. p. 1. art. 23. concl. 2.* Gaet. *ad c. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 295.* Gutier. *canon. l. 1. c. 23. n. 5. & 21.* Mariens. *ad rub. tit. 1. gl. 1. n. 1. & 7. nouæ recop.* Sanch. *d. disp. 15. n. 2.* 1

Et postea cum filiastra sua, &c.] Notatur ad hoc quod incestus cum propriis consanguineis matrimonio contrahendo impedimentum præstat, vt per Doctores citatos *in gloss. fin. c. de incestis 35. quæst. 3.* vbi probabilius reputo huiusmodi incestum minimè impedire matrimonium. Ad text. *in præsenti* respondent Castro *lib. 1. de lege pœnali, cap. 7. ante fin.* & Sanchez *d. disp. 15. num. 17. in princip.* non de omni coniugio loqui, sed de solo coniugio incestuoso inter ipsos consanguineos contracto, & iubetur id matrimonium ita separari, vt ampliùs ad talem copulam incestuosam non veniant. 2

Cap.

Cap. Qui dormierit. XXI.

1 GLoss. *verbo neutram, vers. nec distinguo, an fuerit occultus, in præsenti text.* insinuat ex incestu etiam occulto admisso à viro cum consanguineis suæ vxoris matrimonio ineundo matrimonium consurgere, vt per Castr. *lib. 2. de lege pœnali, c. 5. vers. rursus quinto argumento*, Gutier. *canon. lib. 1. c. 23. n. 8.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 15. n. 13.* vbi reprobat Fr. Lud. Lop. & Emman. Sà contrarium tenentes. Affinitas enim æquè contrahitur ex copula occulta, ac si publica esset, & ex incestu quantumuis occulto oritur priuatio debiti petendi, vt per Sot. *in 4. dist. 37. q. vnica, art. 2. vers. secunda concl.* Sanchez *d. tract. de matr. lib. 9. disp. 27. n. 3.*

Cap. Si quis cum nouerca. XXIV.

Ex Concil. Tribur.

1 ALlegatur hic text. ad hoc, quòd incestas nuptias contrahentes non possunt cum aliis contrahere matrimonium, vt per Menoch. *de arbitr. casu 502. num. 89. & 106.* Petr. Gregor. *syntag. iuris, lib. 9. cap. 11. n. 4.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 149. num. 142.*

Cap. Hi qui. XXV.

Nicolaus.

1 PRobat hic text. matrimonium non dirimi propter infirmitatem, seu quamcumque aliam impotentiam superuenientem, de quo vide citatos per Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput.* 1 na. *n. 3.*

Cap. Neque furiosus. XXVI.

Fabianus.

1 VVlgò allegatur hic text. ad hoc quod furiosi matrimonium contrahere non possunt, vt per Gregor. Lopez *lib. 6. verbo el que fuese tit. 2. part. 4.* Couar. *de sponsalibus, part. 2. cap. 2. num. 8.* Iacob de Graff. *in aureis dec. part. 2. lib. 2. cap. 12. num. 27.* Henriquez *in sum. lib. 11. de matr. c. 4. §. 3.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 3. num. 79. &* 80. Sanchez *de matr. lib. 1. disp. 8. num. 15.* vbi subdit textum *in præsenti* intelligendum esse de matrimonio contracto ante furorem, vt sensus sit furiosum nullo modo posse contrahere matrimonium furoris tempore, sed si contraxerit (videlicet ante furorem) separandum non esse matrimonium propter furorem superuenientem, & *num. 16.* intelligit quando furiosus perpetuo furore laboraret, si enim dilucidis interuallis gaudeat, potest eo tempore sponsalia & matrimonium contrahere, quia tunc rationis vsus particeps est.

2 *Sed si contractum fuerit, non separentur.*] Notatur ad hoc quod impedimentum furoris superueniens vinculum matrimonij non dissoluit, vt explicent Theologi *in 4. dist. 34.* vbi D. Thom. & Sot. *art. 4.* Couar. *de sponsalibus, part. 2. cap. 2. num. 5.* Socin. *cons. 47. num. 4.* Orosc. *in l. patre furioso, num. 12. ff. de his, qui sunt sui,* Boer. *dec. 23. num. 68.* Anton. Gomez *l. 3. Tauri num. 6.* qui etiam exactè tractant quomodo furor, vel amentia probentur.

CAVSA XXXIII.

QVÆSTIO I.

GRATIANVS *in sum. vers. verùm,* in ea est opinione, vt existimet impotentiam perpetuam superuenientem matrimonio nondum consummato, illud dirimere, cuius tamen contrarium communi Doctorum calculo recipitur, & tenent Verac *in speculo coniug. part. 1. art. 38. concl. 2.* Valent. *part. 4. disput. 10. quæst. 5. puncto 3. vbi de impotentia, vers. dixi autem*, Gaet. *in repet. capit. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 118. num. 329. & q. 234. n. 537.* Vinald. *in candelabro aureo, part. 1. vbi de matrimon. num. 236.* Bartholom. à Ledesma *de matrimon. dub. 48. concl. 4.* Henriquez *in sum. lib. 11. de matr. cap. 16. §. 7. & lib. 12. cap. 8. §. 3.* Matiens. *ad rub. tit. 2. gloss. 1. num. 192. lib. 5. nouæ recop.* 1

SVMMARIVM.

1 *Impotentia perpetua ad copulam siue ex natura, siue ex accidenti proueniat, siue sit respectu omnium siue vnius tantum, iure naturali impedit matrimonium, ita ut contractum non valeat.*
2 *Declaratur cap. requisisti, hac eadem causa, & quæst.*
3 *Declaratur l. si serua 46. §. vlt. ff. de iure dot.*

Cap. Quod autem. I. cum seqq.

Gregorius.

COllige ex text. perpetuam impotentiam ad copulam siue ex natura, siue ex accidenti proueniat, siue sit respectu omnium, siue vnius tantùm, iure naturali impedire matrimonium, ita ut contractum non valeat. Ratio est, quia matrimonium institutum est in officium naturæ, in remedium concupiscentiæ, media autem à natura, & ipsius auctore Deo in aliquem finem ordinata omnia aptissimè, & maximè consentanea esse debent, sed non aliter remedium matrimonij est medium opportunum ad illum finem, nisi in contrahentibus detur potentia, vt patet. Igitur ab ipso fine necessarium est agnoscere non posse ab eo matrimonium contrahi, qui impotentiam habet perpetuam. Rursus consensus matrimonialis includit essentialiter obligationem ad copulam, quia est contractus quidam, quo se mutuo coniuges obligant ad debitum reddendum, vt docet D. Th. *in 4. dist. 28. q. 1. art. 4. & in addit. ad 2. part. q. 98. art. 1.* Scot. S. Bonauent. & Ricard. *in 4. dist. 31. q. 1. &* 2. Sed his, qui potentiam non habet, non potest se ad id obligare, quod præstare non potest, quia impossibilium obligatio non est, *reg. impossibilium, de regulis iuris, lib. 6.* Igitur fieri non potest, vt valeat matrimonium ab illo contractum, qui perpetuam impotentiam habet. Quibus rationibus ita resoluunt D. Th. *in 4. dist. 34. q. vnica, art. 2. ad 1.* & *ibi* Bonauent. *art. 2. q. 1.* Syluest. *verbo matrimonium 6. q. 5. d. 3.* Henriquez *in sum. lib. 12. cap. 7. §. 5.* Spin. *in speculo testam. gloss. 55. in princ. num. 99.* plures quos refert, & sequitur Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 98. n. 2.*

Non obstat *cap. requisisti infrà hac ead. causa, & q.* cui similis *in c. consultationi, de frigidis, & malefic.* quatenus habent quod illi, qui nubunt impotentibus, debent habere vt sorores, quas non possunt 2

tanquam vxores,ac proinde matrimonium inter illos videtur ſubſiſtere , quia reſpondent gl.*verbo pro vxore,in d.c.requiſiſti,& gl. vlt.* ab omnibus recepta *in d.c.conſultationi*,vbi Abb.*n.*4. & Præpoſ.*n.*2.procedere illa iura ex conſilio,non ex præcepto. Verùm non videtur hæc interpretatio ex mente Pontificum,neque conuenit verbis illorum iurium,primò, quia text *in d.c. conſultationi* , inquit quòd Eccleſia Romana conſueuit in ſimilibus iudicare,quæ verba important præceptum , non conſilium. Secundò, quia non erat opportunum conſilium illud abſque vlla cauſa iuſta manifeſtum,inde continentiæ periculum ſuadebat. Tandem, quia illa iura non diſtinguunt inter ſcientes,& ignorantes, vt DD. faciunt. Quapropter longè verius eſt reſpondere antiquos Pontifices propter rei difficultatem, quia probationes huius impedimenti incertæ ſunt , & incertum Eccleſiæ iudicium de illis, propter quod ſæpe contingebat,vt ſeparati coniuges propter hoc impedimentum poſtea habiles reperirentur,vt conſtat ex c. *fraternitatis,de frigid.* item ſæpe coniuges hac occaſione arrepta in legitimum matrimonium conſpirabant , ſicque vera & rata coniugia ſæpe dirimebantur , in hoc dubio antiqui Canones iudicabant ſatiùs eſſe , vt coniuges ſic manerent , & eas haberent, vt ſorores, quamuis diſſoluto matrimonij vinculo efficeret , vt aliquando legitimum coniugium dirimatur,quia videbatur minus periculum matrimonium ſub ea forma retinere , quàm per errorem ſoluere. Poſtea verò nouiores Pontifices animaduertentes graue periculum eſſe matrimonium retinere dato impedimento, conſtiterunt vt ſi perpetua impotentia probari poſſet , aut per veras & concludentes probationes,aut per coniecturas , matrimonium iudicio Eccleſiæ dirimeretur,vt probat *d.cap. fraternitatis,cap.vlt. de frigidis , & malef.* idque cùm alter,vel vterque reclamaret,quòd ſi ambo conſentiant,adhuc poſſint in eodem conſortio permanere tanquam fratres , vt probat *cap. laudabilem, eod.tit.* ibi,*quod ſi ambo conſentiant , dummodo non appareat eos non ſeruare fraternam continentiam.* quia tunc ſeparari debent etiam inuiti ſi de impedimento conſtiterit,iuxta *cap 2.infr. hac cauſa,& quæſt.*

3 Nec etiam obſtat *l.ſi ſerua 46.§.vlt.ff.de iure dot.* vbi matrimonium à ſpadone contractum valet,cùm tamen generare non poſſit,*l.ſed eſt quæſitum,ff.de liber. & poſthum.* quia reſpondetur ſpadonis nomen generale eſſe,& fractum ſignificare, atq; ideo comprehendere omnes, qui vel à natura , vel per accidens facti ſunt, prout ſunt caſtrati, eunuchi, & ſimiles , ſiue poſſint coire,non tamen generare , ſiue neutrum, vt probat text.*in l ſpadonum genera* 128. vbi Alciat.*ff de verbo.ſign.* iuxta quæ dicendum eſt ſpadones,qui poſſunt habere copulam, matrimonium rectè contrahere , quamuis non valeant generare, quia ad validitatem non requiritur potentia ad generandum,ſed tantùm ad copulam , & ita procedit text.*in d.§. vlt.* ſi autem ſpadones ſunt caſtrati , aut omnino ad copulam inhabiles,non valet matrimonium iuxta noſtram reſolutionem , quæ diſtinctio colligitur ex text.*in d. l.ſed eſt quæſitum* , & optimè explicatur per Sot.*in 4.q.vnic.art.2.in fine.* Quæ quidem ratio adhibenda eſt circa ſenes , vt ſi fiat adeò decrepiti, vt nec valeant coire , non valeat ab ipſis contractum matrimonium ; ſi autem poſſint habere copulam , quamuis nequeant generare , matrimonium valeat ; qua ratione conſtituti in articulo mortis validè contrahunt , quia naturalem habent potentiam , quamuis actus eo tempore ſit impeditus , nec certum eſſe poteſt iudicium medicorum circa conualeſcentiam.

SVMMARIVM.

1 *Separatione facta ratione frigiditatis prioris matrimonij,ſi frigidus ad ſecunda vota tranſeat , conſummétque,inſurgit præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio dimiſſionis prioris vxoris ex odio.*

2 *Viro impotenti licitum eſt proclamare aduerſus matrimonium, vt illud diſſoluatur propriam frigiditatem allegando.*

3 *Impotentia mulieris, quando non eſt euidens,ſemper opus eſt iuramento ſeptimæ manus propinquorum.*

4 *Teſtes plures requiſiti in hoc text.vbi inueniri non poterunt,ſufficient pauciores arbitrio iudicis.*

5 *Iuramentum ſeptimæ manus propinquorum non exigitur quoties fama aſſertionem cōiugum adiuuat.*

6 *Impotentiæ ſpeciem , aut cauſam non tenentur coniuges allegare,ſed ſufficit generaliter allegare impotentiam.*

Cap. Requiſiſti. II.

De intellectu huius text.iam dixi *ad cap.1.ſup. hac.ead.cauſa,& quæſt.* 1

In gl.*Pater.* Hæc gloſſ. dum ait ſeparatione facta ratione frigiditatis prioris matrimonij ſi frigidus ad ſecundum matrimonium tranſeat,eſſe præſumptionem iuris,& de iure , contra quam non admittitur probatio dimiſſionis prioris vxoris ex odio intelligenda eſt,quando legitimè conſtat conſummatio huius poſterioris matrimonij ; ſolus enim contractus præſumptionem aliquam fraudis generat,at non concludentem, donec probetur conſummatio, ita Sanchez *de matr.lib.7.diſp.99.n.*13.

In gl.*Idcircò.*ibi,*quid ſi vir petat diuortium,vt pater fiat,non audiretur,*&c. Notatur ad hoc quòd viro impotenti licitum eſt proclamare aduerſus matrimonium , quia ſua intereſt ipſum diſſolui ne compellatur ad onera matrimonij irriti ſuſtinenda , vt per Abb.*n.1.notab.*1. Alexand. de Neuo *n.*1.& Præpoſ.*n.*4 *in c.1.de frigid.& malef.* D.Antonin.3.*p.tit.*1. *c.*12.§.1.Palud.*in 4.diſt.34. q.2. art.1. concl.3.n.9.in fine*,quos refert,& ſequitur Sanch.*de matr.lib.7.diſp.*114 *n.*2.vbi *n.*3. hoc declarat, ſi vir propriam frigiditatem alleget, vt id matrimonium diſſoluatur, ac eximatur ab eius oneribus ſuſtinendis,& *n.*4.declarat quoque licere viro proclamare ſuam impotentiam allegando, quando illius ignarus fuit tempore matrimonij. 2

In gl.*Septima manu.*ibi,*Hoc intellige,*&c. Notatur ad hoc,quod quando mulier per aſpectum reperitur virgo,non eſt opus iuramento ſeptimæ manus propinquorum , ſed verum iudicium eſt per matronarum,& ipſorum cōiugum iuramentum,vt per Fulu. Pacian.*de probat.lib.*2.*c.*2.*n.*29. Cæterùm verius eſt ſemper hoc iuramentū deſiderari,quando impotentia non eſt euidens,vt hic contingit,nam ſæpe oculi, ac manus obſtetricum fallūtur,eo vel maximè,quod fœminæ multis fraudibus vtantur, quibus virgines apparent,ita gl.*in c.fin. in fine, de frigid. & malef.* vbi Hoſt.Ioan.Andr & Anch.Sanch *d.l.7.diſp.*108.*n.*8. 3

In ead.gloſſ.ibi, *& notat quod ſufficeret in caſibus huius cap.duo ſi ſeptem haberi non poſſunt.* Notatur ad hoc quòd vbi teſtes in hoc text. requiſiti haberi non poſſunt,ſufficerent pauciores arbitrio iudicis,vt duo,ita tenent *in præſenti* Archid.*n.*6.Bellam.*num.*3. & Turrecr.*num.*8. Gregor.Lop. *l.5.verbo ſiete,tit* 8. 4

part.1,

part.1. Mascard.*de probat.concl.*816.*num.*12.*& concl.* 886.*num.*7. Sanchez *disp.*108.*num.*12.

5 In ead. gloss. ibi, *item eis solis credretur si de hoc fama esset.* Notatur ad hoc, quòd iuramentum septimæ manus propinquorum non exigitur quoties fama assertionem coniugum adiuuat, vt per Archid. *hic n.*6.& Bellam.*n.*3. Sed ab hac meritò recedunt *in dict. cap.*1.*de frigid. & malef.* Innocent. *num.*4. Ioan. Andr.*num.*11. Hostiens. *num.*4. Præpos.*num.*8.*vers. sed quæro*, quos refert & sequitur Sanchez *dict.disp.* 108.*num.*10.

6 In gloss. *Acceperit.* Notatur ad hoc quòd non tenentur coniuges allegare impotentiæ speciem, vel causam, sed sufficit generaliter allegare impotentiam, quia ad matrimonij dissolutionem, quam petunt, quodcunque impotentiæ perpetuæ genus sufficit, prout *in cap.fin.de frigid.& malef.* tenent Host. *num.*1.*verbo impotentiam* Ioan. Andr.*n.*2. Butr.*num.*9. Abb.*num.*4.*&* 7. Anchar.*num.*1.*notab.*3. Card.*statim in princ.* Alexand.de Neuo *num.*6. & Præpos. *num.*1. *&* 2. Brunel.*de sponsal.lib.concl.*28. *num.*24. At Sanch. *d.disp.* 108.*num.*20. ait hos Doctores fortè intelligere, vt coniux potens audiatur non oportere speciem impotentiæ, ac causam allegare, vt dum iudex eam allegationem examinauerit, teneatur ipsi coniux speciem impotentiæ, ac causam ipsius, & ipsi tenentur iurata interrogata declarare.

SVMMARIVM.

1 *Vxor quando per aspectum probat se non cognitum à viro, tunc magis creditur eidem vxori neganti copulam quàm viro affirmanti.*

2 *Impotentia vbi non est certa, semper desideratur triennium experientiæ concessum.*

3 *Frigiditas vnius ex contrahentibus matrimonium est causa sufficiens ad illud dirimendum alio frigido volente.*

CAP. Si quis acceperit. III.

Ex Conc. apud Compendium habito.

1 GLoss. *verbo tempore. in vers. sed si fuit virgo, in præsenti text.* ait quòd quando vxor per aspectum probat se non cognitam à viro, vt quia reperitur virgo à matronis illam inspicientibus, tunc potius credetur vxori neganti copulam, quàm viro affirmanti, vt per Franc. Marc. *Delphin.dec.*677.*n.*1. Anton.Cuch. *lib.*3. *instit.maior. tit.*12. *n.*264. Fulu. Pacian.*de probat.lib.*2.*c.*2.*n.*15.*&* 16.& alios plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de matr.lib.*7. *disput.* 109.*n.*6. vbi *n.*7. recedit ab hac gl. dum requirit ad hoc, vt fœminæ potius credendum sit quàm viro, quòd matronæ fœminam attestantes esse virginem per aspectum, sint peritissimæ.

2 In ead.gloss.ibi, *sed si vterque fatetur, quòd non interesset commixtio, tunc expectabuntur per triennium.* Notatur ad hoc, quòd vbi impotentia non est certa, desideratur semper triennium experientiæ concessum, *in cap.laudabilem, de frigid. & malef.* ad experiendum an impotentia sit vera, ac perpetua, vt per Franc. Marc. *Delphin.dec.*677. *num.*2. Gaet.*in repet. cap.ad limina* § 4 *q.*221.*num.*522. Vgolin.*de matrim. cap.*19. *num.*1. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez *d.lib* 7.*disp.*108.*num.*5.

3 In ead.gl.ibi *sed quid si mulier sciebat*, &c. Notatur ad hoc quòd frigiditas vnius ex contrahentibus matrimonium, est causa sufficiens ad illud dirimendum, alio non frigido volente, vt per Menoch. *de arbitr.casu* 519.*num.*14. Gonzal.*ad regul.*8.*Cancel. gl.*56.*num.*74.

SVMMARIVM.

1 *Separatus ratione maleficij si ad alias nuptias transierit, non est restituendus priori coniugi, sed in posteriori relinquendus, at contrarium suadetur ex dictis num.*2. *referuntur aliquorum sententia num.*3.*& componuntur num.*4.

5 *Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, ex nouis probationibus an rescindi possit quando agitur de vinculo contracti matrimonij, & de impedimento contrahendi ostenditur, & n.*6.

7 *Impedimentum licèt censeatur perpetuum illud, quod tolli potest per diuinum miraculum, non ita si per Ecclesiæ exorcismos.*

8 *Impotentia ex maleficio consurgens si illud sit perpetuum, dirimit subsequens matrimonium.*

9 *Maleficium qui procurauit, non potest petere rationem illius dissolutionem.*

10 *Matrimonium instaurandum est si vir eandem vxorem, cum qua maleficiatus erat, & à qua ratione maleficij disiunctus fuerat, fornicari cognoscat.*

CAP. Si per sortiarias. IV. & vlt.

MAnifestè sentit hic text. separatum ratione maleficij si ad alias nuptias transierit non esse restituendum priori coniugio, sed in posteriori relinquendum, quamuis potentia concubendi cessante maleficio sit ei restituta. Iuuat quòd post rem iudicatam ex nouis probationibus non reuocatur sententia, *c.cum inter, de re iudic. lia.*3. *&* 4. *Cod.eod.* Anton.Gom.*var.tom.*3.*de delict.c.*13. *n.*36. & viget pro hac parte subornationis, & falsitatis timor, de quo *in cap.fraternitatis, de testib.& in Clem.*2.*eod.tit.* facit etiam text. difficilis *in c.sicut illo, de testib.* vbi post contractum secundum matrimonium non recipiuntur testes ad probandum prius valuisse, si sententia in rem iudicatam transierat. 1

2 Verùm contrarium expressè decidit text. *in cap. fraternitatis §.quamuis, de frigid.& malefic.* quatenus habet, quòd si is, qui propter impotentiam separatus fuit, alteri nubat, cogendus est ad primum matrimonium redire, idem probat *c.laudabilem, in fine, eod.tit.c.requisisti, in fine, hac ead.causa, & quæst.* Probatur, quia diximus ad *cap.*1.*supra hac caus. & quæst.* impedimentum hoc tunc vitiare cùm perpetuum est, quando autem is, qui impotens iudicatus fuit, ad secundas nuptias habilis reperitur, iam constat impedimentum perpetuum non fuisse, ac per consequens matrimonium valuisse; ergo non obstante sententia diuortij cogendus erit ad primum matrimonium redire, vt habet text. *in d. cap. fraternitatis*, quod *ibidem* Doctores omnes obseruant, & docent D.Th *in* 4. *dist.*34 *q. vnic. art.*2. Palud.& Sot. *eod.art.* 2.Ricard. *art.*3. *q.*2. Bonaneor.*ibid. in princ. n.*6.*& q.*1.*ad fin.* D.Anton.*p.*3.*tit.*1. *c.*12. §.1. Angel. *in sum.verbo matr.*3.*imped.*16. Sanch.*de matr. lib.*7. *disp.*99.*n.*20.*cum seqq.*

3 In hac controuersia Innoc. *in c.*1. *n.*2.*& in d.cap. laudabilem, n.vnic.ad fin.vers separentur*, & Cart.*lib.*5.*de sponsal.c.*18. affirmant indistinctè esse resoluendum, retinendum esse prius matrimonium, si is qui propter impotentiam fuit separatus, reperitur habilis ad secundum, ac proinde sine distinctione seruandum

uandum esse, quod ait text. *in d. cap. fraternitatis*, respondentque textum *in præsenti* non habere auctoritatem. Sed audiendi non sunt, tum quia Hostiens. Goffred. & omnes antiqui DD. quos refert Archid. *ibid.* contrarium volunt, & gl. *verbo similis*, Antonin. & Abb. *n.* 10. *in d. c. fraternitatis*, testatur communem Præpos. *ibid. n.* 12. tum etiam quia contra Innocent. & sequens est text. *in d. c. fraternitatis, vers. & vers. quamuis*, in illis verbis, *cum similis commisceretur*, quibus text. innuit, quòd si non erat secundus similis primo, non esset restituendus: tum etiam, quia textus *in præsenti* vim habet quoad hoc, nec est correctus iure aliquo, ac proinde eius decisio seruanda est sano modo intellecta, quamuis etiam hic text. non sit ex aliquo Pontifice aut Concilio generali desumptus, sed ex Archiepiscopo, ac proinde ex hac parte vi Canonici decreti destituatur, at communi Ecclesiæ vsu, & approbatione receptus est quoad hoc, & ideo vim decisionis Canonicæ habet.

4 Quare communis concordia est, quòd si impedimentum erat generale respectu omnium, prout est frigiditas, seu arctatio, is qui reperitur habilis ad secundum matrimonium, restituitur priori, quia eo ipso apparet impedimentum quoad secundum perpetuum non fuisse, & hoc modo procedit text. *in d. c. fraternitatis, in princ.* vt colligitur ex illis verbis, *cognoscibilis erat*. Si autem impedimentum non fuerit generale respectu omnium, sed vnius, prout regulariter est maleficium, tunc etiamsi is, qui iudicatus est impotens ad primum matrimonium, reperiatur habilis ad secundum, non restituitur primo,
5 quia ex eo non constat minimè fuisse impedimentum perpetuum respectu primi, & in hoc casu procedit text. *in præsenti*; quam concordiam in effectu probant gl. *verbo reparare in c.* 1. *& verbo separentur in c. laudabilem, & verbo cognoscendi in c. vlt. de frigidis, & malef.* Burr. *n.* 17. Abb. *in fine*, Alexand. de Neuo *n.* 10. Præpos. *n. vlt. in d. cap.* 1. Syluest. *verbo matrimonium* 8. *q.* 16 *dicto* 8. D. Thom. *in* 4. *dist.* 35. *q. vnica, art.* 3. *in corpore*, Sot. *ead. q. vnic. art.* 3 *concl.* 3. *ad fin.* Franc Marc. *dec.* 677. *n.* 14. Petr. Sot. *lect.* 5. *de matrim. pag.* 2. *vers. dubitatur.* Petr de Ledesma *de matr. q.* 58. *art.* 2. *paulo ante* 1. *dub.* Vgolin. *de matr. c.* 19. *n.* 1. Barthol. de Ledesma *etiam de matr. dub.* 49. *concl.* 3. Philiarc. *de officio Sacerd. to.* 1. *p.* 2. *lib* 2. *c.* 10. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *c.* 235. *concl.* 3. *n.* 3. Henriq. *in sum. lib.* 12. *c.* 8. §. 3. Sanch *d. lib.* 7. *disp.* 99. *a.* 22. vbi *n. seqq.* tripliciter temperat. Vnde fit, vt si quis vel propter maleficium, vel propter disparitatem, aut aliquid simile reperiatur perpetuò impotens respectu vnius, ita vt si cum illa maneret, nunquam matrimonium consummaret, non valebit matrimonium quamuis postea ills per secundum matrimonium fiat habilis ad primum, quo pacto intelligenda sunt verba huius text. *in fine*, quæ gloss. & Doctores *ibi* non perceperunt, vel etiam possunt rectè explicari si illud verbum, *es*, non referatur ad priores coniuges, sed ad ipsosmet, qui propter maleficium fuerunt separati; quod verisimilius videtur, & omnem difficultatem tollit.

5 Non obstant, quæ pro prima sententia *suprà* adducebamus, respondent enim Doctores, quòd licèt in aliis caussis non rescindatur sententia quæ transiuit in rem iudicatam ex nouis probationibus diuersum est in matrimonio, iuxta *cap. lator, & cap. consanguinei, de re iudic.* quando scilicet agitur de vinculo matrimonij, & de impedimento contrahendi, rationem discriminis illam esse putant, quòd in aliis negotiis nullum datur vitium, aut periculum per partes irremissibile, in matrimonio verò datur, quoniam partes mutuo consensu efficere non possunt, vt vel legitimum matrimonium dirimant, vel extante impedimento validè contrahatur, ita DD. *d. locis*, quorum doctrinam declarant Beroi. *in cap. ex litteris n.* 27. *de in integ. restitut.* Cou. *vbi suprà n.* 14. Dec. *in c. iurauit, ad finem, de probat.* Hippol. *in l.* 1. §. *si quis vltrò n.* 56. *de q.* Gregor. Lop. *ad l.* 30. *tit.* 4 *part.* 7. Quæ sententia defendi non potest, quia nullo iure probatur, quæ enim ab ipsis adducuntur, speciales habent rationes, ob quas res iudicata rescinditur, deinde quia inepta est illa ratio discriminis desumpta ex partium consensu, cùm enim res iudicata in publicam vtilitatem introducta sit, vt probat text. *in l.* 2. *Cod. de re iudic.* parum ad rem facit partium consensus tacitus, aut expressus, etenim ipsis reclamantibus, nisi statuto tempore appellent, res iudicata suam habebit auctoritatem. Confunditur etiam ex eo, quòd non solùm illa sententia transit in rem iudicatam à qua appellatum non est, sed etiam illa à qua appellari non potest, vel quia propter auctoritatem iudicis, vel quia tertia est sententia iam conformis, quo casu nulla potest excogitari partium voluntas, aut remissio; sequeretur etiam tutum esse in conscientia illum, qui iniustam sententiam scienter obtinuit, propter partium remissionem, vt vt falsò docet Dec. *in d. c. iurauit*, & contra receptam doctrinam Innoc. *in c. plerique, ad finem, de immun. Eccles.* Felin. *in c. quoniam contra, num* 30. *de probat.* Adrian. *quodlibet.* 6. *art.* 1. Sot. *l.* 5. *de iustit. q.* 7. *art. vlt.* Cou. *vbi suprà, num* 19.

Quare omissis DD. opinionibus resoluendum est, 6
quòd si agatur de matrimonio coniungendo, & de solo consensu præstito dubitetur, siue pro, siue contra matrimonium feratur sententia, quoad omnes effectus transit in rem iudicatam, & idem erit si per sententiam impediatur matrimonium contrahendum quacunque ratione, vt probat *d. cap. iurauit*, & omnes DD. fatentur. Ratio est, quia in hoc casu nullum datur periculum spirituale. Sin autem per sententiam vinculum matrimonij contracti dirimatur, distinguendum est, vtrùm res sit integra, quia neuter ad secundas nuptias conuolauit: aut non sit integra, quia secundum matrimonium contraxit, priori casu potest reuocari res iudicata ex nouis probationibus testium, aut instrumentorum, maioribus tamen, aut efficacioribus, quàm fuerint illæ per quas sententia lata fuit & adhibita circa hoc causæ cognitione, & diligenti examine, vt docet Bald. *in d. c. iurauit, n.* 8. Felin. *in d. c. lator. n.* 6. in his terminis procedit ille text. & vulgaris DD. opinio, quæ habet sententiam latam super causa matrimoniali non transire in rem iudicatam. Posteriori verò casu non reuocabitur sententia ex nouis probationibus testium, aut instrumentorum, vt colligitur ex *c. sicut* 9. *de test.* in quo vtrumque membrum huius distinctionis probatur. Ratio discriminis est, quia priori casu datur tantum periculum subornationis, quod maxima ex parte potest ex qualitate probationum euitari, posteriori verò casu vltra hoc periculum datur aliud maius, nempe dissoluendi secundum matrimonium legitimè contractum, & ideo non oportebat cum tanto periculo rem iudicatam, & secundum matrimonium simul rescindere, quæ est vera ratio ad *d. c. sicut*, quamuis gl. & *ibidem* DD. circa eius intellectum nimium laborent. Neque his obstat *cap. consanguinei, de re iudic.* vbi mulier secundum matrimonium contraxerat, & nouæ probationes admittuntur respondetur enim textum illum procedere secundùm ordinarias iuris regulas quia mulier, quæ accusauerat, & sententiam diuortij

obti

obtinnetat, confessa fuit in iudicio sententiam esse iniustam, & ex falsis probationibus latam, quo casu in omni materia res iudicata reuocatur, iuxta doctrinam Innoc. *in d. cap. quia plerique col.* 1. quam omnes sequuntur *ibid.* Corr. *in memorab. verbo sententia, quæ transiuit*, Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 3. tit. de sentent. execut. art. 87. nu. 6.* quinimò sola taciturnitas partis sufficit, ex Bellon. *cons.* 3. & Gam. *Lusit. decis.* 354. *n.* 2. Vbi tamen de errore sententiæ per rei euidentiam constat, quia cessat omne periculum etiam post secundum matrimonium, reuocabitur, & ita procedit text. *in d. c. fraternitatis.* quod etiam in aliis negotiis obseruabitur, præsertim si ex probationibus incertis prior sententia lata fuit, vt Doctores *ibidem* obseruant, & latè Ias. *in l. admonendi, vtraque lectura num.* 46. *ff. de iureiur.* Padil. *in l. error num.* 4. *C. de iuris, & facti ignor.*

7 *Et per exorcismos.*] Notatur ad hoc, quòd licèt censeatur perpetuum impedimentũ illud, quod tolli potest per diuinum miraculum, non ita si per Ecclesiæ exorcismos, vt per Sanch *d. lib. 7. disput.* 94. *n.* 10. quia non censetur miraculum per exorcismos tolli, idem Sanch. *d. lib. 7. d. 93. n.* 8.

8 *Separari valebunt.*] Notatur ad hoc, quòd impotentia ex maleficio consurgens, si illud sit perpetuũ, dirimit subsequens matrimonium, vt per Verac. *in speculo coniug. p. 1. art. 60. concl.* 1. Petr. de Ledesma *de matrim. q. 58. art. 2. paulò post princip.* Barthol. à Ledesma *dub. 49. de matr. concl.* 3. Nauar. *in manuali cap. 22. num.* 59. Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 235. num. 537. & seq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 34. cap. 9 num. 4. & lib 9. cap. 12. num.* 6 Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 85. n.* 25. Philiarch. *de officio Sacerdot. tom. 1. p. 2 lib. 2. cap.* 10. Henriq. *in summ. lib. 12. de matrim. cap. 8. §.* 2. Anton. Cuch. *inst. maior. lib. 5. tit. 12. num.* 266. Vgolin. *de Sacrament. cap. 19. de matr. n.* 1. Matiens. *ad rub. tit. 1. gl. 1. n. 202. & seq. lib. 5. noua recop.*

9 In gloss. *Separari.* ibi, *nisi ipsa vxor dicatur procurasse maleficium*, &c. Notatur ad hoc quòd ille, qui procurauit maleficium, non potest petere ratione illius dissolutionem matrimonij, vt per Gaet. *in repetit. d. cap. ad limina §. 4 q. 234. num.* 538. & alios citatos à Sanch. *d. lib. 7. disp. 94. num.* 13. vbi hoc non approbat.

10 In gloss. *Concumbendi.* ibi, *cum aliis, non cum prioribus*, &c. Notatur ad hoc, quòd si vir eandem vxorem cum qua maleficiatus erat, & à qua ratione maleficij disiunctus fuerat, fornicari cognoscat, tunc instaurandum est matrimonium cum illa, eo quòd experientia ipsa docuerit Ecclesiam dissoluentem matrimonium deceptam esse, dum impotentiam illam ex maleficio ortam iudicauit perpetuam, vt per Syluest. *in sum. verbo matr. 8. q. 16. dicto* 8. Greg. Lop. *l. fin. verbo tornar. tit. 8. part.* 4. Petr. de Ledesma *de matr. quæst. 58. art. 2. paulò ante dub.* 1. Barth. à Ledesm. *de matrim. dub. 49. concl.* 3. Sanch. *d. lib. 7. d. 99. n.* 25.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Vxoricidium impedit, non tamen dirimit matrimonium, non sic viricidium.*

2 *Adulteram vxorem interficientes minimè censendi sunt homicidij rei.*

3 *Vxorem interfectoribus si iuuenes sint, non conceditur, vt aliud matrimonium inire possint, sed vt facilius cum eis dispensetur.*

CAP. Interfectores. V.

Nicolaus.

PROBAT. hic text. vxoricidium impedire, non tamen dirimere matrimonium vt per Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput.* 16. *num.* 1. Gutier. *eodem tractat. cap. 88. num.* 4. Bonacin. *in simili tractat. quæst. 3. puncto* 14. Sayr. *in claui Regia lib. 7. cap. 10. num.* 10. & licèt hoc impedimentum ab aliquibus extendatur etiam ad viricidium, vt per Sot. *in 4. dist. 37. q. vnica art. 1. vers. simplex*, Nau. *in manuali cap. 22. num.* 74. Henriq. *in summa lib. 11. cap. 2. §. 1. ad fin.* Philiarc. *de offic. Sacerdot. tom. 1. p 2. cap.* 4. Vinald. *in candelabro aureo p.* 1. vbi *de matrim. num.* 102. Gutier. *d. num.* 4. tamen contrarium verius est, quia hic text & similes non loquuntur de homicidio viri patrato ab vxore, sed tantummodo de homicidio vxoris patrato à viro, & ideò post Tolet. Verac. & alios hanc partem meritò sustinent Sanch. *d. disp. 16. n.* 6. & Bonac. *d. n.* 14. 1

Cum non addis, adulterarum.] Ergo rei homicidij illi minimè censendi sunt, qui adulteram vxorem interficiunt, de quo tamen vide, quæ dixi *infra ad cap. inter hæc, ead. causa, & q.* 2

Exceptis adolescentibus.] Nota in hac exceptione non concedi interfectoribus vxorum, si sint iuuenes, vt aliud matrimonium inire possint, sed vt facilius cum eis dispensetur, ob incontinentiæ periculum; sicut bene intelligit Sanchez *dict. lib. 7. d. 17. num.* 12. 3

CAP. Inter hæc. VI.

NIcolaus I. relatus *in hoc text.* scribens Albino Archiepiscopo, dicit non licere secundùm ecclesiasticas leges vxorem adulteram interficere, vnde Doctores communiter colligunt maritum propria auctoritate adulteros in delicto repertos occidentẽ, 1 lethalem homicidij culpam admittere. Ratio huius resolutionis est, quia D. August. *lib. 2. de adulter. coniug. cap.* 15. vocat rem nefariam sic adulteram occidere, tum quia leges solũm permittũt impunè occidere, patientes vehementissimo dolori, quo cõcitatus vir iniuriam sibi irrogatã adulterorum interfectione vindicat, at leges permittentes aliquid impunè fieri, minimè à culpa excusant, vt latè tradit, & exemplis confirmat Tiraq. *l. 9. connub. n. 1. cum seqq.* tum denique, quia iniustũ est parte non audita concedere [illegible]netalem facultatem occidendi reum; leges [illegible] id concedere videntur, potiùs permittunt impune id fieri quàm facultatem sic faciendi concedant, ac subinde maritus illarũ auctoritate adulteros in delicto cõprehensos interficiens, homicidij culpa minime vacabit. Quare ita tenent ex nostris iurisperitis Garc. Fortun. *de vltimo fine, illat.* 11. *n.* 129. Duen. *reg. 68. limit.* 2. Hippol. *in l. patre, vel marito num. 9. ff. de quæstionibus* Syluest. *in summa verbo homicidium 1. quæst. 2. dicto 6. & verbo lex quæst. 10. dicto 4. & verbo matrimonium 7. in fine*, Plaç. *de delict. lib. 1. cap. 36. num.* 13. Orosc. *in l. vt vim num. 5. & 6. ff. de iust. & iure*, Couar. *de sponsalib. part. 2. cap. 7. §. 7. num.* 9. Nauar. *in man. Hispan. capit. 15. num. 3. in fine*, Tiraquel. *l. 9. connub. numero 4. & l. 13. num.* 15. Martin. Delr. *in l. transigere part. 2. num. 97. cum seqq. C. de transact.* Ioann. Martin. de Olano *in antinom. lit. M. num. 22. & in epilogo legum correct. num.* 135. Cifuentes *l. 82. Tauri dub.* 4. Tello *l. 9. Tauri n.* 13. Villalob. *commun. opin. lit. M. num.* 23.

num.23. Decian. *in tractat. crimin. lib.9. cap.14. in fine,* Spin. *in speculo testam. gl.19 princ. num.4.* Gaet. *in repet. cap. ad limina 30.q.1.§.4.num.421.* Vivald. *in candelabro aureo, tit. de irregul. ex homicid. n.217. cum seq.* Menoch. *de arbitr. casu 420. num.22.& casu 482.n.3. & 4.* Gutier. *pract. lib.2.q.2.num.22.* Perez *tit.3.lib.5. Ordin. pag.149. & l.2. tit.15. lib.8. pag.292. cum seq.* Matienf. *l.6. gloss.1.num.11. tit.8. lib.5. nouæ recopil.* Farin. *in praxi crimin. p.5.q.121. num.55.& num.90. & 93.* D. Barbos. *in l. si ab hostibus, §. fin. num. 43. & 44. ff. soluto matrim.* Mart. *de iurisd. p.3. cap.8.n.24.*

Ex Theologis D. Thom. *in 4. dist.37.q.2.art.1. in corpore,* vbi Bonau. *art.2.q.1.* D. Antonin. *2. p. tit.7. cap.8.§.2.notab.2.* Neuif. *in sylua nupt. lib.1. ex n.83.* Medin. *in C. de restit. q.3. in 4. causa, vers. ex dictis vna oritur dubitatio,* Victor. *in summ. de matrim. num. 292.* Gabr. *in 4. dist. 37.q. vnica art.3. dub.2.* vbi Sot. *quæst. vnica art.3. concl.1. & de iustit. lib.5.q.1. art.3. ad 1.* Martin. de Ledesma *2.4.q.62. art.2. in fine,* Veracruc. *in speculo coniug. p.3. art.4. concl.1. in fine,* Aogl. *in floribus theolog. p.1. de matrim. q.11. de impedimento Ordinis art.2. diffic.2.* Pedraza *in summ. præcepto 5. §.2.* Salon. *2.2.q.64 art.3. controu.2.* Gregor. de Valent. *tom.3. disp.5.q.8. puncto 3.* Bartholom. à Ledesma *de matrim. dub.57. concl.1.* Petr. de Ledesma *de matrim. q.60. art.1. dub.1.* Ludouic. Lopez *in instruct. conscient. p.1. cap.291. vers. pro faciendo,* Petr. Nauar. *de restitut. tom.1. lib.2. cap.3. ex num.220. altas dub.8. num.206. secundum nouam impress.* Philiarc. *de off. Sacerd. tom.1. p.2. lib.4 cap.8. vers. dicimus tertiò,* Fr. Emman. *in summ. tom.1. cap.206. num.9.* Azor. *institut. moral. p.1. lib.5. cap.20. q.1. vers. dubitatur igitur, & p.3. lib.2. cap.2. de nece malefactorum q.8. & 9.* Sayr. *in claui Regia lib.7. cap.6. cum seq.* & Molin. *de iustit. tom.4. tract.3. disp.7. à num.2. & dispat.99. per tot.* Bonacin *de restit. disp.2. q.vlt. puncto 2. num.5.* remissiue Rebell. *de oblig. iustit. p.1. lib.3. q.10. num.13.* quorum plores bene resoluunt maritum adulteros interficientem seotentia iudicis sibi traditos, vt eos si velit necet, nullius culpæ reum esse, si non liuore vindictæ, sed iustitiæ zelu id efficiat.

Quamuis contrariam opinionem, immò licitè in foro conscientiæ virum vti posse concessione legis permittentis adulteros in crimine repertos propria auctoritate necare, dommodò non liuore vindictæ, sed iustitiæ zelo perimat, teneant Castill. *l.82. Tauri num.6. in fine,* & *ibi* Anton. Gom. *num.52. in fine & l.76. in fine,* Meneh. *de success. creat. §.7. num.22. & vsufreq. cap.8. & illustr. cap 94. num. 4. cum seqq.* Clar. *§. homicidium vers. sed hæc quidem,* Azpued. *l.1. in fine tit.20. lib.8. nouæ recop. & l.1. n.21. tit.10. lib.4. etiam nouæ recop.*

Cætera autem ad hanc materiam spectantia inuenies *in collectan. ad l. Gracchus, C. ad legem Iuliam, de adulter.*

SVMMARIVM.

1 *Criminis ratione aliquando quis priuatur nomine.*
2 *Alimenta sibi excipiens, excipit quoque vxori.*
3 *Maritus occidens propria auctoritate vxorem adulteram, an lucretur eius dotem, remissiuè.*
4 *Adulterij pœnitentia facta adhuc potest vxor accusari.*
5 *Accusandi ius de adulterio, quoad pœnam criminalem, & ciuilem præscribitur quinquennio.*
6 *Accusandi ius quoad diuortium petendum nunquam præscribitur, sed integrum est, quantocunque tempore transacto, illud petere.*

CAP. Admonere. VIII.

Stephan. V.

Gloss. *verbo dicit, in præsenti text.* ex eo colligit, quem priuari nomine ratione criminis, vt per Tiraq. *de retract. lig. §.1. gl.8. n.28. & in l. boues §. hoc sermone limit.1. n.9 ff. de verb. sign.* Cott. *in memorab. verbo vidua p. mihi 912.* 1

In gloss. *Patrem.* Nota excipientem sibi alimenta excipere quoque vxori, vt per Surd. *de aliment. tit.1. q.38. n.17. & tit.4. q.24. & tit.8. privil.76. n.3. & 11.* Sanch. *de matr. lib.7. d.47. n.2.* 2

In gloss. *Prædo.* Vtròm maritus occidens propria auctoritate vxorem adulteram lucretur eius dotem; Vide Covar. *de sponsal. lib. p.2. cap.7. §.7. num.7.* Clar. *§. homicidium num.22. vers. & hac conclusio,* Roland *de lucro dotis quæst.61.* Anton. Gomez *l.8. Tauri n.65.* Cord. de Lara *in l. si quis à liberis §. idem iudex n.42. ff. de liberis agnosc.* Matienf. *l.6. gloss.1. n.10. tit.8. lib.5. nouæ recop.* 3

In gloss. *Pœnitentia,* ibi, *Argum. quòd post peractam pœnitentiã, & crimẽ purgatum potest quis accusari, &c.* Notatur ad hoc quòd pœnitentia adulterij facta potest vxor accusari, vt per Archid. *in cap. nihil.32.q.6. num.2.* Bellam. *num.1.* & Turrecrem. *num.2.* Petr. Sot. *lect.12. de matrim. column. penult.* Petr. de Ledesma *de matrim. q.62. art.6. concl.1.* Surd. *de alim. tit.7.q.21. num.7. & 8.* Henriquez *in summa lib.11. cap.17. §.2. & 3.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. p.2. n.20. & 25.* Non obstat quòd charitatis lege remittenda est venia peccati, ac resipiscenti, quia respondetur id verum esse, quoad odium animi, & aliqua externa beneuolentiæ signa, secus quoad pœnas delicto debitas in iudicio exigendas. 4

In ead. gloss. ibi, *sed nomine praiudient sibi maritus tacendo,* &c. Notatur ad hoc quod quamuis accusandi ius de adulterio quoad pœnam criminalem, & ciuilem præscribatur quinquennio, *l. adulter 5. C. ad legem Iuliam, de adulter.* quoad diuortium tamen petendum nunquam præscribitur, sed integrum est quantocunque tempore transacto illud petere, vt per Aym. *de antiquit. tempor. p.4 sect. materia ista singularitatis testium, n.88.* Farin. *in praxi crimin. p.1. q.10. n.20.* Sanch. *de matr. lib.10. d.3. n.9.* 5

In ead. gl. ibi, *Hugo dicit quod vsque,* &c. Notatur ad hoc quòd in foro Canonico etiam post 20. annos potest formari inquisitio, & admittitur accusatio, hanc gloss. ad hoc extolluot Felin. *in cap. cum nobis num.13. de præscript. & in cap. testimonium num. fin. de testibus, & in cap. lator num. 16. de re iudic.* Dec. *in c. cum venerabilis num.33. de except.* Balb. *de præscript. p.4. princ. quæst. num.4.* Gom. *in §. pœnales n.11. Instit. de action.* quos refert D. Barbos. *l. sicut 3. num.229 C. de præscript.30.* vbi *num.232.* intelligit in foro pœnitentiali, quia peccata quoad Deum non præscribuntur. 6

CAP. Si quòd veriùs. IX.

Augustinus.

Augustinus *de adulterinis coniug. lib.2. cap.15.* relatus *in hoc text.* ei, qui decreuerat vxorem necare, quo aliam duceret, consulit vt potius adulterij reus fit, aliud viuente vxore matrimonium ineundo, quàm vxoricidij, ea quo themate vulgò colligitur licitum esse consulere minus malum gratia vitandi maioris, quando is, cui consulitur, constitutum, apud se habebat, maius illud malum perpetrare, & 1

alia

alia vi à malo proposito reuocari nequit, vt latè dixi ad *cap. duo mala* 13. *dist. num.* 11. *cum seqq.* & *ibi* citatis addo Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 127. *num.* 11. Pett. Nauar. *de restit. lib.* 3. *cap.* 4. *vbi de infsione, & consilio notab.* 4. *n.* 23. *in noua edit.* Salon. 2. 2. *quæst.* 62. *à* 7. *controu.* 7. *&* q. 78. *a.* 4. *contr.* 1. *col.* 4. Arag. 2. 2. *quæst.* 62. *a.* 7. *col.* 15. *in solut. ad* 2. *&* q. 78. *art.* 4. *col.* 8. *vers. hoc tamen non obstante*, Carbon. *de restitut. quæst.* 69. *concl.* 2. Matiens. *ad rub. tit.* 1. *gloss.* 1. *numero* 152. *lib.* 5. *noua recop.*

2 Et quamuis gloss. *in præsenti*, *verbo adulter*, explicet hunc text. vt loquatur non consulendo, sed permittendo, itavt sensus sit potius esse permittendum minùs malum, & eodem modo explicet Turrecrem. *hic num. vnic.* explicat enim *faciat*, idest, tolerabilius erit. At verè text. non permissionem, sed consilium continet, quòd clarè sonant ea verba, *iam faciat adulterium.* Alij autem volunt hunc text. minimè fauere supradictæ sententiæ, sed potiùs contrariæ, eo quòd *hic* D. Augustinus subdat non esse licitum pro illicito faciendum, concludens si vtrumque nefarium sit, alterum pro altero perpetrandum minimè esse, sed vtrumque vitandum, ita Gabr. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 11. *art.* 3. *dub.* 14. Emman. Sa *verbo peccatum num.* 8. Pereira *in cap.* 19. *Genes. disp.* 1. *num.* 9. Sed melius Abb. *in cap. super eo, in fine, de vsur.* & *ibi* Anan. *num.* 3. Gutier. *lib.* 2. *canon. cap.* 23. *num.* 43. *& seq.* Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 335. *vers. hac tamen conclusione*, explicant hunc text. vt verè D. Augustinus consulat id minus malum, quia quamuis ille dicat neutrum crimen esse perpetrandum, neque alterum pro altero eligendum, ac proinde eligentem minùs dignum esse culpæ obnoxium, at expressè quando delinquens ab vtroque abstinere renuit, consulit illi, vt minus malum exequatur.

Cap. De his. XII. *Syricius.*

1 PRobat hic text. pœnitentiam solemnem impedire ne contrahatur matrimonium, vt per Durand. *in* 4. *dist.* 37. *quæst.* 1. *art.* 2. *num.* 6. vbi Sot. *quæst. vnica art.* 1. *col.* 3. *vers. de solemniter pœnitentibus*, Emman. Sà *verbo matrimonium*, *vbi de impediment. non diriment. num.* 10. Bonacin. *de matrim. quæst.* 3. *puncto* 14. *num.* 19. Sanchez *in similis tract. lib.* 7. *disp.* 6. *num.* 10. qui omnes id intelligunt quandiu pœnitentia illa durat, quia cùm id tempus luctui, & pœnitentiæ destinatum sit, dedecent tunc nuptiæ. Hodie verò eum pœnitentia solemnis non sit in vsu, cessat hoc impedimentum, vt ex Armil. *verbo matrimonium num.* 59. *impedim.* 10. & Barthol. de Ledesma *dub.* 59. *de matrim. vers. his additur*, obseruat Sanch. *citato loco.*

Cap. Latorem. XV. *Nicol.*

1 GLoss. *verbo conuersionem, in præsenti text.* ait posse Episcopum causa cognita relaxare, de pœnitentia, quam Papa imposuit, ita Roman. *sing.* 460. Hippol. *sing.* 182. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo pœnitentia* §. 2. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *q.* 1. *in princ.* vbi tenent contra hanc gl. Nau. *in man. c.* 26. *num.* 22. Henriq. *in sum. lib.* 2. *de pœnit. c.* 22. §. 1. *in commento litt.* H. declarando prout latè dixi *de officio, & potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 50. *n.* 278. *cum seqq. secundum Lugdun. impress.*

Cap. Si quis cum duabus. XVI.

1 EX hoc text. *&* *cap. si quis cum matre*, immediatè seq. vulgò colligitur incestum cum affine nullo subsistente matrimonio præstare impedimentum perpetuum matrimonio contrahendo, vt per Nauar. *in man. cap.* 22. *n.* 74. Petr. de Ledesma *de matrim. quæst.* 58. *art.* 4. *dub.* 2. §. *tertio arguitur*, Sanch. *in simili tractat. lib.* 7. *disp.* 25. *cum.* 7. Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 149. *num.* 36.

In gloss. *Pœnitentiam.* Hæc gloss. dum tacito nomine refert, nec improbat quorundam opinionem asserentium incestum admissum à viro cum consanguineis suæ vxoris impedire, & dirimere matrimonium, reprobatur à Sanch. *d. disp.* 15. *n.* 1. vbi tenet impedire tantum, & non dirimere. 2

Quæstio III.

De Pœnitentia.

Distinct. I.

Cap. Solicitatores. XV.

PRobat hic text. quòd si quis solicitat, vel interpellat vxorem alterius, vt secum coeat, vel vt ei nubat, etsi non sequatur effectus, tamen punitur, vide Menoch. *de arbitr. casu* 360. *n.* 49. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 141. *n.* 103. 1

Cap. Conuertimini. XXXIV.

PEr sacramentum Pœnitentiæ, & Clauium potestatem propriè culpam non remitti, sed solum remissam declarari multis probat Gratian. *in præsenti, & in cap. omnis, vers. non ergò, hac eadem dist.* & tenuit Magist. *in* 4. *dist.* 16. *&* 18. quos sequuntur Alex. de Ales, Gabr. Maior. atque alij, quos referunt *infrà* citandi. 1

Verum hæc sententia falsa omninò est, & conuincitur ex verbis Christi Domini Ioan. 20. *quorum remiseritis peccata*, quæ verba in sua propria significatione sonant absolutam, & veram remissionem peccati quoad culpam, non verò quoad solam pœnam, vel declarationem, iuxta vulgarem reg. text. *in l. hæredes palam*, §. *si quid post ff. de testam.* ibi, *nihil enim nunc dat*, &c. Deinde ex metaphora Clauium per quam designatur aperiri Regnum Cœlorum, quod culpa peccati claudebat, & quia non solet clauis dari ad significandum ostium esse clausum, vel apertum, sed ad claudendum, vel aperiendum. Tandem confirmatur, quia hoc sacramentum à Christo Domino noscitur institutum, vt lapsi post Baptismum Deo reconciliarentur, iuxta illud Pauli 2. *ad Corinth.* 5. *posuit in nobis ministerium reconciliationis*, Conc. Trid. *sess.* 14. *cap.* 1. quæ sanè reconciliatio non fit nisi remissa culpa, & inimicitia Dei. Quibus atque aliis rationibus in sacramento Pœnitentiæ Sacerdotes propriè peccata remittere, non verò solum declarare definit Conc. Trid. *sess.* 14. *can.* 9. & Magistri, ac Gratiani *in præsenti*, sententiam reprehendunt Theologi communiter post D. Thom. *in* 4. *dist.* 19. *q.* 1. *art.* 3. vbi Sot. *q.* 3. *art.* 1. *concl.* 4. *&* *distinct.* 20. *q.* 1. *art.* 1. Victor. *in summ. num.* 181. Nauar. *in præsenti text. num.* 5. *& in man. cap.* 1. *num.* 4. 2. *vers. tertio*, Cardin. Bellarm. *de pœnitent. lib.* 3. *cap.* 1. §. *tria sunt*, Henriquez *lib.* 4. *cap.* 12. §. 1. *iuncta litt.* M. *& cap.* 13. §. 4. Soar. *tom.* 3. *disp.* 13. *sect.* 2. *à num.* 5. Viuald. *in candelabro aureo*, *vbi de pœnit. à num.* 32. 2

Qua sententia retenta non obstant fundamenta, 3

quibus mouentur Gratianus *in præsenti*, & cæteri, qui illum sequuntur. I. Quòd solus Deus peccata potest remittere, & per consequens non Sacerdos. II. Quòd sacramentum Pœnitentiæ supponit contritionem, atque ideò iam per eam peccatum esse remissum, idque à Sacerdote declarari; sed prima ratio facilem habet solutionem si aduertas Sacerdotes peccata remittere non tanquam causam principalem, sed instrumentaliter, & tanquam ministros ipsius Dei, iuxta ea quæ resoluit Henriq. *in summa lib. 4. cap. 12. §. 1. litt. D. & litt. F.* Secunda verò ratio facilè soluitur cùm ad validitatem huius Sacramenti, & vt peccatorum remissionem operetur, sufficiat attritio licèt hominem disponat ad Dei gratiam in hoc Sacramento impetrandam, per se tamen sine Sacramento non sufficit, Concil Trident. *sess. 14 cap. 4.* atque ita falsum est dicere quòd semper Sacramentum, & potestas Sacerdotis supponat peccatum, & culpam esse remissam per contritionem, immo singularis apparet, & insignis huius Sacramenti prærogatiua, & plenitudo Gratiæ data per Christum Dominum in Lege Euangelica, Concil. Trident. *sess. 6. cap. 2.* nam in lege naturæ atque etiam scripta, vt lapsus possit reparari, oportebat habere contritionem charitate perfectam cum
1 omnibus illis qualitatibus, seu conditionibus ad huius Sacramenti validitatem in lege Gratiæ necessariis: at verò in lege Euangelica quamuis perfectè contritus non sit, accedente sacramento fit contritus, & peccatorum remissionem consequitur. Quòd si arguatur, ergo saltem quando adest perfecta contritio, Sacramentum postea accedens non remittit, sed declarat remissam culpam, respondetur hoc per accidens contingere, quia pœnitens non habet peccata, vt etiam contingit quando confitetur ea, quibus iam erat absolutus, quod non impedit quatenus Sacramentum, & Clauium potestas de se potens sit, & sufficiens ad peccata remittenda si fortè adessent, nota bene ex aliis Henriq. *d. lib. 4. cap. 12. §. 2. litt. R. & praced.*

4 Ad exemplum, quo præcipoe mouetur Gratian. *in præsenti* sumptum ex historia Lazari *Ioan.* 11. vbi Christus Dominus priùs Lazarum suscitat, deinde Apostolis soluendum tradidit, respondet Nauar. *hic d. num.* 5 ad summum concludere aliquos consequi remissionem peccatorum antequam sacramentaliter absoluantur, quia scilicet perfectam habuerunt contritionem, quod nobiscum non pugnat ex modò dictis. Sed meliùs explicat Cardan. Bellarmin. *d. lib. 3. vers. quinta figura, vsque ad fin.* quòd per mortuum significatur peccatum, & statum peccatoris, per suscitationem ipsius conuersio, per egressionem è monumento Confessio, per vincula peccata, per solutionem eorum remissio, atque ideò verba illa, *soluite illum*, propriè significant veram absolutionem à peccatis, eorumque vinculis, quod totum magis confirmat nostram verissimam resolutionem; quamuis enim Deus ipse principalis causa sit conuersionis, quæ per suscitationem significatur, ministris tamen suis committit, vt soluant vincula, & peccata remittant, in quem sensum locum istum explicat Augustinus relatus à Sot. *d. dist.* 18. *quæst.* 3. *art.* 1. & vide multos, quos circa eundem locum refert Henriq. *d. c.* 12. §. 1. *litt C.*

5 Ad illud verò quod Gratian. adducit *in præsenti*, de Sacerdotibus Legis veteris, qui lepram non curabant, sed curatam declarabant, omissis ineptiis hæreticorũ, quas optimè, & late refellit Card. Bellar. *d. c. 3. vers. 2. figura*, respondetur cum eodem post Chrysost. Sacerdotium Euangelicum longe esse perfectius postquam scilicet venit plenitudo Gratiæ promissa, & data per Christum filium Dei, Conc. Trid. *sess. 6. c. 2.*

Cap. Serpens. XLVII.

Ambrosius.

NOli esse nimium iustus, &c.] Summum enim ius, 1
summa iniuria est, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. n. 67.* Donel. *comment. iuris Ciuilis lib. 26. cap. 2. colum. 1. ante fin.* Dionys. Gothofred. *lit. C. per text. ibi in l. placuit, C. de iudic.* faciunt plura, quæ late adduxi *de officio, & potestate Episcopi, part. 1. tit. 2. gloss. 12. num. 13.* Et sanguinem elicit qui nimis emungit, *Prouerb. c. 30. cap. denique 6. dist. 6.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. q. 1. n. 18.* Hunc locum bene explicat Ioan. Sancti. *in selectis, & pract. disputat. disp. 49. num. 9. ibi.* Et sane alienum minime est à iudicibus pie erga reos procedere intra iustitiæ ex præcepto præstandæ limites: in quo decepti sunt plures iudicum arbitrantes se ministrorum iustitiæ nomen demereri, nisi summum ius seruent, rigorem nudum, & misericordia alienum ostentent, obliti omnino illius Ecclesiastis 7. *Noli esse iustus multum.* In cuius explicationem rectè aduertit Layran. super illum locum iustitiam corrumpi tam per excessum, quàm per defectum, sicut & liberalitas per prodigalitatem excedendo, & per auaritiam deficiendo. In liberalitate tamen defectus, qui est per auaritiam peior longe est, quàm excessus per prodigalitatem, vt ait Philosoph. 4. *Et hic.* Et ratio euidens est. Nam qui auarus est, sibi & proximo nocet per auaritiam, cùm nullum beneficentiæ actum erga proximum exequatur, nec erga se: è contra per prodigalitatem beneficium prodigus proximis impendit, licet virtutis nec sic actus, nec illius mereatur nomen beneficium per prodigalitatem impensum. Sic in virtute iustitiæ excessus peior est, quia vergit ad pusillanimitatem, per quam minus læditur reus puniendus, quàm per crudelitatem castigaretur. Hæc igitur intuens Ecclesiastis auctor, Salomon videlicet, vt inducat ad actum iustitiæ circa mala punienda, retrahit ab excessu, qui peior est, dicens, *Noli esse iustus multum*, acriter videlicet puniendo. Et quia hoc communiter procedit eo quòd aliquis de sua iustitia nimia sentit, vt bene aduertit Lyranus, ideo subditur statim, *nec plus sapias* scilicet de tua iustitia, *quàm necesse est; nec obstupescas, ne impiè agas multum*, crudelem videlicet sententiam dando, & non iustam. Ob id summum ius summam iniuriam consueuit appellari, vt explicat gloss interlinealis *ibi*, & communiter Doctores. Nec ideo dicitur esse summum ius, quia intra iustæ rei limites
summum & extremum illius attingatur; nam hoc 2
esse summarum iniuriam non posset appellari, sed dicitur summum ius, quia excessus in virtute iustitiæ, inueniatur, cúmque ille zelo virtutis iustitiæ seruandæ occultetur, ius appellatur, quod tamen re vera tale non est, sed potiùs iniuria & contra ius.

SVMMARIVM.

1 *Potestas remittendi peccata solis Sacerdotibus cõpetit.*
2 *Declaratur cap. 1. in princ. de pœnit. dist. 6.*
3 *Declaratur cap. sanctum, de consecrat. dist. 4.*
4 *Declaratur cap. 2. de furtis.*

Cap. Verbum LI. *Ambros.*

POtestatem remittendi peccata solis Sacerdotibus 1
competere, probat expresse text. *in præsenti*, ibi, *ius enim hoc solis permissum est Sacerdotibus*, & de Fide definiuit

definiuit Concil. Trid. *sess.* 14. *de pœnitent. can.* 10. & ideò meritò Leo X. in ea Bulla celeberrima, qua errores Lutheri damnauit, inter alios eum recenset, quo docebat, vbi non est Sacerdos, absoluere posse quemquam Christianum etiam mulier, aut puer esset, atque ita iam liquet verissimam esse sententiam laicum etiam in mortis articulo, & deficiente Sacerdote à peccatis sacramentaliter absoluere non posse docet gluss. *verbo præterquam, in fine, in cap. præterea, de offic. Ordin.* quam memorabilem dicit, & comprobat Nauar. *in c.* 1. *in princ. à num.* 79. *de pœnitent. dist.* 6. & summa fide tenendum scribit Victor. *in sum. de Sacram. num.* 143. Sot. *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 1. *concl.* 2. & 3. citati a Cened. *ad Decret. collect.* 42. *n.* 3.

2 Non obstat text. *in d. cap.* 1. *in princ. de pœnit. dist.* 6. ibi, *si deest Sacerdos, confiteatur proximo*, respondet enim *ibi*, Nauar. *num.* 76. verba illa referenda esse ad potentiam, quasi eo casu quando Sacerdos deficit, possit laico confiteri propter aliquas vtilitates, maiorem scilicet verecundiam, & ruborem, maiorémque dolorem peccatorum ad contritionem perficiendam, non verò quòd possit laicus sacramentaliter absoluere, prosequitur Henriquez *in summ. lib.* 1. *c.* 2. §. 7. *in ultima ite. O.*

3 Nec etiam obstat text. *in c. sanctum, de consec. dist.* 4. vbi Augustinus laudat factum cuiusdam neufragi, qui in eo periculo confessus est laico, quem recenter baptizauerat, respondetur enim factum laudari non eo quòd laicus possit sacramentaliter absoluere, sed propter alios effectus proxime notatos.

4 Nec denique obstat tex. *in cap.* 2. *de furtis*, dum admittit confessionem Diacono fieri posse, quia respondet Sot. *d. art.* 1. *ad fin. vers. ad secundum*, text. illum agere de eo, qui erat in pœnitentia solemni, cuius reconciliatio deficiente Sacerdote ad Diaconum pertinebat.

Cap. Importuna. LVIII. *August.*

1 QVibusdam veniam denegari, aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu officij colligit Gratian *in præsenti*, ex auctoritate Ioan. *epist.* 1. *cap.* 5. ibi, *est peccatum ad mortem, quis orabit pro eo?* qua auctoritate ductus Armacan. existimauit propter aliqua ingentia crimina non posse hominem veniam impetrare, cuius tamen resolutionem confutauimus *ad cap. talis, de pœnit. dist.* 3. vbi in hunc locum reserauimus verum illius auctoritatis sensum, & intelligentiam quam in primis S. Augustin. *in cap. si Sacerdos, hac eadem dist.* intelligit de peccato finalis impœnitentiæ, quem post alios magis sequitur Soarez *tom.* 4. *disp.* 8. *sect.* 1. *num.* 22. Sed displicet Soto, Cardin. Bellarmin. *locis infrà citandis*, atque aliis, qui aduertunt non conuenire eum sensum litteræ illius auctoritatis, in qua apparet agere Apostolum de peccato, quod in vita cognosci potest.

2 Quare hoc intellectu, atque aliis omissis, quos referunt præcitati, facilior, & litteræ conuenientior sensus est quòd Ioannes non inquit peccatum ad mortem esse irremissibile, & ideò pro eo orandū non esse, sed solùm non esse facilè orandum, neque quemlibet obligari orare pro eo peccato, in quo aliquis est adeò obstinatus, vt nulla spes sit quòd resipiscat, & ita verbum illud, *non dico, vt pro eo oret quis*, idem est ac non iubeo, non præcipio, quia quando ad mortem est, id est, tale, vt vix & difficiliter quis ab eo resipiscat, non est oratio fundenda Deo, nec ipse eam solet exaudire, iuxta illud Ierem. 7. *Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te*, consonant verba præcedentia *eodem cap.* 5. *scit fratrem suum peccare non ad mortem, petat, & dabitur ei vita*, vt sit sensus quòd quando peccatum est de illis, quæ facile remittuntur, facile & quemlibet audit Deus orantem pro eo, non ita si de illis fuerit, quæ difficilè remittuntur, quia tunc non quilibet sed vir sanctus orare debet, atque ita hanc interpretationem ex D. Hieronymo tradit, & sequitur Card. Bellarm. *de pœnitent. lib.* 2. *c.* 16. *in fine*, & ante eum Sot. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 1. *artic.* 1. *vers. hac ergo.*

Cap. Si Sacerdos. LIX.

BLasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc sæculo, neque in futuro remittendam Dominus in Euangelio asserit *Matth.* 12. & *Lucæ* 12. refertur à Gratiano *in præsenti*, qua auctoritate ductus Armacanus existimauit propter aliqua ingentia crimina non posse hominem veniam impetrare, etiamsi ex parte sua fecerit quicquid potuerit; contra quem tamen latè scripsimus ad *cap. talis, de pœnitent. dist.* 3. vbi illius auctoritatis verum, & genuinum sensum in hunc locum reserauimus, circa quam non satis inter Doctores constat quodnam dicatur peccatum in Spiritum sanctum, variis enim modis explicant D. Thom. 2. 2. *q.* 14. *art.* 1. Petr. Sot. *de pœnit. lect.* 5. Dominic. Sot. *in* 4. *distinct.* 15. *art.* 1. Card. Bellarm. *de pœnitent. lib.* 2. *cap.* 15. Henriq. *in summa lib.* 4. *c.* 13. §. 6. latè Sanctarel. *de blasphemia cap.* 9. *dub.* 3. *à num.* 3. Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 4. *quæst.* 9. *cap.* 10. *num.* 23. In primis gloss. Turrecrem. & scribentes, omnes *in præsenti*, explicant peccatum in Spiritum sanctum dici finalē impœnitentiam, quando scilicet quis in peccato vsque ad mortem impœnitens perseuerat, sed bene aduertit Sot. non conuenire hanc solutionem litteræ, agitur enim *ibi*, de speciali quodam peccato quoad speciales deformitates, neque in hoc, neque in futuro sæculo remissibile est: impœnitentia verò finalis magis est circumstantia quædam, & ideò hunc intellectum pluribus refellit Card. Bellarm. *d. lib.* 2. *c.* 16. *vers. altera sententia.* 1

Quare alij explicant peccatum in Spiritum sanctū dici omne illud, quod quis committit ex malitia, ex ipsa scilicet electione mali, quando per contemptum abiicit illud, quod mali electionem poterat impedire, scilicet spem, elegando desperationem, vel timorem elegando præsumptionem, dicitúrque specialiter in Spiritum sanctum, quia Spiritui sancto attribuitur bonitas, quemadmodum Patri tribuitur omnipotentia, & Filio sapientia; qui ergo ex malitia peccat, dicitur peccare in Spiritum sanctum quemadmodum peccat in Patrem, qui peccat ex infirmitate, & in Filium qui peccat ex ignorantia, & in hunc sensū dicitur peccatum in Spiritum sanctum irremissibile, non quòd omninò remitti non possit, sed quia difficilè tollitur, eo quod difficile est hunc sic dispositum concipere dolorem, & pœnitentiam, ita explicat D. Thom. *d. q.* 14. *a.* 2. cum quo consentiunt reliqui omnes, Turrec. *hic n.* 5. Sot. & Card. Bellarm. *dictis locis*, Soar. *tom.* 4. *disp.* 8. *sect.* 1. *à n.* 14. Vasq. 1. *q. d.* 97. *c.* 1. quem refert Sanctarel. *in tract. de blasphemia c.* 9. *dub.* 3. *num.* 3. 2

Aduertere tamen oportet cum Bellarmin. quem Soar. sequitur, atque etiam Henriquez *vbi suprà*, sensum magis receptum à sacris Patribus, & qui magis conuenit litteræ, & intentioni Christi Domini illum esse quod peccatum contra Spiritum sanctum sit veritatem cognitam, & manifestam ex malitia improbare, & tanquam dæmoniacum, & detestabile calumniari, agebat enim Christus Dominus de peccato Pharisæorum, qui dicebāt Christum ipsum in Beelsebub eiicere dæmonia, & ita scientes ipsum Christum

miracula operari virtute diuina, principi dæmoniorum id tribuebant, & hoc peccatum etiam dicitur irremissibile in prædictum sensum, quia difficile poterat remitti propter duritiem cordis eorum, non verò quod omninò fuerit irremissibile: quare non immeritò dicit Chrysost. vt refert Soat. *num.* 18. *vbi proximè*, fortasse multos ex Pharisæis, quos Christus reprehendebat, veniam postea fuisse consequutos illius peccati, quia per eiusdem Christi, vel Apostolorum prædicationem conuersi sunt.

Cap. Secunda post naufragium. LXXII.

1 Elegans metaphora illa est, secundùm quam pœnitentia dicitur secunda tabula post naufragium, vt ex D. Hieronym. refert Gratian. *in præsenti*, & Concil. Trid. *sess. cap.* 14. cùm enim ad remittendum originale peccatum Baptismus fuerit institutus, pro his, qui post illum susceptum in peccata labuntur, institutum ed pœnitentiæ sacramentum, vt per illum possent reparari, ideóque non inepte secunda tabula dicitur post naufragium, itavt prima tabula dicatur Baptismus, qui hominem liberat à primo naufragio vniuersæ humanæ naturæ in communi patente Adamo. Secunda verò dicatur pœnitentia, quia nos liberat à naufragio peccatorum, quæ post acceptam iustificationis gratiam in Baptismo committuntur, vt docere videtur Concil. Trid. *d. cap.* 14 Nec multum discrepat alius explicandi modus, quòd scilicet prima tabula sit innocentia baptismalis, in qua homo nauigat, velut naui integra; secunda verò sit pœnitentia, quæ relinquitur facto naufragio per mortale peccatum commissum post Baptismum, vt explicat D. Thom. *in addit. ad* 3. *p. q.* 84. *art.* 6. Soat. *tom.* 4. *disp.* 1. *sect.* 1. *num.* 4 & alij, de quibus Henriq. *in summa lib.* 1. *cap.* 4. §. 1. *litt. L. & seq.* atque ita hanc Baptismi & Pœnitentiæ differentiam de fide retineodam esse decidit Concil. Trident. *d. c.* 14. *& sess.* 14. *c.* 2. *& can.* 2. explicat latè Cardin. Bellarmin. *de pœnitent. lib.* 1. *c.* 12. *& seq.* Soar. *tom.* 4. *disp.* 17. *sect.* 1. vbi multas explicant Baptismi, & Pœnitentiæ differentias.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum proprium propria cuiusque voce declarari oportet.*
2 *Vox propria non requiritur ad essentiam sacramenti Pœnitentiæ data iusta causa.*
3 *Confessionem facere potest per nutum mutus, & ægrotans, cui morbus abstulit loquelam.*
4 *Confessio sacramentalis fieri non potest absenti Sacerdoti.*

Cap. Quem pœnitet. LXXXVIII.

1 Multis rationibus Augustinus *hic* apud Gratianum probat propria voce, proprium cuiusque peccatum declarari oportere cùm sit modus hic maximè conueniens ad mentis sensus, seu conceptus explicandos, & Pœnitentiæ sacramento omninò adæquatus ad peccata, eorúmque circunstantias pleniùs explicandas. ita D. Thom. *in addit. ad* 3. *quæst.* 9. *art.* 3. *& quolib.* 1. *art.* 10. Sot. *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 2. *art.* 6. *vers. primum ergo*, Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 6. *vers. hic obiter*, refert multos quos sequitur Henriquez *lib.* 5. *cap.* 1. §. 6. *iuncta litt. H.* Soar. *tom.* 4.
2 *disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 1. non tamen intelligas propriam vocem requiri ad sacramenti essentiam, data enim iusta causa licite nutibus, vel scriptura præsenti Sacerdoti confessionem fieri posse inter omnes proximè citatos receptum est, veluti in muto, & ægrotante, cui morbus abstulit loquelam, vel quando linguæ ignarus confitetur per interpretem, vt constat ex 3
multis, quos adducit Henriquez *d. cap.* 1. §. 6. quibus adde Sa *in aphorism. verbo Confessio num.* 15. & Couar. *citato loco*, nec dicas modum illum in muto esse necessarium, quem excogitauit Caiet. *in summ. verbo Confessio* §. 11. vt scilicet si mutus aliquando audiuit, & legere sciat, habeat scripta omnia peccata, quæ homines solent committere in vna charta, in altera verò numerum, & deinde digito peccata in quæ incidit, postea numerum ostendat, licet enim ingeniosam solertiam laudent, necessariam tamen non putant Victor. *in sum.* §. 173. & Sot. *vbi suprà.*

Vnde absenti Sacerdoti sacramentalem Confessionem fieri non posse veluti per nuncium, aut epistolam clarè probat Augustin. *in præsenti*, & est communis Theologorum sententia secundum Victor. 4
num. 171. Sot. *vers. secundum mouebrum*, Viuald. *in* 23. Sà *num.* 14. Soat *sect.* 4 *dictis locis*, quam regulam absolutè, & simpliciter extra casum necessitatis, vel sine iusta causa facile omnes prædicti admittunt, stante verò causa iusta confessionem absenti Sacerdoti per scripturn, vel nuncium fieri posse, & ab eodem absente præstari posse absolutionem tenuerunt Palud. *in* 4. *dist.* 17. *q.* 2. *num.* 7. Petr. Sot. *de confess. lect.* 11. *vers.* 3. Nauar. *in pro enti num.* 4. *& in manual. cap.* 16. *num.* 14. constanter Viuald. *in candel. aureo, vbi de confessione n.* 23. & alij, quos refert, & sequitur Henriq. *d. cap.* 1. §. 7. *litt. X.* Sed ex prædictis facile conuincitur, & expressè à Sede Apostol. damnata est, vt constat ex sequenti decreto.

Die 20. *mensis Iunij anno a Natiuitate D. N. Iesu Christi* 1602. *in generali Congreg. S. R. & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. in monte Quirinali coram S. D. N. D. Clemente diuina prouidentia Papa VIII. proposita quæstione, an liceat per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere? Sanctissimus D. N. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus maturè, ac diligenter considerata hanc propositionem, scilicet licere per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus vti falsam, temerariam, scandalosam damnauit, ac prohibuit; præcipitque ne deinceps ista propositio publicis priuatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, neve tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur, quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit (nisi forsan impugnando) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. maiori Pœnitentiario, nisi à pro tempore existente Romano Pontif. absolui, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat.* Refert Ioann. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo Pœnitentia, different.* 9. *in fine.*

Tanta, &c.] Videtur hîc significari in articulo mortis si non adsit copia Sacerdotis, faciendam esse confessionem sacramentalem laico, idem protsus dicitur *in cap.* 1. *in fine hac ead. dist.* Sed hoe est falsum, vt aduertit Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib* 4. *disp.* 5. *c.* 1. *per totum*, vbi *in vers. ad hanc difficultatem*, ait hunc text.

non

non eſſe intelligendum de confeſſione ſacramentali, ſed de confeſſione vt eſt actus virtoiis, qua ſe ipſum quis accuſat, vt hoc medio excitet ſe ad dolorem peccatorum, & humilitatis actum exerceat, & Papa in hoc text. vult iudicare potentiam confitendi, non præceptũ & obligationem, vt inqoit Nau. *in c.1. in princ. n.76. hac eadem diſt.* additque idem Mar. Alter. *d.c.1. verſ. ſecundò reſpondendum*, quòd licèt olim hic mos confitendi laico tempore neceſſitatis frequentior eſſet, hæc tamen conſoetodo hoc tempore videtur penitus extincta, qui communiter plus detrimentum, quàm vtilitatis afferre poteſt.

Distinctio II.

Cap. Principium. XLV.

Gregorius.

MNIS *creatura ſub vitio eſt, non quòd omnis peccauerit, ſed quia nulla eſt, quæ peccare non poſſit.*] Vide Menoch. *conſ.75. n.37. cũ ſeqq. & conſ.108. n.14. & conſ.158. n.22. & 23.* Mẽch. *illuſtr. c.27. n.2. & c.51. n.65.*

Distinctio III.

Cap. Pœnitentia. I. *Ambroſ.*

1 POENITENTIA, quatenus virtus eſt & mala præterita plangere, & plangenda iterum nõ committere, ita ex Ambroſ. in quodam ſermone. Quadrageſimę, definit Gratian. *in princ.* & latè *hic* explicat Nauar. & ante eum D. Thom. *in addit. ad 3. p. q. 85. art. 1. & ſeq.* Petr. Sot. *de pœnit. lect. 1.* Henriq. *in ſum. lib. 4. c. 1. §. 6.* latè Soar. *tom. 4 diſp. 1. per totum.*

2 Pœnitentiæ verò ſacramentum varie definiunt Doctores, aliter Scot. quem refert, & late improbat Sot. *in 4. diſt. 14 q. art. 1.* aliter Henriq. *d. c. 1. §. 3.* aliter alij, meliùs Nau. *in man. c. 22. n. 11.* quem ſequitur Viuald. *in cãdelabro aureo, vbi de pœnit. n. 20.* quòd ſit Sacramẽtum abſolutionis, quo Sacerdos ſibi ſubditum, & confitentem legitime ſua peccata cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi abſoluit ab eis Breuiùs tamen Sot. *d. q. 1. art. 1.* quòd ſit Sacramentum remittendi peccata, quę poſt Baptiſmum committuntur, colligitur ex Concil. Trid. *ſeſſ. 6. c. 14. & ſeſſ. 14. c. 1.* ibi *ſacramentum pœnitentia, quo lapſis poſt Baptiſmum*, &c. Sacramentum ponitur loco generis, hoc enim vnum eſt ex ſeptem, de quibus Concil. Trid. *ſeſſ. 7. de ſacrament. in genere can. 1.* Dixi *remittendi peccata*, quia hæc eſt eſſentialis differentia, per quam hoc Sacramentum diſtinguitur ab aliis, quæ in remiſſionem peccatorum inſtituta non ſunt, vt eſt Confirmatio, per quam ad perfectum ſtatum, & robur ſpirituale perducimur, Euchariſtia, qua tanquam cibo ſpirituali nutrimur, & ſuſtentamur, Extrema Vnctio, qua reliquiæ peccatorum auferuntur, Ordo, quo conſulitur Reip. ſpirituali de miniſtris, matrimonium ad propagationem generis humani, & concupiſcentiæ remedium, vt ſingula Sacramenta proſequentes explicant D Thom *3. p. q. 61. a. 1.* Petrus Sot. *de Sacram. in genere, lect. 7.* Dom. Sot. *in 4. diſt. 1. q. 6. a. 1.* Bellarm. *tom. 2. de Sacram. in genere lib. 2. c. 27.* & alij de quibus Henriq. *in ſum. lib. 1 c. 7. § 4. cum ſeqq.* Dixi, *quæ poſt Baptiſmum committuntur*, vt ſignifica-

rem ad Pœnitentiæ ſacramentum non pertinere peccatum originale, hoc enim per ſolum Baptiſmum remittitur, ex proxime dictis, iuncto Concil. Trident. *ſeſſ. 5. in Decreto de peccato orig. can. 3.* quare originale peccatum materiam non eſſe ſacramenti Pœnitentiæ, reſoluunt Theologi communiter, vt per D. Thom. *3. p. q. 84. art. 2. ad 3.* Sot. *in 4. diſt. 14. q. 1. art. 2. verſ. tertio arguitur*, explicat Soarez *tom. 4. diſp. 2. ſect. 1. à numer. 11.* atque etiam vt excluderem peccata commiſſa ante Baptiſmum, hæc enim per hunc remittuntur nec ad Pœnitentiæ ſacramentum pertinent, cùm enim in nullo Sacerdos ſit iudex, Concil. Trid. *ſeſſ. 14. c. 6. & can. 9.* & non baptizati ſint extra Eccleſiam, de illis iudicare non poteſt, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. *5. de his qui foris ſunt ad nos*, refertur *in cap. gaudemus, de diuort.* & qoia Baptiſmus ianua eſt, & fundamentum omnium Sacramentorum, ſine, quo aliud ſuſcipi non poteſt, *cap. vlt. de presbyter non baptiz.* & denique qoia Deus totum hominem ſaluum facit, & opus imperfectionis non nouit, & per conſequens remittens per Baptiſmum culpam originalem neceſſarium eſt dicere, quòd remittit etiam actualia, vt inquit text. *in cap. maiores, §. ſed adhuc de Baptiſmo*, atque ita per Baptiſmum cum dolore interiori de præteritis ſine Sacramento Pœnitentiæ, vel Confeſſione Sacramentali remitti non ſolùm originalem culpam, ſed etiam peccata actualia, reſoluit D. Thom. *3. p. q. 68. art. 6.* communis Theologorum ex Sot. *in 4. diſt. 5. q. 1. art. 6.* refert multos Viuald. *in candelabro aureo, vbi de Baptiſmo num. 63.* Henriq. *in ſum. lib. 2. c. 16. § 3. iuncta lit. O, & ſeqq.* Soarez *tom. 3. diſp. 28. ſect. 2.*

Cap. Reperiuntur. II.

AMbroſ. *lib. 2. de vnica pœnit. cap. 10.* relatus à Gratiano *in præſenti* reprehendit quoſdam, qui pœnitentiam ſæpiùs agendam putant, eo quòd ſi veram pœnitentiam ageret, nunquam iterandam putarent, & tandem concludit, quia ſicut vnum eſt Baptiſma, ita & vnica pœnitentia; ex quo loco quidam colligunt peccata ſemel tantum per veram pœnitentiam, & Clauium poteſtatem remitti poſſe, id ipſum deſumentes ex auctoritate Pauli *ad Hebr. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati*, &c. & prolapſi ſunt iterum reuocari ad pœnitentiam; item ex pluribus auctoritatibus, quibus probatur non pœnitentem, ſed irriſorem eſſe pœnitentiæ, qui iterum committit, quod pœnitet, ſicut canis, qui ad vomitum redit, & ſus lota in volutabro, & ſicut ille qui laterem lauat crudum, vt inquit text. *in c. pœnitentiam, & in c. ille, & in c. irriſor, hac ead. diſt.* 1

Verùm contrarium, immo peccata non ſemel tantùm, ſed ſæpiùs per veram pœnitentiam, & Clauium poteſtatem remitti poſſe, tenendum eſſe veritas docet, tum quia Deus ipſe pollicetur nolle ſe mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, *Ezech. 18. & 33.* atque etiam ex Matth. 18. *non ſolùm ſeptics, ſed etiam ſeptuagies ſeptics*, quam in hunc ſenſum adducit Hieronym. relatus *in cap. ſeptics, hac eadem diſtinct.* tum quia facit indiſtincta illa loquutio Chriſti Domini, *quorum remiſeritis peccata*; tum quia non fecit Chriſtus ipſe deteriorem, & imbecilliorem viam conſequendi remiſſionem peccatorum in lege Gratiæ per Sacramentum Pœnitentiæ, quam antea erat, & tamen conſtat antea ſemper, & in quacunque hora peccator ingemuerit à Deo exaudiri *Ezechiel. dicto cap. 33.* tum denique quia Sacramentum hoc inſtitutum fuit, vt læſus, qui iuſtificationis gratiam amiſit, iterum poſſet reparari 2

Concil. Trident. *sess.6. cap. 14.* sed constat hominem sæpiùs labi; ergo sæpiùs per pœnitentiam poterit reparari quibus atque aliis rationibus posse lapsos post Baptismum, & sæpiùs reparari per veram pœnitentiam, comprobat Concil. Trident. *sess.14. cap.1.* iuncto text. *in cap.1. de summa Trinit.* resoluit D. Thom. *3. p. q. 48. art. 10.* explicat late Sot. *in 4. dist. 18. q. 1. art. 10.* multi de quibus Henriq. *in summa lib. 4. cap. 14. §. 4. cum seqq.* Soar. *disp. 8. sect. 5. à num. 12. & disput. 18. sect. 4. à num. 4.*

3 Qua retenta sententia non obstant quæ pro contraria *suprà* adduximus, & in primis ad text. *in præsenti* facile colligitur solutio ex originali eiusdē Ambrosij, ex quo constat agere *ibi*, de pœnitentia publica, & solemni, nam post illa verba, *sicut vnum Baptisma, ita & vnica pœnitentia*, addit Ambros. quæ tamen publice agitur; hanc verò iterari non posse pluribus rationibus Doctores confirmant, vt per Sot. *in 4. dist. 19. q. 2. art. 5. ad 3.* Prima est ex ipsius solemnis pœnitentiæ significatione, *est* enim figura quædam eiectionis Adami de paradiso, probat *cap. in cap. 50. dist.* semel verò eiectus est Adamus. Alia ratio est ne solemnis pœnitentia si sæpiùs permittatur vilescat, & timeri desinat. Neque contemnenda est ratio eorum, qui desiderant hanc publicam pœnitentiam fieri adhibitis certis benedictionibus, quæ iterari non possunt, *cap.1. & 3. de secund. nupt.* cum similibus. Aduerte etiam cum D. Thom. *d. art. 10. ad 5.* quòd longè diuersa ratio est in Baptismo, quàm in Pœnitentiæ sacramento quoad præsentem effectum, nam vltra rationem characteris, qui imprimitur in Baptismo, non verò in pœnitentia, habet Baptismus rationem generationis spiritualis, iuxta illud, *nisi quis renatus fuerit*, &c. semel autem tantùm statutum est hominibus & nasci, & mori, at verò pœnitentia statuta est sub ratione medicinæ.

4 Ad auctoritatem verò Pauli *ad Hebr. 6.* variis modis respondent supracitati, quidam enim interpretantur quòd solus Paulus inquit impossibile esse pœnitentem ex se sine diuino auxilio reuocari ad pœnitentiam, vt intellexit Vgo de S. Victore, quem refert, & laudat Petr. Sot. *de pœnit. lect. 5. vers. ex his* Sed verior, & magis litteralis sensus est, quòd solùm Paulus voluerit negare peccata commissa post Baptismum non posse per alium Baptismum remitti, quatenus verò de pœnitentia meminit, intelligitur de illa pœnitentia, quæ Baptismum debet præcedere; quæ sane interpretatio satis colligitur ex illo verbo, *illuminati*, & verbo *reuocari*, & ex verbis illis, *iterum crucifigentes filium Dei*, quæ omnia magis conueniunt Baptismo, vt explicat D. Thom. *proximè citato loco*, & ex Chrysost. Ambros. & aliis Patribus Cardin. Bellarm. *d. lib. 2. c. 16. vers. ad 2.*

5 Ad illud verò quod Doctores adducunt ex auctoritate text. *in cap. charitatis, cum seqq. de pœnit. dist. 2.* respondetur solùm probare quòd charitas de se perpetua est, & semper potest hominem præseruare à peccato, & per contrarium quòd non est charitas, quæ de se potest excidere, veluti quia homo vidit non esse duraturam, non tamen hoc tollit quod charitas, quæ semel fuit perfecta ex mutatione subiecti, & libero arbitrio, possit amitti, & homo iterum peccare, vt definit Concil. Trident. *sess 6. can. 23.* & ideo ita interpretatur D. Thom. *2. 2. q. 24. art. 11. ad 2.*

CAP. Talis. XXVIII. *Ioan. Chrysost.*

1 IOannes Chrysostom. *de reparat. lapsi epistol. 5. ad Theodoretum lapsum*, totus est in ostendendo talem erga homines esse Dei pietatem, vt nunquam spernat pœnitentiam si ei sincerè, & simpliciter offeratur, etiamsi ad summum quis perueniat malorum, prout refert Gratianus *hic*, ex quo loco communiter colligitur nullum esse peccatum adeò graue, quòd per perfectam pœnitentiam, & Clauium potestatem Sacerdotibus datam in hoc Sacramento remitti non possit, consonant text. *in cap. inter hæc*, & exempla de quibus Hieronym. *in cap. importunè, de pœnitent. distinct. 1.* & probatur ex indistincta illa loquutione Christi Domini, *quorum remiseritis peccata*, &c. & manifestiùs ex auctoritate Ezechiel. *cap. 18. & 33. omnium iniquitatum eius non recordabor*, & Psalm. 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*, & est elegans testimonium Deuter. 4. *si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde retrahet te Dominus Deus tuus*, & deinde ratione ostenditur, quia qui contrarium dixerit, vel negat virtutem gratiæ, quæ omnibus semper sufficienter parata est, vel negat libertatem arbitrij, vel denique negat misericordiam Dei, aut merita Passionis Christi, quod asserere impietas est manifesta; quare meritò reprehenditur Cain *Genes. 4.* quòd dixerit, *maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*, refertur *in cap. voluissent §. denique, de pœnit. dist. 1.* Ex quibus hanc regulam, seu conclusionem tenet, & contrarium erroneum esse asserit D. Thom. *p. 3. quæst. 86. art. 1* Petr. Sot. *de pœnitent. lect. 5.* Sot. *in 4. dist. 15. q. 1. art. 1.* Cardin. Bellarm. *de pœnitent. lib. 2. cap. 15. cum seqq.* multi de quibus Henriq. *in summ. lib. 4. cap. 13. §. 4. litt. O*, Soar. *tom. 4. disp. 8. sect. 1. a num. 14.* qui omnes reprehendunt Armacanum asserentem propter aliqua ingentia crimina non posse hominem veniam impetrare, etiamsi ex parte sua fecerit quicquid potuerit.

Non obstant igitur nonnulla argumenta, quibus deceptus videtur Armacan. nam ad primum ex auctoritate Christi *Matth. 12. & Lucæ 12.* dum inquit blasphemiam in Spiritum sanctum non remitti in hoc sæculo, neque in futuro, respondetur prout dixi ad *cap. si Sacerdos, de pœnit. dist. 1.* Ad secundum ex auctoritate Ioannis *epist. 1. cap. 5.* ibi, *est peccatum ad mortem, non dico vt oret quis pro eo*, respondetur prout dixi *ad cap. importuna, in fine, de pœnit. dist. 1.* Ad tertium ex auctoritate *Ioan. 12.* ibi, *propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum*, &c. facilè respondetur si duo breuiter obseruentur, primum est quod Deus non est causa positiua obdurationis, sed negatiua, permittendo scilicet, & non miserendo, vt ex verbis Augustini *epist. 105. ad Sixtum* patet, dum habet, *non obdurat Deus impartiendo malitiam, sed non impartiendo misericordiam*, cum multis aliis, de quibus per Sot. *de pœnit. lect. 5. vers. solet*, & latè Cardin. Bellarm. *tom. 3. controuers. 2. generali lib. 2. cap. 14.* Secundo obseruari debet, quod licet Deus sæpissime auxilium efficax, seu efficacem gratiam iustis rationibus non concedat peccatoribus, nihilominus sufficientem gratiam, & ordinarium auxilium nulli denegat, Matth. 10. *Venite ad me omnes*, Apocalyp. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso*, Sapient. 11. *Misereris omnium, quia omnia potes*, cum aliis, quæ copiosè adducit Cardin. Bellarm. *d. tom. 3. controu. 3. generali lib. 2 cap. 5. cum seqq.* Soar. *tom. 3. disp. 8. sect. 2. à num. 6.* quibus adde quæ magistraliter resoluit Sot. *d. art. 1. vers. contra hanc autem*; quibus suppositis facile resoluitur argumentum, non enim Deus positiue indurat, neque etiam negat auxilium sufficiens, & per consequens non concludit auctoritas illa esse peccatum aliquod, quod per pœnitentiam remitti non possit, quod erat intentum. 2

Distinctio V.

1 Gloss. *verbo in pœnitentia, in princ. huius distinct.* existimat præceptum legis diuinæ de confitendo peccata obligare statim post cōmissum paccatum, sequuntur Archid. *in c. ille Rex, n. 1. de pœnitent. distinct.* 3. Petr. Sot. *de pœnit. lect.* 13. Guillel. Parisiens. Angel. Bonauent. Syluest. & alij, quos refert Soar. *tom. 4. disp. 15. sect. 5. n. 1. & disp. 35. sect. 3. à n.* 2. qui plura pro hac parte adducunt fundamenta, primò ex auctoritate *Ecclesiast. 5. Ne tardes cōuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Secundò, quia licet præceptum hoc in sui figura affirmate videatur, in substantia tamen negat, dum præcipit ne quis in odio Dei permaneat, ac subinde semper, & statum obligat, iuxta præcepti negatiui naturam, vt in simili Ecclesiæ præceptu restitutionis resoluit D. Thom. 2. 2. *q. 62. art. 8. ad* 1. ac subinde sub noua culpa obligat quoties quis aduertens, & potens non reddit alienum, quod retinet, *cap. sapè, de restit. spoliat. c. si res aliena, in princ.* 14. *q.* 6. Tertiò sumitur ex similitudine morbi corporalis, si enim vnusquisq; tenetur inccurrere corporali morbo adhibitis opportunis medicinis, vt docet Pont *in princ.* 83. *dist.* maiori ratione data opportunitate tenetur, & debet occurrere morbo spitituali cùm longè sit peior, & periculosior, iuxta illud *Psalm.* 33. *Mors peccatorum pessima.*

2 Contrariam verò sententiam tenent Doctores communiter, vt per D. Thom. *in 4. distinct. 17. quæst. 3. art. 2. quæst.* 4. vbi eriam Scot. Gabr, Palud, Durand. Riccard. & Sot. *distinct. 18. q. 1. art.* 4. latè Medin. *in C. de pœnit. quæst.* 6. & multi de quibus Henriquez *in sum. lib. 4. c. 3. §. 2. iuncta lit. R.* Viuald. *in candelab. aureo, vbi de contrit. n. 20. & de Confess. à num.* 11 latè Soar. *disp. 15. sect. 5. & 6. & disp. 35. sect.* 2. Nauar. *hic 3 p* gloss. *n. 5. cum seqq. & in man. c. 1. n.* 27. Couar. *in c. alma mater, part.* 1. §. 1. *num.* 6. qui multiplici confirmant fundamento, & primò, quia de præcepti affirmatiui natura est, quòd licèt semper obliget, non tamen obligat statim, & ad semper, sed pro loco, & tempore determinato, vel ex materia rei, vel Ecclesiæ constitutione, vt docet D. Thom. 2. 2. *quæst. 33. art. 2. in corpore,* & alibi passim, sed constat præceptum hoc secundùm sui formam, & naturam totum affirmatiuum esse, *Pœnitentiam agite, confitemini alterutrum,* &c. Secundò, quia Ecclesia determinauit tempus esse semel in anno, *cap. omnis de Pœnit.* quæ sanè determinatio inutilis esset, & diminuta si statim post commissam culpam lex diuina obligaret sacramentaliter confiteri. Tertiò, quia durissima esset lex, quæ sub noua culpa mortali obligaret Christianos omnes statim post culpam commissam adire Sacerdotes, contra illud Christi Domini Matth. 11. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue;* ostenditur enim difficultas, nam si semper, & statim præceptum obligat; semper & continuò peccat, qui aduertens contra illud facit, non agens pœnitentiam, quod quidem est contra vsum omnium pœnitentium, qui in confessione nunquam curant id exprimere, neque de eo à doctissimis Confessariis interrogantur: deinde quia si præceptum illud de non permanendo in odio Dei semper obligat, fit consequens peccare eos, qui aduertentes peccata sibi non esse remissa, non habeot statim perfectam contritionem, sed solam attritionem, siquidem hæc non est sufficiens ad peccata remittenda, quod tamen est contra Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 4.

3 Quare hac retenta sententia non obstant, quæ pro contraria *suprà* adduximus, ad primum enim ex auctoritate Eccles. *Ne tardes,* &c. respondetur consilium, non præceptum ibi contineri, vt ostendunt verba sequentia ibi, *subitò enim venit ira Dei,* & vt sunt pleraque alia, quæ in illo libro continentur, notat post Alex. de Ales, Nauar. *d. n. 7. & d. p. 3. n.* 15. & ante eum Medin. *vbi suprà vers. ad* 2.

Ad secundum verò respondetur, quod licèt præceptum illud de non existendo in odio Dei, concludat respectu odij actualis, si vel actu concipiatur, vel de nouo complaceat, minimè tamen sub ratione nouæ culpæ obligat ad statim habituale illud, quod remanet, transeunte actu peccati, vt optimè ostendit Medin. *d. quæst. 6. vers.* 4. Nec quicquam facit similitudo de præcepto restitutionis, omissis enim multis de quibus controuertunt circa restitutionem, & vim illius pręcepti de restituendo, vt post antiquiores explicant Sot. *de iustit. lib. 4. q. 7. art.* 4. Nauarr. *in man. c. 17. numer.* 54. Fr. Ludou. Lopez *in instruct. conscient. p. 1. c.* 113. Cou. *in reg. peccatum 2. p. in princ.* omissis etiam multis, quę circa differentiam pręcepti de restituendo, & præcepti de pœnitentia agenda multis relatis prosequuntur Henriquez *lib. 4. c.* 6. latè Soar. *d. disp. 15. sect. 5. à num.* 6. breuiter respondetur in præcepto restitutionis reperiri specialem quandam rationem deformitatis præ cæteris affirmatiuis præceptis, quæ dantur de aliis actibus virtutum, per quodcumque enim momentum, quo quis alienum retinet inuito domino, iustitiam offendit commutatiuam, & domino nouum nocumentum infert, & nouā iniuriam, dum cogitur carere re sibi vtili, vel necessaria, vt ex aliis bene considerant Cou. *& proximè citati.* Quare præceptum iustitiæ commutatiuæ non solū obligat ad non accipiendū alienum, sed etiam ad non retinendum, quia in vtroque eadem deformitas reperitur, quod non contingit in præcepto de pœnitantia, transeunte enim actu peccati si nouā non ponas complacentiam, sed solùm habituale illud odiū consideres, non datur ibi noua aliqua deformitas, neque nocumentum aliquod ex dilatione infertur Deo, vnde de vno ad alterum præceptum non rectè procedit argumentum. 4

Ad tertium ex similitudine morbi corporalia omissa solutione, quam post Medin. ponit Nauar. *d. p. 3. à n.* 14. respondetur neminem teneri statim sibi consulere sub culpa mortali adhibendo medicinam corporali morbo, sed tunc demum si extrema, vel grauis vrgeat necessitas, vel periculum grauioris mali, quod etiam in præcepto pœnitentiæ concedimus quando imminet periculum mortis, vel similis necessitas, atque ita post D. Tho. difficultatem resoluunt Medin. *vers. ad* 4. Soar. *n. 17. dictis locis.* 5

Distinctio VI.

Cap. I.

Declaratur *in collect. ad c. verbum, de pœnit. dist. 1. n.* 2.

Summarium.

1 *Secretum aliunde non cognitum, nisi in Confessione sacramentali in ordine ad eam, ita indubitanter conseruandum est, vt nullo casu etiam iubente Summo Pontifice reuelandum sit inuito pœnitente.*

2 *Sigillum Confessionis propriè non contrahitur quando*

alicui etiam Sacerdoti committitur aliquid etiam in secreto, vt aiunt, Confessionis, sine sacramentali peccatorum Confessione in ordine ad sacramentalem eorum absolutionem.

3 *Sigillum sacramentale oritur etiamsi pœnitens non mereatur absolutionem, nec etiam à Sacerdote consequatur.*

4 *Confessor non potest reuelare peccatum per pœnitentem sibi confessum aliàs in damnum Reipubl committendum, tenetur tamen suppresso nomine pœnitentis alia vtilia remedia quærere, vt huiusmodi notabili damno obuiet.*

5 *Confessor nunquam potest reuelare personam delinquentis confessi, & legitimè non consentientis etiamsi nullum aliud remedium, nisi sola eiusdem personæ expressio sufficit, ad eam, v.g hæresim fugandam, aut quodlibet aliud notabile damnum auertendum.*

6 *Confessores peccata pœnitentium reuelare præsumentes quas pœnas incurrant, remiss. no.*

Cap. Sacerdos. II. *Gregor.*

1 N*Eque, quod absit, pro aliquo scandalo, &c.*] Secretum igitur aliunde non cognitum, nisi in Confessione sacramentali in ordine ad eam, ita indubitanter conseruandum est, vt nullo casu, etiam iubente Summo Pontifice, reuelandum sit inuito pœnitente, etiam pro salute, & scandalo Regni totius, nedum pro auertendo damno priuati impendente ex crimine patrando ab ipso etiam pœnitente, qui illud Confessori sacramentaliter reuelauerit, etiam sine proposito emendæ, vt probatur tum ex generalitate huius textus, tum etiam ex ea ratione, quia nullum malum occurrere potest adeò graue, quod non sit leuius malo, quod Ecclesiæ Christianæ insurgeret ex detectione Confessionis sacramentalis, si ea permitteretur in aliquo casu, absque iusta, vtili, & honorifica licentia ipsius pœnitentis, dum perinde eadem Confessio Christianis redderetur molesta, exosa, & abominabilis, & iugum quoddam importabile contineret, contra illud Domini Matth. 11. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*; vnde meritò ex hac, & aliis rationibus sic resoluunt communiter Theologi *in 4. sentent. dist. 21.* vbi Gabr. *q. 1. conclus. 5.* D. Thom. *2. 2. q. 70. art. 1. ad 2.* Sot. *de iustit. lib. 5. q. 7. art. 1. ad 1. & de ratione tegendi membr. 2. q. 7. concl. 4 col. 2. post princip.* Cordub. *in suo quæst. lib. 1. q. 43. pag. 347. vers. tertio*, Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 7. n. 8.* Molin. *de iustit. tract. 4. disp. 5. a. 6. ad fin. & n. 9.* Less. *in simili tract. lib. 2. c. 30. n. 45.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 16. q. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 3. n. 5.* Martin. Delri. *disquis. magicar. l. 6. sect. 3. vers. quoad secundam*, Onuph. *de sacro sigillo sect. 2. q. 1. dub. 1. vers. sequitur quarto, & sect. 4. quæst. 6. vers. equum secundo*, Bonacin. *de Sacramentis. disp. 5. q. 6. sect. 5. puncto 4. n. 19.* ex nostris idem resoluunt Couar. *de sponsal. part. 2. c. 8. §. 12. n. 10.* Nauar. *in præsenti cap. ... n. 17. cum seqq.* Cened. *ad Decretum collect. 60. n. 5.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 11. n. 49. 50. & 74.* Mascard. *de probationib. lib. 1. quæst. 5. num. 51.* Salzed. *ad Bernard. in tract. cap. 109. lit. ... vers. erit autem clericus*, Zerol. *de pœnit. cap. 10. quæst. 9* Flores de Mena *var. lib. 2. quæst. 18. num. 46.* Mart. *de iurisdict. part. 4. casu 194. num. 2. cum seqq.* vbi *part. 2. cap. 14.* disputat an idem dicendum sit de confessione facta laico in extrema necessitate, quorum plures, & cæteris latiùs Nauar. *hic num. 116. cum seqq.* respondent ad plura iura, quibus in aliquibus casibus particularibus videbatur permitti secretum Confessionis detegere, nempè ad text. *in cap. officii, de pœnit. & remiss. & in cap. significasti, de adulter. & in cap. Matthæus, & in c. nemo, de simon. & in cap. exhibita, de homicid. & in cap. licet, de renunciat.*

Non obstat quòd contrarium tenuerit Panor. *in d. cap. omnis vtriusque sexus, num. 24.* & alij communiter ibi, resoluentes Sacerdotem in his terminis debere crimen committendum sibi taliter confessum reuelare ei, cui prodesse possit, & non obesse, & ex ea ratione, quia huiusmodi Confessio, quod attinet ad dictum peccatum impendens confessum, absque proposito emendæ, nulla est, & non meretur absolutionem sacramentalem, vt pote in his terminis deficiente pœnitentia necessaria ad validitatem Confessionis sacramentalis, iuxta text. *in cap. quod quidam, de pœnitent. & remiss.* ac proinde quòd nec secretum eiusdem Confessionis videtur obligare prædicto modo, prout sanè non obligaret sic strictè, si extra illam committeretur fidei alterius; quod quidem fundamentum ex eo fit fortius cùm euitari non possit si quis replicet, & consideret, quòd in hac criminis committendi Confessione præmittatur signum Crucis, & Confiteor genibus flexis, cùm adhuc huic replicationi videatur occurri ex iis, quæ alioquin traduntur à Doctoribus inter quos constat hæc præambula non inducere sigillum Confessionis sacramentalis, sed solùm sigillum secreti secularis quando alicui etiam Sacerdoti committitur aliquid etiam in secreto, vt aiunt, Confessionis, sine sacramentali peccatorum Confessione in ordine ad sacramentalem eorum absolutionem, vt post Sot. & Caiet. firmat Nauar. *in man. cap. 8. n. 18. & in hoc text. sub. num. 39.* Sot. *de ratione tegendi memb. 2. q. 7. sub concl. 4. colum. 2. ante med.* Viuald. *in candelab. aureo tit. de sigillo Confessionis n. 15. post med. & n. 37.* Cened. *d. collect. 60. n. 4.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 13. n. 6.* Sayr. *in clavi Regia lib. 12. c. 16. n. 13.* Bernard. Græuæ *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 100. consil. 2. n. 13.* Bonacin. *d. quæst. 6. sect. 7. puncto 2. n. 2.* 2

Respondetur enim fatendo quidem confessionem criminis committendi per ipsummet pœnitentem in damnum Reipub. aut proximi, non mereri absolutionem sacramentalem, nec illam ei posse impendi sine sacrilegio, & nullitate, negando tamen illam confessionem non esse sacramentalem quoad effectum sigilli, & secreti sacramentalis, cum ipsa supponitur facta Sacerdoti non quatenus amico, & personæ priuatæ, sed potius quatenus ministro publico eiusdem Confessionis in ordine ad sacramentalem peccatorũ absolutionem, vel concedendam si pœnitens legitime dispositus esset, vel modo negandam ex defectu prædictæ dispositionis, sicque per huiusmodi Sacerdotem vt iudicem, & ministrum publicum, & per hunc pœnitentem vt partem & reum exerceri etiam in his terminis verum iudicium, & forum sacramentale, & pœnitentiale, in quo Sacerdos sicut audit vt iudex, minister, & Vicarius Dei, & cognoscit peccatum alioquin legitime confessum, id est, cum dicta animi obstinatione manifestatum, vt condemnet, & liget negando eius absolutionem cum eidem Sacerdoti par ius esse Dominus voluerit & ligandi, & soluendi, iuxta illud *Ioan. 20.* & text. *in cap. verbum, de pœnit. dist. 1.* & in terminis bene obseruat Nauar. *hic a n. 121. & sub n. 125.* 3

Illud tamen quoad hæc peccata committenda, & confessa obseruandum est, teneri, scilicet Confessorem, suppresso tamen nomine pœnitentis, alia vtilia remedia quærere, vt obuiet notabili damno Reipub. aut proximi, videlicet monendo Episcopum, Præsidem, vel aliũ, cui hoc munus incubuerit, vt inuigilet super 4

super gregem suum, eo quòd lupus rapax tentat eum inuadere, sic enim vtrique obligationi Confessor satisfaciet, nempe illi, qua tenetur Rempubl. aut; proximum ab iniusto damno defendere, & rursus illi, qua omninò adstringitur sigillum Confessionis sacramentalis conseruare etiam quoad huiusmodi peccata, sicuti in his terminis obseruat Nauar. *hic n. 124.* & alij, quos refert, & sequitur Cened. *collect. 60. sub n. 5.* & satis deducitur ex text. *in c. 2.* cum *ibi* notatis, *de offic. Ordin.*

5 Dixi, *suppresso tamen nomine pœnitentis*, vt intelligatur nunquam à Confessore posse reuelari personam delinquentis confessi, & legitimè non consentientis, etiamsi nullum aliud remedium, nisi sola eiusdem personæ expressio sufficiat ad eam v.g. hæresim fugandam, vel ad illud proximi homicidium, aut quodlibet aliud notabile damnum auertendum, aut ad alia delicta reprimenda, vt benè resoluunt Theologi, de quibus *suprà*, sequuntur citati à Cened. & Nauar. *vbi proximè*, & efficaciter colligitur ex *dict. cap. 2.* per quem idem confirmat ex nostris Couar. *d. n. 10.* post alios Menoch. *de arbitr. casu 414. n. 10. cum seqq.*

9 *Nam si hoc fecerit deponatur*, &c.] De pœnis, quibus afficiantur Confessores peccata pœnitentium reuelare præsumentes, agunt Doctores, quos plena manu citaui *ad dict. cap. omnis vtriusque sexus, n. 15.* quibus addo Molin. *de iustit. tract. 4. disput. 5. num. 6. cum seqq.* & Lessi. *in simili tract lib. 2. cap. 30. num. 45.* simulque obseruantes Sacerdotem sic iniuste peccata sibi confessa reuelantem committere sacrilegium, qua parte in hac manifestatione offendit virtutem religionis resultantem ex lege diuina positiua hoc secretum Confessionis sacramentalis indigente, atque etiam committere peccatum iniustitiæ qua parte violat fidem in eadem confessione tacitè per eum datam, & ab ipso pœnitente acceptatam de non reuelando peccato confesso, ac proinde eundem Sacerdotem teneri ad restitutionem omnium damnorum tam famæ, quàm cæterorum bonorum, quæ ex eadem reuelatione sequerentur, & ipsi pœnitenti obuenirent.

Cap. Placuit. III. & vlt.

Vrbanus. II.

1 EX hoc text. *in vers. nisi pro ignorantia*, videtur colligi licere confiteri alieno Sacerdoti propter proprij imperitiam, vt tenet gloss. *in præsenti, verbo pro ignorantia, & in cap. omnis vtriusque sexus, verbo proprij, de pœnit. & remiss.* Sed S. Thom. *in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. sub q. 4. art. 3. & dist. 21. in gloss. vlt.* videtur quòd adhuc in isto casu concernente tantùm discretionem proprij Sacerdotis, non debet adiri alius absque licentia proprij Sacerdotis, aut superioris, consonant Palud. Albert. Magn. Innoc. Marsil. & alij quam plures ex Martino de Frias *de arte & modo audiendi Confess. p. 1. c. 3. fol. 38. verso*; de intellectu vide Soar. *de pœnit. disput. 27. sect. 1. n. 12. cum seqq. & sect. 4. n. 16. cum seqq.*

Distinctio VII.

Cap. Si quis positus. II.

1 ISTE text. & similis *in c. si quis autem, & in cap. idcirco, hac ead. dist.* declarantur *in collect. ad c. seq. num. 1. & 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia agi potest de peccatis præteritis in vltimo vitæ momento.*

2 *Declaratur text. in cap. si quis positus, & in c. si quis autem, hac eadem dist.*

3 *Declaratur text. a cap. idcirco, hac eadem dist.*

4 *Purgatorium institutum est pro decedentibus sine mortali, sed tantùm cum venialibus, & cum reatu pœnæ temporalis.*

5 *Purgatorij locus certus est lege Dei ordinaria.*

6 *Purgatorij quæcumque pœna grauior est, & acerbior quacumque alia etiam grauissima huius vitæ.*

7 *Purgatorij pœnæ quantum durare possint, ostenditur, & num. 8.*

Cap. Nullus expectet. VI. & vlt.

Augustinus.

AVgustinus *in lib. de pœnit. cap. 17.* relatus *in hoc text.* auctoritate *Ezech. 33.* probat in vltimo vitæ momento de peccatis præteritis pœnitentiam agi posse, & peccata per sacramentum Pœnitentiæ, & Clauium potestatem remitti, quod & docet eleganter Leo Papa relatus *in cap. nemo, hac ead. distinct.* inquiens quòd nemo desperandus est dum in hoc corpore constitutus est, ex quibus atque aliis latè confirmant. Petr. Sot. *de pœnit. lect. 3. vers. his proximum*, Sot. *in 4. dist. 19. quæst. 2. art. 6.* multi de quibus Henriquez *in sum. lib. 4. cap. 6. §. 6. iuncta lit. X.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 94.* 1

Ad auctoritates verò, quæ in contrarium adducuntur à Gratiano *in cap. si quis positus, & in cap. si quis autem, hac eadem dist.* respondetur Augustinum *ibi* non docere desperandum esse de salute eorum, qui in vltimo fine vitæ agunt pœnitentiam, sed solùm non audere promittere securitatem, & merito posse dubitari, patet ibi, *pœnitentiam dare possum, securitatem non possum*, cum aliis, quæ sequuntur, & quidem propter quæ in eo statu graue afferunt periculum, perturbatur enim ratio, & magis timor pœnæ vrget, quàm dilectio, deinde amor mundi, filiorum, & similia, quæ rectè notat Gratian *hic*, & latiùs ex Scoto, Petr. Sot. *citato loco.* Facit quia iustè in morte Deus suam denegat gratiam illis, qui in vita eam contempserunt, iuxta illud Prouerb. 1. *quia vocaui, & renuistis, &c. ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo*, & ibi, *tunc inuocabunt me, & non exaudiam.* Iuuat, quia si exemplum vnius latronis nos in spem erigit, alter meritò deterret, qui iuxta latus Christi crucifixus veniam consequutus non est, quare non esse desperandum, meritò tamen timendum in hoc articulo monent Sancti Patres. 2

Ad auctoritatem verò Cypriani *in cap. idcirco, hac ead. dist.* dum inquit negandam esse pœnitentiam illi, qui in vltimo infirmitatis periculo eam cœpit deprecari omissis aliis de quibus Nauar. *ibi*, respondetur cum eodem agere Cyprianum de illis, quos constat in mortis articulo non veram, sed fictam agere pœnitentiam, vt patet ex littera, ibi, *pœnitentiam non agentes*, &c. 3

Nam prius purgandus est igne purgationis, &c.] Pro decedentibus sine mortali, sed tantùm cũ venialibus, vel cum reatu pœnæ temporalis purgatorium institutum est, vt animæ purgatæ dignæ fiant diuino conspectu, sicuti docent Henriquez *in sum. lib. vlt. cap. 25. §. 3.* Valent. *tom. 4. disp. 11. quæst. 1. puncto 1. §. 1.* Soar. *tom. 4. disp. 45. sect. 1. cum seqq.* 4

Quamtis

5 Quamuis autem Card. Bellarm. *lib. 2. de Purgat. cap. 7.* probabile existimet certum & limitatum non esse locũ Purgatorij, sed aliquando aliquas animas detineri extra illum locum ignis, & mitius cruciari, motus ex historia Bedæ *lib. 5. historia Anglicana c. 23.* dum refert cuidam animæ, quæ postea ad corpus rediit, ostensum fuisse præter infernum, & Purgatorium, & Regnum Cœlorum, pratum quoddam florentissimum, lucidissimum, odoratum, & amœnum, in quo degebãt animæ, quæ nihil patiebantur, sed solùm detinebantur donec aptæ fierent visione Dei: verius est & receptius lege Dei ordinaria definitum esse certum locum, vt comprobant Petr. Sot. *de Purgator. lect. 2.* & alij *suprà* citati. Ad visiones autem illas respondent Doctores communiter intelligi de lege extraordinaria Petr. Sot. *vbi proximè*, Nau. *hic num. 16.* Henriq. *d. §. 3.* sed meliùs Soar. *d. disp. 45. sect. 1. n. 3.* & omninò *n. 7.* ex multis ostẽdit suspectas sibi videri visiones illas, vt comprobat *n. 11.* tandem concludit, quòd *si* veræ sunt, intelligi debent non ad litteram, sed secundùm aliquã metaphoram, hoc est, significando per locum illum amœnum consolationes spirituales, quas animæ percipiunt ex certitudine suæ salutis, & ex spe, quam habent exeundi ab illo loco pœnarum.

6 Vnde consequenter dicendum est quamcumque pœnam Purgatorij grauiorem esse, & acerbiorẽ quacumque alia etiam grauissima huius vitæ, vt ait August. *in præfati*, ibi, *excedit omnem pœnam.* Et deinde ratione ostenditur, quia pœna damni priuat summo bono, quod est Deus, & quod animæ illæ summo desiderio desiderant, cognoscuntque corpore separatæ clarius, & perfectius bonum, quo priuantur. Deinde pœna sensus, tam ratione potentiæ, quæ rationalis est ac subinde capacior doloris quàm animalis, quàm etiam ratione obiecti ignis ille Purgatorij longe acerrimus est quàm naturalis, cùm à diuina iustitia solum ad torquendũ institutus sit, & ideò meritò sic tradit D. Tho. *in 4. dist. 10. q. 1. ar. 2.* sequuntur Doctores communiter, vt per Sot. *dist. 19. q. 3. art. 2. concl. 2.* Card. Bellarm. *d. lib. 3. c. 14.* Valent. *d. punct. 2. assert. 4.* latè Soar. *d. disp. 46. sect. 3.* Henriq. *d. c. 25. §. 3. lit. L.* Lauor. *de indulg. p. 2. c. 29. n. 56. & 57.*

7 Iam verò de pœnarum Purgatorij duratione inter scribentes controuertitur, Sot. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 2. in fine*, credit nunquam in Purgatorio animam aliquam post decem annos, vel ad summum post viginti permansuram, sequuntur Viuald. *in candelab. aureo, vbi de Purgator. num. 19.* Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciata §. 7. n. 7.* Mouentur ea ratione, quia cùm existentes in Purgatorio sint in charitate, & amicitia Dei, credibile non est quòd velit Deus eos acerbissima pœna diutiùs cruciari.

8 Sed verius est in particulari certam regulam tradi non posse, neque æqualem quoad omnes animas, cum enim non omnes cum æquali reatu, & æqualibus peccatis venialibus ab hac vita decedant, iustitiæ æqualitas postulat, vt pœna in omnibus æqualis non sit, sed potius quòd pro qualitate, & numero peccatorum pœnæ durent, & minuantur, iuxta reg. text. *in c. non afferamus, in fine 24. quæst. 1.* & illud Apocalyps. 18. *quantum se glorificauerit, & in delitiis fuerit, tantum date illi de tormentis.* In communi verò certum est vltra diem vniuersalis iudicij pœnas Purgatorij minimè duraturas, vt docet August. *lib. 21. de ciuitate Dei c. 16. Purgatorij*, inquit, *pœnas nullus futuras opinetur, nisi ante illud vltimum, tremendumque iudicium*, & probatur ex auctoritate *Matth. c. 25.* vbi duos tãtum ordines legimus, eorum scilicet, quibus Dominus dixit, *Percipite Regnum*, & aliorum quibus dixit, *Ite maledicti in ignem aeternum.* Verius est etiam vsque ad diem iudicij posse durare pœnas Purgatorij, immò de facto duraturas in aliquibus, constat ex multis reuelationibus Sanctorum, quas refert Cardin. Bellarmin. *d. lib. 2. cap. 9.* Soar. *d. sect. 3. num. 4.* Valent. *d. punct. 1. assert. 5. vers. secundò autem*, Henriquez *in sum. lib. 7. c. 6. §. 4. in fine.* Ad rationem verò factam pro Sot. eleganter respondet Bellarm. *dicto cap. 9. propè finem* scilicet in vita esse tempus misericordiæ, post mortem verò iustitiæ, vt optimè probatur ex *Psalmo 100.* ibi, *misericordiam, & iudicium cantabo tibi*, vt explicat Augustinus inueniamus modò tempus misericordiæ, futurum autem tempus iudicij, ideóque quamuis viuens potuerit ex misericordia Dei satisfacere per opera leuissima, ieiunium, orationes, & similia, non ita post mortem, quando diuina iustitia pœnas exigit diuinæ maiestatis offensæ quòd vero peccata breui durauerint, pœnæ autem sint maximæ, non refert, quia non attenditur duratio peccati, sed offensio summi boni.

Qvæstio IV.

GLos. *verbo quòd autem, in sum. huius quæstion.* 1
differit an liceat tempore orationis vacare coniugali operi in exigendo, de quo commodius dicam *ad c. quotiescumque, infrà hac eadem causa, & quæst.*

In eadem gloss. ibi, *nam, vt premisi, semper exactius* 2
tenetur reddere debitum, &c. Notatur ad hoc, quòd quocumque die quantumuis solemni debitum exigatur tenetur coniux reddere, vt per D. Antonio. *3. part. tit. 1. cap. 20. §. 7.* Caiet. *in summa verbo Matrimonium cap. vlt. de peccatis in vsu matrimonij, §. primus est, in fine*, Turrec. *in c. sciatis 33. quæst. 4. art. 4. num 6.* Viguer. *institut. cap. 16. §. 7. vers. 10.* Ludouic. Lopez *in instruct. conscient. c. 81. in initio, & c. 79. vers. peccat etiam*, Gaet. *in repet. c. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. num. 174.* Petr. Sot. *lect. 16. de matrim. vers. sequuntur circumstantia*, Tiraq. *l. 25. connub. num. 211.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 12. num. 7.*

Cap. Sciatis. I.

EX hoc text. vulgo colligitur venialiter delinque- 1
re illum, qui debitum exigit die, qua Eucharistiam sumpturus est, vt per Sot. *in 4. dist. 32. quæst. vnica art. 3. post 2. concl. vers. vnum tamen*, Vetac. *in speculo coniug. part. 3. art. 27. concl. 2.* Petr. Sot. *lect. 16. de matrim. vers. sequuntur circumstantia*, Barthol. à Ledesma *de matrim. dub. 71. vers. de temporibus autem sacris*, Petrus de Ledesma *de matrim. quæst. 67. art. 7. notab. 2.* Viuald. *in candelab. aureo part. 1. vbi de matrimonio, numer. 263.* Matienso *in rub. tit. 1. gloss. 1. num. 112. lib. 5. nona recop.* Sanchez *de matrimon. lib. 9. disp. 13. num. 2.* qui id bene intelligunt de exigente debitum coniugale ex nimia carnis concupiscentia, & voluptatis capiendæ gratia. At vero si debitum fuerit petitum recto fine vt causa prolis, vel vitandi periculum incontinentiæ, nulla est culpa ad Eucharistiam ea die accedere, S. Thomas *part. 3. quæst. 80. art. 7. ad 2.* Syluest. *in sum. verbo Eucharistia 3. quæst. 11. §. 13.* Sot. *in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. vers. secundum enim argumentum*, Nauar. *in man. c. 21. n. 51.* Soar. *tom. 3. in 3. p. q. 80. art. 8. dist. 68. sect. 2. ad fin. vers. nihilominus*, Sanchez *d. disp. 13. n. 5.* adducens rationem; quia licèt in copula coniugali intercedat voluptas, & corporalis immunditia, cum hæc accidant ad bonum prolis, præponderant, & licitè fiunt. Sed hæc sententia quamuis in se vera sit, non probatur

probatur in hoc text. vbi indistincte fit prohibitio absque aliqua venialis, aut mortalis peccati sperificatione, & ideo bene D.Thom. *in 4. dist. 32. q. vnica, art. 1. ad 1.* ait sermonem hic esse de Ecclesiæ ministris coniugatis, quales suot Græci, quibus interdictum est celebrare die, qua ad vxores accedunt, late & eleganter Ioan. Sanct. *in select. & pract. 2. disp. 23. per totum.*

Cap. Quotiescunque. III.

Augustinus.

1 AVgustinus *serm 2. de tempore, id est, de secunda Dominica Aduentus,* relatus *in hoc text.* ait à coniugali coitu in Sanctorum solemnitatibus esse abstinendum, vnde aliqui colligunt culpam esse lethalem his diebus debitum exigere, provt sunt gloss. *verbo quod autem, in summa huius quæst.* Butr. *in rubr. de sponsalib. num. 15.* vbi Alexand. de Neuo, *num. 24.* Abulen. *in c. p. 5. Matth. quæst. 238. iuncta quæst. 240.* Stephan. de Gaeta *in rep. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. num. 181.* Sed hoc nec in se verum est, nec in hoc text. probatur, quia Augustinus hic loquitur de consilio, nec in omnibus æquiparatur accessus coniugalis, concubinariusque, vt explicat Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 12. n. 8. in princ.* Quare alij tenent culpam esse venialem debiti exactionem diebus feriatis supplicationum publicarum solemnium, vt rogationum, ieiuniorumque ab Ecclesia præceptorum, ita per text. *in c. proposuisti 82. distinct. c. fratres, c. si causa, & c. si Christiano, hac eadem causa, & quæst,* docent Verac. *in speculo coniug. p. 3. art. 17. concl. 1. & 2.* Petr. Sot. *lect. 16. de matrim. vers. sequuntur circunstantiæ.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. lib. 2. c. 12. num. 18.* Mattiens. *ad rub. tit. 1. gloss. 1. num. 11 1. lib. 5. noua recop.* Sed nec hæc sententia satis probatur, nam ad *d. c. proposuisti* respondetur cum gloss. *ibi*, verbum *præcepit* capi pro persuasit, & *ad d. c. fratres* respondetur cum *gloss. vnic. ibi* esse consilium, & *ad c. si causa* idem respondetur cum gloss. *ibi, verbo concessum,* & *ad cap. Christiano* respondetur cum gloss. *ibi, verbo non licet,* capi non licere, pro non expedire.

2 Verior igitur sententia (licet supradictæ sint valde probabiles) ait solum esse consilium quibusuis diebus à copula coniugali abstinere, ac proinde omni culpa vacare tunc exigere vt ex citatis glossis aperte colligitur, & sustinet expresse Pedraza *in sum. prac. 6. §. 18.* Petr. de Ledesma *de matrim. q. 94. art. 7. notab. 1.* Barthol. à Ledesma *de matrim. q. 94. art. 7. notab. 1.* Fr. Emman. *in summa, tom. 1. c. 213. num. 18.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 12. n. 5.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 1. c. 2. quæst. 8.*

Cap. Si causa. IV. *Ambros.*

1 QVamnis ex hoc text. aliqui colligant lethale esse vti actu coniugali tempore prægnationis etiam cessante aborsus periculo, omnes fere Doctores conueniunt minime esse lethalem culpam etiam exigere tūc debitum, tum quia nulla inuenitur prohibitio accessus in eo tempore, quia text. hic & alia similia iura intelligenda sunt loqui de consilio, vel vbi esset verissime aborsus periculum; tum etiam, quia matrimonium nō solùm est institutum in officium naturæ, sed etiam in concupiscentiæ remedium, quod minime præstaret, immo rete maximum si tanto tempore coniugibus abstinendum esset, & ideo ita docent D Thom. *in 4. dist. 31. in fine, in expositione litteræ.* Alex. de Neuo *in rub. de sponsalib. num. 21. casu 3.* Petr. de Ledesma *de matrim. quæst. 64. art. 1. dub. 4.* Sanchez *de matrimon. lib. 9. disput. 22. num. 3.* Quod adeo verum est, vt nec culpa aliqua venialis in ea debiti exactione inueniatur, sicuti tradunt Verac. *in speculo coniug. p. 3. art. 17. concl. 3.* Henriq. *in sum. lib. 11. de matrim. c. 15. §. 7.* Matiens. *ad rub. tit. 1. gloss. num. 110. lib. 5. noua recopil.* Sanchez *d. disp. 22. n. 6.*

Cap. Vir cum propria. VII.

Gregorius.

EX hoc text. *in vers. si quis ergo*, vulgo colligitur quod si debitum petitum sit recto fine, vt causa prolis, nulla est culpa ad Eucharistiam ea die accedere, sed solum est consilium abstinere, suoque iudicio coniux est relinquendus, vt pro ratione impedimenti, aut spiritualis effectus, quem in se senserit, aut communicet, aut abstineat, vt per Martin. Ledesma *1. p. 4. quæst. 21. art. 7. dub. 4. in fine,* D.Thom. *3. p. q. 80. art. 7. ad 8.* D. Antonin. *3. part. tit. 13. c. 16. §. 10.* Sylu. *in sum. verbo Eucharistia 3. q. 11. §. 13.* Angl. *in floribus Theolog. p. 1. de matrim. q. 6. de obligat. soluendi debitum art. 1. post 3. diffic. dub. 2.* Anton. Cuch. *l. 5. instit. maioris. tit. 5. n. 115.* Barthol. à Ledesma *dub. 24. de Eucharistia, conclus. 2. ad fin.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 13. n. 5.* late & eleganter Ioan. Sanct. *in select. & pract. disp. 23. per tot.* 1

In gloss. *Quòd defleant.* ibi, *sed si causa incontinentiæ veniale,* &c. Vide quæ dixi *ad c. quicquid numer. 432. quæst. 1.* 2

In gloss. *Hinc etiam.* ibi, *& solemnes traductiones,* &c. Secundum primam huius glossæ opinionem merito resoluunt aliqui solam solemnem traductionem sponsæ in sponsi domum prohiberi, quia nimia mentis euagatio deducens illius temporis sanctitatem minimè reperitur in traductione absque solemnitate, & festiuis vanæ lætitiæ signis, ita Nauarr. *in man. c. 12. num. 71.* Philiarc. *de officio Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. c. 4.* Gaët. *in repet. c. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. n. 549. in fine,* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 2. c. 85. num. 18.* Card. Bellarm. *lib. 1. de matrim. c. 31. ad fin.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. disp. 7. num. 16.* vbi *num. 17.* subdit nomine traductionis solemnis prohibitæ eo tempore intelligi conuiuio, & aliis vanæ lætitiæ signis comitatam traductionem, & *num. 18.* disserit quale peccatum sit hisce diebus vxorem traducere, cōuiuia solemnia facere, aliqua sæcularis lætitiæ signa exhibere. 3

Cap. Non licèt. IX.

Ex Concil. Martini Brachāren.

GLoss. *verbo natalia, in præsenti text.* notabiliter ait à Christianis fieri Martyrum, & Sanctorum memorias eo die, quo mortem obiere, quia illo die nascuntur Sancti viri ad gloriam, & vitam æternam, vt per Corset. *in singularib. verbo festum,* Panorm. *in c. 3. de feriis,* Couar. *lib. 4. var. c. 19. n. 9.* faciunt quæ Tiraq. *de nobilit. c. 31. n. 5.* 1

Cap. Non oportet. ij. X.

Ex Concil. Illerd.

IN Concil. Illerdensi relato *in hoc text.* pluribus anni temporibus interdicebatur aliquam duci in vxorem, nempe ab Aduentu ad Epiphaniam, à Septuagesima ad octauam Paschæ, à diebus Rogationum ad 1

octauam

octauam Pentecostes, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem S. Ioannis Baptistæ, de quibus meminit Sanchez *de matrimon. lib. 7. disput. 7. num. 1.* subdeos ex Syluestr. *verbo matrim. 7. q. 12.* olim non modicam difficultatem fuisse an vltimi dies octauarum Epiphaniæ, & Pentecostes comprehenderentur,

a Quam quidem prohibitionem temperans Concil. Trident. *sess. 24. de reformat matrim. cap. 10.* solùm interdixit ab Aduentu ad Epiphaniam, & à feria quarta Cinerum, vsque ad octauam Paschatis, referont Sanchez *d. disp. 7. num. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 188.* Posseuin. *de officio Curati. cap. 10. num. 25. vers. quæritur*, Molfes. *in summ. Theologiæ moralis tract. 4. cap. 11. n. 10. cum seqq.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. c. 17. §. 2. n. 9. & 10.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p. 2. allegat. 32. num. 193. cum seqq* Quibus temporibus si quis contrahere auderet, peccabit mortaliter, ob id tamen non dirimitur matrimonium, ita Mariens. *in rub. tit. 1. gloss. 1. num. 147. lib. 5. noua rec p.* Cened. *ad Decretal. collect. 22. num. 2.* Sanch. *d. disp. 7. n. num. 3.* Bonacin. *de matrim. quæst. 3. puncto 14. n. 4.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 14. tit. 15. l. 1. de matrim. num. 10.* Aloys. Riccius *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 8. n. 3. p. 4* Ego ipse *d. alleg. 32. n. 196.*

3 *Quod si factum fuerit, separentur.*] Sponsi igitur id præceptum transgredientes sunt in delicti pœnam separandi, & gloss. *hic verbo separentur*, ait ad tempus idémque docent Syluestr. *verbo matrimonium 7. q. 2. dict. 6.* Gregor. Lopez per text. *ibi, l. 18. verbo en la manera cit. 2. p. 4.* Caet. *in repet. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 159. in fine*, Sanch. *d. disp. 7. n. 5.* vbi temperat, nisi esset periculum incontinentiæ in alterutro coniuge, quia tunc à separatione prædicta abstinendum esset, aliáque pœna iniungenda.

Cap. Apostolus. XII.

Augustinus.

1 GLoss. *verbo fraudare, in præsenti text.* tenet in Ecclesia coniugale debitum reddendum non esse, vt per Victor. *in summ. de matrimon. num. 267. in fine*, Nauar. *in manual. c. 16. n. 25.* Turrecrem. *in c. statuis, sup. hac eadem causa, & q. n. 5. n. 8.* Steph. de Gaeta *in repet. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 179.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 15 n. 8.*

Quæstio V.

Cap. Notificasti. II.

Alexander. II.

1 GLos. *verbo, licentiam, in hoc text.* probare videtor in matrimonio contrahendo requiri omnimodam libertatem, ita vt consensus sit cum qualitate libertatis, aliàs matrimonium ipso iure non tenet tanquam metu contractum, cum per eum tollatur illa qualitas libertatis in matrimonio contrahendo requisita, etsi metus habeat consensum, non tamen spontaneum, vt per Panormit. *in cap. Abbas num. 8. quod metus causa*, Boer. *cons. 20. num. 38. in fine cum seqq.* Gregor. X V. *decis. 326. n. 31.* & ideo vt matrimonium dicatur non metu contractum non sufficit simplex consensus, sed requiritur plena securitas, & libertas, vt tenent Nauar. *cons. 3. sub num. 2. de sponsal.* Hippol. Rimin. *cons. 77. num. 14.* inter matrimonialia Zilleti, Fortun. Garc. *in tract. de vltimo fine num. 188. 189. & 419.* Paul. Paris. *cons. 61. num. 31. lib. 4.* Fachinæ. *lib. 3. controuers. cap. 28. vers. ad secundum respondeo*, Rot. *decis. 643. num. 9. part. 2 recent.*

a In eadem gloss. *verbo cum festinatione, vltim. ad fin. in præsenti text.* ait videri ex hoc text. elici fas esse coniugi absque licentia professo resilire propria auctoritate, similis gloss. *verbo corrigenda in cap. vna sola, hac eadem causa, & quæst.* ita Archid. & Bellam. *in fine hic* Abbas *in c. accedens num. 3. de conuers. coniug.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 34. num. 15.* vbi multis fundamentis hanc glossarum sententiam sustinet, contra Syluest. *in summ. verbo diuortium q. 14. statim in princip.* Nauar. *cons. 3. num. 3. & 4. conuers. coniug. in antiq. alias cons. 6. num. 3. & 4. eod. tit. in nouis*, Henriq. *in summ. lib. 11. de matrim. cap. 5. §. 10* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 239. num. 3.* & alios existimantes minimè licere coniugi sine licentia professo propria auctoritate Religionem deserere altero non repetente.

In eadem gloss. ibi, *si non exigere potest.* Notatur ad hoc quòd coniux reuocatus non potest petere debitum, tenetur tamen reddere. vt per Host. *in c. accedens de conuers. coniug. n. vnico, super verbo exhibeat*, Sanch. *d. lib. 7. disp. 35. n. 2.* 3

In eadem gloss. ibi, *ad monasterium tamen non cogitur redire*, &c. Notatur ad hoc quòd coniux non tenetur ad Religionem redire post mortem coniugis reuocantis, vt per Sanch. *d. lib. 7. disp. 35. n. 4.* vbi subdit se credere nec in foro conscientiæ teneri. 4

Cap. Mulier. III.

Ex Concil. apud Compendium.

PRobat hic text. posse virum, si ei placuerit, recipere iterum ad coniugium vxorem suam, quæ sine eius licentia velum in caput miserit, de quo vide Tiraqu. *de retract. lignag. §. 26. gl. 2. n. 10. & in l. 1. connub. gl. 1. p. 1. n. 21.* 1

In gloss. *Coniugium.* ibi, *sed pone quòd mulier*, &c. Notatur ad hoc quòd coniuge, sine cuius licẽtia professio facta est consensum præstante illi professioni, amplius sic à professo non licebit exitus, sequuntur Turrecrem *hic num. 1.* Henriq. *in cap. vxoratus num. 8. de conuers. coniug.* Nauar. *cons. 3. num. 3. & 4. de conuers. coniug. in antiq. alias cons. 6. num. 3. & 4. in nouis sub eod tit.* Henriq. *in summ. lib. 21. de matrimon. cap. 6 in commento fin.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 239 num. 3.* 2

SVMMARIVM.

1 *Coniux qui de licentia alterius vouit castitatem, tenetur sub culpa mort. alteri reddere debitum, vt num. 2.*

3 *Coniux vterque quando communi voluntate vouit castitatem, neuter sub culpa mortali potest petere, aut reddere.*

4 *Vir non potest irritare votum castitatis vxoris.*

5 *Votum simplex castitatis licitum est inter coniuges mutuo consensu emissum.*

6 *Vxor de viri sui assensu votum continentiæ emittens tam de veste, quàm de rebus dotalibus debet se regere arbitrio viri.*

7 *Vxor sine viro an possit de re eleemosynaria disponere, remissiuè.*

Cap.

Cap. Quòd Deo. IV.

Augustinus.

1 *Quod te non exhortares, nisi, &c.*] Dum Augustinus *in præsenti text.* relatus virum, qui vxore cóniuente castitatem vouerat, eam omniOò seruare monet, videtur probare mortaliter delinquere coniugem, qui de licentia alterius vouit castitatem, si alteri reddat debitum, vt per Syluest. *verbo votum* 5. q. 2. Nauar. *in man.* c. 12. n. 59. & c. 16. num. 31. Fr. Emman. *in summu tom.* 2. c. 90. num. 5. Veg. etiam *in summ. tom.* 2. c. 129. *casu* 77.

2 Cæterùm probabilius esse hunc non peccare, immò teneri sub culpa mortali reddere sustinent Verac. *in speculo coniug.* p. 1. art. 15. *in fine, & in append.* a. 15. *ad finem* fol. 124. Henriq. *in sum. lib.* 11. *de matr.* c. 15. §. 8. Barthol. à Ledesma *dub.* 20. *de matrimon. lib.* 9. *disp.* 36. n. 21. vbi *num.* 11. *in prin.* respondet Augustinum *in præsenti* expressè loqui, quando vterque coniux communi placito vouit.

3 *Perseueranter vsque in finem reddere ambo debuisti.*] Notatur ad hoc quòd quando vterque coniux cómuni voluntate castitatem vouit, neuter sub culpa mortali potest petere, aut reddere, vt per Syluest. *verbo votum* 5. q. 2. *in fine*, Turrecrem. *hîc* n. 2. Sot. *in* 4. *dist.* 27. q. 1. *vers. id autem*, Nauar. *in manual.* c. 12. n. 59. & c. 16. n. 31. Brunel. *de sponsalib. concl.* 30. nu. 14. Aragon. 2. 2. q. 88. *art.* 8. *dub. vltim.* Philiarc. *de officio Sacerdot. tom.* 1. p. 2. *lib.* 3. c. 4. *vers. excipiuntur in conclusione*, Petrus de Ledesma *de matrimonio quæst.* 53. *art.* 1. *dubio* 2. quod mouet post. 2. dub. principale, Vgolin. *de matrimon.* c. 10. *num.* 3. *in fine*, Henriquez *in sum. lib.* 11. *de matrim.* c. 15 §. 8. Anton, Gom. *super Bullam Cruciatæ claus.* 10. n. 66. Stunic. *de voto* q. 3. n. 64. Azor. *in. inst. moral.* p. 1. *lib.* 11. c. 21 *quæst.* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disput.* 37. *num.* 10.

4 Nec tunc potest vir irritare votum illud castitatis vxoris, vt multis comprobat idem Sanchez *d. lib.* 9. *disp.* 40. n. 20. subdens hinc fieri virum emisso hoc mutuo voto accedentem ad vxorem inuitam non solùm peccare aduersùs religionem voti, sed etiam contra iustitiam frangendo pactum cum ea initum.

5 *Tantò sanctiùs, &c.*] Notatur ad hoc, quòd licitum est votum simplex castitatis inter cóiuges mutuo consensu emissum, vt per Victor. *in sum. de matrim.* n. 180. Sot. *d.* q. 1 *art.* 4. *vers. at verò*, Petr. de Ledesma *de matrimon. quæst.* 64. *art.* 4. *dub.* 1. *concl.* §. 5. Sanchez *d. disp.* 37. *num.* 17.

6 *Nil ergo de tua veste, &c.*] Notatur ad hoc, quod vxor de viri sui assensu votum continentiæ emittens, tam de veste, quàm de rebus dotalibus debet se regere arbitrio viri, de quo vide Tiraq. *de iure mariti gloss.* 8. *num.* 1. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *quæst.* 24. *num.* 3.

7 Io glos. *Hunc.* An vxor sine viro possit de re eleemosynaria disponere? Vide Tiraq. *de iure mariti glos.* 5. n. 218. Cordub. *in l. si quis à liberis*, §. *si quis ex his num.* 249. *ff. de liber. agnosc.* D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim.* p. 1. n. 29.

SVMMARIVM.

1 *Vota omnia vxoris cóstante matrimonio emissa pro tunc implenda potest vir irritare si absque eius licentia facta sint.*

2 *Vota si vir irritet de licentia sua ab vxore emissa, valida erit irritatio.*

3 *Vota debito coniugali præiudicantia non potest vir absque vxoris consensu emittere, sicut nec vxor absque viri licentia.*

Cap. Manifestum. XI.

IN subscript. ibi, *item Augustin. in quæstion. Numerorum quæst.* 59. Vide Tiraquell. *l.* 1. *connub. gloss.* 1. p. 2. *num.* 7. 1

Vulgò colligitur ex hoc text. posse virum irritare omnia vota vxoris constante matrimonio emissa pro tunc implenda, si absque eius licentia facta sint, in idé citantur, *c. noluit, c. vltim. hac eadem causa, & quæst.* & resoluunt Abul. *ad c.* 30. *Numerorum* q. 84. Sot. *lib.* 7. *de iust.* q. 3. *art.* 1. *vers. in voto sicuti*, Stunic. *de voto* q. 3. n. 74 Arag. 2. 2. q. 88. *art.* 8. *pag.* 1020. Petr. de Ledesm. *de matrim.* q. 64. *art.* 4. *dub.* 2. *concl.* 1. Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.* 39. n. 4. Azor. *instit. moral.* p. 1. *lib.* 11. c. 16. q. 10 Sayr. *in claui Regia lib.* 6. c. 5. n. 8. & 15. 2

Si autem cósensu alterius, &c. Notatur ad hoc, quòd si vir irritet vota de licentia sua ab vxore emissa valida est irritatio, & quáuis peccet vir absque causa iusta irritans, at vxor immunis est culpæ non seruando votum, quod semel iam irritatum non ampliùs obligat, vt per Caiet. 2. 2. q. 88. *art.* 8 *dub.* 2. Sot. *lib.* 7. *de iust.* q. 3. *art.* 2. *vers. maiores autem, & in* 4. *dist.* 27. q. 1. *ar.* 4. *vers. id autem*, Stunic. *de voto* q. 3. n. 62. Barthol. à Ledesma *dub.* 20. *de matrim. concl.* 1. Valent. 2. 2. *disp.* 6. q. 6. *de voto puncto* 6. q. 5. Sanch. *d. lib.* 9. *disp.* 40. n. 4. & 7. resoluit peccare lethaliter virum irritantem votum vxoris de sua licentia emissum, nisi iusta causa intercedat. 3

Io glos. *Nisi vultor.* Ex hac gloss. colligitur nó posse virum absque vxoris consensu vota emittere debito coniugali præiudicantia, sicut nec vxorem absque viri licentia, vt per Greg. Lop. per text. *ibi in l.* 3. *verbo el marido, tit.* 8. p. 1. Syluest. *verbo votum* 5. q. 1. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. c. 50. n. 3. Sanch. *d. lib.* 9. *disp.* 41. n. 2. vbi etiam resoluit, quòd quamuis vxori non sit permissum omnia viri vota irritare, eo quòd non est caput viri, sed ipsius imperio subest, at potest omnia & sola viri vota absque sua licentia facta irritare, quæ ipsi præiudicant quoad moderatam debiti redditionem, aut mutuam cohabitationem, & n. 3. subdit vota ea viri irritata ab vxore non reuiuiscere, sed remanere perfectè irritata, & extincta. 4

Vnde colligitur virum absque vxoris consensu minimè vouere posse abstinentias, vigilias, preces, quæ debito coniugali moderatè reddendo obstét, sicut nec vxor inconsulto viro eadem promittere potest, quia neuter coniux potestatem sui corporis habet quoad debitum coniugale persoluendum, ita per hanc gloss. tradunt Archid. *hîc n. vnic.* & Turrecr. n. 1. Nau. *in man.* c. 12. n. 61. Stun. *de voto* q. 3. n. 32. Philiarc. *de officio Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. c. 18. §. 11. Fr. Emman. *d. c.* 90. *num.* 9. Sanchez *d. lib.* 9. *disput.* 3. *num.* 7. vbi subdit contra aliquos virum, & vxorem non esse in hoc omnino pares, nam licet parificentur in hoc quòd neuter altero inuito potest in præiudicium debiti coniugalis aliquid vouere, & quòd quantum ad debitum coniugale sunt æquales. Quia tamen vir est caput mulieris, iuxta Apost. 1. *ad Corinth.* 11. & *c. cùm caput, hac eadem causa, & quæst.* potest vir inconsulta, & renitente vxore, ea vota abstinentiæ emittere, quæ debito coniugali persoluendo minimè noceant, vxor autem tanquam subdita nullum abstinentiæ votum potest dissentiente viro facere. 5

Cap. Est ordo XII.

1 Augustinus *lib. quaestionum Genesis quaest.* 153. relatus *in hoc text.* ait quòd est ordo naturalis in hominibus, vt seruiant foeminæ viris, filij parentibus, quia nulla iustitia est, vt maior seruiat minori de quo vide Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 11. *consider.* 4. *vers. secunda ratio*, D. Barbos. *in l. maritum n.* 54. *ff. soluto matrimon.*

Cap. Hæc imago Dei. XIII.

1 Augustinus *in quaestionibus veteris, & noui Testamenti, ex vtroque mixtim. cap.* 106. relatus *in hoc text.* probat triplici ratione vxorem debere esse viro subiectam, quarum prima est, quia vir ad imaginem Dei formatus est, & non mulier; circa cuius explicationẽ Doctores cruciantur, vt videre est apud Albert. Troc. *de vero, & perfecto clerico lib.* 2. *c.* 3. *n.* 4. *cum seqq.* Selu. *de benefic. p.* 1. *q.* 5. *n.* 53. *in princ.* Sebast. Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisd. de leg. n.* 71. Nauar. *in man. prælud.* 3. *n.* 17. vbi post D. Thom. 1. *part. q.* 93. *art.* 4. ait Augustinus *hic* non agi de imagine Dei principali, quæ consistit in essentia hominis, sed de alia minùs principali, quæ consistit in productione, & processione; nam quoad hanc vir dicitur similis Deo, ex eo quòd sicut ille à nullo alio, ita vir ex nullo alio homine processit, mulier autem processit à Deo sumente illam ex homine; & *in c. illa anima, de pœnit. dist.* 2. *num.* 3. affertur illud Apostoli 1. *ad Corinth.* 10. *mulier non est imago Dei*, non intelligi de imagine creationis, quæ est secundùm naturam intellectualem, sed de illa, qua vir est similis Deo, quatenus sicut ex Deo procedunt omnia, & omnia sunt propter ipsum, ita ex viro processit mulier, & propter ipsum facta est, Petr. Mox. *de contract. lib. tit. de nupt. in princ. ex num.* 2. *fol.* 166. ait quòd in quantum habetur *in hoc text.* quòd mulieres velatæ incedere debent, cùm imaginem Dei non habeant, quòd non per hoc infertur mulierem non esse factam ad imaginem, & similitudinem Dei respectu rationis, & intellectus, cùm dicatur Genes. cap. 2. *Faciamus adiutorium simile sui*, & Ecclesi. cap. 17. *Creauit ex ipso adiutorium simile sibi, consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis.* Ideò intelliguntur supradicta, vt mulier imaginem Dei non habeat, sed vir, quia vir habet dominium, & imperium in mulierem, & in cætera animantia, & in hoc est similitudo, sed mulier est subdita viro, & sic non est ad similitudinem Dei, & hac de causa mulieres velatæ, & cum submissione incedere debent.

Cap. Nolite itaque. XVI.

1 Vulgò colligitur ex hoc text. *in vers. ita et si adhuc innupta.* &c. posse virũ irritare vota vxoris ante matrimonium emissa, vt per Syluest. *in sum. verbo votum* 4. *quæst.* 2. *dicto* 1. Nauar. *in manual. cap.* 12. *n.* 65. *in fine*, Stunic. *de voto quæst.* 3. *n.* 75. Philiarc. *de officio Sacerdot. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *c.* 4 *vers. sed maior difficultas*, Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 45. Valent. 2. 2. *disput.* 6. *quæst.* 6. *de voto puncto* 6. *quæst. vltim. de votis subditorum*, Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 17. *quæst.* 1. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 60. *num.* 10. Sayr. *in claui Regia lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 8. *& cap.* 10. *num.* 19. Ludouic. Beja *responsor. casuum conscientiæ part.* 4. *cas. n.* 11. Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *disp.* 34. *num.* 23. vbi *n.* 26. excipit vota realia emissa ab vxore ante matrimonium, & *n.* 17. & 28. excipit quoque votum castitatis, & Religionis ab vxore ante matrimonium emissum.

In gloss. *concesserat.* ibi, *argument. quòd Abbas possit reuocare votum Monachi, quod etiam emisit ante monachatum.* Ita Sayr. *d. cap.* 10. *num.* 11.

Cap. Nec illud. XX. & vlt.

Ambrosius.

1 Vide de materia huius text. quę dixi ad *c. manifestum, & ad cap. quod Deo, sup. hac eadem causa, & quæst.*

In gloss. *Costa.* ibi, *non de pede, ne omninò videretur famula, nec de capite, ne videretur domina, sed de costa, vt collateralis videretur.* Vide Tiraquell. *lib.* 8. *connub. gloss.* 1. *p.* 8. *n.* 12.

CAVSA XXXIV.

Quæstio I. & II.

Cap. Cùm per bellicam. I. *Leo.*

1 Colligitur ex text. quòd si compertum fuerit mulierem habere duos viros, tunc primo viro restituenda est, & si ad eum redire denegauerit, excommunicationis vinculo innodari debet, donec redeat, vt per Roland. *cons.* 93. *n.* 1 2. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 410. *n.* 129. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 80. *n.* 14 Farin. *in prax. crim. p.* 5. *q.* 140. *n.* 31.

2 *Nec tamen culpabilis*, &c.] Ex his verbis colligunt aliqui satis esse probabilitatem moralem de alterius coniugis morte haberi, vt superstes possit aliud matrimonium inire, ita Barthol. à Ledesma *de matrim. dub.* 56. *ad fin.* Ludou. Lop. *in instruct. conscient. part.* 2. *vbi de matrim. cap.* 55. *pag.* 1171. Philiarc. *de officio Sacerdot. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 9. respondentes ad text. *in cap. in præsentia, de sponsalib.* qui petit certum nuncium, vt intelligatur quando Ecclesia facultatem concedit aliud ineundi matrimonium, quia ob eius auctoritatem maior ad hoc desideratur certitudo.

3 Cæterùm probabilius est requiri eandem certitudinem, per certum nuncium scilicet, siue per testes non solùm vbi Ecclesia contrahendi facultatem concesserit, sed etiam vt possit aliquis propria auctoritate, ita per text. *in d. cap. in præsentia*, sostinent Sot. *in* 4. *dist.* 37. *q. vnica, art.* 3. *vers. de hoc verò certitudine*, Couar. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 7. §. 3. *n.* 3. Roland. *cons.* 93. *n.* 8. *vol.* 3. Anton. Cuch. *institut. maior. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 231. Ioseph. Ludou. Perus. *decis.* 12. *n.* 7. *p.* 1. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 255. *n.* 2. & 4. Menoch. *de arbitr. casu* 410. *n.* 126. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 46. *n.* 6. Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 4. *& seq.*

4 Non obstat text. *in præsenti*, cui similis *in cap. quoniam. §. porrò, vers. si autem, vt lite non contestata*, quia respondet Gutier. *d. quæst.* 8. *num.* 4. *vers. non obstat*, huiusmodi textus correctos esse per *d. cap. in præsentia.* Sed hoc reprobat Sanchez *d. disput.* 46. *num.* 9. quia cùm sit contra ius naturale secundum inire matrimonium, absque mortis prioris viri debita certitudine, & ita certitudo hæc non pendeat à iure humano, Ecclesia statuens qualis certitudo desideretur, non procedit disponendo, sed tantum declarando ius naturale, quale dicendum non est olim declarasse minorem certitudinem exigi. Quare omissa hac solutione, Host. *in d. c. quoniam frequenter super verb. verisimile*, quem refert, & sequitur Sanch. *d. num.* 9. *vers. quare*, dicendum est eos textus intelligendos esse iuxta *d. cap.*

d.c.in præsentia, vt ea verisimilis præsumptio, & existimatio mortis sit per certum nuncium, vel alias probationes æquiualentes.

Cap. Si quis necessitate. IV.

Ex Concil. apud Vermerias.

1 VIde quæ dixi *ad cap. vnaquæque* 13. *quæst.* 2. *n.1.& 2.*

Cap. Si virgo. V.

Augustinus.

1 SAnchez *de matrimon.lib.10.disp.5.n.12.* per hunc text.resoluit quòd si coniux credens probabiliter alium coniugem mortuum, fornicetur, non potest à côiuge ratione illius fornicationis dimitti, quia excusante ista matrimonij ignorantia, fornicatio illa vacat culpa adulterij, nec tale est formaliter, subditque se concedere non esse causâ, vt legitimus vir ab ea vxore diuertat si existimans eum esse mortuum, aliisque nuptiis celebratis fornicetur, quia quamuis non excusetur à culpa adulterij in ordine ad posteriorem virû putatiuum, cùm existimet posterius matrimonium esse legitimum, at respectu prioris viri, cuius matrimonium se solutam eius morte probabiliter existimat, non est ea rea adulterij.

2 *Si virgo nupserit nesciens*, &c. In hoc text. sumi sciêtiam pro certitudine asserit Syluest. *in sum. verbo præscript. 1. q. 5. dict. 3.* & ideo ex eo colligit Sanch. *de matr. lib. 2. disp. 44. n. 5.* coniugem probabiliter opinantem nullum esse matrimonium, teneri reddere non obstante ea opinione nullitatis, donec ita certus sit, vt parum dubij remaneat.

Cap. In lectum. VI.

Ex Concil. Tribur.

1 COllige ex text ignorantiam excusare ab incestu, vt per Couar. *in c. alma mater, p. 1. §. 10. n. 17. vers. hinc infertur. in fine*, vbi dicit hunc text. optimû Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 149. n. 161.* Beiard. *ad Clar. §. incestus n. 4.* Menoch. *de arbitr. casu* 502. *à n. 82.* qui id intelligût de ignorantia, seu errore facti iusto, & probabili.

Cap. Si quis cum duabus. VIII. & seq.

1 VVlgò colligitur ex hoc text, quê non puniri pœna incestus si operâ fornicationi exhibens cognouerit consanguineam, aut affinem ex ignorantia, vt per Cou. *in c. alma mater, p. 1. §. 10. n. 17. vers. illud sanè*, Sayr. *in claui Regia, lib. 2. c. 9. n. 16.*

CAVSA XXXV.

QVÆSTIO II. & III.

Cap. De propinquis. III. *Fabius.*

1 VIdo colligitur ex hoc text. contrahentes incestas nuptias non posse cum aliis contrahere matrimonium, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 502. *nu.* 86. *& num.* 106. Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 9. c. 11. n. 4. vers. sed iure*, Farinac. *in praxi crimin. p. 5. q. 149. num. 142.*

Cap. De incestis. VIII.

Ex Conc. Agathen.

EX hoc text. *in vers. incestuosos verò*, colligunt cômmuniter Doctores incestum cum propriis consâguineis impedimentum præstare matrimonio côtrahendo, vt per Sot. *in 4. dist. 37. quæst. vnic. art. 1. paulò post 1. concl.* Greg. Lopez per text. *ibi in l. 15. verbo con su parienta, in fine, tit. 2. p. 4.* Nauar. *in man. c. 22. n. 74. vers. contrarium verè, & cons. 17. n. 2. de sponsalib. in antiq. aliàs cons. 1. n. 2. de eo, qui cognouit consang. in nouis*, Anton. Cuch. *lib. 5. institut. maior. tit. 12. n. 27.* Philiarc. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 1. lib. 2. c. 4.* Steph. Gaët. *in repet. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 295.* Petr. de Ledesma *de matrim. q. 58. art. 4. dub. 2.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 229. concl. 3. n. 3.* 1

Cæterum contrarium, immo huiusmodi incestum non impedire matrimonium, sustinent Couarr. *de sponsalib. part. 2. c. 6. in init. num. 4.* Verac. *in speculo coniug. part. 1. art. 23. statim in princ. concl.* 1. Barthol. à Ledesma *de matrim. dub. 50.* Viuald. *in candelab. aureo part. 1. de Sacram. vbi de matrim. n. 95.* Matiens. *in rub. tit. 1. gloss. 1. n. 1* 38. *lib. 5. nouæ recop.* Henriquez *in sum. lib. 11. de matrimon. c. 2. §. 4. in princip.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 15. n. 16.* 2

Qua sententia retenta non obstat text. *in præsenti*, quia respondet Caietan. 2. 2. *quæst. 154. art. 9. col. 2. vers. ad secundam obiectionem*, quòd sola coniugia incestuosa *hic* reprobantur, nimirum cum consanguineis, vel affinibus; dicitúrque non posse hos veniam impetrare, nisi ab his coniugiis separentur, atque ita in fine subiicit hic text. *sanè quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt incundi melioris coniugij libertatem*, refert Sanchez *dict. disp. 15. n. 17.* vbi respondet ad alia iura, quæ in contrarium facere videbantur. 3

Cap. De his. IX. *Ex concil. Illerd.*

NOtatur hic text. ad hoc quod laicus incestum cômitens sit excômunicatus, vt per Duen. *reg. 150. in 1. ampliat.* Clar. *§. incestus n. 7. vers. præterea.* Menoch. *de arbitr. casu* 502. *n. 100. & 104.* Farin *in praxi crimin. p. 5. q. 149. n. 59.* 1

Cap. Extraordinaria. XI.

Vrban. II.

GLoss. *verbo impedire vlt. in præsenti text.* tenet ex sola varis fœminei penetratione, non emisso intus virili semine, minime oriri affinitatem, ad eam enim contrahendam requiritur ea copula, quæ sit sufficiens ad generationem, vel qua efficiatur sanguinis commixtio, seu qua vir, & fœmina vna caro efficiantur, vt per Archid. *in præsente n. 3.* & Bellarm. *num. 1.* Philiarc. *de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 12. vers. affinitas est.* Stephan. de Gaët *in repet. c. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. quæst. 212. num. 501.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 64. num. 8. & 11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 146.* Gutier. *de matrim. c. 87. n. 15.* metipsum *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. allegat. 51. n. 167.* 1

In gloss. *Sapius.* ibi, *fecus autem esset fortè si in non naturali membro tunc impediret propter enormitatem criminis.* Ex hoc text. à contrario sensu colligitur; hæc gloss. & alij, quòd quamuis non ratione affinitatis 2

contractæ eum consanguineis eius, cum quo copula sodomitica est habita, impediatur matrimonium, oul la enim exinde orta est, impediatur tamen propter criminis enormitatem, ita Archid. & Bellam. *hic*, vterque *n.* 1. Lambertin. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 9. *art.* 16. *n.* 9. Cæterum contrarium, immo potiùs nullum oriri impedimentum tenet Sanch. *d. disp.* 64. *n.* 14. aduertēs, tet. *in præsenti*, pro hac parte facere eùm expresse decidat in eosolo euentu pollutionem impedimento esse matrimonio cootraheodo cum consanguineis alterius, quando in vase naturali recipitur semen; secus ergo est quando in vase oaturali recipitur semeo; secus ergo est quando in vase præpostero, & contra naturam.

CAVSA XXXVI.

QVÆSTIO I.

1 RATIANVS tota hac causa agit, qui dicantur raptum committere, & quæ pœna puniendi sint raptores, & qualiter rapta possit copulari raptori, ad cuius materiæ plenam discussionem vide Concil. Trident. *sess.* 14. *de reformat. matrim. c.* 6. Nauar. *cons.* 32. *de sponsalib.* & *cons.* 3. *num.* 7. *de consang. & affin. in antiq. aliàs cons.* 2. & 4. *de raptorib. in nouis*, Perez *l.* 1. *verbo fuere despoſada, tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin.* Matien. *in rub. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 142. *verſ. hodie verò, lib.* 5. *noua recopil.* Peguet. *decis.* 42. *à princip.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 1. *num.* 101. Anton. Thesaur. *decis.* 217. *num.* 6. Baiard. *ad Clar.* 8. *raptus à num.* 35. Henriquez *in sum. lib.* 12. *c.* 14. §. 4. & 5. Cancer. *var. resolut. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 11. *cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *c.* 2. 2. Zetol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo Raptus*, Petr. de Ledesma *in summma p.* 1. *de Sacram. vbi de sacram. matrimonij c.* 26. Ioseph. Sessè *Aragonia decis.* 96. Sanchez *de matrimon. l. b.* 7. *disp.* 13. Gutier. *eod. tract. c.* 86. Bonacin. *in simili tract. quæst.* 4. *puncto* 18. Card. Tuscli. *pract. conclus. tom.* 6. *lit. R. conclus.* 5. & 6. Fernandez *in examine Theologia moral. part.* 3. *c.* 16. §. 3. *n.* 1. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 911. & *in decis. Curia Archiep. Neapol. decis.* 342. *p.* 4. Molfes. *in sum. Theologia moralis tract.* 4. *c.* 11. *n.* 18. *cum seqq.* Lessi *de iustit. lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 9. *n.* 68. *cum seqq.* Basil. Poot. *de impedim. matrim. c.* 39 Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 10. *n.* 31. *cum multis seqq.* Rebell. *de obligat. iustitia p.* 2. *lib.* 3. *q.* 11. Valet. Regin. *in praxi fori pænit. lib.* 22. *n.* 28. *cum seqq.* & *lib.* 31. *à n.* 164. Ægid. de Coninck *de Sacram.* & *censur. tom.* 1. *disp.* 31. *à n.* 46. Armendat. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de matrim. fol.* 198. *verso*, Vgolin. *de offic. Episcopi. c.* 8. §. 3. *n.* 2. Farinac. *in praxi criminali. part.* 5. *quæst.* 141. *num.* 121. *cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Raptores cum rapta ad Ecclesiam confugientes illius immunitate gaudent.*

2 *Raptor virginis si per violentiam id fecit, conuictus in iudicio fit seruus raptæ in pretiũ pudicitia eius, si aliàs non habet vnde satisfaciat, & se redimat.*

3 *Filia ante 25. ætatis annum nubentes sine consensu parentum, vel turpem vitam eligentes, an & quando possint à parentibus exhæredari, remissiuè.*

CAP. De raptoribus, III.

Ex Concil. Aurel.

VVlgò colligitur ex hoc text. raptores cum rapta ad Ecclesiam cosfugientes illius immunitate gaudere, vt per Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 5. *per tot.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 57. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 17. Azot. *institut moral. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 9. *verſ. quid verò, de raptoribus*, Mari. Ital. *de immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *n.* 8. Farinac. *de immun. Eccles. num.* 88. vbi *num.* 91. subdit in hoc non esse attendendam dispositionem iuris Ciuilis *in auth. de mandatis Principum* §. *neque autem*, dum habet raptores, & adulteros non gaudere immunitate Ecclesiæ. 1

Aut ad seruiendum subiectus sit, &c.] Notatur ad hoc quòd raptor virginis si per violentiam id fecit, coo uictus in iudicio, fit seruus raptæ in pretium pudicitiæ eius, si alias non habeat vnde satisfaciat, & se redimat, vt per Ioan. Valet *de differenti. inter vtrumque forum, verbo Pœna differ.* 6. *à princip.* vbi *num.* 6. post D. Antonin. *in sum.* 3. *part. tit.* 3. *cap.* 4. §. 4. obseruat huiusmodi pœnam seruitutis non habere locum in foro conscientiæ. 2

In gloss. *Excusata*. ibi, *pater tamen bene potest eam exhæredare*, &c. Hanc gloss. falsam dicit Couar. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 3. §. 8. *num.* 5. dum tenet posse à patre exhæredari filiam, quæ turpi, & indigno ante 25. annum nupsit sine patris, consensu. Sed an & quando filiæ ante 25. ætatis aonum nubentes sine coosensu pareotum, vel turpem vitam eligentes, possint exhæredari; vide Greg. Lopez *l.* 10. *verbo pueda la desherdar, tit.* 1. *part.* 4. & *l.* 5. *verbo à furto, tit.* 5. *part.* 4. & *l.* 5. *verbo que non queria, tit.* 7. *part.* 6. Clar. §. *testamentum quæst.* 41. *num.* 4. & *lib.* 5. §. *fin. quæst.* 81. *stat.* 3. *num.* 5. Corras. *lib.* 5. *miscel. cap.* 17. Mieres *de maior. part.* 1. *quæst.* 50. *num.* 7. Sarmieo. *lib.* 1. *select. cap.* 11. *n.* 8. Mench. *de success. lib.* 1. §. 10. *à n.* 63. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 17. Perez *l.* 1. *verbo y si qualquier desto*, *verſ. nec filia contrahens tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lic.* 9. *cap.* 3. *num.* 24. Cancer. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 2. Crass. §. *testamentum quæst.* 42. *num.* 5. Anton. de Petra *de potestate Principis cap.* 13. *num.* 38. Spin. *in speculo testam. gloss.* 14. *princip. num.* 80. Burg. de Pace *cons.* 20. *num.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 43 3. *à num.* 10. & *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 189. *num.* 58. 76. & 82. *cum seqq.* & *cons.* 69. *num.* 1. Matien. *l.* 2. *gloss.* 4. *num.* 49. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua recop.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 5. *num.* 17. & *quæst.* 6. Fraoc. Viui. *decis.* 523. *num.* 3. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 20. & *practic. lib.* 2. *quæst.* 1. Baptista Costa *de facti scientia*, & *ignor. reg.* 18. Valdes. *in addit. ad Xuar. tit. de los casamientos*, *pag.* 50. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 5. Pichard. *in princip. Instit. de nupt. n.* 6. & 11. & *in princip. Instit. de inoff. testam. num.* 6. Garc. Mastril. *Sicilia decis.* 163. Mart. *de iurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 70. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camera Imper. lib.* 2. *conclus.* 95. D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 27. 32. & 35. *ff. soluto matrimon.* Benedict. Ægid. *in repet. l. Titia part.* 3. *à num.* 30. *ff. de condit.* & *demonstr.* & *in tractat. de iure*, & *priuileg. honest. Artic.* 7. fere per tot. Molin. *de iustitia tractat.* 2. *disput.* 176. *verſ. dubium circa*, Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 47. *num.* 2. optime Rebello *de obligat. iustitia part.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 14. *sect. fin. per tot.* 3

QVÆ.

Qvæstio V.

Cap. Si quis virginem. V.

Gregorius. II.

1 EX hoc text.& ex *cap.de puellis, cap.si autem, cap placuit, hac eadem causa, & quæst.* apparet iure Canonico antiquo constare matrimonium inter raptorem, & raptam, cùm in eis nullum verbum appareat per quod tale matrimonium denotetur fuisse irritom, quamuis communiter Doctores dicant fuisse irritum, & quicquid sit habemus ius Canonicum nouius *in cap.fin.de raptoribus*, quod inter raptorē & raptā matrimonium concedit, vt bene obseruar Sanchez *de matr.lib.7.disp.12.n.41.* Sed attenta nouissima dispositione Concilij Trident. *sess.24. de reformat. matrimon. c.6.* inualidum erit matrimonium celebratum inter raptorem, & raptam, dum rapta manserit in potestate raptoris, quod ad sponsalia extendunt Fr. Emman. *in summa tomo 1. cap. 232. num. 3.* Sanchez *dicto lib.7.disp.13.num.17.* Gutier. *de matrim.c.86.n.24.* Bonacin. *in simili tract. q.4. puncto 18.n.10.vers.tertia.*

2 An raptor contrahens matrimonium cum rapta sit omninò liberandus, quæstio est dubia, affirmatiuam partem sustinent Marsil. *cons.63.* Cæpol. *cons.57.* Bossi. *in pract.crim. tit. de raptoribus mulier. num.17.* Anton. Gomez *l.8. Tauri num.7. cum seq.* Baiard. *ad Clar. §.raptus num.36.* Decian. *in tract.crim. lib.8.c.13. num.48.ad fin.* Cancer. *vari lib.3. cap.11.n.19. & 20.* & quoad pœnam infamiæ admittunt, ex ea ratione, quia aliàs rapta cogeretur nubere infami, Henriquez *in sum.lib.12.cap.14.§.4.vers.si ducat non ita sit*, Fr. Emman. *dict.cap.132. num.4. vers.le sexto*, Petr. de Ledesma *in summa part.1.de sacrament. matrim.c.26. dub.fin.*

Contrarium verò, immo raptorem contrahentem matrimonium cum rapta puniendum esse pœna delicti ordinaria, tenet Andr. antiquus *Neapolitanarum constitutionum glossator, in constit. capitale:a*, qui refert suo consilio Hispaniarum olim Regem raptorē, qui raptam duxerat, ad mortem condemnasse, sequitur Matth.de Afflict. *in constit. si quis raptore quæst.6.* ambos refert Carrer. *in.pract.crim.§. circa tertiū n.14.* latè Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1.compar.10.n.40. cum multis sequent.* & quoad pœnam infamiæ agnoscunt Sanchez *dicta disp.13.num.1.vers.ab hac autem infamia pœna*, Lessi. *de instit.lib.4.cap.3. dub. 9. n.69.* Farinac. *in praxi criminali part.5.quæst.145. num.14. & 101.* 3

Mihi tamen æqua videtur illorum opinio, qui tenent raptorem pœnas mortis vitare, & sic fore mitius puniendum quoties raptam vxorem ducit in facie Ecclesiæ, vt multis comprobant Peguer. *decis. 42.* & Thesaur. *Pedem.decis.237.num.6.* 4

Illud demum aduertere oportet raptorem siue matrimonium contrahat, siue non, teneri ad decenter dotandam raptam arbitrio iudicis, Concil. Trident. *sess.24.de reformat. matrimon.cap. 6. in fine*, Henriquez *d.cap.14.§.5.* Farinac. *in praxi crim. quæst. 145. num. 57.* Bonacin. *de matrimon. quæst. 4. puncto 18. num.10.vers.secunda*, Sanchez *dict. disput. 13. num. 3. & 4.* vbi *num.1.vers. raptorem*, resoluit quòd in sententia iudicis constituentis hanc dotem, attendenda maximè est raptoris, & raptæ qualitas personarum, & quòd requiratur sententia iudicis, vt eam teneatur dotare, tradunt Ægid. de Conink *de Sacrament.tom. 2.disput. 31.num. 48.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent.lib. 22. num. 31. versic. de dotatione.* 5

AD TERTIAM PARTEM DECRETI.

DE CONSECRATIONE

DISTINCTIO I.

CAP. Omnes Basilicæ. III.

Hygin.

1 OLLIGE ex text. Ecclesiarum consecrationem fieri non debere sine Missa, vt per Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom. 2. q. 39. art. 1. concl. 3.° in fine*, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 4. q. 2.* metipsum *de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 27. n. 10.* obseruantes quòd si aliter fiat, licèt non careat culpa, factum tenet.

CAP. Certum est. VII. *Gelas.*

1 P*Rocessionem publicam*]Nota publicas processiones esse, quæ fiunt in Litaniis maioribus, vt in festo S. Marci, & in minoribus, vt in triduo antecedente Ascensionem Domini, cuius orationes appellantur ab Ecclesia rogationes, vel quæ fiunt pro bono publico ratione occurrentis necessitatis, vt imminente peste, alióque flagello, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo Sanctissimi Corporis Christi, & quæ Episcopo videbuntur. Collige ex Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo processione* §. 1. vbi §. 4. meminit huius text. Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. in summa Bullarij verbo præcedentia*, Vgolin. *de potestate Episcopi p. 1. cap. 20. §. 2. num. 6.* Campan. *in diuersiarus Canonici rub. 12. cap. 13. num. 118.* Aloys. Ricc. 308. *num. 7. in 1. edit. & in decisionibus Curiæ Archiep. Neapol. decis. 39. n. 3. p. 4.* metipso *de iure ecclesiastico lib. 1. cap. 43. de statu & vita Regular. vers. decimoquarto.*

2 Huiusmodi autem publicas processiones indicere nemo valet nisi Ordinarius sit, vt resoluunt Campan. *d. num.* 118. Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. de fauore clericorum reali §. 2. num. 5.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p. 4. cap. 2. num. 142.* Aloys. Ricc. *resolut.* 308. *num. 7.* subdens quòd Episcopo competit decernere Ecclesias, quæ adiri debeant, nam processiones publicas dirigendas esse quò voluerit Episcopus cum consilio Capituli, referunt à Sacra Congregatione, decisum Franc. Leo *d. p. 4. cap. 2. num.* 145. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 24. c. 18. §. 31. de processionibus n. 1. & 21.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 379. num. 4. p. 4.* & sic declarauit S. Congr. Rit. *in Elboren.* 14. *Ianuar.* 16.7. de consilio tantùm Capituli, non autem consensu, *in eadem* 28. *Martij* 1128. non obstante immemoriali consuetudine, eadem S. Congreg. Rit. *in Camerin.* 29. *Augusti* 1619. itavt Episcopus solus sine consensu Capituli edicere, & dirigere eas non possit, idem Armend. *d. loco n. 4.* vbi *num. 3.* subdit absente Episcopo idem posse Vicarium generalem, S. Congreg. Rit. *in Vigilien.* 28. *Septemb.* 1630.

CAP. Ecclesia. VIII.

Nicolaus.

NIcolaus Papa electo, & clero Nonensis Ecclesiæ scribens, relatus *in hoc text.* Ecclesiam describit quòd sit Catholicorum collectio, referunt Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 5. cap. 10. q. 2.* Ouid de Amicis *in rep. cap. potuit, de locato in princ. text. num. 5. cum seqq.* D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. vidua vlt. n. 3. dist. 8.* Cardin. Tusch. *tom. 3. litt. E. concl. 2.* Ludou. Correa *in rep. cap. inter alia, de immun. eccles. p. 1. à n. 7.* Rot. *in Cæsaraugustana Cathedralitatis 1. Mart.* 1630. coram Reuend. D. meo Coccino Decano *vers. vnde, vt euitetur.* Ego ipse *de iure Ecclesiast. lib. 2. t. 1. vers. nunc verò.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existeat. lib. 1. c. 3. per tot.* vbi reiecta Turrecr. definitione *lib. 1. de Ecclesia cap. 1. circa med.* qui Ecclesiam sic diffiniri posse censuit, vt sit fidelium vniuersitas, quæ vnius veri cultus, vel Fidei professione conueniat; amplectitur aliam Card. Bellarm. *lib. 3. de Ecclesia cap. 1.* illam definientis, vt sit cœtus hominum eiusdem Christianæ Fidei professione, & eorumdem Sacramentorum communione colligatus sub regimine legitimorum Pastorum, ac præcipuè vnius Christi in terris Vicarij Romani Pontificis. 1

CAP. Nemo. IX.

Ex Concil. Aurel.

Q*Væ ad luminaria, & ad custodiam*, &c.] Ædificans Ecclesiam quam dotem assignare teneatur, ostendunt Abb. *cons. 89. num. 6. & 7. part. 2.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore §. 15. num. 4.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 3. q. 7.* quos refero ego ipse *de officio, & potest Episcopi p. 3. allegat. 64. n. 3. & in tractat. de iure ecclesiast. lib. 2. cap. 2. vers. debet cum seqq.* 1

SVMMARIVM.

1 *Missas celebrare extra Ecclesiam, & loca ab Episcopo consecrata prohibetur.*

2 *Episcopus poterat attento iure communi licentiam concedere, vt intra suam diœcesim extra locum sacrum in Altari portatili quis celebraret. Sed an hodie id ei liceat post Concil. Trident. ostenditur num. 3. & seq.*

CAP.

Cap. Missarum. XII.

Ex Concil. Tribur.

1 SEd in locis ab Episcopo consecratis.] Prohibitum est igitur extra Ecclesiam, & loca ab Episcopo consecrata Missas celebrare, vt per Petr. de Ledesma *in sum. p.1. de sacram. Eucharistia c.2.* Henriq. *etiam in sum. lib. 9. c.27. §.1.* Soar. *tom. 3. disp. 81. sect. 3. &* 5. Azor. *instit. moral. p.1. lib.10. c.26. q.1.* Chamerot. *de sacram. tract.4. de Eucharistia tit. de sacrificio Missæ dub.15.* Piasec. *in praxi Episc. p.2. c.3. n.21. in fine,* Bonacin. *de Sacram. disp.4. q. vlt. punct.9. n.9. &* 10. Ludou. Mirand. *in man. Prælat. tom.1. q.42. art.9. concl.2.* Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.78. p.4.* Nald. *verbo Missa n.31.* Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract.4. q.137.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum different. 2. in princip. vers. Missa,* Raguc. *de Missa in Ecclesia quæst.57. in princ.* Fernandez *in examine Theologia moralis p.3. c.5. §.10.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta prac.1. lib.3. c.13. num.1.* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.2. alleg. 23. num. 1. cum seqq.* Mar. Alter. *de censur. tom.1. lib.1. disp. 10. c.6. vers. quamuis.*

2 *Vel vbi ipse permiserit.*] Ex his verbis iunctis aliis, quæ referuntur *in c. hic ergo, infrà hac eadem dist.* vulgò colligitur potuisse Episcopum cócedere, vt in sua diœcesi extra locum sacrum in Altari portatili quis celebraret, & hanc fuisse ante Concil. Trid. receptam omnium traditionem fatentur Gutier. *canon. lib.1. c. 30. n. 25.* Nauar. *in man. c.25. n.81.* Henriq. *in sum. lib.9. c.25. §.8.* Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta præcept. 1. lib. 3. c.13. n.6.*

3 Magna est apud Doctores controuersia an huiusmodi facultas celebrandi extra Ecclesiam, quæ ab Episcopo iuxta suprà dicta concedi poterat intra suā diœcesim, sit reuocata per Concil. Trid. *sess.22. de obseruādis in celebrat. Missæ.* Reuocatam esse absolutè tradunt Nau. *d. n.81.* Fusc. *de visit. lib.1. c.21. n.8.* Gutier. *d. c.30. n. 25.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib.1. q.44. à n. 9.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.10. c.26. q.3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.29. n.176.* Mirand. *in man. Prælat. tom.1. q.40. art.9. concl.3. in fine,* Fagund. *d. præcept. 1. lib. 3. c. 13. à n.8.* referentes verba Concilij *citato loco,* quæ absolutè præcipiunt Episcopis ne permittant extra Ecclesiam, & Oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata, & ab eisdem deputata Ordinariis, & visitanda, hoc sanctum Sacrificium fieri.

4 Verùm per decretum Concilij Tridentini *citato loco* prædictæ potestati concedendi has licentias Episcopis iure communi competenti derogatum non esse tenuntur Henriquez *dict. lib.9. c.27. §.1.* Nauar. *consil.5. n. 2. de priuileg. in nouis,* Sà *verbo Missa n.10. in fine,* Ludou. Beia *respons. casuum conscient. p.4. casu 33. vers. tertio dico,* cum quibus cōsentire videtur Soar. *tom. 3. disp. 81. sect. 3. vers. addit verò,* quem sequitur Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. q.43. art.6.* & nō dissentit Aloys. Ric. *in praxi resol.460. n.2.* Raguc. *de Missa in Ecclesia q.57.* Bonac. *de Sacram. disp.4. q. vlt. punct.9. num.10.* Piasec. *in praxi Episc. p.1. c.5. n.8. pag.77. & part.2. c.3. num. 21. in fine,* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verbo Missa differ. 2. vers. vno tamen in casu.* Mouentur præcitati Doctores, quia Concil. loquitur de communi modo celebrandi, non verò abstulit Episcopis potestatem rationabiliter dispensandi stante, iusta causa, maximè cùm moraliter fuerint necessariæ: & quia Concil. intendit solùm tollere abusus in celebratione Missarum, non autem casus licitos. Ex quibus ego has contrarias opiniones distinctione conciliari posse probabiliùs censeo, vt scilicet prior, quæ hanc potestatem Episcopis de iure concessam, attento nouiori Concil. Trident. decreto eis negat, procedat necessitate, vel iusta causa deficiente; posterior verò, quæ eādem potestatem facit Ordinariis, locum habeat necessitate, vel iusta causa existente, sicut obseruaui *d. alleg.28. n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia semel consecrata non est ampliùs consecranda.*
2 *Intellige in rebus consecratis verè, & propriè.*
3 *Sacramenta noua legis, qua characterem non imprimunt, quare reiterari possint, non autem consecratio olei ad ipsum Sacramentum Extrema Vnctionis conficiendum, ostenditur.*
4 *Ecclesia parietes si igne decrustentur intus, & exteriùs, ex eo execrata censetur ipsa Ecclesia.*
5 *Ecclesia non polluitur per seminis effusionem in somnis intra eam habitam.*
6 *Coniugalis coitus intra Ecclesiam habitus illam non polluit.*

Cap. Ecclesiis. XX.

Ex Conc. Niceno.

VVlgò notatur hic text. ad hoc quòd Ecclesia semel consecrata non est amplius consecranda, vt per Durand. *in rationali diuinorum Offic. lib.1. cap.6. numer.33.* Nauar. *in man. c.25. num.83.* Palud. *in 4. dist. 13. quæst.2. art.4.* vbi Sot. *art.3.* Henriquez *in sum. lib. 9. c. 37. cum seq.* Soar. *tom.3. quæst.83. art.5. disp.81. sect.5. lit. D.* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.2. alleg.27. n.12. & de iure ecclesiast. lib.2. c.2. vers. consecrata.* 1

Intellige procedere in rebus consecratis vere, & proprie, prout sunt illa, quæ in eum finem consecrantur, vt reddantur apta diuinorum ministeriorum vsibus, sicut videre est in Ecclesia, Altari, vestibus, & vasis sacris, quæ similiter ad vsum Diuinorum, & præcipue ad Missæ sacrificium legitime, & cum debita reuerentia celebrantur ab Ecclesia instituta, in quem finem consecrantur, & saltem benedicuntur. Vnde fit vt ex Sacramentis Ecclesiæ solum sacramentum Ordinis in hunc sensum contineat veram, & propriam consecrationem, de qua agimus, quatenus per illud is, qui ordinatur, præficitur diuinis ministeriis peragendis, & ideo merito clericus dicitur in sortem Domini vocatur, *cap. cleros, 21. distinct.* dicitur etiam res sacra, ac proprie sacrilegium committere, qui manus violentas in eum iniulerit, notant DD. quos plena manu citaui *in collect. ad c. si quis suadente 17. q.4.* Alia vero Sacramenta licet similiter gratiam conferant ex opere operato, & ideo multo magis sanctificent, quàm consecratio, de qua agimus, non tamen per illa fideles proprie consecrantur ad vsum Diuinorum. Quæ quidem resolutio sine dubio procedit quoad ipsa Sacramenta, non vero quoad præparationem materiæ, respectu cuius propria datur consecratio, de qua agimus, sicut videre est in aqua, dum prius vngitur, benedicitur, cæterisque cæremoniis, nempe exorcismis, deprecationibus, quibus Ecclesia vtitur, sanctificatur, vt sic magis apta reddatur ad vsum sacramenti Baptismi; quod etiam videri potest in consecratione olei, seu Chrismatis ad Confirmationis, Ordinis, & Extremæ Vnctionis sacramenta celebranda, in quibus omnibus vera datur consecratio. 2

3 Vnde iam infertur vera ratio, quare scilicet Sacramenta nouæ legis (exceptis tribus, quæ characterem imprimunt) reiterari possint, nempe sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis, cùm tamen reiterari non possit consecratio olei ad ipsum sacramentum extremæ Vnctionis conficiendum, contra regul. quod propter vnumquodque tale, & illud magis, de qua *in auth. multò magis C. de sacros. Eccles. Clement. si dominus, de reliq. & vener. Sanctor.* Verà igitur ratio ea est quòd in Sacramento ipso non propria datur consecratio, hoc est, specialis dedicatio ad vsum Diuinorum ex parte subiecti, nempè infirmi, cui idem Sacramentum confertur, cùm tamen propriè detur in præparatione materiæ, olei scilicet, tunc consecratę ad vsum eiusdem Sacramenti, cuius ideò consecratio reiterari nequit.

4 *Nisi sit abigne exusta.*] Notatur ad hoc quòd si Ecclesiæ parietes igne decrustentur intus, & exterius Ecclesia ex eo execrata censetur, vt per gloss. *hic, verbo exusta*, Piasec. *in praxi Episc. p. 1. c. 5. n. 14. vers. secundo*, Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 39. art. 4. concl. 1.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 27. n. 18.*

5 In glos. *S mino.* ibi. *nam si per somnum.* &c. Notatur ad hoc quod Ecclesia non polluitur per seminis effusionem in somnis habitam intra eam, vt per Nau. *in man. c. 27. num.* 251 Gambatupt. *de casibus reseru. c. 15. casu 7. num.* 11. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 5. q. 3.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 3. lib. 2. c. 47. num. 24.* Mari. Alteri. *de censur. tom. 2. disp. 3. de interdicto c. 1. vers. tertio*, Fr. Ludou. Miranda *d. q. 39. art. 5. concl. 1. vers. secundus casus est.* Vgolin. *de potestate Episcopi c. 59. §. 3. vers. excipitur tamen*, quos refero ego ipse *d. alleg. 27. num. 43.*

6 In ead. glos. ibi, *vel coitum cum vxore*, &c. Notatur ad hoc quò coitus coniugalis intra Ecclesiam habitus illam non polluit, de quo vide Doctores per me citatos *in collect. ad c. vnic. de consecr. Eccles. lib. 6. & d. alleg. 27. n. 47.*

Cap. De fabrica. XXIV.

Vigilius.

1 ISte text. cum suis glossis decidere videtur duo dubia de Ecclesia quondam consecrata an deberet denuo consecrari, si eius fabrica diruta fuerit, in qua materia illud certum est quod quando totum ędificium siue casu fortuito, siue consulto in totum destruitur, & corruitur quoad tectum, & parietes, aut in maiori parte, ita vt oporteat eos nouiter simul reficere, minimè retinent antiquam consecrationem, quæ ideo de nouo est illis adhibenda, ita gloss. *in præsenti, verbo innouata*, quatenus distinguit inter eum casum quando insimul, & in totum destructa est Ecclesia, & quando per partes reficitur à primis fundamentis, ita Henriq. *in sum. lib. 9. c. 27. §. 5. in fine*, Vgolin. *de potest. Episc. c. 28. n. 4. vers. secundò*, Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. c. 5. num. 4.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prelat. tom. 2. q. 39. art. 4. concl. 2.* Mari. Alter *de censur. tom. 2. disp. 3. c. 1. vers. sexta causa.*

2 Verùm quando Ecclesia non simul, & in totum, sed paulatim, seu per partes destruitur, & sic à primis fundamentis successiuè reficitur, tunc pars habita per modum accessionis etiam consecrata habebitur, vnde etiamsi cursu temporis vniuersa materia, quæ antea erat, modo non extet, sed noua in totum superueniat, adhuc non erit Ecclesia iterum consecranda, sed ad summum aquæ tantùm benedictæ aspersione exorcizanda, vt per Syluest. *in summ. verbo consecratio 2. q. 5. vers. tertius est*, Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 4. quæst. 6.* Mari. Alter. *dicto c. 1. vers. quando autem.*

Cap. Ecclesiam. j. XXVII. & seq.

Ex Concil. Aurel.

PRobat hic text. Ecclesiam, in qua infidelis sepul- 1
tus fuit, pollutam censeri, ac proinde reconciliandam esse, vt per Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. c. 14. num. 57.* Ludou. Miranda *in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 39. art. 5. concl. 1. vers. quartus casus*, vbi addit in hoc casu non solum esse reconciliandam Ecclesiam, verum etiam & illius parietes abradendos, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 13. vers. quarto modo, & part. 2. lib. 9. c. 5. quæst. 1. vers. quinto, & seq.* Sayr. *de censur. lib. 5. c. 6. num. 15. cum seq.* vbi asserit locum habere etiamsi infantes infidelium sint, qui sepeliantur, Vgolin. *de potest. Episc. c. 19. §. 5.* vbi excipit quando catechumenus in Ecclesia sepelitur, cum vi charitatis coniunctus nobis sit, & separari à nobis non debeat in sepultura, de quo etiam Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 3. de interdicto, c. 1. vers. sed postulabitur*, refero ego ipse *de officio & potest. Episc. p. 2. alleg. 28. n. 53.*

Cap. Concedimus. XXX.

Ex concil. Tribur.

GLoss. *verbo in capellis, in præsenti text.* capellam 1
dici putat à caprarum pellibus, ait enim olim fuisse capellas tuguria pellibus caprarum contecta, de quo vide Azor. *instit. moral p. 2. lib. 3. c. 8. q. 2.* Cardin. Baron. *in addit. ad Martyrologium Romanum die 11. Ianu*, metipsum *in tract. de iure Ecclesiast. lib. 2. c. 8. de oratoriis & capellis. vers. capella.*

Cap. Altaria si non fuerint lapidea. XXXI.

Ex Concil. Epaunensi.

COllige ex text. Altare lapideum debere esse, non 2
autem ligneum, vt per Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. c. 21. num. 9.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 10. c. 27. quæst. 2.* Vgolin. *de officio, & potest. Episcopi c. 30. num. 1.* metipsum *in simili tractat. p. 2. alleg. 27. num. 24. & in tract. de iure ecclesiastico lib. 2. c. 7. de Altaribus post princip.* vbi refero sacram Congregationem Rit. *in Caietana 10 Nouembris* 1612. censuisse Altare ligneum cum ara lapidea permitti debere, non obstante constitutione synodali.

Cap. Corpora Sanctorum. XXXVII.

Ex Concil. Moguntin. I.

COncilium Moguntinense I. *cap. 51.* relatum *in* 1
hoc text. statuit, vt nullus corpora Sanctorum de loco ad locum transferre præsumat sine consilio Principis, vel Episcoporum, sanctæque Synodi licentia, super quo Nauar. *cons. 5. de sepultur. in antiq. aliàs cons. 9. eod. tit. in nouis*, consultauit quod corpora, & reliquiæ Sanctorum, quæ perpetuæ sepulturæ traduntur, nec, de vna Ecclesia ad aliam, nec de vno loco Ecclesiæ ad alium eiusdem Ecclesiæ locum sine legitima auctoritate mutari, aut transferri possunt; ideoque nec reliquiæ, & partes Sanctorum, quæ sunt legitimè Altaribus ad illorum consecrationem inclusæ

clufæ fine licentia de illis ad alia mutari queunt, eo quòd Altari illi perpetuò funt inclufæ; quæ verò fepulturæ perpetuò non funt traditæ, fed extra fepulturam in Sacrario, vel aliis locis manent, aliunde ad proceffiones, vel Miffas, vel alias deuotiones fiue licentia transferri poffunt, Azor *inftit.moral. p.1. lib.9. cap.8.q.9.* vbi fubdit facrilegij crimen uon committere ille, qui facultate Epifcopi, vel eius, cui Ecclefia commiffa eft, reliquias, aut illarum particulas extulerit, quia id, quòd ftatuitur *in hoc text.* locum habet iu eo, qui furtim reliquias affert, & aliò deportat, non autem in eo, qui facultate, fiue auctoritate, vel confenfu eius ecclefiaftici Præfecti, cui Reliquiarum locus facer, vna cum ipfis Reliquiis commiffus eft, id facit, Anton. de Siguenca *in hiftoria ciuitatis Abulenfis lib. 3.cap.11.* Fr. Emmau. *qq.Regular.tom.3. q.55.art.2.q.62. art.1. & 11.* latè Sanch. *in pracepta Decalogi tom.1.lib.1. cap.40.num.27.& n.28.& c.43. num.25.* vbi agit de materia gloff. *verbo Principis, in prafenti.*

Cap. Ligna Ecclefiæ XXXVIII.

Higynus.

1 VVlgo colligitur *ex hoc text.* in vfus laicorum non conuerti licere ligna Ecclefiæ, vt per Azor. *inftit.moral.p.2.lib.9.c.3.q.11.* Zerol. *in praxi Epifc. p.1.verbo vifitatio pag.mihi 346.* Soar. *tom.1.de Relig. tract.de facrilegio lib.3.cap.8.num.5.* lapis Altaris profanatus poteft licitè vendi, & emptor poteft illum licitè retinere, dummodo in loco decenti, & honefto, ita S.Congeg.Rituum *in Reatina 9. M. 3 1606.*

Cap. Veftimenta, cum feqq. XLII.

Stephanus Epifcopus.

1 COllige ex text. facrilegium committi fi irreuerentet tractentur res fpeciali vnctione, feu benedictione confecratæ vtendo fcilicet illis in menfis, & ad profanos vfus, vel in ludis, & laruis, vel nuptiarum ornatu, vt exemplo vltionis in Balthafarem Regem facra nos docet Pagina *Dan.cap.5.* explicat latè Courad. Brun. *de caremon. cap.2. per tot.* elegantem adducens Concilij Brachaten. III. auctoritatem, & poft Mantuam, notat Decian. *in tractat. crimin. lib.6. cap.30.num.39.* Azor. *inftit.moral.p.1. lib.9. c.27. q.8 & feq.* Leffi. *de iuftit.lib.2.cap.45. de facrileg. num.16.* & multis adductis Henriquez *in fumm.lib.9. cap.28. §.3.* & nemine citato Soar. *tom.1. Relig. tract. de facrileg.lib 3.cap.5.num.5.* Quod notabiliter ampliatur, vt procedat etiamfi res huiufmodi facræ effe defierint, veluti fi Ecclefia diruta fit, adhuc enim cæmenta fcilicet, & ligna ad humanos vfus transferri non poffunt, fed vel ad religiofa opera eiufdem, vel alterius Ecclefiæ, vel potiùs comburi debent, vt decidit text. *in cap.ligna fup.hac ead. dift.* quod etiam de palliis, & veftimentis facris nimia veftutate confumptis vel corrofis iubet text. *in cap. Altaris, cum feqq. hac eadem diftinct.* vbi notarunt Archid. Turrecr, & alij communiter, Syluestr. *verbo benedictio num.7.* latè Pechi. *in reg.femel. Deo dicatum lib.6.à n.3.* Brun. *d. c. 2.* Decian. *d.c.30.à n.41.*

Cap. Noctè fancta. XLVIII.

Telefphor, VII.

1 TElefphori Papæ decreto, de quo *in prafenti*, ter Miffæ facrificium fit in die Natiuitatis Domini, ficuti referunt Barthol.ab Angel. *in examine Confeffor. dial.5. de Miffa §.648.cum feq.* Azor. *inftitut. moral.p. 1.lib.10.cap.24.q.8.verf.excipiunt*, Franc. Leo *in thefauro fori ecclefiaft.p.3.cap.4. num.63.* Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori ecclef. dec. 351.in 1. edit. al às refol. 301.verf.& inter Igitur ac, in 2.edit.* Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Pralatorum tom. 1.quaft. 40. art. 8. concl.2.* dummodo non fumatur ablutio, nifi in vltima Miffa, nam fi Sacerdos, qui in celebratione primæ Miffæ fumpfit ablutionem, aut lambendo digitos aliquid aquæ, aut vini tranfmifit ad ftomachum, non poteft illa die aliam Miffam celebrare, cùm dicatur ieiunium natura perfregiffe, vt per Bonacin. *de facrament.difp.4.q.6.puncto 2. num.6. ante verf. dixi* Vgolin. *de officio Epifcopi cap.16.in princip.num.5.* Barthol. ab Angelo *d.dial.5.§.217.*vbi *§.feq.* refoluit Sacerdotem in fefto Natiuitatis Domini non teneri de præcepto celebrare tres Miffas.

Harum trium Miffarum fignificationem eleganter exponit Durand. *in rationali diuinorum Offic.lib. 6.c. 13.n.17.cum feqq.* fubdens id fic fuiffe ftatutum, ad oftendendum quod Chrifti natiuitas faluauit patres trium temporum, fcilicet patres ante legem, fub lege, & poft legem prima Miffa canitur de media nocte ad oftendendum quod illi, qui fuerunt ante legem, non fuerunt illuminati aliqua lege, & ambulabant in tenebris. Secunda cantatur in diluculo in exordio diei, quando Chriftus in cunabulis adoratus eft à Paftoribus ad oftendendum, quod fancti Patres, & Prophetæ, qui fuerunt fub lege fcripta, aliquantulã cognitionem ei habuerunt, fed non tantam, quantã nũc habemus. Tertia Miffa, quæ die clara hora tertia quando illuxit nobis dies redemptionis noftræ feftiuiua celebratur, ad tẽpus refertur gratiæ, in quo defcendit lux magna de cælo, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Prima ergo Miffa eft de genitura. Secũda eft de promiffione antiquia facta, vnde cantatur. *Lux fulgebis in domo Domini*, non dicitur *fulfit*, vel *fulget*. Tertia eft de veritate nobis exhibita Vnde cantatur, *Puer natus eft nobis, & filius datus eft nobis.* 2

Vtrùm Sacerdos poffit has tres Miffas ante auroram celebrare, quæftio eft inter Doctores admodum controuerfa, vna fententia negat, ex eo quia ita in rubr. Miffalis ftatuitur, tum quia in ipfo Canone dicitur, *communicantes, & noctem facratiffimam celebrantes*, pro prima Miffa, pro aliis vero duabus dicitur, *& diem facratiffimam celebrantes*; quare ita tenent. Angel. *verbo Miffa §. 40.* Sylueft. *eod. verbo 1.quaft.4.& 7.* Barthol.ab Angel. *d. dialog. 5. de Miffa §.649.* Nauar. *in man. cap.25.num.5.* Didac. Nugn. *in 3.p.tom.1. q.83. art. 2. verf. fed eft dubium, pag.mihi 504.* Ludou. Miranda *in manuali Pralatorum tom.1.q.40.art.8.concl.2.* Vgolin. *de poteftat.Epifcopi, cap.16. num.5.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p.1. cap.5.§.7.num.3.* Villalob. *in fumm.p.1. tractat.8. difficult.22.num.3.* Ioan.de la Crua *in direct.confcient. p.2. de facrific.Miffa q.2.dub.1. concl.3.* Fagundea *in quinque Ecclefia pracepta tract.2. lib.3. cap.16. num.3.* Acofta *in expofit.Bulla Cruciata q.32.* Bonacin. *d.q.vlt. puncto 9.n.9.* 3

Contraria verò fententia mihi probabilior videtur ax eo folùm, quia *in hoc text.* abfolutè conceditur vt nocte Natiuitatis Miffæ celebrentur fine vlla diftinctione, & ideo fic refoluunt Zanard. *in direct.Theolog. p.1. de Euchar.cap.9.q.7.* Scott. *de facrific.Miffa lib.2. cap.15.n.5.* Vafq. *in 3.p.tom.3.difp.232.c.3.n.32.* Soar. *in 3.p.tom.3.difp.80.fect.4.* Molfef. *in fumm. Theolog. moral.tom.1.tract.3.cap.10. num.22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.9.n.134.* Laymann. *in Theolog. moral.* 4

moral. lib. 5. tract. 5. cap. 3. num. 2. Nec obstat quòd rubricæ Missalis aliter statuunt, quia intelligendæ sont de Missis commentualibus, & solemnibus. Nec etiam obitat quòd io prima Missa dicatur, *communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes*, non idem in duabus reliquis, *sed communicantes, & diem sacratissimum celebrantes*, quia in diuini Officij recitatione verba non referuntur semper ad tempus in quo dicũtur, sed ad illud pro quo repræsentando, & commemorando dicuotur. Vnde etiamsi in prima Missa dicatur, *& noctem sacratissimom venerantes*, nemo tamen negat quin talis Missa priuata dici possit in plena diei luce.

5 Quid si Sacerdos nolit celebrare omnes tres Missas, sed vnam tantùm, & credit Gauant. *in comment. ad rubr. Missalis tom. 1. p. 4. tit. 3. num.* 6. tunc dicendam esse vel primam, vel tertiam, & potiùs tertiam cuius oratio cum officio concordat. Sed probabilius est posse dici quælibet ea dictis tribus Missis, quam quis magis voluerit, ita Zanard. *d. c.* 9. *q.* 7. Vgol. *d. cap.* 16. *num.* 5. Petr. de Ledesma *in summ. tom.* 1. *vbi de sacram. Euchar. c.* 19. *post* 9. *concl.* Villalob. *in summ. p.* 1. *tract.* 8. *diffic.* 22. *n.* 3.

6 Præcepto de audienda Missa satisfacit, qui in die Natiuitatis Domini, vnam ex iis tribus audit, sicuti bene resoluunt Sylvest. *in summ. verbo Missa* 2. *num.* 1. *vers.* Nauar. *cons.* 1. *de celebr. Missar.* vbi subdit sic nec sacerdotem teneri illas tres Missas celebrare, Heoriquez *in summ. lib.* 9. *de Missa c.* 25. §. 3. Barthol. ab Angelo *dialog.* 5. §. 801. Nald. *in summ. verbo Missa num.* 10. Bonacin. *de Sacram. dispút.* 4. *q. vlt. puncto* 11. *num.* 10. Paul. Layman. *in Theolog. mor. lib.* 5. *tract.* 5. *c.* 4. *num.* 6.

7 Aduerte ex consuetudine antiqua in Hispania vigeote licere omnibus in hac nocte refectiunculam sumere vsqoe ad saturitatem ex froctibus, siue confetuis, & non ea rebos ad cœnam deseruientibus, ita Medio. *in summ. prac.* 3. §. 10. Alphons. Chiacon. *in tr. de ieiunio §. de ieiunio in vigiliis*, Petr. de Ledesma *in summ. p.* 2. *tract.* 27. *vers. digo lo segundo*, Llam. 3. *p. methodi cap.* 5. §. 25. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 8. *q.* 8. Cened. *in practicis q.* 41 Filliuc. *in q. moral. tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 2. *num.* 34. Ludou. de S. Ioan. 1. *p. summ. tract. de ieiunio art.* 12. *fol.* 694. Basil. Pont. *de matrimen. lib.* 5. *c.* 8. *num.* 2.

Cap. Sacramenta Altaris. XLIX.

Ex Concil. Africano.

1 COllige ea text. quòd suscepturus sacrosanctam Eucharistiàm ieiunus debet esse ieiuoio non solùm ecclesiastico, sed etiam naturali, quatenus scilicet importat abstinẽtiam à quilibet re, etiam modica comestibili per modum cibij, aut potus, vt per Sylvest. *in summa, verbo Eucharistia il.* 3. *num.* 8. S. Thom. 3. *p. q.* 80. *art.* 8. Dominic. Sot. *in* 4. *dist.* 12. *q.* 1. *art.* 8. Sebast. Medic. *in sum. Decreti de consecr. dist.* 2. *art.* 22. Læl. de Zanchis *de priuileg. ecclesiast. priuil.* 218. *n.* 21. *cum seqq. & priuil.* 158. *ex num.* 1. Pedraza *in* 3. *pracept. Decalogi fol.* 28. *vers. octaue*, Conrad. Bruo. *de caremon. ecclesiast. lib.* 6. *cap.* 1. Boet. *decis.* 4. Stephan. de Gaeta *in repet. cap. ad limina* 30. *q.* 1. §. 6. *num.* 116. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr casu* 406. Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 30. *q.* 2. Cened. *ad Decretal. collect.* 249. *à princip.* Farinac. *fragment. criminal. p.* 1. *litt. C. num.* 262. Bonacin. *de Sacram. disp.* 4. *q.* 6. *puncto* 2. *n.* 5. *cum seqq.* Vasquez *de Euchar. disput.* 212. *cap.* 3. Soar. etiam *de Euchar. disp.* 68. *sect.* 4. Ægid. de Cooinck *de sacram. q.* 80. *art.* 8. *n.* 46. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 29. *num.* 118. Anton. Ragoc. *in Lucerna Parochorũ*, vbi *de Euchar. q.* 26. Torres *de instit. disput.* 22. *dub.* 1. *n.* 6. Vega *en Suma de Curas p.* 1. *c.* 10. *n.* 160. Anton. Fernandez *en la instruccion de Confessores p.* 3. *mand.* 3. *col.* 15. Henriquez *in summ. lib.* 8. *cap.* 49. §. 1. Filliuc. *in q. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 8. *n.* 134. Ioan. Sancti. *in selectis. & pract. disputat. disp.* 51. *n.* 1.

2 *Excepto vno die anniuersario*, &c.] Aduertendum est pro intelligentia huius exceptionis, quam text. *in præsenti* facit, olim fuisse quarundam Ecclesiarum morem, in qoibus fideles die Cœnæ Dominicæ cœnabant, & post cœnam sacrum Christi corpus sumebant exemplo, & imitatione Christi, qui eo die suum Corpus, & Sanguinem post Cœnam Discipulis impertiuit, quem deinde morem Coriothios retinuisse fertur, & longo post tempore seruarunt Ecclesiæ Alexandrinæ, Ægypti, & Thebaidis; quam tamen exceptionem abrogauit Trullaoa Synodus *canon.* 15. Cõcil. Bracharen. I. *canon.* 16. refert Azor. *d. lib.* 10. *c.* 30. *q.* 2. *vers. obijcies id, quod habetur.*

Cap. Solent plures. L.

Ex Concil. Cabilon.

1 SAnctus Thom. 2. 2. *q.* 187. *a.* 7. & cæteri Theologi communi omoium consensu per hunc text. existimarunt horam prandij vnici ieiunantibus nonam fuisse præscriptam, quem latè explicat Couar. *var. lib.* 4. *c.* 20. *n.* 14.

2 *In quadragesima, &c.*] Sunt qui putent argumento huius text. esse præceptum audiendi Missæ sacrum tempore quadragenarij ieiunij, quod proaimè ante Pascha suscipitur. Sed meliùs gloss. & Ordinarij *in præsenti*, ac Sylvest. *verbo Missa* 2. *q.* 1. tradiderunt id, quod *in hoc text.* dicitur, esse vsu, & consuetudine abrogatum, præsertim cùm mens Concilij tantum fuerit mores improbare, qui Quadragenarij ieiunij tẽpore ante horam debitam cœnantes ieiunium soluebãt, & ideo inquit, *nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducauerint quàm vespertinum celebretur officium*, quod olim hora nona fiebat, idest, tertia post meridiẽ, hodie vero hora sexta, id est, paulo post meridiẽ. Deiode vero Syoodus consiliom præbet iis, qui ad horam præscriptam ieiunia seruare non poterant, ita Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *c.* 4. *quæst.* 2.

Cap. Sufficit. LIII. *Alex. II.*

1 EX hoc text. vulgo colligitur Sacerdotem regulariter vnicam tantum Missam die vna posse celebrare, vt per S. Thom. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 2. *ad* 5. S. Antonin. 3. *part. tit.* 13. *cap.* 6. §. 5. Sot. *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2 *art.* 2. Victor. *de Euchar.* §. 93. latè Barthol. ac Angelo *de examine Confess. dial.* 3. *de Missa* §. 214. *cũ seqq.* Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 87. Sylvest. *in summ. verbo Missa il* 2. *num.* 7. Spin. *in speculo testam. gloss.* 3. *princ. num.* 54. late Menoch. *de arbitr. casu* 407. Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. part.* 3. *c.* 4. *n.* 62. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap* 24. *quæs.* 8. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 351. *in* 1. *edit. aliàs resolut.* 301. *in princ. in* 2. *edit.* Farinac. *fragm. crimin. part.* 1. *lit. C. num.* 309. Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 35. *in nouissima edit.* Bonacin. *de Sacram. disp.* 4. *quæst. vlt. puncto* 7. *num.* 9.

2 Quibus autem casibus eodem die Sacerdoti iterum celebrare liceat, tradunt D. Antonin. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. §. 4. Sylvest. *in sum. verbo Missa* 1. §. 7. Sot. *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Nauar. *in man. cap.* 25. *num.* 87. Azor. *d. q.* 8. *vers. excipiunt*, Henriquez *in sum. lib.* 3. *cap.* 30.

c.30.§.7.Hieron. Llam.*in methodo curat.p.* 3.c. 5. §.17. Soar.*tom.*3.*de Sacram.disp.*80.*sect.* 3.Franc. Leo *d.c.*4. *num.*64.Aloys. Ricc.*d.resolut.*301.*vers.* & *inter legitimas causas*,Bonacin.*dicto puncto* 7.*num.*10. Fr. Ludou. Miraoda *in manuali Prælat.tom.*1 *q.* 40.*art.* 8. *concl.*2. Barth.ab Angelo *d.dial.*5.*ex* § 216.

1 *Qui verò pro pecunia*, &c. Nullo iure indicta reperitur pœna aliqua contra clericum vno die plures Missas celebrantem, nisi quòd text. *in præsenti* ait se non æstimare euadere damnationem illum, qui pro pecuniis, aut secularium adulationibus, pluries celebrauerit vna die, quod magis pœnam æternam, quàm temporalem videtur respicere, secundùm Bernard. *d.cap.*35. *num.* 1. quare iudex pro facti qualitate, & populi scandalo, pœnam, quam sibi malit plures Missas eodem die celebrantibus infligere poterit, vt post Maiol.*de irregul. lib.* 5.*cap.* 15. *num.* 6. & Menoch *in addit.ad lib.*2.*de arbitr.casu* 407. concludit Aloys.Ricc.*d.resol.*301.*in fine*, Posseuin.*de sacrific. c.*2.*n.*7.

Cap. Nullus Episcopus. LVII.

Zachar.

1 Subscriptio huius text.concipiebatur, Macharius, emendata nunc est ex aliquibus vetustis Codicibus, Zacharias Papa *in Synodo Romana c.*13. & 14. vt aduertit Card. Baron. *annalium Eccles. tom.* 9. *anno Christi* 743.*pag mihi* 116.

2 *Nullo modo audeat data oratione recedere.* De pœna Clerici Missam sacram inceptam relinquentis, vide S.Thom.*tom.*3.*p.q.*84.*art.*6.*ad* 1.Syluest.*in summ.verbo Missa* §.1. Tabien.*eod.verbo* 1.§.19.& 31. Barthol. ab Angel.*in examine Confessor.dialog.* 5. *de Missa* §. 558. Salzed.*in pract. cap.* 46. *à princ. in nouiss. impress.* Fr. Emman.*qq. Regular.tom.*3.*q.*4.*art.*4. Azor. *instiut. moral.part.*1.*lib.*10.*c.* 23. *q.*1. *cum seq.* Villaloh. *part.* 1. *summ.tract.*8.*diffic.*15.*num.* 8. Hieron. Roderic. *in compendio quæst.Regul.resol.*25. *num.* 10. Et de Sacerdote Missam inchoatam intertrumpente, vide Nauar. *in man.c.*25.*num.*86. Posseuin. *de sacrific.c.*5.*n.*11. & alios citatos à Bonacin.*de Sacrament.disp.*4.*q.vlt.puncto* 10. *num.*24.

Cap. Hoc quoque. LXI.

Soter.

1 Hugo huius text.decisione permotus duos sentit oportere præsentes adesse in Missæ sacrificio ministros. Sed Hostiens. Gloss. & communis opinio Theologorum, & Canonici Iuris interpretum, ac Summistarum docet vnum sufficere præsentem, qui respondere queat, & hoc iam vsus comprobauit, nam Sacerdos non rarò aliquando sacrificat vno tantùm ministro adstante, ita Azor.*instit.moral.p.*1.*lib.*10.*c.*19. *q.*1.

2 Ad text.verò *in præsenti* ex Sotere Papa desumptum variè respondent Doctores, in primis S.Thom. 3. *p.q.* 83.*art.*3. *ad* 12. putat hoc Soteris decretum intelligi de Missa publica, & solemni, non priuata. Sed Innoc. III.*lib.*2.*de myster.Missæ c.* 25. sic ait *Aliud est necessitatis articulus, & aliud religionis contemptus, hoc est ex decreto Soteris, nullus enim ex contemptu celebrare debet vno tantùm adstante, at dum vrget necessitas, Sacerdos ministro vno præsente celebrare potest.* Alexand. verò 4.*p.q.*36.*num.*5. *Quædam*, inquit, *antiquitus statuta erant ob reuerentiam tanti mysterij, quæ postea ob vtilitatem, vel necessitatem antiquata sunt.*

In gloss. *Ipse tertius.* ibi, *immo & inclusus Missam solus cantare potest* Notatur ad hoc quòd inclusus aliquis, vt puta eremita, solus Missam celebrare potest, vt per Palud.*in* 4.*dist.*13.*quæst.* 2. *art.*2. vbi Sot.*art.*5. Azor.*d.cap.*19. *q.* 3. pariter resoluentes quòd si grauis necessitas premat, Sacerdos sacrificare solus potest. 1

Cap. Missas. LXIV.

Ex Concil. Agathen.

Quamuis in hoc Concilij Agathensis decreto relato *in præsenti*, solius diei Dominici facta sit mentio, ac proinde probare videatur præceptum audiendi Sacrum diebus tantùm Dominicis iure nobis esse datum, Ecclesia tamen hic appellatione diei Dominici vniuersos dies omnes festos intelligit, idque apertè docet communis Ecclesiæ traditio, & constat Christianorum consensio, ita Soar.*tom.*3.*disp.*88.*sect.* 4. Azor.*instit.moral.p.*1.*lib.*7.*c.*1.*quæst.*1.*vers.tria verò*, Bonacin.*de Sacrament.disp.*4.*q.vltim.puncto* 11.*num.*6. latè Collusitanus noster Ferdinand. Paez, qui super hunc text.elegantem edidit repetitionem. 1

Totas audire. Ex hoc verbo, *totas*, non defuerunt, qui docuerint omnia Missarum sacra, quæ in die festo in aliqua Parochia fiunt, debere singulos Parochianos audire, vbi commodè possint; sed horum opinio meritò ab omnibus confutatur. Alij dixerunt omnia Sacra, quæ in templo fiunt, debere audiri ab iis, qui sunt in illud ingressi, si id fieri cōmodè queat, quod quidem omnium etiam consensu refellitur. Quare alij melius vocabulum, *totas*, interpretantes dicunt nihil aliud significare, nisi audiendum esse sacrum Missæ verbum, in quo duæ Missæ continentur, nimirum Missa Catechumenorum, quæ à principio vsque ad Euangelij finem protenditur, tunc enim voce Diaconi omnes Catechumeni foras excluduntur, & Missa fidelium inchoatur, in qua Christi corpus conficitur, offertur, & sumitur, quæque ab Euangelij fine, vsque ad exitum Missæ producitur ita Azor. *inst. moral.p.*1. *lib.*7.*c.*3.*q.*1. vbi subdit sibi probabilius videri, & communi consensu approbari audiri oportere Missas totas, idest, integras, ita vt singuli singula Missæ sacra in totum, siue in integrum audire debeant. Verùm hoc non intelligitur mathematico more, vt nulla omittatur particula, sed debet intelligi moraliter vt ciuilitas habet humana, ita Barthol.ab Angelo *in examine Confess.dial.*5.*de Missa* §.776. 2

Is verò id præstat, qui partem Missæ notabilem non omittit, at contra qui omittit, minimè creditur Missæ sacrum audire, ac proinde mortaliter peccat ex suo genere, ita Nauar.*in man.c.*21.*num.* 2. Bathol. ab Angelo *de Missa dialog.* 5.§.777. Azor. *d. c.* 3.*quæst.* 2. Bonacin.*de Sacram.disp.*4.*q.vlt.puncto* 11. *n.* 15. Soar. *tom.*3.*de Sacram.disp.*88.*sect.*5. Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*19.*num.*14. Ludou. Beia *resp. casuum conscient.p.*1.*casu* 20. vbi subdit non minus peccare, qui omittit partē notabilem Missæ, quàm qui totam Missam omittit, Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.*1.*lib.*2.*c.*6.*à princip.* 3

Illa autem pars Missæ notabilis haberi debet, quæ includit totum Missæ principium, vnà cum Epistola, & Euangelio, quam si quis prætermiserit, mortaliter peccare, non autem si ab initio Euangelij vsque ad Missæ finem audierit, tenent Syluest. *in summa verbo Missa* 2.*q.*1. Azor.*d.c.* 3.*q.*2. Coniocæ *de Sacram.q.*83. *art.*6.*n.* 285. Quamuis omittentem vsque ad Epistolam inclusiuè dici omittere partem notabilem, ac proinde mortaliter peccare existimauerint Nauar. 4

Henriquez

Henriquez, Iacob. de Graff. Soar. Nugn. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. d. q. vlt. puncto 11. num. 16. Barthol. ab Angel. d. dial. 5. de Missa §. 779.

Cap. Episcopus nullum. LXVII.

Ex Concil. Carthag. IV.

1 IN hoc text. fit mentio de Missa Catechumenorum qui exinde videtur insinuare pro eis licere Missam celebrare, cùm tamen in contrarium sit constans Doctorum omnium resolutio asserentium non licere nobis pro Catechumenis Missam celebrare, prout illa constat consecratione, oblatione, & sumptione Corporis, & Sanguinis Christi, ita Nauar. in tract. de Iubilaeo notab. 31. col. pen. vers. tertiò dici potest. Steph. Durand. de ritibus Ecclesiae Catalog. lib. 1. cap. 23. sub n. 14. vers. sanè pro his, Axor. institut. moral. p. 1. lib. 10. c. 22. q. 2.

2 Qua sententia retenta respondetur antiquitus dici Missam Catechumenorum illam partem Missae, quae incipiebat à principio, vsque ad Offertorium, vt explicat Turrecrem. in praesenti. Poterant enim Catechumeni interesse Missae quousque inciperent sacra mysteria, nempe vsque ad lectionem Euangelij, qua peracta mittebantur foras clamante Leuitico, *Si quis Catechumenus est, exeat foras*, à qua quidem Catechumenorum missione nonnulli Missam dictam putant, vt testantur Raban. Maur. lib. 1. instit. cleric. c. 32. Remig. lib. 1. de offic. Missae, Stephan. Durand. de ritibus Ecclesiae Catholicae lib. 2. c. 1. n. 1. & 2.

Cap. Omnis Christianus LXIX.

Gregor. VII.

1 GLoss. verbo vacuus, in praesenti text. ait quòd si parochiani pauperi Parocho oblationes non praestent, poterit Parochus diuina Officia illis denegare, eam notabilem dicit Dec. in cap. cum inter n. 54. & 55. de except. id procedere addens, licet Presbyter suis manibus victum quaerere possit, quem sequuntur relati à Gutier. canon. lib. 2. c. 21. num. 152 & ab Aluarez de Valasco de priuileg. pauper. p. 2. q. 18. num. 2. Et an, & quando oblationes sint debitae à Parochianis, de cuius materia vide Surd. de aliment. tit. 1. q. 60. num. 2. Steph: Gratian. discept. forens. c. 366. n. 21. metipsum de officio, & potest. Parochi c. 24.

Distinctio II.

Cap. Cum omne. VII.

Iulius.

1 INTER plures errores, quos aliqui sacrificando committebant, Iulius Papa reprobat morem illorum, qui intinctam Eucharistiam populo porrigebant pro complemento Communionis, quo quidem decreto Valent. tom. 4. disputat. 6. q. 8. puncto 4. §. 9. vers. 10. obseru. & Card. Bellarm. tom. 2. de sacram. Eucharistia cap. 26. vers. 19. aiunt solùm damnari opinionem eorum, qui existimabant Sacramentum hoc habere omnimodam perfectionem in altera tantùm specie, subindéque perfectè, & complete omni modo in altera tantùm confici, & administrari contra praedictam Christi Domini institutionem, & secundò addunt textum in praesenti editum fuisse quo tempore liberum erat omnibus communicare sub vtraque specie, ac subinde eodem tempore illicitum erat volentibus vtramque sumere, praestare tantum panem intinctum sanguine, non verò concludit non potuisse Ecclesiam iustis adductam rationibus praecipere, vt laicis altera tantùm praestetur, vt optime definit Concil. Tridentin. sess. 21. c. 3. conducunt quae dixi ad cap. comperimus, inf. hac ead. dist.

Cap. Relatum. XI.

Ex Tolet. Concil. XII.

IN Conc. Toletano XII. cap. 5. relato in hoc text. fuit statutum vt quisque Sacerdos quoties Missam celebrat, toties sacram Communionem percipiat, ita S. Thom. in 4. sentent. dist. 12. q. 3. art. 2. q. 2. & in 3. p. q. 82. art. 4. Syluest. in summa verbo Eucharistia 3. §. 17. Tabien. etiam in summa verbo Communicare §. 11. Barthol. ab Angel. in examine Confessor. dialog. 5. de Missa §. 586. 1

Cap. Comperimus. XII.

Gelas.

COmmunionis Sacramenti mysterium diuidere, qui accepta tantummodo sacri Corporis portione à Calice sacrati cruoris abstinent, ex Gelasio Pont. refert Gratianus in praesenti, & ex hoc loco, ac aliis infrà citandis, nascitur calumnia haereticorum asserentium errare Ecclesiam quatenus laicis sacram Communionem sub altera tantùm specie tribuit, & vsum Calicis negat, quod optimis rationibus sanciuit Concil. Trident. sess. 21. c. 1. cum seqq & multi disserunt, qui ea de re late scripserunt, ex quibus vide Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 12. Barthol. ab Angelo in examine Confessor. dial. 4. de sacram. Euchar. §. 152. cum seq. Valent. tom. 4. disput. 6. quaest. 8. puncto 5. Cardin. Bellarm. tom. 2. de sacram. Eucharistia c. 20. cum seqq. Henriquez in sum. lib. 8. c. 44. Stephan. Durant. de ritibus Ecclesiae lib. 2. c. 41. n. 6. cum seqq. 1

Sed praedicta Concilij Tridentini sanctione firma remanente responderi poterit ad hunc text. vel cum communi agere Gelasium de Sacerdotibus conficientibus Sacramentum, vt satis insinuant verba summarij, ibi, *Sacerdos non debet accipere*, hi enim cum sub vtraque specie debeant conficere, ita etiam sub vtraque specie debent communicare, itaque sic interpretantur gloss. & Turrecrem. hic num. 2. in fine, D. Thom. p. 3. q. 80. art. 12. ad 1. Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 12. Castro aduersus haereses, verbo Eucharistia, haer. vlt. Vel etiam respondetur Gelasium reprehendere eorum errorem, qui vinum damnabili superstitione detestabantur tanquam fel principum tenebrarum, quem errorem tribuit Seuero Castr. verbo vinum, & alij Manichaeis, adeò vt existimarent speciè vini ad huius Sacramenti rationem nullo modo pertinere etiam ante eius vsum, sed sub vna tantum specie panis esse conficiendum contra apertissima verba Christi Domini sub vtraque specie illud instituentis, qui intellectus colligitur ex verbis text. ibi, *nescio qua superstitione*. &c. & tradit Valent. d. puncto 4. §. 9. vers. vndecima obseruatio, Card. Bell. cap. 26. vers. vndecimò, sed prior magis conuenit verbis, & rationibus huius text. 2

Varia verò argumenta, quae haeretici colligunt ex Patribus, & sacra Pagina ad supradictam calumniam adstruendam, ad saturitatem resoluunt Doctores suprà in principio text. citati, & praecipue ad auctorita- 3

tem Christi Domini Ioan.cap. 6. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, respondent vim huius præcepti in re, non in modo consistere, sed magis placuit Concil. Trident. *d. loco* verba illa non coniunctiuè, sed desiunctiuè, vt sit sensus, *nisi manducaveritis carnem*, &c. vel *nisi biberitis sanguinem*, &c. qui sensus satis confirmatur ex verbis sequentibus, vbi separatim de sola manducatione dicitur, *qui manducat hunc panem, viuet in æternum*. Ad aliam verò auctoritatem Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes*, respondetur non ad omnes fideles, sed ad certum personarum genus, scilicet Apostolos, & Sacerdotes esse referenda, vt optimè confirmatur ex auctoritate Marci cap. 14. *Biberunt ex eo omnes*, quæ verba respondent prædictis Matthæi verbis, & tamen certum est referenda esse ad solos Apostolos, qui cum Christo præsentes erant in vltima Cœna.

Cap. Quotidie. XIII.

Augustinus.

1 AVgustinus *de ecclesiasticis dogmatibus cap. 53.* relatus *in hoc text.* ait nec reprehensione, nec laude dignum esse illum, qui Eucharistiæ Communionem quotidie accipit, de quo vide Sot. *in 4. sentent. dist. 12. quæst. 1. art. 10.* Barthol. ab Angelo *in examine Confess. dial. 4. §. 102.* Victor. *de Sacram. num. 76.* Ioseph. Angl. *in floribus Theolog. vbi de suscept. Eucharistia conclus. 2. pag. mihi 333.* Spin. *in speculo testam. gloss. 3. princ. num. 53.* Vtrùm licitum sit quotidie sacram Eucharistiam suscipi à laicis? vide Syluest. *in summa verbo Eucharistia 3. in fine*, Nauar. *in man. c. 21. n. 59.* Valent. *tom. 4. disput. 6. quæst. 8. puncto 4. vers. sextè cùm hæc*, Petr. Sot. *lect. 9. de Euchar.* Vasq. *de Euchar. disp. 214. cap. 3. n. 27.* Soar. *tom. 3. in 3. p. disp. 69. sect. 4.* Henriq. *in sum. lib. 8. cap. 53.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 69.* Bonacin. *de Sacram. disp. 4. q. 4. puncto 2. n. 16.* Ludou. de San Iuan *p. 1. sum. tract. de Euchar. q. 7. art. 12. pag. 178. cum seq.* Filliuc. *in quæst. moral. tract. 4. cap. 7. n. 199.* Posseuin. *de officio Curati cap. 8. n. 10.* Anton. de Litterat. *in summa summarum p. 2. c. 22. num. 9.* Villalob. *in sum. tr. 7. diffic. 41.* latè Ioan. Sanct. *in selectis & practicis disputat. disput. 22. per tot.* Celebrare autem quotidie consultius est exemplo Zachæi, qui gaudens Christum excepit in domum suam, quàm exemplo Centurionis, qui dixit, *Domine non sum dignus*, &c. *Matth. cap. 16.* ob reuerentiam abstinere, nisi ex frequenti sumptione sentiret in se minorem reuerentiam huius Sacramenti, quia tunc monendus est, vt quandoque abstineat. Vide Nauar. *in man. c. 23. n. 88.* Soar. *tom. 3. de Sacram. disp. 80. sect. 2.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 39. n. 12.* Barthol. ab Angelo *dialog. 4. de sacr. Eucharistia §. 96. & dialog. 5. §. 232.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 24. quæs. 3.* Coninck *de Sacram. q. 83. art. 2. dub. 2.* qui excipiunt aliquos dies in quibus missa non celebratur.

Cap. Omnis homo. XXI.

Ex Concil. Eliberit.

1 IN Concilio Eliberitano relato *in hoc text.* dicitur quod debet homo ante Communionem à propria vxore abstinere tribus, aut quatuor, aut octo diebus: et hoc non fuisse præceptum, sed tantùm consilium, ac proinde non obligare post gloss. *in præsenti* tenent S. Antonin. *part. 3. tit. 13. c. 6. §. 10.* Syluest. *in sum. verbo Eucharistia 3. §. 43.* Sot. *in 4. sent. dist. 32. quæst. 1. art.* 7. Barthol. ab Angelo *in examine Confessor. dialog. 4. de sacram. Eucharistia §. 131.* quamuis Alex. de Neuo post Butr. *in rub. de sponsalib. n. 28.* teneat textum *in præsenti* obligare sub mortali peccato. Conuenientissimum tamen erit post copulam coniugalem abstinere ea die à Communione, nisi adsit aliqua iusta causa, vt bene aduertunt Soar. *tom. 3. de Sacrament. quæst. 80. art. 8. sect. 2. in fine*, Sanchez *de matrimon. lib. 9. disp. 13. num. 4.*

2 Gloss. *verbo abstinere, in præsenti text.* concludit minimè eximi coniugem à debiti reddendi obligatione, eo quod illa die Eucharistiam recepturus sit, cùm non sit præceptum, quod *in hoc text.* continetur, ita Turrecr. *hic num. 3.* Alex. de Neuo *in rub. de sponsal. n. 28.* Dom. Sot. *in 4. dist. 32. quæst. vnica art. 3.* Petr. Sot. *lect. 16. de matrimon. vers. sequuntur circumstantiæ*, Henriquez *in sum. lib. 8. de Eucharistia c. 51. §. 3.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 13. n. 9.*

Cap. Tribus gradibus. XXIII.

Clemens.

1 GLoss. *verbo miscere, in præsenti text.* differit an Christus descendat in stomachum sumentis sacrosanctum sacramentum Eucharistiæ, de quo vide Palud. *in 4. dist. 9. q. 1. num. 25.* Syluest. *in sum. verbo Eucharistia il 3. n. 3. cum seqq.* Angel. *eodem verbo il 3. n. 9.* Stephan. de Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. quæs. 1. §. 6. num. 109.* Sebast. Medic. *in sum. omnium hæresum, verbo, hostia*, Læl. de Zanchis *de priuileg. ecclesiast. priuil. 229. num. 3.* Rebuff. *in repet. cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. vers. immo dicunt quidam, pag. mihi 569.* Viuald. *in candel. aureo tit. de sacramen. Eucharistia n. 37. & 131.*

Cap. Si per negligentiam. XXVII.

Ex decreto Papæ Pij.

1 AGitur *in hoc text.* qualiter debeat puniri Presbyter, vel minister si per eorum negligentiam aliquid de sanguine Christi stillauerit super terram, vel super Altare, de quo vide Barthol. ab Angelis *in examine Confessorum dialog. 5. de Missa §. 723.* S. Thom. *in 3. part. quæst. 83. art. 6. ad 7.* Bernard. *in pract. Canon. cap. 42. in nouiss. impress.* vbi asserit quod pœna statuta *in præsenti text.* cum sit Canonis antiqui, & quæ magis videtur pœnitentiæ foro quàm iudiciali prouidere, si casus occurrit, vt in iudicium deducatur, tunc iudex attenta facti qualitate, & adstantis populi notitia, vel scandalo, & Sacerdotis culpa, vel negligentia, pœnam moderabitur, vel augebit, prout æquius sibi visum fuerit, Capell. Tholosan. & *ibi* Aufrer. *decis. 218. incip. Item fuit quæsitum qua pœna*, Perez *ad tit. 8. lib. 8. Ordin. pag. 210.* Menoch. *de arbitr. casu 409.*

Cap. Si quis per ebrietatem. XXVIII.

Ex Pœnitentiali Bedæ Presbyt.

1 DE pœnitentia euomentis Eucharistiam ob ebrietatem, ac voracitatem agit text. *in præsenti*, quem latè interpretantur S. Antonin. *3. part. tit. 13. c. 6. §. 3.* Barthol. ab Angel. *in examine Confess. dial. 5. de Missa §. 724.* Bernard. *in pract. Canon. cap. 41. in nouiss. impress.* Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholosan. quæst. 218.* Menoch. *de arbitrar. casu 405.* Farinac. *fragment. crim. p. lit. C. n. 260.*

Cap. Institutio. XXXI.

Ex concil. Gerundensi.

1 VIde dicta *ad c. de his, suprà 12. dist.*

In glos. *Institutio.* ibi, *solet quæri quare instituta fuerunt Sacramenta Ecclesiastica cum absque eisdem Deus posset humano generi vitam æternam gratis donare.* Ex his verbis colligitur Sacramentorum institutionẽ non vtique fuisse absolutè necessariam, vt sine ipsis quisquam saluari nequiuisset, vt per Ioseph. Angl. *in floribus Theolog. p. 1. q. 2. de instit. a. 1.* Card. Bellarm. *lib. 2. de Sacrament. in genere c. 22. vers. si igitur*, quãuis neotetici Theologi putauerint eam necessariam fuisse necessitate consequentię, quia sic Deus ordinauetãt, quorum sententiam refellunt Gabr. *in 4. sent. dist. 1. q. 1.* & Sot. *eadem distinct. q. 2. art. 1.* provt eos citat Cãpan. Episcopus Laquedonensis *in diuersoria iuris Canonici rub. 1. a. 8.* vbi *n. 9.* plures causas institutionis Sacramentorum refert.

Cap. Liquidò apparet. LIV. *Aug.*

1 AVgustinus *in lib. responsionum ad Ianuarium c. 6.* relatus *in hoc text.* admonet vt sacramẽrum Corporis Christi nõ nisi ieiuni debeamus accipere, de quo Victor. *de Sacram. n. 73.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 30. q. 2.* Barthol. ab Angelo *dial. 4. §. 203. & dial. 5. de Missa §. 198.* Bonacin. *de Sacram. disp. 4. q. 6. puncto 2. n. 5. cum multis seqq.* Zambr. *de casibus in artic. mortis c. 3. dub. 1. n. 1.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 4. cap. 5. num. 3.* metipsum *de officio & potest. Parochi cap. 20. num. 37.*

Cap. Scenicis. XCVI.

Ex Concil. Carthag. III.

1 VIde Barthol. ab Angelo *in examine Confessariorũ dial. 4. de sacram. Eucharist. §. 57.* vbi ex hoc text. colligit quòd tam publicis, & notoriis peccatoribus, quàm publicis excommunicatis potest in articulo mortis Eucharistia exhiberi.

Cap. In altari. XCVII. & vlt.

Ex Concil. Vrbico.

1 DEcidit hic text. vt in Altari, in quo Episcopus Missam cantauit, Presbyter eodem die aliam celebare non pręsumat, de quo Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 27. q. 10.* Henriq. *in sum. lib. 9. c. 28. §. 1.* Bonacin. *de Sacram. disp. 4. q. vlt. punct. 9. n. 15.* Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta. præc. 1. lib. 3. c. 22. n. 5.* vbi intelligit de Missa solemni, & Pontificali, quem refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 2. alleg. 24. n. 1. ante vers. Sacerdos, secundum Lugdunens. impress.*

Distinctio III.

Cap. Rogationes. III.

Ex Concil. Aurel.

1 COncilium Aurelianense I. *cap. 29.* relatum *in hoc text.* statuit, vt triduo ante Ascensionem Domini, quo Litaniæ fiunt, debeant homines ieiunare, & vti cibis quadragesimalibus, at Durand. *in ration. Diuinorum lib. 6. cap. 105. n. 7. ad fin.* & Syluest. *in sum. verbo ieiunium num. 5. in fine*, aduertunt ieiunium his tribus diebus Rogationum indici ex consilio, & non præcepto Ecclesiæ, Couar. autem *lib. 4. var. c. 20. n. 16. ad fin.* ait ieiunium horum dierum Rogationum moribus sublatum esse. In Lusitania verò huiusmodi triduanum ieiunium non in desuetudinem abiit, sed pro quodam religionis studio colitur, & obseruatur, maxime in peruigilio Ascensionis Dominicæ, & in aliis duobus diebus à carnibus abstinetur, quod de aliquibus prouinciis Hispaniæ; Galliæ, & Germaniæ attestatur Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 15. quæst. 4.*

Et ancilla ab opere relaxeatur. Nota quòd olim tres Rogationum dies qui proxime diem Ascensionis Dominicæ præcedunt, dies festi habebantur, ac proinde serui, & ancillæ cogebantur ab operibus, & omni labore cessare; sed postea ij dies consuetudine festi esse desierunt, & sic nemo amplius hisce diebus rem diuinam audiendi tali lege tenetur, ita Azor. *d. p. 1. lib. 7. c. 4. quæst. 1. vers. quæres, an tribus.* Ferdinand. Paez *in repet. c. Missas, de consecr. dist. 1. n. 36. cum seqq.* 2

De origine, & institutione harum Rogationum, qui plura scire cupit consulat Guillelm. Durand. *in ration. diuinorum Offic. lib. 6. cap. 102.* Lap. *alleg. 20.* Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib. 6. cap. 2.* Aleiat. *lib. 9. Parerg. c. 11.* Conrad Brun. *de cærem. Ecclesiæ lib. 5. c. 1. vers. ad eandem etiam rationem*, Couar. *var. lib. 4. c. 20. n. 16.* Fr. Hieron. Roman. *lib. 5. de Repabl. Christiana c. 12. pag. 247.* 3

Cap. Sabbato. XIII. *Innoc.*

INnocentius Papa *epist. 1. ad Decentium cap. 4.* relatus *in hoc text.* ait quòd ob reuerentiam sepulturæ Dominicæ Sabbato ieiunare debemus, de quo vide Couar. *lib. 4. var. c. 20. n. 8.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 45. art. 3.* Sayr. *in claui Regia lib. 7. cap. 1. n. 6.* 1

Vt traditio Ecclesia habeat, &c.] Notatur ad hoc, quòd Ecclesiæ traditio habet, Sacerdotes non debere celebrare biduo, quod proximè Pascha antecedit, videlicet die Parasceues, & Sabbato sancto, vt per Iacob. de Graff. *in aureis decisionib. part. 1. lib. 2. cap. 39. n. 13.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 30. n. 35. cum seq.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 10. c. 24. quæst. 3.* Bonacin. *de Sacr. disp. 4. quæst. 7. punct. 2. n. 17.* 2

De die Parasceues prohibitio hæc omni, & quocumque casu procedit, quia illa die Passio Domini ab Ecclesia recolitur provt realiter gesta est, & ideo non repræsentatur mysticè per consecrationem huius Sacramenti, vt per Durand. *in rationali Diuinorum lib. 6. c. 79.* Soar. *tom. 1. de Sacram. disp. 80. vers. secundum dies*, Vasq. *tom. 3. disp. 232. cap. 2. num. 17. & 18.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. cap. 9. numer. 170.* de Sabbato autem non est tam præcisa, quia multi existimant non esse peccatum mortale eo die priuatim celebrare, quia iam hæc prohibitio abrogata est, & ideo per se licere secluso scandalo, resoluunt Sot. *in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. vers. secundò agitur*, Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 245. concl. 3.* Petr. Ledesma *in sum. p. 1. vbi de sacram. Eucharistiæ, c. 19. dub. 3.* Gutier. *d. cap. 1. n. 36.* Ægid. de Coninck *de Sacram. q. 83. art. 2. dub. 2. n. 210.* Soar. *d. disp. 80. sect. 2. in fine.* Verùm id minimè licere per hunc text. tenent Nau. *in man. c. 25. n. 86.* Francol. *de Horis can. c. 30. n. 8. & 9.* Vasq. *d. tom. 3. disp. 223. c. 2. n. 23.* Valer. Reginald. *d. lib. 29. c. 9. n. 170.* Quare in hoc standum esse consuetudini locorum receptæ tradunt Azor. *d. c. 24. quæst. 4.* & Bonacin. *d. puncto 2. n. 18.* 3

De

De feria quinta Hebdomadæ ſanctæ nullus dubitat poſſe in ea ſecurè Sacerdores celebrere . quamuis prudens conſilium ſit ſecretò , & ebſque concurſu populi id facere Sot. *d. art.2. verſ. ſecundò arguitur*, Nauar.*d.n.*88.Gutier.*d.cap.*30.*n.*36.*in princ.* Sa *verbo Miſſa n.*3.Soar.*d.diſp.*80.*ſect.*2. *verſ. ſupereſt.* Regin. *d.lib.*c9.*n.*170.Ægid.*d.q.*82.*art.*2.*n.*c10. Azor.*d.c.*24. *q.*5. Veſq.*d.tom.*3.*diſp.*132. *cap.*2.*ex n.*14. vbi ſubdit, eo die ſolum licere celebrare antequam Miſſa ſolemnis ſit finita.

Cap. Ieiunia. XVI.

Ex dictis S. Apollonij.

1 QVarta , & ſexte ferie ſeruanda eſſe ieiunia decidit text. *in præſenti* , qui reperitur apud Palladium *in vita Apollonij. Abbatis* , ſed hoc neceſſitatis fuit illo tempore primitiuæ Eccleſiæ , hodie verò eſt conſilij,vide Couar.*lib.*4.*var.c.*10.*n.*8.Fr.Hieron. Roman.*de Republ.Chriſtiana lib.*5.*c.*10.Soar. *de Relig. lib.* 2.*c.*4.*num.*6.

Cap. Crucis. XIX. *Euſeb.*

1 DE feſtiuitate inuentionis Dominicæ Crucis agit hic text.de qua letè Azot. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*1.*c.*16.*à princ.*Soar.*de Relig. tom.*e. *lib.*2.*c.*7.*n.*10.

Cap. Aquam XX. *Alex. V.*

s QVare ſit inſtitutum,vt aqua ſale conſperſa ſanctificetur , oſtendit Alexander Papa V. à Betro *epiſt. cap.*5. relerus *in hoc text.* quem citat Paul. Fuſc.*de viſit.lib.*1.*c.*7.*num.*3.Plura de vi , & effectibus ſalis eleganter congerit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.com.*2.*c.*179.

De aquæ benedictæ quatuor generibus,& eius effectibus , antiquoque viu in Eccleſia contra dæmones, vide Doctores,quos plene citaui *in collect. ad c. aqua* 9.*de conſecr.Eccleſ.vel Altaris.*

Cap. Noſſe. XXI. *Pius.*IX.

1 PIus Papa IX. à Petro Apoſtolo *in primo ſuarum Decretalium*,relatus *in hoc text.* ſtatuit ob Reſurrectionem Dominicam , quæ ipſo die Dominico contigit,Paſcha à Chriſticolis celebrandum eſſe Dominico die,ite referunt Cou.*lib.*1. *var. c.*17. *n.*5. *col.*5. *verſ.item illud*,Azor.*inſtit.moral.p.*2.*lib.*1.*c.*3.*q.*4.

Cap. Celebritatem. XXII.

Victor. XIII.

1 VIctor Papa XIII. à Petro *in primo Decretali ſuo*,ſtatuit vt ſeſtum Dominicæ Reſurrectionis celebretur ſolemnitet primo die Dominico ſequenti poſt decimam quartam lunam primi Hebræorum menſis , ſicuti referunt Euſeb. *lib.*5. *eccleſiaſt. hiſtoria cap.*22.Couer.*lib.*5.*var.cap.*17.*num.*1. *col.*5. *verſ. item illud*,Azor.*inſtit.moral.part.*2. *lib.*1. *c.*3. *quæſ.*4. Soar. *de Relig.lib.*2. *cap.*6. *num.*3. & 5. ex quibus Couar. *citato loco* , hoc accipiendum eſſe ait vt à decimaquarta luna ad vigeſimamprimam die Dominico Paſcha noſtrum celebretur,& modò dies is Dominicus non cõtingat,nec decimaquarta,nec decimaquinta luna,quòd ſi contigerit,ad ſequentẽ diem Dominicam differtur iſthæc ſolemnitas,ex D.Auguſtino , qui hoc ipſum eleganter explicat *in quæſt.ex nouo Teſtamento c.*84.*tom.*4. & Anſelmo *lib.*2. *de imagine mundi cap.*24. nam à decimaquarta luna ad veſperam, vſque ad decimamquintam lunemperactam dies hic ſolemnis agebatur,& ideò ne ipſos Iudæns Chriſtiani imitemur,hoc eb antiquis Patribus pie, & catholice inſtitutum eſt.

Alia diuinarum. Notatur ad hoc quòd ius Canonicum laro quodam dicendi modo diuinum ius aliquando dici ſolet,vt per Couar.*practic.c.*31. *n.*1. *verſ. tertia.*

Distinctio

Cap. Per Baptiſmum. II. *Auguſt.*

COncordat Concil. Trident. *ſeſſ.*5. *de peccato originali* , ibi , *manere autem in baptizatis concupiſcentiam* , &c.vide Henriquez *in ſumma lib.*2. *cap.* 16. §.2. & 7. Ægid. de Coninx *de Sacram.tom.*1.*quæſt* 69.*art.*3.*n.*6.Iul.Lauor.*de Indulg. p.*1.*c.*4.*n.*22.& 23. 1

Nota Baptiſmum de facto non auferre pœnalitates in hac vite,vt experientia docet , habere tamen virtutem eas auferendi , & ipſius virtute auferendas eſſe reſpectu iuſtorum in Reſurrectione , quando mortale hoc induet immortalitatem, vt per Philiarc. *de officio Sacerd. part.*2. *lib.*1. *cap.*9. Valer. Reginald. Soar. Coninx.& alios , quos refert , & ſequitur Bonaciu.*de Sacram.diſput.*2.*quæſt.*2.*puncto* 7.*num.*7. vbi præmittit ad ſupradictorum intelligentiam poſt peccatum Adami remanſiſſe in homine quoſdam defectus contractos per peccatum originale, qui defectus appellantur pœnelitates , quales ſunt concupiſcentia inordinata,mors,ægritudinas,& ſimilia. e

Cap. Firmiſſimè. III. *Auguſt.*

SAnctus Auguſtinus *in lib. de Fide ad Petrum Diaconum c.*19.relatus *in hoc text.* ait quod omnes homines per concubitum viri & mulieris conceptos cum peccato originali ab Adam deriuato naſcuntur; quam ſententiam exornat late D. Ferdinandus de Hoieda nobilitate & ſcientia epprime præditus *in peculiari relect.ad hunc text.* qui pro ſua beniginitate, dum Matriti eſſem , ad me miſit , in cuius poſteriori parte agit de præſeruatione dicti peccati in immaculata & puriſſima Beatæ Mariæ conceptione , de qua late egimus *in coll. ad Concil. Trident. ſeſſ.*5. *de peccato originali* , ideo ad illum locum lectorem remittimus s 1

Cap. Ex quo inſtituta. VI.

NOta gratiam in Baptiſmo productam non ſolùm remittere peccatum originale , ſed etiam peccata actualia,quæ cõmiſſe ſunt ante Baptiſmum, vide Barbol. ab Angel. *de Baptiſmo dialog.*2. §.156. Petr.de Ledeſme *in ſum.p.*1. *de Sacram. vbi de Baptiſmo,cap.*19.Cardoſ.*in praxi iudicum,verbo Baptiſmus n.*24.Bonacin.*de Sacram.diſput.*e.*quæſt.*2. *puncto* 7.*n.*4. s

An autem,& quando ſuſceptio ſancti Baptiſmi liberet quem à pœna ſpirituali,vel etiam à pœna temporali,vide S.Thom.3.*part.q.*69.*art.*2. Dec. *conſ.*130. *incip. Proponitur quòd Iudæus*, Clar.§. *fin. q.*51.*n.*10. Couar.*lib.*1.*var.c.*10.*ſub n.*4.Auil. *ad cap.*c5. *Prætor. in gloſſ. la pragmatica, n.*21. Angl. *in floribus Theolog. q.*4.*de effectu Baptiſmi art.*1.*concl.*2.late Bruno à Sole *in quæſt.legalib.quæſt.*18.Petr. de Ledeſma *d. cap.* 19. *verſ. tertera concluſion.* Surd. *de aliment. tit.*7. *quæſt.*5. *num.*45 Senchez *de matrim.lib.*10.*diſput.*3.*n.*5. Farin. a

*in praxi crimin.p.3.q.98.num.*150 Bonacin.*d.puncto* 7. *num.*5.Iul.Lauot.*de indulgent.p.* 2.*cap.*3.*num.*12.Anton. Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.*4.*c.*58.*n.*17.

Ad significationem. Vide Sayr. *de Sacram.in genere lib.*5.*c.*2.*art.*3.*pag.*438.

CAP. Illud.VII.

1 AVgustinus *de libero arbitrio lib.*1. *cap.*23.relatus *in hoc text.*ait quòd pendeat Baptismus paruulis, qui moriuntur ante tempus discretionis,qui saluantur in fide offerentis,& Concil. Trident. *sess.* 7.*de Baptismo can.*13.anathematizat illos, qui dixerint paruulos, eo quòd actus credendi non habent , susceptu Baptismo inter fideles computãdos non esse,ac propterea cùm ad annos discretionis peruenerint , esse rebaptizandos,vide Iodoc.Cocc. *tom.* 2.*sui thesauri Catholici lib.*5.*art.*6.Balduin. iun. *super opera controuerf.* Bellarm.*p.*2.*lib.*1.*cap.*2.*verf. de prima quæst.* Ægid. de Coninck *de Sacrament.tom.*1.*quæst.*68.*art.*9. *num.*58. Valer.Reginald.*in praxi fori pœnitent. lib.* 27. *num.*34. Pagan. gaudent. *de dogmat. & ritibus veteris Ecclesi. cap.*50.

CAP. De Catechumenis. XV. & seqq.

Ex Gerund.Concil.

1 EX Concil.Gerunden.*cap.*4.refert Gratianus *in præsenti* , Baptismum Catechumenis solemniter esse conferendum in solemnitate Paschali,& Pentecostes, latè Anton.Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.lib.*3.*cap.*3.*per tot.*vbi declarat diuersimodè,vt scilicet non procedat in pueris , & in casibus necessitatis,vel quando baptizandi apparent perfectè instructi in Fide.

CAP. Constat. XIX. *Isidor.*

1 ISidor.*de offic.lib.*2.*cap.*24. relatus *in hoc text.* ostendit ministrum Baptismi ex officio esse Sacerdotem, & tradunt S.Thom.3.*p.quæst.*67.*art.*5.Henriq *in sum. lib.* 1.*cap.* 18.§.1.Philiarc.*de offic.Sacerd p.*2. *lib.* 1.*cap.* 8.Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.* 27. *cap.* 6. *n.* 37.Bonacin.*de Sacrament.disp.*2. *q.* 2. *puncto* 5.*num.*2. Paul. Laymann *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 7.*num.*2.Ego ipse *de officio , & potest. Parochi c.* 18. *ex num.*1.

CAP. In necessitate. XXI. *August.*

1 AVgustinus ad Fortunatum relatus *in hoc text.*tradit etiam laicos necessitate cogente baptizare posse,vide Valent.*tom.*4. *disp.* 4. *puncto* 1. *verf. tertij generis* , Barthol.ab Angelo *de examine Confessar. dialogo de Baptismo* §.139.Iacob.de Graff. *in aureis decis. p.*2.*lib.*1.*c.*1.*n.*29.Chamer.*de Baptismo c.*4.*dub.*1.Sayr. *de Sacram.in genere lib.*2.*c.*8.*q.*2.*art.*1.Bonacin.*de Sacram.disp.*2.*q.*2.*puncto* 5.*n.*4.

CAP. Romanus Pontifex.XXIII.

Isidorus.

1 COllige ex text. paganum posse validè conferre Baptismum modò intentionem habeat baptizandi , vt per Victor. *de Sacram. Baptism num.* 24. Sayr.*de Sacram. in genere lib.*2.*cap.* 5. *art.* 3. Bonacin. *de Sacrament. disp.* 1. *q.* 2.*puncto* 5.*n.*6.vbi subdit peccare adultum recipientem Baptismum à pagano propter periculum illum non recipiendi defectu intentionis,aut propter periculum scandali.

CAP. A quodam Iudæo. XXIV.

Nicolaus.

NIcolaus ad consulta Bulgarorum *cap.*104.relatus 1 *in hoc text.* declarat, si in nomine Christi aliquis baptizetur,non debere iterum baptizari, quod est dicere Baptismum in nomine Christi ministratum ratum esse,ac firmum, contra id , quod habetur *in cap. multi,& in c.si re vera,& in c. in synodo* , *hac ead. dist.* quæ iura probant inualidè baptizare , qui baptizat in nomine Christi , seu in nomine Sanctissimæ Trinitatis , & per ea sic resoluunt Victor. *de Baptismo concl.* 16.Henriquez *in sum. lib.* 3. *cap.*8.*num.*1.*& c.*11.*num.*3. Soar.*tom.*3.*disp.*21.*sect.*3.*concl.*1. *& sect.* 4. *verf.in hac re*,Chameror.*de Baptismo c.*3.*dub.*7.& plures alij,quos refert,& sequitur Bonacin.*de Sacram.disp.*2.*q.* 2.*puncto* 4.*num.*7.

In primis aliqui citati à Valent. *tom.* 4. *disp.*4.*q.*1. 2 *puncto* 3.explicant hoc modo baptizatos à Pagano sub nomine Trinitatis,vel Christi tantùm non esse rebaptizandos absolutè,sed sub conditione.

Alij verò meliùs,vt sunt Sot.*in 4 dist.* 3.*q.vnic.art.* 3 6.*ad fin.*Henriq.*in summ.lib.*2.*cap.* 10.§.2. *&* 3. Soar. *tom.*3.*in* 3.*p.disp.*21.*sect.*1.*num.*3.Bonacin.*d.puncto* 4. *sub num.* 8. *verf. respondeo ex responsione* , textum in præsenti dum habet baptizatos à Pagano non esse rebaptizandos , si baptizati sint in nomine Trinitatis, esse intelligendum , expresso scilicet nomine Trinitatis,Patris , Filij , & Spiritus sancti,aut tantùm in nomine Christi;videlicet loco Filij expresso Christi nomine , sic dicendo , Ego te baptizo in nomine Patris, & Christi,& Spiritus sancti. Qui quidem explicandi modus necessariò tenendus,ac Nicolaus I.*in hoc text.* ita est exponendus , sicut intelligitur S. Ambrosius, prout ipse insinuare videtur; Sanctus autem Ambrosius nunquam dixit valere Baptismum in nomine Trinitatis,non expressis personis, seu nominibus Trinitatis , aut tantùm in nomine Christi , sed sæpiùs in *lib.de sanctis Sacramentis* dixit hanc esse formam, *Ego te baptizo in nomine Patris , & Filij, & Spiritus sancti.* Ergo eodem modo dicendum est intellexisse Nicolaum,qui eundem Ambrosium pro se allegat,& profitetur sic exposuisse.Doctoris enim dictum est intelligendum secundùm doctrinas,& auctoritates , quas allegat , ad not per Bart.*in l. non solùm* §.*si liberationis verba,num.*7.*ff.de liberat.leg.*Alex.*conf.* 31. *num.*9.*vol.* 4.Surd.*conf.*177.*num.*21.*& dec.*126.*sub n.*12. Anton. Monach.*Florentina dec.*49.*n.*10.*& Bononien. decis.*40. *puncto* 7.*n.*44.

Verùm quamuis hic vltimus explicandi modus sit probabilis , & defendi possit , probabilior tamen est ille,quem adducit Azor.*instit.moral. p.* 1.*lib.* 5.*cap.*5. *q.* 3.*verf.quartè obijcitur*,dum ait Nicolaum *in præsenti*,respondisse ad quæstionem sibi propositam, an baptizatus à Pagano , vel Iudæo verum Baptismi sacramentum suscepisset , verè baptizatum fuisse si in nomine Christi baptizatus fuit Baptismo Christi , non igitur definiuit valere Baptismum nomine Christi datum,sed ratum esse Baptismum,siue à Pagano,siue à Iudæo collatum , dummodo is Paganus , vel Iudæus baptizauerit Baptismo Christi , & non Baptismo Ioannis , vel alicuius alterius , & ideò rationem reddidit Nicolaus,quia Baptismus , inquit , non est illorum, qui baptizant , sed Christi , cuius aucto-

ritate

ritate institutus est Baptismus,& cuius virtutem habet,& ideo dicit, sicut *in actibus Apostolorum* legitur,sigoificans Baptismum valere virtute Christi datum,sicot valebat cùm Apostoli baptizabant in nomine Christi,hoc est, cùm confetebant Baptismum Christi auctoritate institutum, & eius virtute vim habentem.

Cap. Sanctum. XXXVI.

Augustinus.

1 DEclaratur *in cap.verbum,de pœnitent. distinct.1. num.3.*

Cap. Tunc valere. XLII.

1 AVgustinus *lib.1.de Baptismo cap. 21.* relatus *in hoc text.* tractat quando prosit Bâptismus ei, qui ficte illum accepit, de quo Victor.*de Sacram.vbi de Baptismo num.19.* Couar.*in cap.alma mater, part.1.§.4.num.9.& 13.* Paul.Comitol. *responsor. moral. lib.1. quæst.19.n.4.*

Cap. Ante Baptismum. LV.

Rabanus.

1 PRobat hic text. quod catechismus conuenienter debet præcedere Baptismum,vt per D. Thom.*in 4.dist.6.quæst.2.* vbi Durand. Bonau. & Sot. *quæst.2. art.1.* Syluest.*in sum.verbo Catechismus versic. quartò quæritur*, latè Anton.Ricciul.*de iure personarum extra gremium Eccles.existent.lib.3.cap.2.per tot* vbi *num.4.* per *cap.baptizandos,& cap.non liceat,hac ead.dist.* obseruat vt cathechumenus admittatur ad Baptismum, non esse opus quòd discat in particulari omnia,quæ sunt fidei,sed satis esse si summa quædam capita intelligat, & principia communia, veluti Symbolum Apostolorum,legis Decalogum, Orationem Dominicam,Christi aduentum,Passionem, iudicium futurum,& cætera huiusmodi,& *num.5.* per *cap.ante viginti,hac ead.dist.* aduertit satis esse si per viginti dies ante Baptismum specialiter instruantur in fide, & deinde admittantur ad Baptismum.

De catechismo vide Sanchez *de matrimon. lib.7. disp.10.à princ.* Ludou.Beia *respons.casuum conscientiæ p.2.casu 16.*

Cap. Non plures. CI.

Ex decreto Leonis.

1 QVamuis prisca Canonum statuta, de quibus *in hoc text.& in cap.quod autem, sup.30.q.4.* voluerint qoòd in Baptismo vnus taotùm patrinus adhiberetur, tamen ad summum, vnum scilicet virum, vnámque fœminam adhiberi posse censuit Concil. Tridentin.*sess.24.de reformat.matrimon.cap.2.* explicant Posseuin.*de officio Curati cap.6.num.32.* Ego ipse *de officio,& potest.Episcopi part.2.alleg.30.n.40.* Sanchez *de matrim.lib.7.disput.57.* Cuius præcepti transgressionem adbibendo plures patrinos esse peccatum mortale,tenent Fr.Emman.*in sum. tom.1. cap.216. num.1.* Bonacin.*de matrimon.quæst.3.puncto 5.§.2. num.32.*& decisum refert Armendar.*in addit.ad recopil.legum Nauarra lib.4.tit.15.l.1.de matrim. n.84.* Ego ipse *d.alleg.30.num.44.* quicqoid dicat Sanchez *d.lib.7.disp.57.num.6.* Si tamen de facto plures duobus suscipiant baptizatum de Baptismo, cum omnibus contrahetur cognatio spiritualis, sicuti tradunt Sayr.*in floribus decis.sub tit.de cognat.spirit. decis.4.* Vgolin.*de potest.Episcop.c.25.§.5.* Armendar.*d.l.1.de matrim.n.82.* Ego ipse *d.alleg.30.n.45.*

Et cùm Episcopus super Conciliari dispositione facultatem dispensandi non habeat, ideò meritò dispensare noo poterit,vt duo viri, vel duæ fœminæ simul suscipiant,vt benè resoluunt Sanchez *dict.lib.7. disput.57.num.7.* Zerol.*in praxi Episcop.p.1.verbo Baptismus §.4.* Rebell.*de obligat.iustit.part.2.in append. ad lib.4.n.89.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.31.154.* Bonacin.*d.§.2.n.33.* Fernand.*in examine Theologiæ moralis p.3.c.2.§.6.n.2.* Armendat.*d.l.1.de matrimon.num.75.* vbi *num.80.* decisum refert quòd vnus procurator,qui sit viri,& alter qui sit procurator mulieris baptizatum de sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri,nec duæ mulieres, vnusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri;& hoc casu cognatio contrahitur à mittente,non verò a procuratore,vt censuit S.Congr. Cóc. *in Tudertina 16.Martij 1630.* cuius memini *in tract. de officio,& potest.Parochi c.18.n.25.* 2

Cap. In baptismate. CII.

Ex Concil. Moguntino.

PRobat hic text. susceptores in Baptismo debere esse baptizatos,& in Cófirmatione iam cófirmatos,aliàs ex tali susceptione nullam contrahi cognationem,ita Nauar.*in man.c.22.n.36.& cons.3.n.1.de Baptismo in antiq.aliàs cons.1.n.1.de cognat.spirit.in nouis*, Henriquez *in sum.lib.12.c.3.§.4.* plures, quos refert,& sequitur Sanchez *de matrim.lib.7.disp.60.n.7.* quibus addo Vgolin.*de officio Episcopi c.25.§.1.num.1.* Rebell.*de obligat.iustit.p.2.lib.3.q.6.n.6.& 7.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.31.n.157.* Fernand. *in examine Theologiæ moralis p.3.c.2.§.9.n.4.& §.10.n.4.* Ægid.de Coninh.*de Sacram.tom.2.disput.32.n.25.* Basil.Pont.*de impedim.matrimon.c.24.§.1.vers.illud,* Bonacin *de matrim.q.3.puncto 5.§.2.n.19.* metipsum *de officio,& potest.Parochi c.18.n.27.* 1

Cap. Non licet Abbati. CIII.

Ex Concil. Antisiod.

COllige ex text. Abbates,vel Monachos commatres habere non posse, nec de Baptismo, aut Confirmatione suscipere filios, vt per Sanch.*de matrimon.lib.7.disp.60.n.21.* Posseuin. *de officio Curati cap.6 n.27.vers.secundò*, Galet.*in margarita casuum conscientiæ,verbo Religiosus,pag.225.in fine*, Rebell.*de obligat.iustit.part.2.lib.3.quæst.6.n.10.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit.lib.31.n.157.vers.quartò*, Ludou. Miranda *in man. Prælat.tom.1.quæst.43.art.1.in concl. iuxta med.* Bonacin.*de matrimon.quæst.3.puncto 5.§.2. num.23.* Basil.Pont.*de impedim. matrim. cap.24.§.1. vers.exclusi.* Paul.Laym.*in Theolog.morali lib.5.tract.2.cap.9.n.3.in princip.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.2.disput.4.q.2.* metipsum *de offic.& potest. Parochi c.18.n.31.* 1

Limita in Abbate,seu Religioso facto Episcopo, vt per Gregor.Lopez *l.65.verbo maioral, tit.5.part.* Fr.Emman.*quæst.Regul.tom.2.quæst.58.art.3.*& alios, quos refert,& sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi tom.2.lib.6.cap.6.num.14.* qui omnes afferunt exemplum Gregorij,qni ex religione promotus in Cardinalem factus est Mauritij Imperatoris compater,refero *d.c.18.n.32.* 2

Cap. Placuit. CXI.

Ex Concil. Carthag. III.

1 GLos. *verbo testentur, in præsenti text.* resoluit quod testimonium vnius creditor in Baptismo, sequûtur Mascard. *de probat. concl.* 163. Farin. *in praxi crim. q.* 63. *a.* 24. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 5. Et in consecratione Ecclesiæ Mascard. *de probat. conclus.* 415. *a.* 4. Axor. *instit. moral. par. t.* 1. *lib.* 10. *c.* 26. *quæst.* 21. *in med.*

Cap. Qui in maternis. CXV.

Isidorus.

1 PRobat hic text. existentem in vtero matris non posse baptizari, quia subiectum Baptismi est homo natus, & non potest per Baptismum renasci, qui nondum est corporaliter natus, vt per S. Thom. 3. *p. q.* 68. *art.* 11. *ad* 1. Victor. *de Sacram. vbi de Baptismo num.* 28. Valer Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 27. *n.* 28. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 13. Bonacin. *de Sacram. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. *a.* 7. vbi *n.* 8. obseruat quòd si mater moriatur, & filins in ipsius vtero existens credatur viuere, aperienda est mater, vt infans extrahatur, & baptiaetur, & *n.* 9. pariter obseruat quòd si mater grauida per iudicis sentantiam damnetur ad mortem, differenda est execotio sententiæ donec mater perpeterit. Ante totalem tamen aggressionem baptizari potest infans in capite, manu, vel pede iã emisso, ita Soar. *tom.* 3. *de Sacram. in* 3. *p. q.* 68. *disp.* 25. *art.* 11. Illustriss. D. Roder. à Cunha *in commment. ad c. baptizari* 5. *a.* 1. *dist.* 5. Ego ipse *de offic. & potest. Parochi. c.* 18. *num.* 37. *in fine.*

Cap. Quibis. CXVII.

Ex Pœnitentia Theodori.

1 PRobat hic text rebaptizatum, aut rebaptizãtes ex iusta ignorãtia irregularitatẽ incurrere, ac proinde ordinari non posse. vt per Henriq. *in sum. lib.* 14. *c.* 5. §. 3. Auil. *de censur. p.* 7. *disp.* 7. *dub.* 2. *concl.* 4. cuius tamen decisionis contrarium meritò tuentur Sot. *in* 4. *dist.* 6. *q.* 8. Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 49. Anton. de Corduba *in sum. casuum conscientia q.* 37. Couar. *in Clem. si furiosus p.* 1. *in initio n.* 8. Sayr. *de censur. lib.* 7. *c.* 8. *a.* 10. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 25. *lit.* C. Bonac. *de censur. disp.* 7. *q.* 3. *punct.* 3. *n.* 5.

2 Ad text. verò *in præsenti* respondent communiter Doctores illum non esse Pontificis, nec Generalis, nec Prouincialis Concilij, sed cuiusdam Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, ita S. Antonin. *in* 3. *p. tit.* 28. *c.* 6. §. 3. Couar. & Sayr. *citatis locis*, Bonacio. *d. punct.* 3. *n.* 2. *vers. neque obstat.* Salaed. *d. lit.* C. *vers. nec refragatur* vbi post Alber. Tror. *de vero, & perfecto clerico lib.* 2. *c.* 14. *n.* 1. aduertit quòd licèt de iure rebaptizatus etiam iusta igoorantia, absque vlla dispensatione ad sacros Ordines promoueri possit, illam tamen ad maiorem cautelam debebit ab Episcopo obtinere.

Cap. Eos quos. CXVIII.

Felix. III.

1 COllige ex text. irregularem effici illum, qui metu etiam cadente in constantem virum compulsus rebaptixatus fuerit, vt per Syluest. *in sum. verbo irregularitas q.* 4. Maiol. *de irregal. lib.* 3 *cap.* 14. Sayr. *de censur. lib.* 7 *c.* 8. *n.* 19. Henriq. *in summ. lib* 24. *c.* 4. §. 3. Auil. *de censur. p.* 7. *disp.* 7. *dub.* 14. Bonac. *in simili tract. disp.* 7. *q.* 3. *puncto n.* 7. Salaed. *ad Bernard. in pract. c.* 25. *lit. A. vers. & non solum*, vbi secus asserit si per vim coactiuam.

Cap. Si quis de alio. CXXII.

Ex Conc. Lugd.

COllige ex text. non esse licitum extra necessitatem baptizare adhibito Chrismate alterius anni, vt per Nauar. *in man. c.* 12. *n.* 74. Zerol *in praxi Episc. p.* 1. *verbo Chrisma, pag. mihi* 102 Bonac. *de Sacram. disp.* 2. *q.* 1. *punct.* 7. *n.* 20. Posseuin. *de officio Curati c.* 9. *n.* 1. & faciunt per me resolota *in tract. de officio, & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 31. *n.* 17. 1

Cap. Non regenerabantur. CXXXV.

Augustinus.

AVgustiuus *in enchirid. c.* 49. relatus *in hoc text.* ait quod in Baptismo Ioannis non erat peccati remisso, concordat Concil. Trid. *sess.* 7. *de Baptismo, can.* 1. vbi anathematia ntur, qui dixerint Baptismũ Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi, docent Cyril. Alexand. *lib.* 2. *in Ioan. c.* 26. *& lib.* 2. *c.* 57. Tertullian. *lib. de Baptismo c.* 20. Isidor. Hispalen. *de officio ecclesiast. lib.* 2. *c.* 24. Anselm. *ad c.* 3. *Matthæi vers. Baptismus Ioannis*, Hug. Victor. *tract.* 5. *de Baptism. c.* 2. *& de Sacram. Fidei lib.* 2. *p.* 6. *c.* 6. Magist. *in* 4. *sent. dist.* 2. vbi Durand. *q.* 4. & Palud. *q.* 1. *art.* 3. S. Thom. *p.* 3. *q.* 38. *art.* 3. Iodoc. Cocci. *tom.* 2. *thesauri Catholici lib.* 5. *art.* 5. Balduin. iun. *super opera controu. Bellarmini p.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *propè fin.* Fernand. *in examine Theologia moral. p.* 3. *c.* 2. §. 1. *n.* 2. Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.* 4. *c.* 1. *num.* 98. *in fin* Bonac. *de Sacram. disp.* 2. *de Baptismo in princ. vers. sed prius explicandum est.* 1

Cap. Regenerante. CXXXVI.

DE materia huius text. agunt Doctores, quos citaui ad *c. ex quo instituta, sup. hac ead. dist.* 1

Cap. Nulla præter. XLII.

AVgustinus *de peccatorum meritis, & remiss. lib.* 1. *c.* 25. relatus *in hoc text.* ait quod præter Baptisma Christi paruulis nulla salus promittitur, vide Couar. *in c. alma mater, part.* 1. §. 2. *num.* 8. Tiraquell. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. verbo reuertatur. num.* 255. Pined. *in vita S. Ioannis Baptistæ lib.* 5. *art.* 2. *c.* 2. §. 246. *pag.* 65. 1

Vnde Concil. Triden. *sess.* 7. *de Baptismo can.* 5. anathematizat illum, qui dixerit Baptismum non esse necessarium ad salutem, explicant Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 1. Sayr. *de Sacrament. in genere lib.* 6. *c.* 4. *quæst.* 1. *vers. est quidem Baptismus.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 1. *quæst.* 68. *n.* 6. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 27 *n.* 7. Henriquez *in sum. lib.* 2. *c.* 7. Filliuc. *tom.* 1. *tractat.* 2. *de Sacrament. Baptismi num.* 216. & 128. Bonacin. *de Sacram. disp.* 2. *quæst.* 2. *puncto* 2. *num.* 5. 2

DISTIN

Distinctio II.

Cap. Omnes. I. *Vrban.*

1 Gloss. *verbo omnes*, in illis verbis, ibi, *praeter Vnctionem infirmorum, quæ non ita propriè dicitur Sacramentum*, videtur insinuare Vnctionem propriè non dici Sacramentum, sed & ipsam verè, & propriè Sacramentum esse Fide defioit Concil. Trident. *sess.* 14. *de Extrema Vnctione cap.* & docent Soarez *tom.* 4. *disp.* 39. *sect.* 1. & 2. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 3. *q.* 79. *art.* 1. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 19. *dub.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *quest.* 1. *statim in princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 28. *n.* 43. Bonacin. *de sacram. disp.* 7. *q. vnica, puncto* 1. *num.* 1. & 3. Fernandez *in examine Theologia moralis p.* 3. *c.* 10. §. 1. *num.* 13. Maldonat. *tom.* 2. *controuers. tit. de Extremo Vnctione q.* 1. Molfes. *in summ. Theologia moralis tract.* 4. *cap.* 3.

Cap. Spiritus sanctus. II.

Melchiades.

1 CVm sacramentum Confirmationis sit adeò vtilissimum vt sancti Doctores dicant certo modo non esse perfectè Christianum, qui non est confirmatus, & quia in eo descendit septiformis gratia Spiritus sancti cum omni plenitudine, sanctitatis, scientiæ, & virtutis, & anima maiorem perfectionem, & gratiam recipit, ex D. Thom. *in* 3. *p. q.* 72. *a.* 11. licèt, regulariter loquendo, necessitatis non sit, est tamen complementum Baptismi, per illud enim baptizatos plenè fieri Christianos dicit Vrbanus Papa *in cap.* 1. *proximè præcedenti*, & alij sancti Patres, quos refert Henriquez *in summ. lib.* 3. *cap.* 3. §. 2. *iuncta litt. H.* & iuxta sanum sensum contra hæreticos bene explicat Soar. *tom.* 3. *disp.* 34. *sect.* 2. non quòd prima gratia per Confirmationis sacramentum conferatur, & ante Confirmationem Baptismus culpam originalem non remittat, qui est peruersus Raymundi Lupi error, sed quia per Confirmationem Baptismatis gratia roboratur & confirmatur ad bene operandum, constanterque credendum, & Fidem Christianam fortiter confitendum, ita ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.* 1. *alleg.* 30. *n.* 7. & 8.

Cap. Manus. VI. *Euseb.*

1 EVsebius Papa *epist* 3. *ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ*, relatus in hoc *text.* scribit nõ ab aliis, quàm ab Episcopis manus impositionis Sacramentum perfici posse, & de fide defioitum est in Concil. Trident. *sess.* 7. *de sacram. Confirmat. can.* 3. docent Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij tit. de Confir. pag. mihi* 579. Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. & 6. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 8. *vers. dixi Episcopus*, Henriquez *in summ. lib.* 3. *de Confirm. cap.* 6. §. 1. Iodoc. Cocc. *tom.* 2 *thesauri Catholici lib.* 5. *art. vlt.* Chamer. *de Sacram. tract. de Confirmat. c.* 5. *de ministro Confirmat.* Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *cap.* 3. *de Confirmat. num.* 1. Ægid. de Coniuch *de Sacram. tom.* 1. *quæst.* 72. *num.* 97. & 105. Balduin. iun. *super opera controuers.* Bellarm. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 6. *propè fin, vers. Catholici omnes.* Miranda *in manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 44. *art.* 1. *conclus. vnic. in fin.* Bonacin. *de Sacram. disp.* 3. *q. vnica puncto* 2. *num.* 3. Vgolin. *de potest. Episcopi cap.* 25. *num.* 2. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 4. *num.* 110. Filliuc. *qq. moral. tom.* 1. *tractat.* 3. *num.* 13. Fernandez *in examine Theologia moralis part.* 3. *cap.* 3. §. 3. *num.* 2. Molfes. *in summ. Theolog. moralis tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 26. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 30. *num.* 1.

Vtrùm autem ex delegatione Summi Pontif. simplices Sacerdotes hoc sacramentum Confirmationis administrare possint, latè dixi *suprà ad c. peruenit.* 95. *distinct.* 2

Cap. Vt ieiuni. VI.

Ex concil. Aurel.

EMmanu. Sà *in aphor. verbo Confirmatio num.* 1. per hunc tex. tenet Confirmationem dandam esse, & accipiendam à ieiunis. Contrarium tamen verius est, cùm ieiunium non sit de præcepto in hoc casu, sed solum de consilio, & ideo hanc partem meritò sustinent Henriquez *in summ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. & *cap.* 6. *num.* 7. Barthol. ab Angelo *de Sacrament. dial.* 3. §. 35. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 12. & 14. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo Chrisma vers.* 3. Bonacin. *de Sacrament. disput.* 3. *q. vnic. puncto* 2. *n.* 14. *vers. secunda.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 30. *n.* 12. 1

Perfectæ ætatis.] Quamuis Confirmationis sacramentum pueris ne dum rationis vsum habentibus conferri possit, meliùs tamen erit illis conferri postquam ad rationis vsum peruenerint, vt recordentur se hoc Sacramentum recepisse, ne iterum recipiant, ita Henriq. *d. lib.* 3. *c.* 5. §. 2. Bonac. *d. q. vnica, puncto* 4. *n.* 5. Marc. Anton. Gēuens. *in man. Pastorum c.* 54. *n.* 3. & alij citati per me *d. alleg.* 30. *n.* 17. quibus addo Bartholom. ab Angelo *in examine Confessariorum dial.* 3. §. 30. *cum seqq.* 2

Vt moneantur confessionem facere.] Licèt non sit præceptum præmittere confessionem ante Confirmationis susceptionem, quia text. iste monet, non autem præcipit, debet tamen, qui suscipere vult, esse in gratia, vel putare se esse in gratia, de quo Episcopus adultos præmonere debet antequam ministret, ita citati per Bonacin. *d. q. vnic. puncto* 4. *num.* 26. quibus addo Nauar. *de pœnit. dist.* 5. *in princ. p.* 3. *in gloss. n.* 26. meipsum *d. alleg.* 30. *n.* 18. 3

Cap. Dictum. VIII.

Ex Concil. Tarracon.

EX hoc text. colligunt nonnulli illum, qui bis Confirmationis sacramentum susceperit, vel contulerit, irregularitatem contrahere, quia cum *in præsenti*, æqualiter iterari prohibeantur Baptismatis, & Confirmationis sacramenta, & Baptismum iterantes, hoc est, baptizati, & rebaptizantes, irregularitatem incurrant, iuxta Doctores citatos *in cap. qui bis, & cap. seq. de consecr. dist.* 4. mirum non est si quoad irregularitatem eadem fiat æquiparatio, & ideò hanc partem sustinent Ioan. Maior. *in* 4. *distinct.* 7. Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico lib.* 2. *c.* 14. *requis.* 9. *in princ.* Maiol. *de irregul. lib.* 3. *c.* 15. S. Antonin. 3. *p. tit.* 28. *c.* 6. 1

Verùm contrariam sententiam meritò tuentur Palud. *in* 4. *dist.* 7. *q.* 2. *colum.* 1. Couar. *in Clement. si furiosus p.* 1. *in initio num.* 8. Vgolin. *de irregul. cap.* 35. §. 4. Soar. *de censur. disp.* 42. *sect.* 4. *n.* 6. Sayr. *in simili tract. lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 28. Auila *eod. tractat. p.* 7. *disp.* 7. *dub.* 5. Bonacin. *in eodem tract. disp.* 7. *q.* 3. *puncto* 3. *n.* 8. Valent. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 1. *puncto* 4. *propè fin.* & *disp.* 7. 2

quaest.19.puncto 3. ad fin. Salzed.*ad Bernard. in pract. cap.15.litt.B. vers. quaestionis etiam est*, quorum fundamentum est, quia irregularitas nullo casu constituenda est, nisi expressa reperiatur in iure, *cap.is qui, de senteat.excommun.lib.6.*cum *ibi* per me citatis, sed
5 Pontificio iure expressum non est quòd irregularitatem incurrat ille, qui bis, etiam solemniter sacramentum Confirmationis susceperit, aut contulerit. Igitur, &c.

Ad text. *in praesenti*, respondetur quòd licèt hic
3 sacramenta Baptismi, & Confirmationis iterari prohibeantur, non tamen inde sequitur, quòd eadem pœna imponatur Confirmationem iteranti, quae Baptismum repetenti infligitur, eo maximè, quia haec ir-
2 regularitatis materia grauissima, & pœnalis est, ideo non solùm iura extendenda non sunt, sed strictissimè interpretanda, ex vulgatissimis iuribus.

Cap. Quadragesima. XVI.

Ex homil. Gregor.

1 DE obseruatione ieiunij quadragesimalis vide Honcal.*in tract. de ieiuniorum obseruat.ex col.2. vers.iam verò*, Alphons.Castro *lib.8. aduersus haereses, verbo ieiunium in 2.haeresi, vers.nam de quadragesima*, Couar.*lib.4.var.cap.20.num.6. & 7.* Arnald. Pontac. *in annot. ad Euseb.column.mihi* 612. Petr. Canis.*in doctrina Christiana tit.de ieiunio num.10.cum seqq.* Petr. Gregor.*syntagm.iuris p.1. lib.2. cap. 18.n.9.* Cardin. Baron.*annal.Eccles.tom.1.pag. mihi* 583. Azor. *instit. moral.part.1.lib.7.cap.23.*Sayr. *in Claui Regia lib. 3. c.6. num.12.* & alios citatos Cencd. *ad Decretum collect.*53.

Cap. Non mediocriter. XXIV.

Hieronymus.

1 HIeronymus relatus *in hoc text. vers. cùm igitur*, dum habet nihil minus accipi dum Psalmus pro multis recitatur, quàm dum pro singulis decantatur, videtur insinuare orationem pro pluribus oblatam aeque singulis prodesse, ac si pro vno tantummodo funderetur. Caeterùm in contrarium est veritas, quia si eius pondus, & orantis affectus, ac voluntas spectetur, finiti est fructus, & pretij; ergo fructus eius, dum in partes diuiditur, fit minor in singulis, & hoc locũ habet in quolibet orationis effectu siue de merito siue de satisfactione, siue de impetratione, sit sermo, quoniam generaliter omnis effectus orationis ex parte eius, qui orat, finitus est, vt ipsius ponderi, & dignitati, & orantis studio, & affectui respondeat. Et ideò hanc partem sustinent ferè omnes Theologi, & Canonici iuris interpretes, vt per Couar.*in cap. alma mater, p.2.§.5.num.9.* Spin.*in speculo testam. gl. 3.princ.num.*58.latè Medin.*in C.de Orat.c.de valore orationis pro multis fusa.*Comitol.*responsor. moral. lib. 1.q.42.n.13.cum seq.*Sayr.*in claui Regia lib. 7.cap.9. num.31.*Azor.*instit.moral.p.1. lib.9. cap.33.q.7.* vbi respondet textum *in praesenti* solùm loqui de merito, quòd oratio cuiuslibet habet; mens ergo eius est non minus mereri nos cùm pro pluribus orationem fundimus, quàm si pro vno tantùm eam funderemus. Deinde respondet orationis impetrationem, prout sola Dei liberalitate, & munificentia nititur, non esse minorem si oratio pro pluribus offeratur, nam aequè facilè est bonum quodlibet impetrare pro centum, ac pro vno solo, si non ex ipsius orationis pondere, sed ex Dei liberalitate rem metiamur.

Sic eodem modo licèt Missae valor extensiuè, seu 2
indeterminatè, vel vt aiũt, syncategorematice acceptus, infinitus sit, hoc est, non tantum prodest, quin magis possit prodesse, siue non tantum fructum exhibet, quin possit maiorem, ita vt nõ pro tot, quin etiam pro pluribus, & in maiori gradu applicari, & prodesse possit, tamen dum Sacerdos, vt causa proxima specialiter vnam missam offert pro seipso, aut pro alio respondẽtem oblationi Sacerdotis, etiam nihil offerente, habet non solùm effectum finitum, sed virtutem, efficaciámque & valorem simpliciter finitum, qui effectus in plures diuisus, minus vtilis est singulis, & ita qui Missam pro multis offert, non tantondem singulis prodest ac si pro vno solo diceretur, de quo vide Nau.*in man. c.25.n.91.& 111.vers.35.& cons.8.n.2.& cons.9.n. 2. de celebrat. Missar.in nouis*, Petr.Nauar.*de restitut.lib.2.c. 2.à num.*161.Hieron.Llamas *in 3.p methcdi c.13.§.17.* Anton. Cuch.*lib.5. instit.maior. tit.6.num.77.* Dym. *in tract.de Purgat. c. 37.per totum* Henriq. *in sum. lib. 9.c.19.§.5.*Soar.*tom.3.q.79.sect.12.& tom.4. disp. 48. sect.6.*Valent. *tom.4.disp.6.q.11. puncto 1.§. 25.* Petrus Ledesma *in sum.p.1 de Sacrament.vbi de Euchar.c.17. concl.23.*Azor.*institut.moral.p.1.lib.10.c. 21.quaest. 1.* Zerol.*in praxi Episcop.p.1.verbo Missa §.4.* Ludou. Miranda *in man.Praelat.tom.1.q.41.art.19.& 20.* latè Fagundez *in quinque Ecclesiae praecepta praec.1.lib.3.c.8. n.7.cum seqq.*Fraxinel.*de obligat. Sacerdot. sect. 3.praenot.4.§.7.*

Ad text.verò *in praesenti*, optimè respondet Couar. 3
in c.alma mater p.1.§.5.n 9.ad fin. quòd dum inquit, *cum Psalmus, vel Missa pro cunctis animabus dicitur, nõ minus, quam si pro vnoquoque diceretur, accipitur*, illud tantũm ex hoc deducitur Missam dictam pro multis eundem valorem habere, ac si pro vno dicta fuisset, nec inde sequitur, quòd ille tantus valor vnicuique ex illis multis insolidum applicetur.

Cap. Discipulos. XXVI.

Ex dictis Apollonij.

EX hoc text.vulgò colligitur eum, qui pauperta- 1
tis, misericordiaeque suae leuandae causa furtũ cõmittit, excusari, & tam à peccato, quàm ab infamia, aliisque pœnis immunem esse, vt per Hostiens.*in summa de furtis §.1.verbo in casu tamen non teneor*, addition.ad Abb.*in c.si quis propter n.5.lit.B.de furtis*, Cornel.Bonincas.*de paupert.spec.9.in indicio n.20.cum seq.* Couar.*in reg.peccatum p.2.§.1.n.3.vers.hinc verò*, Hieron.Buccaron.*de differens.inter iudicia ciuilia & criminal.different.100.n.2.*Nec modò in extrema, sed in graui necessitate constitutum posse rem alienam absque mortali peccato accipere, si aliter graue illud malum auertere nequeat, ex Angel.*in summa verbo furtũ §.57.*Nauar.Ioan de Medina, & aliis, ex quibus probabiliorem dicit Lessi.*de iustit.lib.2.c.12.n.17.vers respondetur.*

Ex gloss.verò *in praesenti* colligitur paupertatis, fa- 2
misve ratione licere patri filium vendere, idem tenent Cornel.Benincas.*spec.5.in contract.n.15.* Couar. *lib.3. c.14.n.4.*Gerard.*sing.vlt.n.16.*Hippol.*sing.*101.Mantu. *sing.77.& 547.*Moliu.*de primog.lib.4.c.5.n.14.*Ascan. *Clem.de patria potest.c.5.effectu* 1. Philip. Pascbal. *de viribus patriae potest.c.1.n.6.cum seqq.p.1.*Vincent.Carot.*de remed.contra praiudic sentent.except.25.num.10.* Carol de Grassis *de effectibus cleric.effectu 43.à princ.* vbi limitat in filio clerico.

Cap.

Cap. Nunquam. XXXIII.

Hiero ymus.

1 S*Emper Diabolus inueniat te occupatum*,&c.] Plura in detestationem otiositatis, vide per Hector. Pintũ *in dialogis p.1.dialog.de iustitia c.1. pag.* 79. Gabr. del Toro *in libro thesauri misericordia c.37.cum seqq.* Cassan.*in catalog.gloria mundi p.11.in princ.*Flamin.*de resignat.lib.5.q.3.n.211.cum seqq.* Bobadil. *in sua politica lib.2.c.13.pag.*681.Steph.Grat.*discept.forens. in prafat. n.75.cũ seqq.*Et de diligentia, vide Rebuff.*in auth. habita.verbo diligenti,C.ne filius pro patre , pag.mihi* 574. Perez *l.1.tit.14.lib.*8.*Ordinam.pag.*272. Et de labore, vide Gonzal,.*ad reg.*8.*Caccel.gloss.4.n.*17.

2 *Texantur & lina capiendis piscibus*,&c.] Collige ex text. permissum esse clericis, vt victum,& vestitũ quęrant, exercere opera rusticalia, puta lina texere pro capiendis piscibus , canistra viminibus plectere, sarrere humum, areolas æquo limite diuidere, in quibus cum olerum iactata fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ , inserere infructuosas arbores, apum aluearia fabricare, proprias vineas putare, vel fodere,& his similia, vt per Bellet.*disquisit.cleric.p.1.tit.de disciplin.cleric.§.2.n.13.& 14.*Farin.*fragm. crim.p.1.lit.C.n.164.cum seqq.*

Cap. Non oportet. ij. XXXVI.

Ex concil. Laodicen.

1 PRobat hic text. clericus non debere interesse spectaculis, quæ aut in nuptiis , aut in scenis , aut in aliis locis exhibentur, vt per Bellet.*disquisit.cleric.p.1. tit.de discipl.cleric.§.25.n.5.*Parlad.*lib.2. rerum quotid. c.7.n.2.*Gutier.*canon.lib.1.c.7.à princ.*Sanch.*de matrim. lib.9.disp.46.n.41.*vbi cum Caiet.*in summ. verbo clericorum peccata, ad fin.*subdit dispositionem huius text. non obligare sub mortali cessante scandalo, & contemptu.

Cap. Fucare pigmentis. XXXVIII.

Augustinus.

DE fuco fœminarum,& an,& quando liceat mulieribus vnguentis,& coloribus se fucare , & an eis sine peccato vẽdi possit? vide Honcal *in opusc.tract. de fusco mulierum,pag.*118.*cum seq.*Abb.*in c.1.ne clerici, vel monachi,n.*11.S.Antonio.*in summ.p.1.tit.4.c.6.§.7.* Syluest.*in sum.verbo ornatus.*Tabien.*eod.verbo,*Cassan. *in catalogo gloria mundi.p.2.consid.*32.Tiraq. *l. 3. connub.à princip.& pracipuè à n.*14.Guillelm.Bened.*in cap. Raynutius,de test.verbo cuidam Petro tradidit n.32.cum seqq.*Neuiz.*in sylua nupt.lib.2.n.86.vers.quod maximè procedit.*Mich.de Palac.*lib. 2.de contractib. c.9. vers. at quares.pag.*159.Benedict.Canophil.*in repet. c.1. de constit.n.83.cum seqq.*Azor.*instit.moral.p.3.lib.3.c.30.q.7.* Pharaon.*in prompt.anima tract.2.sess.11.casu* 2.Sebast. Medic.*in summ.peccatorum p.1.tit.2.q.*26.Læli.de Zanchis *de priuil.Eccles.priuil.131.ex n.6.in fine.* Ioan. Pined.*p.2.de la agricultura Christiana dialog.21.ex §. 9. & in vita D.Ioannis Baptista lib.3.art.2.c.2. pag.*156. Ioan.Pined.*Societatis Iesu. in Iob.tom. 1. cap. 42. vers. 14.pag.mihi* 965.Hieron.Roman.*de Repub.Gẽtilica lib. 8.c.*20.Henriq.*in sum.lib.8.c.56.§.4.lit.X.*Ioan.Mallara *p.1.cent.10.refran.*51. Sebast. de Cou. Orozco *en el thesoro de la lengua Española,verbo afeite* , Bobadil. *in sua politica lib.2.c.17.n.*148.Ludou.Beia.*respons.casuum conscientia p.1.casu* 18.Sayr.*in claui Regia lib.8.c. 6.n.4.*Less.*de Iustit.lib.4.cap.4.dub.*14.Filliuc.*in qq. moral. tom.2.tract.30.c.10.q.9.n.*220.Homobon. *in resp. quastionum moral.p.3.resp.*24.tractat an liceat monialibus se ornare? 1

De ornatu autem mulierum, vide Pined. *in vita S. Ioannis Baptista lib.3.a.1.c.5. pag.79. cum seq.* Ioan.de Orozco *lib.1.parad.4.pag.*31.Card.Baron.*tom.1. annal. Eccles.anno Christi* 57.*c.*71.*pag.mihi* 529. Et de vestimentis, vide Blas Aluarez Mirabal *nel trattado de la salud c.52.& 53.*Mallara *p. 1. cent.7.refran.* 34. Fray Diego de Ystella *p.1.de la venidad del mundo c.*40. 2

ADDITIO

ADDITIONES,

Quæ ad nos iusto tardiùs delatæ, suo quæque loco, ne quid desideretur, inserendæ.

Ad Distinct. I.

Cap. Ius gentium. IX. *n.8.in fine,pag.13.*

Egatorvm *non violandorum religio.*]Notatur ad hoc quòd legati Sancti appellantur, itavt etiam ab hostibus missi fido & securo hospitio recipi debeant, & grato ac beneuolo vultu audiri,& expediri, quod omnium gentium consuetudo approbat, & veluti religio obseruatur ex ipsius naturæ humanæ legibus hausta,quæ vbi violatur, legitimam belli causam aduersùs violantes inducit. Vide Duaren.*lib.1.disp.cap.*37.Conan.*lib.3. comment.cap.1. num* 6.*&* 7.Emman.Soar.*lib.1.obseruat.cap.* 10.*&* 15. Petr:Fab.*lib.2.semestr.cap.1. pag.* 10. Balthas.Ayla *de iure & officie belli,lib.1.cap.* 9. Petr. Gregor.*syntagm. iuris lib.33.cap.14.num.*4.Decian.*in praxi crim.lib.2. cap.20.num.4.& lib.7.cap.5.à num.* 11. Petr.Crinit.*de honest.disciplin.lib.7.c.*3. Christoph. Besold. *in differt. iurid.politic.de Legatis cap.*5. Marq. *in gubernat. Christiano lib.1.c.27.& lib.2.c.37. pag.* 376. Salas *de legib q.95.disp.7.sect.2.n.*19.

Ad Distinct. IV.

Cap. Denique. VI. *post num. 1. ibi,casu* 380.*num.3.pag.*25.

H*Is diebus.*]Quadragesimalibus scilicet,vnde Doctores magis communiter deducunt iure communi esse prohibitum ouorum,& lacticiniorum vsum in Quadragesima ob reuerentiam sacrati temporis, ita S.Thom.2.2.*q.*147.*art.8.ad* 3.*& in 4.dist.* 15.*q.*3. Henriq.*in summ.lib.7.cap.* 13. §. 8. Azor.*instit moral. p.1.lib.7.cap.10.q* 1.Bria *p.1.casu* 45.*fol.* 207. Lessi.*de iustit.lib.4.cap.2.dub.2.num.*8. Sanch. *in pracepta Decalogi lib.4.cap.11. num.* 52. Villalob. *in sum.tract.*23. *diffic.2.num.*7.Ioan.de la Crux *prac.* 3. *art.* 4. *concl.*4. optimè Ioan.Sanct.*in select.disp.*51.*num.* 18. vbi *n.*19. contra Vasq. & Villalob.tenet abstinentiam ab ouis, & lacticiniis in vigiliis & quatuor anni temporibus in Regno Castellæ esse in præcepto. Non defuerunt tamen qui existimauerint prohibitionem huiusmodi locum habere in diebus ieiunij Quadragesimæ, & sic non in Dominicis quibus non ieiunatur, ex quorum numero videntur esse Llam.3.*p.methodi cap.* 5.§. 26.*in fine,*Anton.Gom.*in explicat. Bulla clauf.* 7.*n.*7. sed veritas est in contrarium, quia licèt Dominica non sit dies ieiunij, est tamen dies abstinentiæ à carnibus;ratione cuius prohibuit ius comedi illud quod sementinam originem trahit à carnibus,ita Fr.Emm. *in explicat. Bulla* §.6.*num.*8.Vega *p.1. cap.* 14.*casu* 29. Henriquez *in summ.lib.7.cap.*13. §.10. Sanch.*in precepta Decalogi lib.* 4.*cap.* 11. *num.* 53.Villalob.*tract* 23. *diffic.* 8. *numer.1. & tract.* 27. *clauf.* 6. *numero* 21. Ioan.Sancti.*d. disp.* 47. *num.* 25. vbi *num.* 27. resoluit duplici labe inquinari edentem carnes, & oua in die quadragesimali, absque legitima causa, & *num.* 28. quòd nec sexagenarij exempti à ieiunio possunt absque Bulla comedere oua, & lacticinia.

Ad Distinct. VI.

Cap. Testamentum. I. *post n.1.pag.*27.

CIrca pollutionem an sit intrinsecè mala, aut indifferenter, est adinodum inter Doctores controuersum,nullus ex iis,quos vidi, melius hoc ipsum declarat quàm Ioan. Sanctius *in select. & practicis quastion.disp.*21.*num.*35.vbi ita eleganter. Porro pollutionem vt sic non esse intrinsece malam, constat primò ex *cap. testamentum dist.* 6. vbi distinguens D. Gregorius aliquando pollutionem ex crapula venire, aliquando ea superfluitate,vel infirmitate, concludit, quòd quando ex infirmitate, vel naturæ superfluitate euenerit, timenda non est, ac si dicat malam non esse, quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est quam fecisse, quasi dicat potius intelligitur tunc pati quàm facere, vt *ibi* eaplicat gloss. & ex *cap. pensandum est, ead.dist.*docet D Thom.Theologorum princeps 2.2.*q.*154.*art.*5. vbi ait quòd si pollutio nocturna consideretur secundùm se, non habet rationem peccati: at pollutio nocturna sub pollutione vt sic comprebenditur tanquam species sub genere,& idem docet *in 4.dist. 9. art.* 4. quod idem docet Caiet.*ibi,& in summ.verbo pollutio, & tom. 1. opuscul.tract.*22.Ludouic.Lopez 1.*part. instruct.cap.* 74. vbi ait quòd pollutio nocturna ex se non est actus humanus, sed est sicut sudor, aut fluxus sanguinis: & inferius assignans differentiam inter homicidium in somniis sequutum, & pollutionem, ait quod homicidium est secundùm se peccatum, non sic pollutio,Ledesma 2.*p.sum.tract.* 27. *cap.* 16. Sylnest.*verbo pollutio,*& adducit exemplum in patientibus fluxum seminis, in quibus talis fluxus non est peccatum, Angel.*verbo pollutio num.* 3. Armil. *num.* 3. Tabien. *verbo communicare q.* 38. Rosel. *verbo pollutio num.*3. Raymund.*in summ.verbo luxuria fol.* 497. qui omnes ex insigni Religione Dominicana filij sunt, qui suis scriptis lucem futuris seculis emisere, Tolet. *lib.* 5. *cap.*13.*num.*8.Nauar.*in summ. cap.* 16.*num* 7.vbi ait pollutionem vt sic noc esse in se peccatum secundùm omnes,Lessi.*lib.*4. *cap.* 3. *dub.* 14. *num.* 94. 101. 105. *&* 106.Valent.2.2.*disp.9.q.* 3. *puncto* 3.Filliuc.*tom.*2. *tract.*30.*n.*151.Vasq.1 2. *tom.1.disp.*115.*num.*7.*&* 9.

& opusc. de restit.cap.5. §.2. num.24. Sanch. lib. 9.de matrim.disp.45. num.5.& in summ.lib.1.cap.2 num.18. 19.& 20. dicens pollotionem vt sic instar aliarum euacuationem naturalium prouenieotem oon esse ex se peccatum, sicut peccatum ex se est homicidium, & fornicatio, Salas 1.2.tom.1.tract.7.disput.6.sect.8. num.59.diceos quòd pollutio in se nullam habet malitiaio,nisi quateous est voluntaria, Lucius in summa summarum prac.6.nota 4.in fine, Llam. in summ. 3.p. c.8.fol.630.& 632. Auila de censur.p.7. disp.6. sect.1. dub.14.fol.370. Azor. tom.3.lib.3. cap.14. dicens hanc esse communẽ opinionem, Moure in summ. p.4.c.2.§. 4.num. 3. Coriolan. de casibus reseruat. p.2. casu 9. Bonacin. de matrimon.disput.4. puncto 10.num.3.& 5. Ioan. de Cruz in direct. prac.6. dub. 10. Et ob id fas esse desiderare simplici voluntate pollutionem, quatenus illa proficua est saluti, vel molestas caruis tentationes sedat, docet bene Sanch. in summ. lib.1. cap.2. num.18. plures adducens. Et quamois num.28.dixerioous pollutionem voluntariam esse intrinsecè malam, intelligendum est quando est voluntaria in se, vel in causa illicita per se ordinata ad illam, quæ nullam alium habeat effectum, vel si apponatur quæcunqoe causa ex intentione pollutionem cooseqnendi, vt rectè Vasq. 1.2.tom.1.disp.115.num.9.Sanch. de matrim.lib.1.disp 45.num.17. &c. Hactenus Ioan. Sanctius.

Ad Distinct. VI.

Cap. Non est, vlt. n.17.in fine,pag.31.

GRegor. de Valent. tom.3. disput.1. q.10 punct.6. vers.tertiè certum est, & q.16.Cardin.Bellarmin. lib.5. de Romano Pont.cap.2.in fine, Salmeron. tom.12. tract.37. Becan.in summ. Theolog. tom.2. cap.13. q.4. Fr.Emman.quæst.Regul.tom. 3.q.32. art.4. Ludou. de Torres de Fide d.51. dub.1.col.638. Azor.instit.moral. part.1.lib.8.cap.26. q.2. Lorca n.2.1. sect.3. disput.52. num.10.Fr. Thom. a Iesu de procur.omn.gent.sal. lib.4. s.p.cap.1.pag.123.vers. at hisce, Ceuall. commun. contra communes tom.4.q.fin.num.184. cum seqq. Soar. de Fide disp.18. sect.1. num.9. & sect.3. num.4. cum seqq. Seraphin. de Freitas de iusto imperio Asiatico c.9.n.5. & 6. & cap.12. per tot. Ioan. Solorzan. de Indiarum iure lib.2.cap.17.per tot. Non enim infideles ob solam infidelitatis causam bellis infestari possuot, aut dominio & iurisdictione suarum rerum, & prouinciarum priuari, Innoc.in cap.quod super, de voto, Balth. Ayala de iure, & officio belli, lib.1. cap.2.n.29. Carol. Tapia in rub.de constit. Princip.cap.1.num.54.Azor: p.1. lib.8. cap.24.q.6.Lorca d.disp.52.num.10. Ludoo. Turrian. de Fide disp.52. dub.1.col.645.Sayr.in claui Regia p.2. lib.9.cap.4. ex num.10. Fr. Ioan. Pioeda in monarch. eccles.lib.16. cap.34. §.17.Ioseph.Acosta lib.2.de procur.Indor.sal.cap.2.Ceuall.d.q.fin. num.188.cum multis seqq. Ioan. Salas de legib.disput.7.sect.15. num.72. Soar.eod.tract.lib.3.cap.10.& in defens. Fides contra Anglicana secta errores lib.3.cap.4. num. 8. & in tract. de charitate disput.13.sect.5. ex num.1. Garc. Mastrill. de magistratib.lib.1. cap.9. Melch.de Valentia illustr. tract.iuris tract.2.cap.5. num.22.& seqq. Verùm licèt infidelium debellationem oon omnino probent Doctores suprà citati, ob id tantùm qoòd Fidem audire recusent, bene tamen ipsi atque alij infrà citandi admittũt, quòd si nobis prædicationem impedirẽt, aut alios volentes illam audire, & forsan Fidem suscipere, ad nos accedere prohibent ne sinerent Prædicatores loqoi verbum Dei sioe vi, ac fraude nolentibus audire, iure possumos eorum violentiam etiam armis propulsare, & bello si opus esset illato acriter coercere Ita Sot.in 4.dist.5.q.vnic.art.1.pag.267. vers. secunda conclusio, Castro de iusta hæret. punit. lib.2. cap.14.vers prima igitur, Gregor.Lop. l.1. tit.23. p.2. Couar.in reg.peccatum p.2. §.10. num.13. vers. quarto licitum, & §.11.num.5. vers. fateor planè, Salmeron. tom.1.2. tract.38. vers.deinde, pag.323. Valent.tom.3. disp.1.q.10.puncto 6.col.410.Banes 2.2. q.10.a.10. col. 528.vers.tertia & quarta & conclusio. Victor.in relect. 1. de Indis ex num.36.& relect.2 à num.1.Vasq.in 1.2. q.76.disput.120. cap.3.& cap.5. in princ. Cordub. in quæst.lib.1.q.57. dub.4.vers.tertia pars, & dub.6. vers. quartum dictum. Petr.de Ledesma in sum.tom.2. tr.1. cap.5.Ioseph.Acosta lib.2.de procur.Indor. sal. cap.13. Molin. de iust. tract.2. disput.105.Salon. in 2.2.tom.1. tract.de dominio q.3.art.1. Azor.instit. moral. p.1. lib.8. cap.26.q.7. Lorca in 2.2. art.8.q.11.sect.3. Torres de Fide art.8. disp.51. dub.2.Sanch.in præcepta Decalogi tom.1.lib.2. cap.1.num.4. Soar.de Fide disp.18. sect.2. num.8.Seraphin.de Freitas de iusto Imperio Asiatico c.9.n.6.& 7.Vnde dicit Soar. de Fide disp.18. sect.1. ex n.1.quòd Ecclesia habet ius toendi, & defendendi suos Prædicatores.

Ad Distinct. X.

Cap. Quoniam. VIII. n.3.in fin.pag.38.

FR.Ioan. à Ponte de conuent.ver.Monarch.lib.1.c.6. §.1.pag.30.vbi resoluit Papam posse, si velit, Imperium à Romanis ad Hispanos transferre; refert Ioan.Solorzan. de Indiarum iure lib.2.c.22.n.21.

Ibidem num.5.in fine. Paleoth.de sacro Consist.in conclusione operis, membr.5.pag.365. litt.B.Camill. Borrel. de præstantia Regis Cathol. cap. 47. ex num.42. Fraoc. Torreblanc. lib. 3. de Magia cap. 4. per totum.& c.26. num.31.cum seqq.Garc.Mastrill. de magistrat.lib.1.c.2. per totum,& præcipuè num. 18. Valençuela in monit. contra Venet. p.4.ex num.178.& p.5.num. 226. & p.7. ex num.12. latè Solorzan. d.c.22.à num.17.Anastasi Germon. de sacrorum immunit. lib.3.cap.13. num.27. cum seqq. Azor. instit. moral.p.2.lib.10.cap.6. vers. ad hæc omnia, & lib.11. cap.5. q.8. Morl. in emporio iuris p.1.tit.2.q.4.num.9. Param. de origine S. Inquis.lib.3. q.1. opin.4. Ceuall. commun. contra commun. tom. 4.q. fin.ex n.102.Calist.Ramirez de lege Regia §.1.ex n.30. Soar. de defensione Fidei lib.3.cap.5. & cap.21. cum seqq.& in tractat.de Fide disp.20.sect.3. à num.21.& disp.22.sect.6. num.2.& 7.& in tract. de charitate disp. 13.sect.2. num.3.& sect.5. ex num.4. Salas de legibus q.95. disp.7.sect.1.num.7.in fine,& sect.4. num.29. cum seqq. Chald.Pereira de manu Regia tom.1. c.3. Bened. Ægid.ad l. ex hoc iure, ff.de instit. & iure tom.1.c.3.n. 16.Seraphin.de Freitas de iusto Imperio Asiatico c.6.n. 58.cum seqq.

Ad Distinct. XXV.

Cap. Vnum orarium. III. n.2.in fi.pag.86.

IOan. Saoctius in selectis & practicis disput. disp.17. num. 3. ibi, Pro explicatione tamen obseruandum est peccatum veniale tripliciter posse considerari. Vnum quod ex suo genere sit tale, vt mendacium iocosum, vaoa gloria, &c. Aliud ex paruitate materiæ, vt furtom rei leuis. Tertiom ex imperfectione libertatis, quod quamuis circa materiam grauem versetur

versetur, & fit contra præceptum ex se obligens ad mortale, non violatur tamen simpliciter hoc præceptum ob defectum consensus, vel deliberationis, &c.

Ibidem num. 4. in fine. Refert illum Ioan. Sanctius *in selectis, & practic. disput. disp. 53. num. 1.* sed ei non adhæret dum putat fortè esse veniale anteuertere per semihoram. Horem antem comedendi ad non frangendum ieiunium vndecimam sat esse puto, tam in hyeme, quàm in æstate, & tam laicis, quàm Religiosis, ita Vega *in summ. p. 1. cap. 14. casu 13.* Fr. Emmen. *in explicat. Bullæ §. 6. in princ.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 37. num. 35.* Villalob. *in summ. tract. 22. diffic. 9. num. 1.* Fernandez *in medulla casuum conscient. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 4.* Ioan. de le Crux *prac. 3. a. 4. pag. 27.* Ioan. Sanctius *d. disp. 53. num. 1.* vbi aduertit particularem patriæ consuetudinem magnam vim hebere in hoc, iteut obseruanda semper sit, & alleget Medin. *Cod. de ieiunio q. 1. in fine, & q. de hora refectionn fol. 139.* Lud. de sao Iuan. *in sum. p. 1. tract. de ieiunio, art. 12. fol. 696.* Idem Inen. Senctius *citato loco num. 3.* resoluit quòd si horologia diuersa fiot, ed pulsationem primi poterit refectio fieri, sicut enim in odiosis ad vltimem poteft appellari. & inde possunt comedentes post horam duodecimam noctis eb vno horologin designatam crastinn Eucheristiem sumere, si aliud horologium sonuisse constet esu expleto, & *n. 4.* addit dubitanti an hora vodecima diei sonuerit, nefas esse prandere. Diximus suprà cum Azorin licitum esse ob instam causam ante horam consuetam comedere, ob iter scilicet egendum, aut hospitibus inseruiendum sed dubitari potest, an iste ob id comedens teneatur ieiunare? Teneri affirmant Viuald. *de ieiunio cap. 15. n. 59.* Fr. Emman. *quæst. Regul tom. 2. q. 100. art. 2.* Vega *p. 1. summ. cap. 14. casu 33.* Beja *in response. casuum conscient. p. 1. casu 45.* Valer. Regineld. *in praxi fori pœnit. lib. 4. num. 183.* Fernandez *d. cap. 8. §. 2. num. 3.* Sed contrerium, immo non teneri ieiunare, doceot meliùs Ceiet. 2. 2. q. 147. *art. 7.* Syluest. *verbo ieiunium q. 8. num. 21.* Lessi. *de iustit. lib. 4. cap. 2. dubit. 3. num. 18.* Villalob. *tract. 23. diffic. 6. n. 6.* Ioan. Sanct. *d. disp. 53. num. 5.*

Ad Distinct. XLVII.

Cap. Sicut. VIII. *n. 2. in fine, pag. 124.*

Qvoniam existenti in extrema necessitate quilibet tenetur opem ferre, Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis. §. et si impubes, num. 37. ff. de liber. agnosc.* Petr. Ruiz. *Lituan. decis. 3. n. 196.* Calist. Ramirez. *de lege Regia §. 30. n. 23.* quos refert & sequitur Ioan. Solorzan. *de Indiarum iure lib. 2. c. 15. n. 81.*

Ad Distinct. LXVIII.

Cap. Hadrianus. XXII. *n. 8. in med. ibi.* Soar. *de legib. lib. 3. c. 7. n. 9. pag. 147.*

Ioan. Garc. *de expens. c. 9. n. 68. & 69. & de nobil. in inscript. n. 25.* Humad. *in add. ad* Greg. Lopez *l. 49. tit. 6. p. 1.* Camill. Borrell. *de præst. Regis Cathol. c. 47. 48. & 53.* Ant. Petra *de potest. Princip. cap. 3. q. 4. n. 15.* Aog. Matheac. *de via, & ratione iuris lib. 1. c. 30. n. 13.* Greg. Lop. Madera *in excell. Monarch. Hisp. c. 2. per tot.* Mariana *de reb. Hisp. lib. 9. c. 5.* Valdes. *de dig. Regum Regnorúmque Hispania cap. 18.* Ioseph de Rusticis *in comm. ad l. cùm auus, de cond. & demonst. lib. 5 c. 10. n. 33. & 34.* Zamalloa *lib. 11. hist. Hisp. c. 8.* Gerc. Mastrill. *de magistr. lib. 1. c. 4. ex n. 15.* Fr. Io. à Ponte *de conuenien. vtriusque Monarc. lib. 3. cap. 12. §. 4. pag. 79.* Molin. *de pactis nupt. lib. 1. c. 2. n. 8.* Salas *de legib. q. 95. tract. 14. disp. 7. sect. 8.* Ludou. Rodolphin. *in tract. de origine dignitatis, & potestatis Ducum Italiæ, n. 59. cum seqq.*

Ibid. n. 10. in fin. pag. 148. Roland. *cons. 88. n. 7. vol. 1.* Mantu. *in enchirid. rerum sing. lib. 9. c. 210.* Mendoç. *de pactis lib. 1. c. 5. n. 25.* Mandel. *cons. 62. n. 10. vol. 1.* Vecon. *lib. 2. declar. c. 106.* Petr. Greg. *de Republ. lib. 6. c. 13. à n. 14.* Ant. Rosci. *lib. 1. memor. c. 3. num. 3.* Gail. *lib. 2. obser. 55. & 56.* Cuiec. *lib. 15. obseru. c. 30.* Greg. Lop. Mader. *de excell. Hisp. Monarch. c. 1. f. 10.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. q. fin. n. 25. cum seqq.* latè Io. de Solozan. *de Indiarum iure lib. 2. c. 21. per tot.*

FINIS.

INDEX

INDEX

Rerum & Verborum, quæ in Decreto Gratiani continentur.

Primus numerus paginam, alter eiusdem paginæ columnam signat; tertius est marginalis.

A

Barbos. Coll.&.Tom.V.

Oo Adulterij

Index Rerum, & Verborum

cerica

Index Rerum & Verborum

Ciuitas

Conc

Nequeunt

dis

Episcopalis

Expenso

I

Index Rerum, & Verborum

Iudex

Index Rerum & Verborum,

L

Legum

N

Presby

Index Legalis Auctorum,

Simoniam

VV

Z

F I N I S.

INDEX

I N D E X
LEGALIS AVCTORVM
Materias ex profeſſo tractantium,
EX BIBLIOTHECA
ILL.^MI ET REV.^MI D. IOANNIS BAPTISTÆ COCCINI,
Rotæ Decani,& Sacræ Pœnitentiæ Regentis,
COLLECTORE
FELICE CONTELORIO I.V. ET S. THEOLOGIÆ
Doctore,& in Romana Curia Aduocato.

T, Tomum. P, Partem. F, Folium indicat nouorum tractatuum Venetiis 1584.*impreſſorum.*

A

Alie

Index Legalis Auctorum,

Auct

Materias ex professo tractantium.

Debitore

Index Legalis Auctorum,

Disputationes,& commentaria in quibus causis criminaliter procedi non possit. *Ioannis Baptista Canatij.*

Disputationes miscellaneæ Iuris, seu Romanæ lucubrationes. *Hieronymi Ferdinandez de Ottero.*

Disputationum politicarum acies. *Reinhardi Koning.*

Disquisitionibus, & examine Ecclesiastico commenti. *Homobeai de Bonis.*

Disquisitio clericalis. *Io. Maria Belletti.*

Dissertationes iuridicopoliticæ. *Christophori Besoldi.*

Distractione rei alienæ. *Adriani Puluai.tom. 6. part. 2. fol. 333.*

Distributionibus quotidianis. *Ioannis Petra Moneta.*

Diuersorium Iuris argumentorum libri tres. *Gonzalli. Mendez de Vasconcellos & Cabedo.*

Diuersorium Iuris Canonici. *Ioan. Hieronymi Campanilli s.*

Diuiduis, & indiuiduis obligationibus. *Egainarij Baronis,t.6.f.367. Polydari Ripa.*
Indiuiduorum differentiis, *Leandri Galganeti*
. V. *Indiuiduis.*

Diuortio. *Roberti Cenalis, Georgij Mor.*

Docendi ratione. *Francisci Duareni,t.1.fol. 183.*

Doctorum,& militum præcedentia, v. *Præcedentia.*

Doctorum priuilegiis. *Petri Lenaudery, t. 18. fol. 23.*

Doctrina Catholica. *Ioannis Bellarini.*

Doctrina Aduocatorum. *Ioannis de Deo.*

Dolo. *Celsi Bargali.*

Domanio Franciæ. *Ioan. Bacqueti, Rhenati Coppini.*

Dominio. *Valentini Guglielmi Forsteri.*

Domus supplicationis Curiæ Lusitanæ. *Incerti.*

Donatione Constantini *Hieronymi Albani, tom. 15. fol.566.part.2.*

In Donatione Constantini Praxis *Henrici Buccelly.*

Donatione Constantini, & iurisdictione Ecclesiasticorum temporali. *Boetij Epoais.*

Donationibus. *Henrici Boceri.*

Donatione mutua inter virum, & vxorem. *Ioan. Pyrrhi,tom.9. fol. 474.*

Donationibus causa mortis. *Rolandini Passagarij,tom. 6.part.1.fol. 199.*

Dotalibus priuilegiis. *Baptista à sancto Blasio, tom. 9. fol. 450.*

Donationibus inter patrem & filium, *Marij Cutelli.*

Dotali fundo. *Pardalphi Prateij,tom.9.fol.474.*

Dotario. *Ioannis Bernardini Pardi,tom.9.fol.460.*

Dote. *Constantij Rogery, tom.9.fol.335. Eiusdem in l. si cum dotem, ff solut. matrim. Iacobi Butrigary, tom. 9. fol. 148. Francisci Hottomani. Ioannis Campegij, tom.9. fol. 274.Vincētij Paleotti,tom. 9.fol.404.Odofredi,Ioan. Friderici Solis.*

Dote, seu parte dotante filiam ex quibus bonis censeatur dotare. *Vincenty Caroccy.*

Dotibus,& earum iuribus & priuilegiis. *Antonij Greberti,tom. 9. fol. 395.Baldi de Bartolinis,seu Nouelli,tom.9.fol.185.*

Dotis fructibus. *Ioannis Copi,tom. 12. fol.248.*

Dotis lucro. *Phanucij,tom. 9.fol. 408.Rollandi à Valle, tom.9.fol.351.quæst.Ioan.Friderici Solis.*

Dubiis rebus,vide *Rebus dubiis.*

Dubitationes,& resolutiones Iuris. *Alphonsi Moditij.*

Duello. *Andrea Alciati,tom.12.fol. 295.Antonij Peregrini, Antonij Massa Gallesij, tom. 12.fol. 313. Iacobi de Cestello,aliàs de Villa sancta, tom. 12. fol. 284. Ioan.à Lignano, tom.12. fol. 284.Iulij Ferretti,tom.12.fol.308.Henrici Boceri.*

Duelli prohibitione. *Luca Floroni.*

Duobus fratribus. *Francisci de Porcellinis, tom. 6.part 1.fol.173.Petri de Vbaldis,tom. 6. fol. 133.*

Duodecim tabularum legibus, v. *Legibus 12. tabul.*

E

Ecclesiæ authoritate. *Iacobi Almani.B. Ioan.à Capistrano.*

Ecclesiæ potestate. *Stephani Aufrerij,tom.3.p.1.fol.126. Ioan.Antonij Delphini.Alex. de S. Elpidio.*

Ecclesiæ,& Cardinalium authoritate. *Petri de Alliaco.*

Ecclesiæ potestate causa immediata. *Petri de Palude.*

Ecclesiæ rebus non alienandis. *Guillielmi Rodoani. tom.15.p.2.fol.393.V. Alienatione.*

Ecclesia vniuersali,seu in c.oportebat.79.dist. *Rodulphi Cupers.*

Ecclesiarum immunitate, vide in verbo. *Immunitate.*

Ecclesiæ Catholicæ ritibus. *Ioannis Stephani Duranti.*

Ecclesiarum status mutatione. *Petri de Perusio,tom. 14. fol.175.*

Ecclesiarum vnione, v. *Vnione.*

Ecclesiæ cæremoniis, & officio Episcopi. *Guiberti de Toraaco.*

Ecclesiastica censura. *Ioan.à Lignano, tom. 14. f.307.*

Ecclesiastica hierarchia. *Sebastiani Cæsaris.*

Ecclesiastica iurisdictione. *Petri Bertrandi.*

Ecclesiastica libertate. *Ioannis Lupi,tom.13.p.1. fol. 2.*

Ecclesiæ libertatis propugnaculum. *Ioannis Beltrani.*

Ecclesiastica pensione. *Pauli de Roma, tom. 15. part.1. fol. 309.*

Ecclesiasticis redditibus. *Francisci Sarmienti, tom. 15. p.2.fol.369. Marsily. Marci Antony columna,tom. 15.p.2.fol. 340.*

Ecclesiasticis spoliis. *Guilielmi Rodoani,tom 14.fol. 213.*

Ecclesiasticis officiis. *Isidori Hispalensis Episcopi.*

Ecclesiastico interdicto, v. *Interdicto.*

Ecclesiæ ministeriis,ac beneficiis. *Francisci Duareni.*

Ecclesiasticorum Prælatorum ministerio, & præsidentia. *Francisci Cordabensis.*

Ecclesiasticis exemptionibus. *Ioannis Lomedo.*

Ecclesiis reparandis. *Petri Pechy.*

Edictum perpetuum. *Saluij Iuliani.*

Effectibus clericatus. *Caroli de Grassis.*

Effectibus amicitiæ. *Eiusdem.*

Effectibus litis contestatæ. *Petri Rebuffi.*

Electione,siue directorium electionum. *Petri de Baisio, tom. 15. part.1.fol.380.*

Electione,confirmatione, & postulatione. *Luca Castellini. Sigismundi à Bononia.*

Eligendi iure ministros Ecclesiæ, præsertim summum Pontificem. *Taurini, 1572. N.*

Electionem nouorum Prælatorum. *Gulielmi de Mandagoto,tom.15. part.1. fol. 407.*

Electionis Regis,& Imperatorum Romanorum discursus historicopoliticus Iuridicus. *Augustini Vischieri.*

Electione opinionum. *Matthæi Mathesilani, tom. 18. fol. 221.*

Electione, & variatione fori. *Ioannis Maria Noaria.*

Eleemosyna. *Gabrielis Vasquez, Iosephi Angles.*

Eleemosynæ præcepto. *Thoma de Vio, Card. Caietan.*

Eligere an possit Romanus Pontifex Gallorum Regem *Gregorij Picca.*

Elucubrationes. *Bernardini Porri.*

Emendatione. *Antony Augustini. Elberti Leonini.*

Emporium quæstionum, vtriusque Iuris. *Petri Augustini Morla.*

Emphyteusi,siue Emphyteoticis contractibus. *Alexandri Raudensis. Alvari Valasci.*

Emphyteotico iure, v. *Iure emphyteotico. Francisci de Caldas Pereira. Ouidy de Amicis Guidonis de Suzaria, tom.6.p.1.fol. 189.*

Emphyteuta ex quibus causis iure suo priuatur. *Antony Corbuli.*

Emptione

Materias ex professo tractantium.

Forma.

Forma & solemnitate. *Albertini Bruni.*
Formulis, & solemnibus populi Romani verbis. *Barnaba Brissony.*
Formulæ actoum iudicialium. *Birracini.*
Formula commissionum. *Quintiliani Mandosij.*
Formulæ antiquorum. *Marculphi Monachi cum not. Hieronymi.*
Formula ad quam visitatio intra diœcesim Coloniensem exigitur. *Incerti.*
Forma viuendi Canonicorum, Vicariorum, & aliorum Presbyterorum sæcularium. *Incerti.*
Forma, & modo vidēdi processū. *Amatoris Rodriquez.*
Formularium diuersorum contractuum.
Formularium in lingua Hispanica, id est, *las notas del Relator. N.*
Formularium contractuum iuxta stylum Florentinum. *Incerti.*
Formularium Episcopale. *Augustini Barbosæ.*
Formularium instrumentorum. *Petri Dominici de Mnsie.*
Foro conscientiæ, & contentioso. *Hieronymi de Zannettinis, t. 3. p. 1. f. 405*
Fortuitis casibus. *Sebastiani Medices, t. 7. f. 195*
Fructibus. *Ioannis Copi, t. 17. f. 236. Petri Gilkerij. Petri Rebuffi.*
Fratribus duobus. *Fransisci de Porcellinis, t. 6. p. 1. fol. 137. Betri de Vbaldis, t. 6. p. f. 133*
Fuga *Ioannis Tiery, t. 11. p. 1. f. 240*
Fundo dotali. *Pardulfi Pratey, t. 9. f. 474*
Furtis. *Ioannis Bonifacy, Prosperi Farinacy.*
Furtorum pœnis. *Henrici Boceri.*
Furtiuæ rei prohibita vsucapione. *Andriani Paluai, t. 12. f. 216*
Furtis, seu re furtiua penes tertium reperta. *Vincentij Caroccij.*
Fustis dæmonum. *Hieronymi Menghi.*

G

GAbellis. *Ioannis Guttierrez. Rodobaldi Pariai, Francisci Personalis.*
De decima vendicationis, & permutationis. *Ignatij Lasarta.*
Cabellis, publicanis, muneribus, & oneribus. *Iulij Ferretti, t. 12. f. 76*
Gabellis, tributis, ac vectigalibus. *Ioannis Bertachini, t. 22. f. 31*
Ganerbiis Castrorum, seu de Arcium pluribus communium condominis. *Iacobi VVernheri.*
Geminatis verbis. *Antonij Corsetti, t. 18. f. 266*
Gerondiis. *Andrea Cioffi, t. 18. f. 273*
Glossatum concordia. *Antonij Nicelli, t. 18. f. 187*
Glossis contrariis. *Dini Mugellani, t. 18. f. 187*
Glossarium, seu interpretationes rerum, vocúmque difficilium, & obscuriorum. *Incerti.*
Graduum vtriusque fori Ordine, v. *Ordine.*
Gradibus cōsanguinitatis & affinitatis. *Antonij Contij.*
Gratis expectatiuis. *Ioannis Staphilai, t. 15. p. 1. f. 264. Ludonici Gomesij, t. 15. p. 1. 302. Ioannis Nicolai Gimontei.*
Guarantigiis. *Benedicti de Barzi, t. 6. p. 1. f. 340.*
Guarantigiato instrumento, *Guidonis de Suzaria. t. 6. p. 2. f. 338*
Guarantigiata executione, & priuilegiata. *Iosephi de Sesse.*

H

HAbilitatibus. *Antonij Vipara.*
Habitu & tonsura. *Alphonsi Viualdi.*
Hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur. *Valentini Guilielmi Forsteri.*
Hæreditatibus ab intestato venientibus. *Maturini Montani, t. 8. p. 1. f. 384*
Hæreditatibus, & bonorum possessionibus. *Antonij Contij.*
Hæredibus instituendis. *Ioannis Dilecti Durantis, t. 8. p. 1. f. 141*
Hæreditatis aditione cum inuentario, v. *Inuentario.*
Hæresi. *Ambrosij Vignata cum Francisci Begna addit. tom. 11. p. 2. f. 2. Prosperi Farinacy. Antonij Sanctarelli.*
contra Hæreseos inquisitos procedendi forma. *Innominati cum Pegna addit. t. 11. p. 1. f. 410*
Hæreticæ prauitatis Inquisitorum lucerna. *Bernardi Comensis. t. 11. p. 2. f. 333*
Hæreticis fide seruanda. *Heryberti Rosueydi. Robert Sunersi.*
Hæreticis, & Catholicis assertionibus cognoscendis *Arnaldi Albertini, t. 11. p. 2. f. 32*
Hæreticorum iusta punitione. *Alphonsi à Castro.*
Hereticorum malleus. *Georgy Ederi.*
Hæreticus. *Corradi Brnni, t. 11. p. 2. f. 271. cum addit. Pegna. Gundisalni de Villadiego, tom. 11. p. 2. f. 32. Ioannis a Royas, tom. 11. p. 2. f. 208. Ioannis Nicolai Arelatani, t. 11. p. 2. f. 29. Ludonici Carrerij, t. 11. p. 2. f. 42. Pauli Grillani, t. 11. p. 1. f. 24. Zanchini Vgolini, t. 11. p. 2. f. 234*
An Papa possit dirimere matrimonium de hæreticis contractum. *Thomæ Campegij, t. 9. f. 115*
Historia iuris Ciuilis. *Aymari Riccallij, t. 1. f. 3. Valentini Forsteri, t. 1. f. 25*
Historia fori Romani. *Francisci Polletti. Philippi Brodæi.*
His, quæ vi, metúsve causa fiunt. *Balthassaris Mogolloni.*
Homagiis. *Iacobini de S. Georgio, t. 10. p. 2. f. 172*
Homicidiis indiciis. *Marci Antonij Blanci, t. 11. p. 1. f. 60*
Homicidij omni genere. *Petri Caballi.*
Homicidiorum triplici genere, necessarij, voluntarij, & inuoluntarij, seu casualis, *Iacobi Ayreti.*
Hominiis, feudis, & vasallis *Ægidij Magistri Equitis, t. 13. p. 2. f. 436*
Sacra homicidio amittenda immunitate. *Francisci Molini.*
Horarum Canonicarum tempore. *Marcelli Francolini.*
Horis Canonicis. *Alberti de Ferrariis, t. 1 . p. 2. f. 559. Ioannis de Lignano, t. 15. p. 3. f. 564. Nicolai Plouij, t. 15. p. 2. f. 564 Martini Nanarri. Martini Bonacina.*
Horarum Canonicarum institutione, obligatione, ac recitatione. *Oliuery Bonartij.*
Hospitalitate. *Lapi de Castellia, t. 14. f. 162*
Hypothecis, & pignoribus, v. *Pignoribus.*
Humanæ vitæ statibus. *Homoboni de Bonis.*

I

IEiunio. *Iacobi Zocchi, t. 14. f. 159. Iosephi Angles.*
Ieiuniis, & varia eorum apud antiquos obseruantia. *Alphonsi Ciacconi.*
Illegitimis. *Ioannis Baptistæ Lupi.*
Illicitis commerciis, v. *Vsuris.*
Illicitis contractibus. *Ioannis Baptist. Lup.*
Immunitate Ecclesiarum, & de persona confugientibus ad eas *Hieronymi Albani. tom. 13. p. 2. f. 18. Ioannis de Vischis, tom. 3. p. 1. f. 11. Remigij de Gonny, t. 13. p. 1.*

Index Legalis Auctorum,

tom.8.p.1.fol.265.Sebastiani Monticuli. tom.8.p.2. f.200

Inuentarij confectione, seu conficieodi forma. *Francisci Porcellini, t.8.p.2.f.156.Guiden.Papa t.8.p.2. f.313.Rollandi, à Valle t.8 p.2. f.106*

Adi:ione cum inuentario. *Baldi de Perusio, t. 8. p.2. fol.323*

Inuestituris. *Marini Freccia.*

Inuestitura feudi. *Henrici Boceri. Antonij Capicij.*

Inuocatione vtriusque brachij. *Bugeri Rolandi.*

Irregularitate. *S. Antonini, t 14.f.403. Nicolai Pulnai, t.14.f.400. Bartholomai Vgolin Pauli Borghasij.*

Irregularitatis enchiridion. *Feliciani Episcopi Scalensis.*

Irregularitatibus, & aliis canonicis impedimentis. *Simonis Maioli.*

Iubilæo. *Rutilij Benzonij. Antonij Sanctarelli. Angeli Pientini. Hieronymi Gratiani. Martini Nauarri. Ioannis Baptista Pauliani. Iuly Lanori. Thoma Zerola, Andrea Victorelli*, qui potiùs pertinet ad historiam.

Iubilæi & indulgentiarum iure. *Boëtij Eponis.*

Considerationi sopra il Giubileo. *Cesare Bottoni.*

I dæis, & aliis infidelibus. *Maynardi de Susannis, t.14.f.27*

Iudæorum fœtore. *Sixti Medices.*

Iudæorum regmine. *S.Thoma, est in t.12.oper.*

Contra Iudæos. *Isidori Episcopi Hispalensis, tom. 14. f. 23*

Iudicibus sæcularibus in personas Ecclesiasticas certis casibus cognosceotibus. *Petri Rebuffi.*

Iudex secularis in quibus casibus potest imponere maous in personas Clericorum sine metu excommunicationis. *Bernardini Laurentij, tom. 11.p.1. f. 328*

Iudicibus conseruatoribus. *Ioannis Petri Moneta.*

Iudicatæ rei executione. *Friderici Schenk, t. f.38*

Iudicaratum rerum. *Annea Roberti.*

Iudicis, sententia, & re iudicata. *Didaci Milliani.*

Iudiciali missione in possessionem. *Simonis Vincentini, t. 3.p.2 f.135*

Iudicialibus actibus iuratis. *Ioannis Petri Gutterij, t.3. t.1.f.383*

Iudicibus, & consulibus mercatorum. *Beneuenti Straecha, t.6.p.1.f.383*

Iudicis officio in caosis capitalibus, v. *Officio.*

Iudice suspecto. *Ioan. Iacobi Laurentij.*

Iudicum præceptis, v. *Praceptis.*

Iudicum arbitratiis casibus. *Iacobi Menochij.*

Iudice Regularium. *Francisci Ghisterij.*

Iudicium speculum. *M.M.Ranandi, t.3.p.1.f.84*

Iudicum directorium. Ecclesiastici fori. *Ioan. Segura Dauales.*

Iudicia, & vota. *Francisci Suntoli.*

Iudiciis, & iurisdictionis prærogatione, foro. competentia, præuentione, iure reuocandi domum, reuocatione, & eorum transmissione. *Antonij de Machau, t.5.p.1.f.105. Mariani Socini, tom.3 p.1. f.96. Placentini, t.3.p.1.f.92*

Iudiciis. *Ioannis Baptista Costa. Ambrosij Lutij.*

Iudiciis bonæ fidei. *Antony Massa Gallesij, tom.3.p.1. f.101*

Iudiciorum Ordine, v. *Ordine. Guilielmi Hannatonij.*

Iodiciorom publicorum accusationibus. *Placentini, t.11.p.1.f.2*

Iudicij alienatione motandi causa facta. *Adriani Pulnai, t.8.p.1.f.75*

Iudiciorum arbor. *Ioannis de Grassis, t.3.p.f.22*

Iudiciis criminalibus. *Sigismundi Scaccia.*

Iudicio in rebus exiguis ferendo. *Andrea Tiraquelli.*

Iuramento, & eius priuilegiis. *Antonij Corsetti, tom.4. f.359. Seraphini de Seraphinis.*

Iuramenti virtute, & viribus. *Marci Antonij Bauerie, t.4.f.364*

Iuramento, eiusque vi, & effectu. *Vincentij Mancini.*

Iuramenti absolutione. *Antonij Cornei. Ioan. Camilli Bilotta.*

Iuramento litis decisorio. *Vincentij Carocij.*

Iuratis contractibus, seu iuramento confirmatorio. *Ioannis Guttierez, t.6.p.2.f.35*

Iureiurando propter calumniam dando. *Francisci Curtij. t.3.p.2.f.130*

Iuramento calumniæ. *Antonij del Re.*

Iureiurando. *Ioannis de Selua, t.4 f.347*

Iureiurando in litem. *Phanucij de Phanuciis, t.3 p.2. f.358*

Iure, lege, & æquitate. *Albertini Bolognetti, t.1.f.289*

Iure Abbarum cæterorumque Prælatorum tam secularium, quàm Regularium Episcopis inferiorum. *Ascany Tamburiny.*

Iure accrescendi. *Francisci Duareni, t.8.p.1.f.428. Ioan. Suenij. Emmanuelis Gomez. Cardoso.*

Iure adhoæ, releuij, atque subsidij. *Iacobi de Arello, t.12.f.169*

Iure codicillorum. *Nicolai Reusneri.*

Iore constituti possessorij. *Andrea Tiraquelli.*

Iure cœnobitarum, & Monasticorum. *Rennati Copini.*

Iure diuino, & naturali Ecclesiasticæ libertatis. *Thoma Bozij.*

Iure, & commodo domini, & iure vasalli. *Henrici Boceri.*

Iure ciuili in artem redigendo. *Ioannis Corrasij, t. 1. fol.36*

Iore consuetodinis. *Antonij Diagij.*

Iure Collectarum. *Henrici Boceri.*

Iure exigendi medios fructus, qoos annatas vocant. *Ferdinandi Cordubensis.*

Iure eligendi, v. *Eligendi iure.*

Iure Feudorum. *Guilielmi Hannatonij.*

Iure censuum, siue annuorum redituum. *Friderici Martini.*

Iure connubiorum. *Barnaba Brissony, t.9.f.103*

Iure exequendi testamenta. *Boërij Eponis.*

Iure emphyteotico. *Guidonis de SuZorla, tom.6.p.1. f.189. Ioannis Ferrarij Francisci Caldas. Aluari Valasci. Elberti Leonini. Iuly Clari. Ouidij de Amicis*, v. *Emphyteosi.*

Iure fisci, & eius priuilegiis. *Marci Antonij Peregrini, Amunij Olibani*, v. *Fisci.*

Iure hominis. *Andrea Dalneri.*

Iure immunitatis Ecclesiasticæ. *Boërij Eponis.*

Iure liberorum. *M. Vetratti Mauri, t.8.p.2 f.2*

Iure, & potestate Romanorum Pontificum. *Alphonsi Aluarez Guerrero.*

Iure, & priuilegiis militum. *Claudij Coterai tom.16. f.420. M. Mantua Patauini t.16.f.425*

Iore, & priuilegiis honestatis. *Benedicti Ægidij.*

Iure monetarum. *Henrici Boceri.*

Iure manium. *Iacobi Gutheri.*

Iure noo scripto. *Antonij Scappi.*

Iure, & re nauali. *Iulij Ferretij, t.12.f.325*

Iure patronatus. *Cæsaris Lambertini. Ioan. Nicolai Gimontei. Rocchi de Curte. Pauli de Citradinis. Claudij Tutij.*

Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium. *Antonij Riciuli.*

Iure primogenitorum. *Andrea Tiraquelli. Ludouici Molina.*

Iure principatuum. *Pauli Cierra.*

Iure

Index Legalis Auctorum,

Mora

Index Legalis Auctorum,

Q

Sacramentis præstandis damnatis vltimo supplicio *Ant. à Gama.*

Sacramento Ordinis. *Martini Fornarij.*
Sacramento Extremæ Vnctionis. *Andrea Vitlorelli.*
Sacramentis, & eorum administratione. *Nicolai Ploue, tom. 14 f. 77*
Sacramentis *Ægidij de Conmck. Petri Cabrera. Gregorij Sayri. Ioannis Rockizane. Thoma Cardinalis Caietani. Didaci de Arrojo.*
Sacramentis septem *Gulielmi Parisiensis. Ioan. Maldonati. Ioannis Baptistæ Bizozeri.*
Sacramento matrimonij. *Iacobi Nauclanti. Martini Bonacina.*
Seculari iurisdictione. v. *Iudex secularis.*
Seculari potestate. v. *Pot. secul.*
Saluationibus, & reprobationibus testium. *Petri Rebuffi.*
Saluo conducto, & securitate. *Gregorij de Magalotis, t. 11. p. 1 f. 231*
Sanctorum canonizatione. *Troili Maluetij, t. 14. f. 97. Iacobi Castellani manuſc. Angeli Roccha.*
Sanctoarium Iuris Pontificij, in quo de potestate Papæ in temporalibus disputatur. *Odoardi Vuston. Pauli Marchesij. Bartholomei Scapucci. Statelij Pacifici.*
Sapientis consilio in forensibus causis adhibendo. *Petri Scala, t. 3. p. 1. f. 331*
Satisdationibus, quæ in iudicio præstantur. *Friderici Schenck, t. 3. p. 2. f. 133*
Satisdationibus iudicio sisti. *Antonij Priardi.*
Saxonico non prouocandi iure. *Andrea Knichen.*
Scacchorum ludo. *Thoma Aſlij, t. 7. f. 168*
Schedula Magistratuum Ciuilium. *Guilielmi de Monte, t. 16. f. 184.*
Scholarium Parisiensium Priuilegiis. *Horatij Lutij, t. 18. f. 67. Petri Rebuffi, t. 18. f. 32*
Scientiæ legalis veritate, ac excellentia. *Petri Andrea Gammari, t. 1. f. 132*
Scriptura priuata. *Nicolai Genoe.*
Sectis Religiosis, eorumque auctoribus. *Raymundi Franginer, t. 14. f. 103*
Ratione tegendi, atque detegendi Secretum. *Dominici à Soto.*
Securitate. *Gulielmi de Cuneo, t. 12. f. 242*
Securitate, & saluo conducto. *Gregorij de Magalotis, tom. 11. p. 1 f. 231*
Secundis nuptiis. *Ioannis Ripa à Garronibus.*
Sedis Romanæ origine, auctoritate. *Lelij Iordani, tom. 13. p. 2. f. 2*
Seditiosis. *Conradi Bruni, t. 11. p. 1. f. 98. Nicolai Boerij, t. 11. f. 89*
Selectæ & practicæ disputationes circa Sacramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ. *Ioannis Sancij.*
ad Senatusconsultum Macedonianum. *Placentini, t. 1. f. 134*
Semestria. *Petri Fabri. Iani Langlai.*
Sententia, & re iudicata. *Friderici Schenck, tom. 5. f. 2. Sigismundi Scaccia.*
Sententia diffinitiua, & interlocutoria. *Francisci de Acceptationibus, t. 5. f. 3*
Sententiæ Pilati reprobatione. *Ludouici Montalti, t. 14. f. 8*
Sententiarum, ac processuum nullitatibus. *Sebastiani Vantij, t. 4. f. 371*
Sententiæ receptæ. *Iulij Clari.*
Sententiarum receptarum promptuarium. *Scipionis Bendina.*
Sententiæ Iuris. *Arisinini Tepati, Ioannis Roberti Aureliani.*
Sententiis, quæ pro eo, quod interest proferuntur, *Antonij Contij.*
Sententiarum speciebus, earumque differentiis. *Ioannis Baptista Marchesani.*
Sententiæ executione. *Amatoris Rodriguez.*
Selectæ ex Iure Ciuili antiquitates. *Barnaba Brissonij.*
Disputationes Selectæ ad Ius Ciuile Iustinianæum. *Hieronymi Treutleri.*
Selectæ sententiæ. *Ludouici Dambouderij.*
Sepulturis. *Ioannis Dilecti Durantis, t. 8. p. 1. f. 139. Sebastiani Medices.*
Sepulchris, & earum seruitutibus, siue de Iure Manium *Iacobi Gutherij.*
Sequestrationibus. *Iacobi de Arena, tom. 3. p. 2. f. 143*
Sequestris. *Angeli de Perusio, t. 3. p. 2. f. 142. Francisci Curtij, t. 3. p. 2. f. 143. Io. Roman. Vincentij Carocij.*
Seruis, vel famulis. *Hippolyti Bonacossa, t. 6. p. 1 f. 121*
Seruis, seu hominibus propriis. *Friderici Husmani.*
Seruis, & eorum ministeriis. *Laurentij Pignorij.*
Seruitutibus prædiorum rusticorum, & vrbanorum. *Bartholomai Cepolla, t. 6. p. 2. f. 109. & 176*
Seruitutum controuersa materia. *Petri Castinij.*
Seruitutibus. *Petri Rebuffi.*
Seruitiis feudalibus. *Andrea Kolk.*
Sessionum dies, qui dicuntur. *Iacobi Reuardi, tom. 3. p. 1. fol. 8*
Silentio in diuinis officiis. *Martini Nauarri.*
Sigillo sacro. *Hieronymi Onuphrij.*
Silua memorabilium Iuris. *Nicolai Antonij Blaschi.*
Simonia. *Ioannis Carapha, t. 15 p. 2. f 116. Thoma de Vio Cardin. Caietani. Francisci Ripa. Martini Bonacina.*
Simonia mentali. *Guilielmi Redoani, t. 13. p. 2. f. 28*
Simonia mentali, & conuentionali. *Bartholomai Vgolini.*
in Simoniæ labem an possit incurrere Papa. *Thoma Campegij, t. 15. p. 2. f. 531*
Symphonia Iuris. *Freimonij.*
Simulatis contractibus. *Bartholomai Cepolla, t. 7. f. 2.*
Syndicatu. *Amodai Iustini, t. 7. f. 332. Antonij Bondinelli. Angeli de Perusio, t. 7. f. 226. Augustini Dulceti, t. 7. f. 360. Baldi de Perusio, t. 7. f. 224. Cataldini de Boncompagnis, t. 7. p. 2. f. 349. Paridis de Puteo, t. 7. f. 227. Iosephi Cumia.*
Syndicatus singularia officialium Regni Neapolitani. *Francisci Carrabba.*
Singulari certamine. *Andrea Alciati, tom. 12. f. 293. v. Duello.*
Singularia. *Antonij Corsetti.*
Aloysij de Albertis.
Amanelli de Claris aquis.
Abbatis Assaldi.
Andrea de Capua.
Andrea de Isernia.
Antonij Columbetti.
Baldi de Vbaldis.
Blasij de Marcona.
Bartoli de Saxoferrato.
Bartholomai de Capua.
Dyni de Mugello.
Francisci Cremensis.
Francisci de Colesia.
Guidonis Papæ.
Georgij Natta.
Gulielmi de Luda.
Henrici Bouerij.
Hippolyti de Marsiliis.
Ioannis Vincentij de Anna.
Ioannis de Arnono.
Ioannis Antonij Trigona.
Innocentij.
Ioannis Petruccij.

FINIS.